

S V M M A C A P I T V M

De la Botica Libri. & La Comp. & The.
PRIMI. SECVNDI.

- De communi & peculiari victus indicatione. cap. 1.
- De communi & peculiari potus indicatione. c. 2.
- De communi & peculiari clysterium indicatione. c. 3.
- De communi & peculiari sanguinis mittendi indicatione. c. 4.
- De communi & peculiari præparandi humores indicatione. c. 5.
- De communi & peculiari purgationis, quæ fit per anum ventrem indicatione. c. 6.
- De communi & peculiari indicatione mittendi sanguinem & expurgandi simul. c. 7.
- De communi & peculiari indicatione vacationis quæ fit per epicrasim. c. 8.
- De communi & peculiari indicatione vacationis quæ fit per vomitum. c. 9.
- De communi & peculiari indicatione purgationis quæ fit per urinam. c. 10.
- De communi & peculiari indicatione purgationis quæ fit per sputum. c. 11.
- De communi & peculiari indicatione prouocandi sudores. c. 12.
- De communi & peculiari valneorum indicatione. c. 13.
- De communi & peculiari sistendarum fluxionum indicatione. c. 14.
- De communi & peculiari indicatione prouocandi suppressas fluxiones. c. 15.
- De communi & peculiari indicatione apeririendi fontanelas & setones. c. 15.
- De communi & peculiari topicorum omnium auxiliorum indicatione. cap. 1.
- De communi & peculiari indicatione vacationis quæ fit à parte. c. 2.
- De communi & peculiari auxiliorum alterantium indicatione. c. 3.
- De communi & peculiari adstringentium auxiliorum indicatione. c. 4.
- De communi & peculiari laxantium auxiliorum indicatione. c. 5.
- De communi & peculiari emollientium auxiliorum indicatione. c. 6.
- De communi & peculiari aperientium auxiliorum indicatione. c. 7.
- De communi & peculiari trahentium auxiliorum indicatione. c. 8.
- De communi & peculiari repellentium auxiliorum indicatione. c. 9.
- De communi & peculiari resoluentium auxiliorum indicatione. c. 10.
- De communi & peculiari pus mouentium auxiliorum indicatione. c. 11.
- De communi & peculiari extergentium auxiliorum indicat. c. 12.
- De communi & peculiari auxiliorum carnem generantium indicatione. c. 13.
- De communi & peculiari auxiliorum cicatricem inducentium indicatione. c. 14.
- De communi & peculiari agglutinantium auxiliorum indicatione. c. 15.
- De communi & peculiari anodinatorum auxiliorum indicatione. c. 16.
- De communi & peculiari roborantium auxiliorum indicatione. c. 17.

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26

S V M M A C A P I T V M

De la Botica Libri. & La Comp. & The.
PRIMI. SECVNDI.

- | | |
|---|---|
| De communi & peculiari victus indicatione. cap.1. | De communi & peculiari topicatorum omnium auxiliorum indica. cap.1. |
| De communi & peculiari potus indicatione. c.2. | De communi & peculiari indicatio. vacuacionis qua fit a parte. c.2. |
| De communi & peculiari clysterium indicatione. c.3. | De communi & pecul. auxiliorum alterantium indicatione. c.3. |
| De communi & peculiari sanguinis mittendi indicatione. c. 4. | De communi & peculiari adstringentium auxiliorum indicatione. c.4. |
| De communi & peculiari preparandi humores indicatione. c. 5. | De communi & peculiari laxantium auxiliorum indicatione. c. 5. |
| De communi & peculiari purgationis, qua fit per anum ventrem indicatione. c.6. | De communi & peculiari emollientium auxiliorum indicatione. c.6. |
| De communi & peculiari indicatione mittendi sanguinem & expurgandi simul. c. 7. | De communi & peculiari aperientium auxiliorum indicatione. c.7. |
| De communi & peculiari indicatione vacuacionis qua fit per epicrasim. c. 8. | De communi & peculiari trahentium auxiliorum indicatione. c. 8. |
| De communi & peculiari indicatione vacuacionis qua fit per vomitum. c. 9. | De communi & peculiari repellentium auxiliorum indicatione. c.9. |
| De communi & peculiari indicatione purgationis qua fit per urinam. c.10. | De communi & peculiari resoluentium auxiliorum indicatione. c.10. |
| De communi & peculiari indicatione purgationis qua fit per sputum. c. 11. | De communi & peculiari pus mouentium auxiliorum indicatione. c. 11. |
| De communi & peculiari indicatione prouocandi sudores. c. 12. | De communi & peculiari extergentium auxiliorum indicat. c. 12. |
| De communi & peculiari valneorum indicatione. c. 13. | De communi & peculiari auxiliorum carnem generantium indicatione. c.13. |
| De communi & peculiari sistendarum fluxionum indicatione. c. 14. | De communi & peculiari auxiliorum cicatricem inducentium indicatione. c.14. |
| De communi & pecul. indicatione prouocandi suppressas fluxiones. c. 15. | De communi & pecul. agglutinantium auxiliorum indicatione. c. 15. |
| De communi & pecul. indicatione aperienti fontanelas & setones. c. 15. | De communi & pecul. anodinatorum auxiliorum indicatione. c. 16. |
| | De communi & pecul. roborantium auxiliorum indicatione. c.17. |



OR quanto por parte de vos el

Doctor Mercado, medico Cathedratico de prima en la vniversidad de Valladolid, nos fue fecha relacion diziendo, que vos auia des compuesto vn libro, intitulado, De communi & peculiari praefidiorum artis medicae indicatione: el qual era de grandes auisos y reglas para el curar, y en mucha utilidad y prouecho de la republica: y nos suplicastes os mandassemos dar licencia para le poder imprimir, y privilegio por el tiempo que fuesse nuestra voluntad, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, (por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la Pragmatica por nos agora nueuamente sobre ello fecha dispone) fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos touimos lo por bien. Y por la presente vos damos licencia y facultad, para que vos o la persona que para ello vuestro poder ouiere (y no otra persona alguna) podays hazer imprimir, y vender, el dicho libro que de su so se haze mencion, en estos nuestros reynos de la corona de Castilla, por tiempo y espacio de diez años, que corran y se cuenten desde el dia de la fecha desta nuestra cedula. Sopena que qualquiera persona o personas, q̄ sin tener para ello vuestro poder le imprimiere, y vendiere, y hiziere imprimir y vender, pierdata la impresion que hiziere y vendiere, con los moldes y aparejos della: y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis, por cada vez que lo contrario hizieren. La qual dicha pena sea, la tercera parte para la persona que lo acusare, y la otra tercera parte, para el juez que lo sentenciare, y la otra tercera parte, para la nuestra camara y fisco. Contanto que todas las vezes que ouieredes de hazer imprimir el dicho libro, (durante el dicho tiempo de los dichos diez años) le trayays al nuestro Consejo, juntamente con el original que en el fue visto, que va rubricado cada plana, y firmado al fin del de Alonso de vallejo, nuestro escriuano de camara, de los que residen en el nuestro Consejo, para que se vea si la dicha impresion esta conforme a el, y se os de licencia para lo poder vender, y se tasse el precio a como ouieredes de vender cada volumen, sopena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nuestros reynos. Y mandamos a los del nuestro Consejo, y otras qualesquier justicias destos reynos, que guarden, y cumplan, y executen, y hagan guardar y cumplir, y executar, esta nuestra cedula, y todo lo en ella contenido. Dada en S. Lorenço el real, a 9 dias del mes de Julio, de mil y quinientos y setenta y tres años.

Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad.

Antonio de Erasso.

Domino. D. Martino à Padilla

totius Castellae Praefecto maximo, Ludouicus Mercatus doctor medicus.

S. P. D.



VAN QVAM ILLVD MIHI SEMPER

perdifficile visum fuerit vir illustrissime, (munus mirum non petenti gratum offerre: laudis historiam citra multorum inuidiam conscribere: ac virtutem absque aemulatione in vno laudare) nihilominus tamen id mihi nunc in te leue & suaue onus factum est, qui & virtutem tua ex parte habeam tanquam calchar, & animi mei er gare propensionem, quibus proculdubio & libere & indefesse quemvis laborem aggredi nulli fore molestum nec difficile arbitror. At qui cum multa eademque satis graues reperiantur causa, quibus scriptores ad edendos libros in lucem quos priuatim scripserint, impelli soleant: communis multorum utilitas, atque peculiaris scriptorum honor, grauiores meo & multorum iudicio semper extiterunt. Verum & si negare minime possim me haud ita esse gloriae appetentem, vel laudis avidum vt omnes alij, qui sapientiae studio, & reliquis nobilioribus artibus sunt penitus dediti: illud tantum certo scio me neque id omnino spernere neque hoc laudis & gloriae in me mea scripta conferre posse: eo praesertim, si nata eam sortem foelicemque fortunam non fuerint, quod te patronum consequantur: Nam rem mihi foelicem successisse existimabo, si munus hoc meum leue patrocinio protegendum, suscipere non dedignaueris: horret quidem liuor, expauescuntque maleuolorum animi Virum virtutibus genere, & animo illustrissimum. Ea enim est natia hominum conditio, vt illud semper magni faciant & amentur, quod viri magnates & illustres. Tuum ergo erit munus hoc meum grato animo suscipere, vt omnes deinceps tuo exemplo idem quoque efficiant: Nam quis beneuolo amicoque animo non suspiciet & venerabitur quod tibi semel placuisse viderit, qui & virtutibus ac generis antiquitate & splendore maxime effulget: cum ex praecleara regiaque Gothorum stirpe natus sis: sic enim maiores tui Gothorum nomine & gloria fuisse vsos, fidissimis & antiquis scripturarum monumentis testatum reperio, quibus constare arbitror peretustate generis tui ac claritate, & aorum proauorumque ordine longo nobilissimam ac potentissimam stirpem. Quae sane stemata & regia trophaea quae ostendunt maiores tui ex antiqua illa Gothorum prole oriundos, in te vno non ocari, cuius quantuncumque inuido ac proteruo sit animo, sole clarius conspicuum erit: cum tanto generi tantisque animi dotibus tantam virtute coniunxeris, tanta morum integritate, ardentis iam etiam erga Deum pietatem, ac virile in propaganda sacrosancta Christi religione studium, & indefessum laborem, & paternum quoque erga subditos affectum, ac amabilem morum comitatem: Quibus etiam illud non minus laude dignum accedit, quod tam insigne de te in re militari a teneris annis specimen praebueris: ita vt maximi & inuictissimi Philippi Hispaniarum regis electione ac iussu Angliam profectus, ibique paci & bello paratus, tam apte & prudenter in grauissimis quibusque te gefferis, vt maiora tibi posse committi, vno omnium animo promulgatum sit. Verum vt spem quam de te omnes conceperant certam efficeres, in Flandria te contulisti donec pacato acerrimo bello, & fortissimis hostibus declinatis in Italia iterum (in quam te a primis annis contuleras) profectus ita rem militare egisse constat, devictis superatisque quatuor tyranorum munitissimis arcibus, vt non minorem pacis, te expauescentibus inimicis, quam belli fortitudine & Hectoro animo gloriam comparaberis. Tandem cum inuictissimi animi sit, magna & difficilia semper aggredi, regio mandato in subsidium urbis Madaurae incredi-

bili celeritate & animo te ex Italia contulisti: ac posthabitis turcarum & saracenorum legionibus & fortissimo exercitu, quibus ferocissimo incurfu & obfisione, fortissimos duces & strenuos ex hispana gente milites premebant: successit res feliciter, nam hostes inuiti & expauescentes discesserunt. Neque his adhuc defessus transacto iterum mari, fortissimam munitissimamque saracenorum arcem Peñon vulgari nomine insignitam, depopulare inter strenuos Italia milites aggressus, tandem in toto acerrimo bello non minorem glorie partem comparasti. Ac cum Melitam equitum beati Iohannis insulam ac domicilium obsedisset ferocissimus ille turcarum rex, magnis sumptibus & innumerato milite, trirames tibi fortissimo Duci regio iussu commissas, quas animo & ceteris rebus bello necessarijs incredibili prouidentia moderasti, illuc simul cum reliquo Cæsaris subsidio, posthabita barbarorum fortissima classe, vi & industria traduxisti, cuius & aliorum aduentu obfessorum animus & victoria adeo creuit, vt tercenti foli milites & electi duces, mirabile dictu, incredibile audacia & animo decem milia turcarum aggressi deuastarunt. quos tu inter primos insequens parum affuit quin præ labore perijisses: quæ res proculdubio potissima causa fuit, qua turcarum dux celerius deliberauerit fugam turpiter & cum dedecore parare. Successit item, quod cum electus esses tanquam strenuus dux & fortissimus miles a catholica Philippi regis maiestate, cum studeret incursum compescere punireque rebellionem saracenorum regni Granatæ, militibus tuo imperio subditis præ timore perterritis ac te ipsum in incurfu & hostium accessu deserentibus, solus ira percitus, alijs duobus insequetibus hostes aggressus fugasti: quo equidem incurfu munitissimū tibi subiecisti locum, qui deinceps factus est facilis ad Orespedam seu vulgari nomine, Alpujarras, additus. Neque eras quauis victoria contentus: nam paucissimo militum equitatu incredibili animo, & prudentissima audacia fere mille ex præcipuis saracenorum superasti: & capta maxima captiuorum præda fugatisque reliquis, foelici victoria reuersus, aliam non minorem aggressus consecutus est. Nam vt ferunt, solum centum equitibus comitatus a tribus saracenorum millibus prædam victui maxime necessariam eripuisti, quā non sine magno totius christiani exercitus dāno, inopinato incurfu captauerāt. At qui cum his & alijs penè inumeris, quæ breuitatis studio prætermitto, tantum creuerit tui gloria & fama, Graciam reuersus in nauali illo acerrimo bello nulli gentium usquā viso, in quo inuictissimus ille Princeps D. Iohannes de Austria foeliciissima manu Turcarum maxima clade trucidato Duce magnam victoriā & prædam consecutus, tu ipse electus in custodiam Principis, tam præclare & strenue te gessisti, vt non minorem gloriæ & victoriæ partem iure optimo merueris. Sed quid singula memoror: nam & solus, & paucissimis comitatus, millies, mare & terra, pedester & equester, Turcas, Saracenos, Gallos, Germanos, & alias barbaras nationes acerrimo animo aggressus foelici victoria discessisti. Ita vt non solum tuorum maiorem gloriam & famam tutam & incolumen seruaueris, verum incredibili augmento produxeris, vt qui tuos maiores non nouerit, facile te viso ex præclara oriundum familia existimet. Parce igitur vir illustrissime, si ne a limine quidem tuas laudes salutauerim, nam id ne Demosthenes quidem. Verum cum tu nil horum cures, hilari animo munus hoc meum tibi vni præcipuo offerendum esse duxi, quod tuo fauore suffultum in magnum usum legentibus cessurum spero. Fac ergo vt illud & me a maleuolorū inuidia ubique tuearis: fortunet Deus opt. maximus dignitatem qua frueris & te semper tueatur incolumemque diu tuisime custodiat. Vale.

Ad Lectorem:



ETVS illud est quod passim à Philosophis tum ab historicis oratoribusque circumfertur candide lector, homines non solum sibi natos, sed Dijs, patriæ, parentibusque: Quæ vna res antiquos illos verè viros eo adiecit, vt maxima quæque auerent consequerenturque. Inter quos fertur Curtium Romanū fortissimum & bonæ spei adulescētem, ab iatu quodam post importunam tempestatem in Romana vrbe relicto, quo tota periclitari videbatur, sorte vt se in ipsum proijceret, vocatum fuisse, spe salutis totius reipublicæ ruentis: qui patriæ misertus maluit mortem pati, quam Roma posthabita vita turpiter & cum dedecore frui. Accedens tamen stetit titubās in margine iatus dicens, timidus sed vltro morti accedo, nam certa salus patriæ dulcior mihi est, & iugi viuere fama. Quid igitur mirū si hoc eodem amore, pietateque affectus ego etiam pro patriæ pro cōmuni hominum salute, si non vitæ, at honoris saltem, & propriæ æstimationis omnimodam facere iacturā non dubitē, ne dum periculū quodvis aliud subire. Cū hoc tamē me quoque, titubantē suspensumque diu tenuit, in primo huius laboris accessu, hinc maledicentium hominum acies, quos sat scio, hunc laborem meum non tantum improbaturos (vt perpetuo ij homines sunt alienæ laudis inuidentes) verum incredibile in super turgētes inuidia, velut opus omnino superfluum varijs calumnijs hostiliter damnaturos. Altera vero ex parte religiosa pietas vrget, quæ (cū homo homini natus sit) non permittit, ea quæ profutura esse cognouerit, aut oscitanter præterire, aut inuidia recondere: cū vnusquisque nostrū pro ratione vitæ suæ, semper debeat quantum potest, in vsus cōmunes conferre. Namque hos bonarum artium hostes eorundemque oblocutiones hylarij animo continere volui, vt vitæ in hac parte aliquid prodesse possim: Quapropter quando tot seculis bonos viros ab institutis egregijs depellere nequaquam vitiligatores potuerunt, non est etiam quod animū meum, cōmuni vtilitati potius quā propriæ gloriæ consulentem atque illis imparē labefactent. Quin pro veritate consequenda ac publicæ vtilitatis amore male gratos aliquot experiri, calūniarumque subinde inuitabiles tolerare, gloriosum penes viros excellētes ac celebres semper habitū est: adde tali iniuria sæpe hominē ab homine iuuari, quod doctissimus Plutarchus in eo libro cui titulum præfixit: Quibus rationibus quis iuuari ab inimico possit, ostendit. Verū quid obsecro difficilius quā varijs tot lectorum iudicijs vel minimā ex parte satisfacere. Quibusdā enim fortasse videbitur opus rustica & barbara latinitate donatū, qui maiorem elegantiam requirentes, oblatinæ maiestatis condignam à me rationē non habitam, diē mihi dicent. Sed intelligat hoc hominū genus

L. de decet.
orna.
opinio in me
dicina maxi
me in crimē
vertitur.

L. de rebus
iudicat.

6. de regno

in Alciuade

fatis mihi esse latinē utcumque scripsisse, qui non elegantia sermonis, sed medicæ artis perspicuitatē & veritatē intendo. Alijs profecto nequaquam arridebit scribēdi stylus: nam licet quæ noua sunt, multis esse gratiora cōstet, ex eo quidem, qui Zoilum agere assuecunt, occasionem maledicēdi sibilandiq; rabido ore arripiet, dicentes nouam me effingere artem, & ut aliquid videar egisse, antiquam laudabilemque scribendi rationem euertere: quos equidem (si æquiori animo essent) libenter docerem eò miseræ medicam artem deuenisse, ut cæcutientes malint medici in quibusuis actionibus perficiendis, quæ scriptores (varijs & sæpe contrarijs opinionibus incomprehensibiles) dixerint, exequi, quam veram artem addiscētes certo & indubitātē, ut artis fors tulit, quæ vsui sunt proficua nosse. Qui enim fuit ut vnico eodemq; præsidio, ab vnico eodemq; authore decerpto medicus peritus plures sanitati restituat? Alter vero qui minus artis intelligit, eodem plures perdat. Id profecto factū esse censeo, quia aliud est medicū artificem esse: aliud vero authorum verba & mentē satis tenere. illud sanē quid agendū aut non agendum incredibili certitudine docet: hoc vero fidē tantū præstat ijs quæ ab arte ipsa præscribunt. Sed proh dolor, quis hæc audebit loqui, aut publicē proficere: quibus rationibus medicorum vulgo hæc suaderi poterunt. Verū in hoc fertōsciat medicorum schola, interim dū artis artificium, & veram cuiusque rei rationē nō quaerint, minime posse ad debitum noscendū aut agendū quicquā Itadium peruenire, etiā si legerint perlegerintve authores, quod non dāno, nā ijs fidem arti & principia artificij præstant: ut videntur sonare verba illa Hippo, quæ in hunc modū profet. Magnā artis partem esse arbitror de his quæ rectē scripta sunt, posse considerationem facere ac iudicare. Qui enim hoc nouit, & his utitur, non videtur mihi in arte multū falli posse. Sic ex authorum sententijs & dogmatibus iterum cōcinnare artē mente oportet, & hoc primū habitu acquisito, mox deinceps facile erit rationabiliter quouis præsidio uti, quod videtur consuluisse Plato, dū inquit: necessum esse quid aliud præter ea quæ scripta sunt in quavis arte docere: Nanq; citra artem uti authorum præsidij, & ipsam contēnere, & authorum authoritati derogare, & vltimo hominum saluti minime consulere, proculdudio est: sentiat quisq; aliter, hæc mea mens est, in cuius firmitudinem, pensitet cordatus medicus hæc deinceps diligentius, & reperiet facillē plura illi foelicius successisse, si potius arti quā artifici inuiteretur: Ars quidē, inquit Plato, omnia ad rectitudinem redigit. Alijs quoq; displicebunt ex meis sententijs plures: & ex eis quæ aut noua, aut a veteribus prætermissa, vel prauē adducta sunt pleraq; dānātes meā opinionem, & caluniandi rabie tanquā inutilem & parui momenti reiciētes. Sed quid moror, quotidiana me docuit experientia & rerum vsus, etia quæ optima sunt, neque omnibus placere: quod indocti omnes cor-

rupto

rupto sint iudicio, ex doctis verō aliqui æmulatione cante sophistarum artibus gratia uel seducti malinæ, aut frigida quādoq; pronuncient. Quod pulchra quadam sententia Hipp. monstrauerat dicens: Vnusquisq; enim ex his quæ ipse non habet, iudicat id quod in alio abundat superfluum esse. Sed uenia quidem digni erūt, si mihi retulerint, quæ sibi minus grata fuerint: qui si iure optimo meam dānauerint sententiam, tantum abest ut ægre feram, quod polliceor in eorum gratiam & foelicem memoriam & ob publicam etiam utilitatem, ea huic operi affigere, & iterum typo mandare: Nam pari animo à beneuolis gratiam ac ab omnibus alijs correctionem recipiam. Eò etiam deuenire humana miseria, ne dicam inuidia, solet, ut si quis ardenti desiderio, & indefessō labore aliquid toto conatu in reipublicæ gratiam edere tentet, protinus vulgatum habeat inscribētium cōtemptum & opprobrium, nil dictum quod prius dictum non fuisset: & facillē else librum ex libris conficere, ac integras paginas transcribere, & ut fertur: alienis plumis quisque se persanatum efficere. Sed proh Deum immortalem quò pergat liuor: quid enim in omnibus artibus præstantius, quid laude dignius, quā ea quæ à maioribus nostris & primis medicinæ conditoribus probè dicta sunt, imitari, quæ diminuta in integrum restituere, quæ obscura apertius docere, & vltimò quæ confusa & citi a ordinem tradita sunt, methodo complecti, sicut quæ ipsi prætermiserunt addere: Nam ut Hippocrates testatur, Scientia votum ac opus est inuenire aliquid eorum quæ nondum inuenta sunt, similiter & semiperfecta ad finem perducere & absoluere. Artes quidem omnes ut authorum constanti assertionē patet, tum per addita-menta summam perfectionem nactæ sunt: Tum verò per nouam propagationem. Nanque natium hominis ingenium est, naturam ipsam æmulari, quæ vel cupida nouitatis, vel primæ materiæ nimium tenax, res omnes nobis ac miris subinde modis quasi renouans induit, & ueluti nouam generationem ex antiquo semine effingit. Hinc viri docti in eo stadio versantur: nam ingeniorum alia breuibus atque concisissis, alia contrarijs videntur delectari. Quare nemini arbitror mirum videri posse post tot illustres scriptores, quos hæcenus steterisse constat, ipse quoq; uoluerim calamo manum admouere, præsertim cum earum rerum susceperim scriptionem, quarum nullus ante me methodo & ratione meminert. Sed quis obsecro viri studiosi timore non exhorrescet, si hæc & longè maiora pericula mente concipiat, & animo frequenter euoluat. Verū absit, quod formineo hoc terrore correptus, diu patiar quæ multis profutura spero cæleri: Proinde ego quoq; maiorū laudatissimis uestigijs innitens, & ueritatem pariter & cōmunem salutē spectās, non est, cur aliqua occasione ab incepto cōmouear. Adegit me quidem in hunc laborē sententia quædā Aristotelis, quæ in hunc modū se habet:

Lib. de arte.
Lib. 5. ethic.
cap. 9.

Nam

Nam illic quoq; mel, vinū, elleborum vſionē & ſectionem cognoſcere facile eſt, ſed quo modo, & cui, & quando ad ſanitatē adhibenda ſint, ſi re, ſta magnū & operoſum eſt, vt medicū eſſe: qua profecto nos monet & veluti ab antiquo lomno excitat, ne his quæ comunia & generalia ſunt in arte contēti curacionē exequi conemur: nā ab his cetera omnia & difficiliora & vtiliora longe eſſe: præterq; quod paſſim reperies tyrones & quosuis idiotas, ſicuti etiam ex alijs qui ſe medicos venditāt, plures, qui priuſq; in medica arte ſatis diſcipuli eſſe cœperint, ſua iam exiſtimant, & eam audacter profitentur, innitentes principijs quibuſdā, quæ veluti fundamētū & ſchæleton totius artificij ſunt. Qui equidē ſi forte cognouerint in morbo vacuandū, alterandūve, aut quoduis aliud ofīcium exequendū eſſe, cui vero, quādo, quantum & quo modo, minime ex principijs quæ ab academijs efferunt, aut ex authoribus decerpunt, ita facile intelligere perdiſcereq; poterūt, niſi aut lōgo rerū vſu, aut doctiſſimorū viorū comercio, qui neq; ita facile neq; vbiq; reperiuntur. Quò fit, vt perpetratis primò millè erroribus, non citra magnū reipublicæ dānum & multorū virorum diſpēdium, tandē longiſſimo temporis interuallo aliquid, idq; leue & vulgare in medico vſu aſſequantur, ita vt primituſe ſe difficile aliquid obtulerit (vt frequenter accidere ſolet) aut priuſ allucinētur & hæſitēt (ſi cordati ſunt) aut ignorātia audatiores tacti in præcipitiū deferant laborantē. Præterquā q̄ ipſi ſuperbia ex ignorantia turgentes, non ſatis quæ ignorant intelligunt: quāobi ē in perpetuo errore & caligine in dies magis verſantur, credentes nil aliud in arte eſſe perdiſcendū, quā aut purgandū, ſanguinēve mittendū, aut alterandum. Quod pulchra quadā ſententia dānauerat idē Ariſtoteles dicens: quemadmodū & mederi & ſanare, non eſt incidere vel non incidere, aut medicamentū dare vel non dare, ſed ſic affectū hæc præſtare. Ex quibus iā patere arbitror quanti momenti ratio me compulerit, grāue hoc onus meis humeris imponere, ſiquidē maior medicorum pars neceſſario hoc indiget ſubſidio, quibus non ſolum vtile, ſed neceſſariū omnino eſſe cenſeo, viris tamē doctis & grauiſſimis memoriæ tantū gratia proficiū. Quo quidē volumine facile reperiet lector in quouis huius artis præſidio verā indicationē, & vtēdi methodū, qua citra maximā difficultatē exhauriet quæ non niſi longa experientia & cæcutienti vſu edīſci poſſunt, atq; id perſpicaci quadā docēdi lege, arte ac methodo reperiet, in quibus omnibus non pro arbitrio, ſed artiſcioſa quadam ratione quæ cuique affectuum corporum, temporum, & aliarum rerum quæ miravarietate ludūt, & medicos quosuis vel doctos deludunt, proficua ſunt, iuxta artis principia, aperta oratione refulgent. Accipe igitur candidè lector & meis laboribus bonis auib; fruere, interim dum maiora paro.

Michaelis Arindez Oñatij in medicina

& philoſophia designati in ſui Præceptoris, De cōmuni & peculiari præſidiorum artis medicæ indicatione,

Libros.

Ad candidum lectorem, Præſatio.



Et titanti mihi veterum philoſophorum volumina (optime lector) ſæpe ſæpius memoria afflatu quodā ſeſe obtulit aliquorum error reputantium humanū intellectum Deum eſſe. Hi rerum omniū principia, vniuerſiq; machinam ab hominum diuino eſſe producta aſſeruere intellectu. At ſi veritatē conſulimus & chriſtiana religione procedimus, vniuerſi multitudini intellectum non præſtare fundamenta (vt illorū mens erat) crederemus, ſed intellectui omnia ſub eſſe experiemur: nam tāta humani ingenij vis atq; poteſtas eſt, vt rerū omniū exacta cognitio ſub eius contemplatione recondatur. Sed tamen cū intellectum ſub tenebricoſi cerebri latebris omnipotens repoſuerit, ac varietati materiæ caduci ſubiecti ligauerit, tantū formarum rerū intellectus aſſequitur, quantum eius instrumenta præſtantia: aut impotentia: designantur. Hinc ingeniorū tot monſtra indies viſuntur: hinc artium varietas & opinionēs oriuntur: hinc Dioclis tempore, Carifij, Praxagoræ, Chryſippi, Erophiſi, ac Eraſiſtrati in medicam artē diuidēdo tot promanauerint lecta, vt cuiq; ſua, nemini aliena placeat. Alij tribus tantū medicinam omnē amplectēdā fore aſſeruere, diethetica nempe, pharmaceutica & chirurgica: alij verò quinq; (Laertio aſſerente): & alij duas medicinæ tantū ſpecies enumerarunt: theoreticā ſcilicet & practicā. Horum alteri ſuā ſuis fundamentis lectā totis viribus condunt, & alteri enixè ſuā etiam impugnat: vnde aut methodicorum calūniam, aut empiricorum infamiā, aut rationaliū partam gloriā ſubiecti. Quiſq; etiam ſuam opinionē ſequēs præſidiorū indicationes excogitauit, ſed auxilio cognito quanta ſolertia diligētiaq; ante eius exactā adhibitionem egeat, hæctenus deſiderabatur, vſq; dum Mercati ingenii artis apollineæ neceſſitate tanquā torculari compreſſum & amicorū cauſa, & cōmuni bono coactum, volitauit per auras, & miro ordine incredibiliq; methodo, quod arti deerat, non ſine magnis vigilijs lucubrationibusq; ſumma induſtria reſtituit. Quæ in re Mercatus non ſolum ſuo labore medicinæ ornāmētum & perfectionē præſtat verū etiam medicis, qui tūm medendi, tūm etiam publice profitendi facultati incumbunt, per magnam illuſtrationem & cōmoditatem profuturam iri iure creditur. Nec miradū quidē eſt, ſi quod magnorum authorū diligentia: defuit (ſaltem methodo hæctenus prædiderint vnquā) Mercati candore mentisq; integritate in publicam vtilitatem exeratur: nam

nam tanta artis amplitudo est, tam diues rerum in ea contentarū copia, vt et si ad summum perducta esse videatur, exponendum semper tamen aliquid & indagandum restet, quod vberem commentandi materiā præstantibus ingenijs præbeat. Vnde tot tantaq; medicinæ partium locupletissima commentaria ac tot tantaq; nostri sæculi hominum præclara scripta, quæ vniuersam artem non solum illustrasse, sed profusius eius finem attigisse videantur. Quorum quædam ob optimam quàm afferebāt frugem plurimi fiunt, quædā verò ob tempora in quæ incidere plaris æstimabantur, quàm emi poterant: nam multi pretij in cuiuscunq; operis famam acquirendo est, alterius operis nomen non plurimum exaltari. Sic Demosthenem floccipensum Asiæ fuisse Aulus Gellius prodidit quoniam tanti Platonis fama habebatur, tantumq; eius nomen vigeat, vt Demosthenis nomen obumbraretur omnino. nam multum interest in acquirenda de edito opere gloria, ab illustriori nō obscurari. Deinde Calistratus eloquentia absolutus tanto apparuit fulgore, vt philosophorum cursum volatilem q; famam qua Plato florebat, soli sibi alliceret. Sic huius operis eruditionem, & si eminentium virorum fama nostra ætate scribentium adeo in eis sit redacta, vt alium texere impossibilem reputetur spero tamen totam, vt Calistratus, allicere: quoniam in ipso tanquam in fertilissimo xysto nō solum virides herbæ peregrinæ q; plantæ & fragrantiores flores quæ visui olfactuiq; placent, reconduntur: verum etiā placidissima gustui ac suauia poma, & sonorissimi auditui cōcentus, & alia quæ plurima hoc volumine fulgent. Plutarchus & Plinius multifaciunt Pyrodam, quod silice primū ignem eduxerit: Protheum itidem, quod primus omnium armamentum construxerit: Pentefileam, quod luminariorum inuentrix fuerit: Scythæum, quod arco & spiculo ante alium vteretur: Phemiceum, quod scorpionem, fundamq; effecerit: Lacedæmones autem, quod galeis, lanceis & ensibus primi se exercebant: Thesalos verò, quod certandi modum equitando repererint: laudant similiter & Afros, quod naumachiam inuenerint, Sed ante omnes iure optimo laudandus venit, qui totis viribus in dies magis ac magis literas addiscit, & nouas inuenit, ac alios edocet: Sic Mercatus, iure inter cæteros absolutus laudandus erit, quod nouam methodum hæctenus sepultam ipse solus repperit, qua Esculapij draco sua induitur pelle, & amissa salus integritate assequitur. Diuinus Plato quotidie Deo gratias agebat, quod ipsum hominem effecerit, non brutum, quod Græcū, nō Barbarum, & quod tempore Socratis illi vitā concesserit, sed Platone multo magis Mercati discipuli Deo referre gratias tenemur, quod eius gemis ornati & eius simus disciplina nutriti. Tu ergo discretissime lector, hoc op^o beneuolè suscipito, & pulcherrimo, vt potes, dicendi genere nostrū illustrato seculū.

Vale.

Lib. 2. de laudib. antiq.
L. 7. c. 56.

PETRI SANCTII A

SORIA IN PHILOSOPHIA ET

medicina designati ad optimum quemq; & candidissimum virum Philosophum & Medicum in præceptoris libros,

De cōmuni & peculiari auxiliorum indicatione.

Præfatio.



VANQVAM rebus omnibus naturæ numen sagacissimumq; in sit ingenium, adeo, vt quod in illis optimū est, natura semper efficere studeat, tamen quia à suis principijs progressa, certo quodam fine præscribitur, vt ne quicquam temere & fortuito committat, nihil propemodum est, quod perfectum & omnibus numeris absolutum edere possit. Ac ne multis ego exemplis conquirendis longius in re perspicua immorer quam necesse est, id in natis in terra styrbibus intueri licet, quæ nisi cultu educarentur, vel præimbecillitate omnino marcescerent ac languerent, vel humoris exuperantia vegetiores, quam par est rederentur. Nec vero ob hanc naturæ conditionem eam iniustam aut deteriore esse putandum est, quæ vt pulchre diuinus inquit Hipocrates, ipsa per se sine doctore rectè omnibus subuenit, sed illam vel vt melius dicam, deum optimum maximum authorem ipsius naturæ, & cuius ipsa ministra est dedita opera fecisse, vt suis finibus contineretur; vt ab ea hominum intellectus exordiens, veluti aliam naturam in illa faceret, vt ait Cicero, atque eius opera inuentionis suæ rudimenta perficeret. Atqui cum nihil maius diuiniusque humanis animis intelligentia datum sit, quæ omnium disciplinarum artiumque parens esset, quibus naturæ perfectio absolueretur, & his studijs homo ipse ab alijs animalibus seiunctus commodè beneque viueret: fit eiusdem naturæ nutu, vt quod quisque ingenio maximè præstat, eò is ad aggrendendum absoluendumque semper aliquid, maximè intentus sit & pronus. Hinc omnium artium inuentio atque naturæ absolutio, quæ homines illos antiquissimos illarum inuentores, ita exornarunt & extulerunt, vt nulli alij pro Dijs habiti sint, nisi ij, qui aliqua re inuenta humano generi opem tulissent, quod sanè illustri viri omni ex parte munus mihi videtur, neque sine ratione quidē: nam si Deum esse credendum est eum, qui naturam condidit, illum qui artem æmulatricem eius & correctricem, vt ita dicam, adinuenit, quam maximè profectò verum virum & sapientem esse proculdubio dicemus. Tale ergo apud antiquos ipsa natura ductos artium fuit pretiū & studium. Sed cum omnes artes, intra mille annos, vt quibusdam placet repertæ fuerint ac perfectæ: omnes tamen illæ, veluti reliqua mortalium opera atque inuenta, vt æmulationem

lacionem hanc naturæ, ita etiam illius conditionem subiere, quæ cum ab ortu
foeliciter adoleuerint, atque per ipsum nascendi spatium, sua incrementa per-
fectionem que susceperint, non multum postea, aut vetustate confectæ aut si nõ
temporis vicissitudine, inimicorum saltim vi, aut fato quodam neglectæ perie-
rient. Vnde quæ magis apud veteres illos florere, & in maiori pretio sunt ha-
bitæ, illæ, vel temporum incuria, vel hominum socordia, vel rerû vicibus, proh
dolor, non sine summa humani generis iactura, obliteratæ iacent: quo factum
est, vt nobis tanquàm nunc primum nascituræ post illarum interitum, denuo
sint inuestigandæ nescio an maiori cum labore quam laude, quæ hominum est
inuidia non in illos solum, qui infra se positas artes prægrauant, verum in illos
multo magis, qui extinctas omnino suscitant. Quod vel ex ipsa medicina, cu-
ius gratia hæc à nobis dicta sunt, perspicuè cognosci potest. Hæc enim ars cum
in Græcia ab Appolline primùm & Aesculapio inuenta esset: (vt Egyptios om-
mittam, apud quos medicinam in marmoribus inscriptam à maioribus suis traditâ
fuisse fertur) ab his auspicijs per quandam posteriorum successione atque hæ-
reditatem ab Hippocrate Choo illorum prognato magna ex parte euecta fuit,
& literis mandata, atque Thesalo & Dracone eius filijs Polibio alijsque disci-
pulis tradita, ab his præclarissima ars ac vera medendi ratio ruere & ferri in pe-
rus cepit, alijs quibusdam sectis admisis, sed bene quidem fors tulit, immo di-
minutis mortalium saluti consultum est. Cum enim empiricorum, methodico-
rum aliorumque factiones aduersus hominum vitam conspiratæ latè serperent,
atque vbiq; terrarum se iam diffunderent, labefactata ac prope diruta, longo
tempore ab Hippocrate prisca illa methodo medio in cursu conciderunt, Gale-
no ad salutem hominum atque illorum necem nato, his enim ille se, vt infestissi-
mis hominum inimicis obiecit, & quæ ab Hippocrate scripta supererant, den-
tissimo iam situ vetustatis obducta, & prauis commentis deturpata splendorem
dedit, & ita ad vnguem excoluit, vt nihil præterea cuiusque neque ingenio, neq;
industria, neque vilo doctrinæ genere addi posset. Taceo, quæ de Chryso, He-
rophilo, Diocle, Archigene, Arhenæo alijsque ante ipsum dici possent, quæ
neque horum scripta extant, neque si adhuc extarent, æque nedum præclarior
id egissent. Sed cum post tot incommoda medicinæ florere ad durare aliquantu-
lum decuit. Aretæi tempore, Pauli, Actij Traliani, Actuarij, ac reliquorum iu-
niorum ex Græcis, eam tamen noua calamitas eodem ipso tempore excepit.
Cum enim aduersa Romanorum fortuna, apud quos vixit Galenus à barbaris
quibusque medicina esset viurpata, necessum fuit, vt veluti suis parentibus or-
bata ac destituta barbara absurditate atque spurca caligine obduceretur, dele-
tis ac pene extinctis Hippocratis & Galeni nominibus, duo medicinæ numina,
ita demum, vt è tot calamitatibus vix illorum vestigium quoddam Paulo ante
nostram ætatem superfuerit. Atque iam secundo medicina lutulenta barbarie
squalida fuerit detergenda. Sed bene id etiã iterû cecidit, fortasse quia Deo hu-
manû generû semper curæ est, nã & acriû virorû, qui tum vtriusq; linguæ, tû phi-
losophiæ & medicinæ peritissimi fuerunt, magno studio & labore tantû in hac
re effectû est, vt foeda illa barbarie pfligata à propinquo iã interitu medicina vin-
dicata sit, quorû si nomina & laudes dicere vellè, neq; certo numero compre-
dere possem, neq; satis vnquam laudarem, vel si ipsa oratio nunquam finiretur.
Verum tamen licet ab illorum plerisque, in eis, quæ in medicina semper restât
inuestiganda, vt in alijs etiam artibus, multa sint egregiè consumata, non sine
magno artis & sui nominis augmento, ita vt certatim vnusquisque in cõmunem
utilitatem

utilitatem suam operam adhibuisse videatur, de illa vero medicinæ parte, quæ
veram & optimam curandi methodû per indicationem docet à nullo ferè, et ex
antiquis Galenium, ex iunioribus Argenterium excipia, actum esse video, cum
neque si huic negotio omne suum studium & operam diuturna meditatione,
longoque medendi vsu nauaræ contendissent vnquam satisfacere possent.
Quod sine illorum iniuria dixerim, atque vtilius humanæ saluti prouidissent, &
consulissent: tanta huius partis medicinæ difficultas est, & necessitas. Nam
me Hercule, & si absoluto medico multum conducant, quid afflictis laboran-
tibus tot physiologica commentaria, de elementis, temperaturis, dissectionibus,
facultatibus, functionibus, de morborum ac symptomatum causis, & differen-
tijs, & alijs, quæ, vt vno verbo dicam, ad diagnosticam partem spectant. Quid de
signis iudicijs morbi temporibus, ac prædictionibus illorum, quæ in illis futura
sunt, quæ medicum admirabilem potius quam vtilem efficiunt, si ea demum
parte caremus cui priores dictæ ministrant & quæ sumpta indicatione ab scopis
morbis medetur, & in qua potissimum artis finis est positus. Enimvero si opti-
mi medici munus est & officium sanitatem efficere aut tueri, quo obsecro pa-
toid optime efficiet? Si agendorum rectam rationem non habuerit, quæ per
indicationem apprehenditur. Qui vero ad illam propius accedunt multa
quidem in morbis animaduertunt, tum circa victus institutionem, tum circa
præsidiorum occasionem, quantitatem qualitatem & modum: sed his scopis de-
finitis omnem indicationem illos latuisse videtur, vt vel nunc empiricam vetu-
statem sapiant, vel iam rationalium nomine abutentes methodicorum sectam
construant atque erigant. Itaque omnis recta methodus, & rationalis via qua
vera medicinæ ars ab alijs sectis secernitur, vel nouis scriptoribus desita est, vel
ab antiquis perfecta & absoluta. At nulla quidem ars suum vnquam cognouit
finem, cum nulla hominum mens sit quæ omnis perfectionis & abolitionis sit
capax. Neque etiam hanc medicinæ partem ab alijs neglectam dixerim, sed
vel hætenus conclamata, vel præuaricatione fuisse transmissam, nam & si
Galenus plura de hac re, & illa quidem potissima docuit in medendi methodo
& in his quæ de optima secta ad Trafsybulum scripsit, rem posteris suis inchoa-
uit, cui Argenterium plura immutasse, quam addidisse putem. Reliquum igitur
est vt medicinæ verticem summe difficile ac necessarium, quod vltimus ille
sit posteriori ætati absoluendum reliquerit antiquitas, quæ tot tantisque viros
ad id conuincendum in dies parit, vt neque prisca illa, quæ non homines
tulisse dicebatur, sed Deos, aut plures aut maiores habuerit. Vnus tamen è mul-
tis ac de multis & maximis L V D O V I C V S M E R C A T V S quasi è medio sum-
marû laudû desumens sibi gloriæ argumentum, difficillimam provinciam sui-
cepit, atque hunc lapidem tanto interuallo ab omnibus intactum, aut certe in-
conculsum moliri est aggressus, qua in re ita quidem se gessit, vt ne quid amplius
ad rectam medendi methodum desiderari queat. Nam præter primas commu-
nissimasque auxiliorum indicationes, quo pacto & a quibus scopis, in vnoquoq;
vel indiuiduo morbo præsidium indicetur ad vnguem est persecutus, siue victus
rationem quæras, siue causarum præcautionem, qualis est venæ sectio, humo-
rum concoctio, preparatio & expurgatio siue balneorum genera, aut alia au-
xilia, quæ circa humorum euacuationem aut digestionem versantur, siue
per contraria veram necnon exquisitam curationem, atque vt omnia simul
complectar

complectar omnium remediorum indicationes, quotquot adhuc a medicina
 primordijs ad humnos languores extirpandos sunt inuenta. Ut demum vnus
LVDOVICI MERCATI industria & diligentia antiqua illa curandi me-
 thodus propemodum interpolata ad nos venisse videatur. Sed quid ego in cal-
 ce tandem orationis sapientissimi huius viri laudes proponam, cum si ab exor-
 dio illas longa oratione dicerem minus illius meritis satisfactum esse existima-
 ri debet: quamobrem non mihi vitio vertendum est, quod eas consulto perse-
 qui nollim, cum assequi non possim: sed eo ille praestantior, sapientiorque censi
 debet, quo illius laudes non mea solum quae minor etiam quam mediocris est,
 sed omni facundia maiores sunt. Neque vero ob id tacere illud decet, **MERCA-
 TVM** esse vnum, qui magis publicae quam privatae suae utilitati consulens om-
 ne suum studium in commune bonum contulit, & quod sine aliorum inuidia di-
 xerim, aequali aut vero maiori laude & gloria quam reliqui nostri, qui vel alias
 vetustatis partes ex medicina labentes instaurarunt, vel aliquid noui illi addi-
 derunt, cum ad haec studia nec parum, nec leuiter, nec sine suorum fortunarum
 & valetudinis detrimento incubuerit, tum assiduis lucubrationibus, tum etiam
 quotidianis lectionibus quibus multis ab hinc annis in Valle soletana nostra a-
 cademia ipsam medicinam publice profitetur, in primaria cathedra omnium
 calculis constitutus, tanta quidem laude ut non minorem nunc sibi gloriam di-
 scipulorum doctrina comparauerit, quam ex hoc grandioris pretij opere nunc
 in lucem edito in posterum illi futuram esse spero. Sed cum haec ipsa laus alte-
 ra ex parte mihi sit communis cum illis qui in arte medica ab illo sunt edocti,
 omnes quidem exorandos habeo, ne ex hac mea oratione aestimatio
 illius fiat, cum in me ipso atque illa etiam, praceptoris gloria
 & doctrina potius imminui quam augeri possit.
 Adest totius operis summa, ex qua qui
 veritatem suo prope ingenio de-
 prendit, vel docilem ad optimam quamque doctrinam se praebet
 facile authoris praestantiam & libro-
 rum utilitatem cognoscet.
 vale optime lector.

METHODVS VNIVER- SALIS INTRES PARTES DISSECTA.

Prima Methodus in dignoscendis locis Patientibus.



DVBITAT Aristoteles, qua nam ratione perpetua su-
 cessione artes mutantur, ac nouis theorematibus & re-
 gulis indies magis floreat: cum reipublicae leges im-
 mobiles perpetua stabilitate permaneant. Suspiciatur
 quidem id esse factum, quia tota artium vis & ratio con-
 sistit in natura ipsa, cuius cognitio & notitia illucescit indies magis ma-
 gisque. Quo fit, ut iuxta rationem minoris aut maioris illius notitiae, con-
Bgat artium praecipua varijs modis immutari, immobili semper manen-
 te natura. Verum quia tota legum potentia & efficacia in obseruatio-
 ne & antiqua consuetudine consistit: ob id quidem oportuit nunquam
 mutari, ne leges nouitate sanctionis vim & efficaciam amitterent, sicque
 & instabiles ac infirmiores fierent: nam quae assueta sunt, & si grauiora,
 insuetis facilius tollerantur. Quae quidem ratione mirum non esse de-
 bet, si nouis quotidie voluminibus tedium viris doctis parere videa-
 mur. Siquidem benignissimum est opus, & ingenio animo plenum,
 quae denuo ex naturae abditis (non citra magnum laborem) cognoscun-
 tur, in studioforum gratiam patefacere: praesertim cum ea sit optimi me-
 dici conditio, ut amore veritatis captus, ei tota vita (spretis caeteris omni-
 bus, quae vulgo studiose expetita sunt) sedulam operam innitens, naba-
 re tantum intendat. Quod egregie docuerat Gal. referens quae futuro
Cmedico inesse debent. Quibus etiam addit, necessum esse quaedam me-
 thodum perdiscere, qua verum & falsum discernitur. Haud enim ad ea
 rum rerum quas querimus inuentionem satis erit, dum taxat veritatis
 desiderio teneri, sed & facultatem quandam inueniendi, paratam habe-
 re: cui item adiecit praeter haec omnia, exercere methodum, qua non so-
 lum ipsam cognoscere, sed vti quoque ea liceat. Si igitur adueritatem viam
 affectanti dictorum vnum desit, aut aequum est quicquam eorum quae
 cupit assequi admodum speret. Quod si suppetant omnia, quid verum
 scrutari cum bona subsit spes vetat? Primum itaque, medendi inuersali
 ratione instituire tyrones oportet, ut quae metrum sit & mensura parti-
 cularium omnium actionum: cuius gratia patientium locorum noti-
 tiam breui quadam ratione praemittere aequum esse duxi: deinceps af-
 fectionum omnium notas praescribere: tandem medendi compendio,

L. i. de consi-
ar. medic.

A sani



sam methodum docere: quibus futurus Medicus doctior factus, facilius ad particularia descendet.

Medicinam, prima illa & suprema partitione, in significatē partem & agentem distributam esse, mille in locis testantur Hippocrates, & Gal. Rursus significans, in inquisitionem præteritorum, præsentium & futurorū, ab eisdem iure optimo diuiditur. Deinceps præsentis affectus indagatio, & locum laborantem inuestigat, & affectus speciem, & qualitatem ac causam ipsam: nisi enim de affectu tria hæc explorata habeantur, frustra curationis speratur optatus finis. Quod verò primo loco nosse est necessum, docendi ratio monstrat particulas affectas esse, quarum quidem notitia tam est utilis & necessaria, ut non dubitarit, Gal. asserere, totā artem non sex mensibus tantum, sed sex diebus comprehendere posse, si eam quæ ad particulas attinet, tractationem adimas. Est enim utilis hæc primò ad prælagandi rationem. nam tantum affectus sunt debiles, aut grauiorē, quantum particula præstātia dignior aut communior. Præstat item in curatione non minorem partem: nam licet affectus natura auxiliij genus præscribat, particula tamē cōditio & materiā & modum auxiliij sola docet. Non enim sat est nosse, morbum exposcere vacationem, aut repletionem, alterationem ve, ni exactè medicus nouerit, ex qua materia auxilium confici, aut quousq; operari queat: & rursus qua figura & modo, quæ omnia particula ipsa docet. Quantum autem difficultatis hæc res obtineat, egregiè depingit Hippocrates dicens: Quæcumq; enim oculorum conspectum effugiunt, (recensuerat paulo ante qualia sint) ea mentis oculis obtinentur & superantur. Quæcumq; verò, ob id quòd non statim cognoscantur, ægri mala perpetiuntur, ea non ad medicos curantes ipsos, tanquam ad ipsorum authores referenda sunt, sed ad naturam ipsius ægri, itidemq; ipsius morbi: medicus enim cum non possit malum nec vultu assequi, nec audiendo, ex aliorum narrationibus cognoscere, ratiocinatione ipsum persequitur, etenim ipsi quoq; ægri, qui obscuro morbo laborāt, si conētur medicis de morbis suis narrare, ex opinione magis quā sciētia narrātur, (& paucis interpositis inquit). Quādo igitur, nec ex ægri narrationibus ad infalibilē certitudinē peruenire possit, alio certè respicere medicū necesse est. Qua sentētia aperte nos monet, ad specialia signa cōfugere, ut in re tā graui & abdita certiores prōptius simus.

Totam autem rationem dignoscendi affectam particulam, Gal. ex tribus tantum signorum generibus desumit: nimirum ex actionibus cuiusvis particula læsis, ex ijs quæ præter naturam retinentur aut excernuntur: & tertio ex mutatis qualitibus. Atqui cum non sit satis,

tria

A tria hæc rerum capita nosse, nisi ad singularium cognitionem & excitationem deuentum sit, æquum esse duxi, vnum quodq; signum in singulas partiri species, & exemplis ex Hippocrate & Gal. desumptis, probare. Sic actio læsa, quæ primo loco sese offert, ut quæ primò particulam affectam monstrare valet, diuiditur in eum particulam affectam in quo aut vna læditur actio, aut omnes. Rursus cum vna actio læditur tantum, aut læsio illa partis est vnius, ut deiectione inuitam musculi, vesicæ, aut ani, quæ mictum efficit, aut deiectionem inuoluntariam, musculis resolutis, vel discisis. Aut læduntur actiones partium simul plurium affectarum, ut respiratione vel voce læsa, vna vel pluribus, vel omnibus partibus respirationi & voci seruiētibus læsis, ut diaphragmate, thorace cum suis musculis, pulmonibus, aspera arteria, musculis octo epigastrij, vel ijs, quæ cum dictis mouentur. Cognoscitur etiam hoc deiectione læsa, quibusdam, vel omnibus eam iuuantibus læsis, ut intestinis musculis octo epigastrij, diaphragmate. Atrophia etiam totius, ventriculi, intestinorum, hepatis, venarum, singularium partium læsione monstratur. Cum verò ex multis actionibus læsis partem affectam rimari nitimur, eas rursus partiri oportet in læsiones plures partis vnius affectæ, (ut visione & oculi motione simul læsa, gustu, tactu, motu linguæ simul læsis, tactu etiā motu musculorū, & tēdonū: quod etiā ostenditur intra ctione, retēctione, coctione, & expulsionē ventriculi (vel alterius partis) simul læsis, aut partium simul plurium affectarū: ut animali, vitali, naturali, omnium corporis partium his actionibus præditarum læsa: in febribus omnibus magis & minus, prout febrium in sua essentia, & supra vires magnitudine, licet intueri: aut etiam in tactu & motu læso intoto corpore, aut media eius parte.

A liter rursus licet considerare actionem læsam, nimirum dum actio ipsius instrumenti læditur, quod vno trium modorum contingit, affecta quidem parte aliqua similari, à qua primo fit actio: qualis in oculo humor crySTALLINUS. Secundo, affecta ea quæ ad actionem est utilis, licet ipsa per se non præstet actionem, sed vsum: quales sunt tunica & reliqui oculorum humores. Tertio læditur pari ratione actio, toto ipso instrumento vitioso facta: minori nimirum iusto aut maiori reddito, dislocato aut difformi alia figura affecto. Itaq; omnes actiones cuiusvis speciei ex dictis sunt, facile aut totum instrumentum, aut partē eius affectam designant. Præterea coniectandum est, easdem actiones, posse læsas censerī, cum aut ex toto abolentur, aut partim diminuuntur, aut corumpuntur. Ob idq; stimandum est in singulis instrumentis, iuxta modum læsionis, quantum ea recedant ab integra & perfecta sani

A 2 tate.

Li. De arte.

Li. De loc. aff. & z.

UNIVERSITARIA
GRANADA

Jongors. v. i. i.

4. Methodus dignoscendi.

tate. Cui vsui præstat etiam expendere, actionem non modo lædi, læ-
sis eam efficientibus, vel ei ministrantibus partibus, sed etiam connexis & adherentibus, vt in respiratione conitat, affecto vtero aut ventriculo.

Excreta quoq; è corpore multa nobis ostendunt, sicuti & ipsa sunt varia: nam ex his, quædam excernuntur per meatum naturalem, vt aures, oculos, nares, os, gulam, guttur, sedem, collum vteri, vesicæ & poros corporis: quædam rursus per meatum non naturalem, vt vlcus, aut vulnus.

Quæ omnia rursus subdiuiduntur, in ea quæ excernuntur, quæ à propria partis substantia soluta vel dissecta profiliunt, vel in res contentas in spatio secundum naturam. Primi exemplum, sunt bronchia parua, vasa magna, caro mollis & rata: quæ vbi conspiciuntur pulmonem erofum. Vt Hippocrates testatur, significant. Item bronchia magna, vasa parua etiam excreta, asperam in collo arteriam erofam, aut putrem ostendunt. Præterea magna & crassa tunica per secessum expulsa, crassorum intestinorum vlcus, seu dysenteriam, sicuti parua & tenuis, tenuium exulcerationem significat. Crassa pari modo & viscosa tunica epiglottidem aut linguam, tenuis & glutinosa asperam arteriam, vel œsophagum, vel ventericulum erofum esse aperte monstrant. Cæterum illa tussis, hæc verò vomitu excerni debent: vt affecta pars distinctius cognoscatur. Membranosa item hypostasis (vt ex Hippocrate constat, vesicæ vlcus designat. Furfuracea quidem, vesicæ scabiem, vt idem author etiam docet: sicuti carnosam, renum vlcus, vt apud eundem authorem quiuis facile colliget. Secundi autem diuisionis membri exempla sunt (earum videlicet rerum, quæ in spatio secundum naturam continentur) furfures, qui caput plenum prauis ichoribus significant, vt ex Gal. videtur constare. Lippitudo item multa insolens, mucus nasi multus, tenuis, crudus affectum indicant esse cerebrum. Sordes aurium copiosior, vt quæ deiectiones biliosas finit, aurem læsam significat: vt facile Hippocratis testimonio probari potest. Vrina eodem modo per vulnus aut vlcus reddita, vesicam, vtereres, renes discissos esse: sed quæ harum sit, situs vulneris è regione affectæ partis facile monstrat. Præterea vrinarum in substantia, & contentis differentia, affectus varios venosi generis & viarum vrinæ facile monstrat: quales sunt quos in prognosticis apud Hippocratem & Gal. facile reperies. Stercus per vulnus excretum, vel in vulnere stercoreis odor pertusum intestinum significat. Stercus item varium varios intestinorum affectus, & interdum corporis totius monstrat: vt Hippocrates prolixa oratione ostendit. Sputum etiam par-

Li. 5. Aphor. 13.

Li. 4. Apho. 81.

Li. 4. Aph. 77.

Li. 4. Aph. 76.

Li. 2. Loca, phar

Li. 4. Aph. 29.

Li. 2. prognos.

Particulas affectas.

5

Atium spiritualium, dum tussiendo reijcitur, varios monstrat affectus, iuxta spū varietatem. Aborsus pariter, vteri vitium aliquando significat, vt Hippocrates aperte docet, nimirum vteri acceptacula esse humore plena. Similiter lac è mammis grauidæ multum fluens imbecillum esse fetum monstrat: id etiam asserente Hippocrate. Semen quoq; viri aut mulieris sponte profluens, liquidius esse, aut vasa spermatica affici, citra dubitationem ostendit: menses parilege largiores, pauiores, decolores solito si profluant, affectum vterum patefaciunt, vt mille in locis testatus est Hippocrates. Cibus item, potus, chylus per vulnus excreta, ventericulum per foratum esse significant. Cæterum chylus etiam tenuia intestina confossa esse monstrat. Interstinguere tamen id licet: nam cum ex aperto vtericulo decidit, plurimum eruptant laborantes, cum ex intestinis, cum flatu & crepitu per infernam aluum excreto distinguetur. Omentum vltimo, vel intestinum vel hepatis lobus aut portio aliqua partium aliarum ventris per vulnus prodiens, pertusum peritoneum ostendit.

Li. 5. Aph. 45.

Lib. 5. Aph. 57.
60. 61.
Lib. 6. Apho. 2.

Verum quia (licet aliquis hæc omnia noscat) non fat est, ad particulam affectam (dum abdita est) dignoscendam: operepretium duxi, adhuc distinguere, inter ea, quæ à corpore pelluntur: res enim excreta quæ in aliquo spatio continebatur, duplici eget consideratione, quia aut in spatio contenta erat secundum naturam, aut in loco præter naturam. Exemplum quidem primi est, spiritus per vulnus expirando efflatus, vel pulmonis lobi portio per id excidens, quæ thoracem perfossam esse aperte docent. Item cerebri portio in vulnere reperta, membranas esse disruptas ostendit. Sanguis item calidior tenuior, flauior, cum dyastole excretus, è discissa arteria profilit, sanguis tamen ab hoc diuersus, his omnibus conditionibus, & citra saltum profluens, venam sanguinis esse disruptam monstrat, etiam si in ventrem aliquem sanguis, is aut arteriosus dilabatur, vt ex Hippocrate aperte videtur constare. Sanguis igitur dum tussis reijcitur, à pulmone prodit: per nares aut palatum reiectus percussio valenter capite, menyngem aut eius vasa læsa significat: per vrinam, renes, vtereres, vesicam, vteram læsam significat: vt mille in locis testatus est Hippocrates. Secundi exemplum est, calculus, pus, sanguinis grumus, quæ ex vesica vtereribus discissis perpetuo decidunt: vt Hippocrates etiam aperte monstrare videtur, sed à qua harum partium prodeat, idem author alibi etiam docet. Arenosa item hypostasis calculum renum aut vesicæ citra dubitationem ostendit: cuius testis est idem author. Capilli eodem modo, testimonio eiusdem Hippocratis, cum vrina excreti, renes affici monstrant: & iudicio nostro potius

Li. 6. aphor. 20.

Li. 4. Aph. 57.
78. 80. 81.

Li. 4. Aph. 75.

Li. 5. Aph. 5. 8.

Li. 4. Aph. 79.

Li. 4. Aph. 76.

6 Methodus dignoscendi.

tius vtereres quam renes, nam coniectabilius est, in illis potius quam A in renibus posse gigni, ob pilorum longitudinem quam vtereres emulantur. Pus simili modo ex pulmone, thorace, grando identidem, & è sinibus in summa larynge binis, citra dubitationem prodit. Grumus etiam sanguinis, vel quæuis alia substantia tussi excreta, ab eadem parte certo decedit. Expendere etiam decet, in his excretorum differentijs, vt certius nobis partis affectæ præstent notitiam, tempus excretionis, & excretæ rei magnitudinem, numerum, frigus, calorem, odorem, colorem, figuram & mixtionis modum: quæ citra dubitationem, locum affectum etiam distinguunt.

De qualitate mutata.

Color quoque vitiosus, & à naturali mutatus, & affectum ipsum & partem affectam facile monstrare valet: modò sit in parte, modò in excrementis, modò in toto corpore. Nam hac trimembri diuisione comprehenduntur ea, quæ ex vitioso colore in morbis aliquid indicare valent. Vitiosus verò partis color est, vt oculis in hyposphagmate, ictero, fluxu hæmorrhoidum, aut vteri. Lingua itè in febribus, in morphea, vulgo albo, albo & nigro. In colore etiam omnium tumorum, non leuis futuri euentus & presentis status coniectura existit. Excrementorum verò vitiatum color, vt in lippitudine & muco, flauus, viridis, liuidus & niger, in sputo flauus color diu perseverans, tabem pleuriticorum & peripneumonicorum, pro morbi temporibus & causa, color alius atque alius. In vomitu etiam, pallidus, flauus, cruentus, porraceus, eruginosus, liuidus & niger. In alui deiectione, eodem prorsus modo: & in vrina & eius contentis. Color itaque quiuis ab ægri natura dum valebat, multum recedens, in sudore & in vrinis: ita & menses decolores in fæminis, neque eodem tempore semper excreti, purgationem necessariam ostendunt: vt apertè ex Hippocrate videtur constare. Et in lacte ab albo colore, omnis malus, sicuti in femine & pure, ne quis cum Herodoto putet, nigros Æthiopes ob id esse, quod eorum semen esset nigrum, cum animalium debeat esse album.

Lib. 5. Aph. 36.

Li. 4. Aph. 81.

Tertiò consideratur color in toto corpore, vt in ictero flauus, in ictero nigro niger, in hydrope plumbeus, aut pallidus: & sic iuxta naturam redundantis humoris, hoc aut illo colore corpus fædatur. Ex quibus coloris vitijs, licet præcipuè affectus causa dignoscatur, cum hoc tamen non minori certitudine, particulam affectam poteris cognoscere.

Li. 4. Aph. 81.

CONSIDERATVR etiam odor præter naturam partis, totius, aut excrementi: quod conijcere iubet Hippocrates ipse, sicuti & consistentiam, & excrementorum quorundam saporem, vt lactis & sudoris: quæ quidem partem præter naturam etiam affectam monstrare quoque valent

7 Particulas affectas.

A valent: sic spiritualia sputo, ventrem inferiorem deiectione, venosum genus vrina, cerebrum lippitudine, aut muco facile innotescunt.

Præter tria hæc prima signorum genera, quibus facile monstrantur laborantes particule, signa alia recensent Hippocrates & Gal. varijs in locis, quæ prædictis adiuncta, maiorem præstant fidem, maioremque certitudinem in particularum cognitione, qualia sunt, quæ ab adhærentibus particule affectæ desumuntur: vti est ichor, hoc est sanies serosa, liuor, hosis ramenta quedam & asperitas, cariem ipsius hosis demonstrat in vlcere. Fungi etiam craneo fracto adnati, læsam meningem significant: spumam sanguinis per os excreti cum tussi, pulmonis vas ali-

Lib. 5. Aph. 13.

B quod diruptum esse, apertè monstrare refert Hippocrates: furfuracea item hypostasis cum vrina excreta, vel scabie vesicam laborare significat, vel genus venosum, & in eo sanguinem aduri à flamma febris caliditate, vt etiam Hippocrates docet. Sic granula quedam in lingua quæ curari nullis auxilijs quæunt, elephantiasim ostendunt: atque ob id interiora membra huiusmodi morbosum apparatus obtinere. Sic habitudo corporis, aut partis, parentum etiam notitia: nam quas partes vt cerebrum, articulos, aut oculos parentes imbecillas habent, filij ferè seruant: qua enim ratione, in ijs quæ secundum naturam sunt, similes parentibus euadunt, eadem & in ijs quæ præter naturam: mancum enim animal mancos generat fætus.

Li. 4. Aph. 77.

Ætas pari lege, suam affectarum partium præstat notitiam. Pueri enim dentiendo dolore gingiuarum crutiantur: adulti verò dolore & carie dentium affitiuntur. Præterea puerorum vesica facilius lapide laborat, adultorum verò renes.

C Sexus item, certam præstat locorum affectorum notitiam: nam fæminis suffocationes ex vtero suboriuntur: lac aut lactis affectus ex mammis: viris verò & gonorrhæa & priapismus, & in barba ac pudendo vitia quedam propria accidunt: consuetudo laborandi, hac aut illa parte, eandem facilius posse pati, ostendit.

Partes etiam anni, non nihil ad id iuuant: sicuti & regiones, in quibus peculiariter aliquod membrum suas sponte patitur, vt ex Hippocrate, facile constat. Victus item forma, aut ventriculum, aut iecur pati ostendere potest, sic lepus marinus pulmones, cantharides vesicam, & alimenta crassa ac lenta renes & vesicam pati debere commonstrant. Vitæ quoque conditio & sors, aliquam huic rei afferunt vtilitatem: nam iuxta potentias quæ in quouis officio magis operantur, aut patiuntur, necessum est ipsas partes quibus insunt, potissimum affici. Infectores enim ptyli periclitantur, de auratores verò & mineralium fossores, tremore,

Li. de loc. aqua & aere.

populariter etiam grassantes morbi eandem gratiam præstant: nã par- A
est conijcere, eisdem partes affici in singulis, ac in vniuersis, quibus
omnibus accedit non parua notitia, à iuuantibus & nocentibus, licet
ab eisdem præcipuè affectus natura dignoscatur. Cum hoc tamen arti-
fitiosa quadam coniectura particula etiam dignoscitur: nam quæ ex-
calfacta sunt, & respiratione refrigerantur, thoraci inesse constat: quæ
potu, ventriculo, quæ clisteribus, intestinis. Et pari ratione de omni-
bus alijs particulis, quibus datum est, quibusdam medicamentis gau-
dere, & alia rennuere.

Superest præterea, ex situ & connexionione partium (specialius adhuc)
particulam affectam nosse monstrare: nam situs primo modo confide-
ratur partis ipsius affectæ, quia si affectus aliquis est intus sub hypo-
chondrio dextro hepar, sinistro lienem affici significat, si ad latera lum-
borum profundius, renes, si in pectine intus, vesicâ læsam, si adhuc pro-
fundius, super in testinum rectum, in fœmina vterum. Secundo mo-
do situs consideratur, non partis sed tumoris, tumor enim durus sub
dextro hypochondrio, nota est affecti hepatis, in sinistro lienis, tumor
circumscriptus & sublimis, in altero hypochondrio, vel abdomine, ad
ipsius musculos pertinere videtur, tumor in latere sensui perspicuus, ca-
lore, rubore, aut tensione, ad musculos superiores thoracis, vel inter co-
stales externos pertinet: sensui verò occultus, in tunica est costas subcin-
gente, aut musculis intercostalibus internis, tumor etiam in pube cir-
cumscriptus per ischuriam, obstructionem meatus vrinarij significat.

Ab excretionem etiã puris, situs partis facile rimari potest: nam in ilibus
dextris tumor mollis in dextrum cubanti cum vrinis purulentis infi-
nistrum vanescens, abscessum renum, non hepatis lobi alicuius certò C
significat, & sub loco crassiori, præsertim si crassum est pus non inno-
tescit. Vt ex Hippocrate videtur constare. Pari quidem lege, exconne-
xione meatus per quẽ fit excretio, facile elucescit affecta particula: nã
membranosa tunica excreta, vlcus esse in aliqua parte ostendit, sed in-
qua sit, situs & conexio meatus per quem excernitur, demonstrant:
nam reiecta vomitu, gulæ, aut vetriculi vlcus significat, tussi asperæ ar-
teriæ, ex creatu faurium, mictu renum, vreterum vesicæ, & meatus vri-
narij. Deiectione intestinorum crassorum, vel tenuium, pro rameti quã
titate, mixtionis modo, tempore excretionis post sensum torminum:
per muliebria verò vteri vlcus ostendit. Eodem prorsus modo ex dolo-
ris situ, situs etiam partis, & pars ipsa dignosci potest. Nam dolor parte
anteriori & inferiori perceptus ad hypochondria ventriculi, superiori
& posteriori ad metapharenum, gulæ vlcus ostendit. Percipitur autem
maximè

A miximè dolor, aliquo acri & erodenti deuorato, si in vetriculo est, vel
inter deglutendũ, si ingula: eadem ratione si vlcus in aspera arteria es-
se ostenderit reiecta tussi membrana, inspiratus aer frigidus, aut fu-
mus, vel fumi vapor eandem partem mordendo dolorem excitauerit, ibi
vlcus est. Dolor in ventre inferiori perceptus, si infra vmbilicum sen-
tiatur, crassa intestina exædi commonstrat, sicuti si supra, tenuia: dolor
præterea intra craneum, profundus, extra verò sensui perspicuus: dolo-
res item ventris sublimis, idest in musculis epigastri, leuiore, non subli-
mis, idest profundi, in ventriculo scilicet ac intestinis, vt ex Hipp. con-
stat, fortiores. Dolor quoq; in immo vêtre, pectine & perineo vesicam
laborare significat, teste etiam Hipp. Dolor etiam ceu cinguli, ad stri-
ctiores sub ventriculo, est in vase venoso ad lienem.

Li. 7. Aph. 6.

Li. 4. Aph. 8c.

B A partis etiã affectæ natura, facile per quædam signa in cognitionem ipsi-
affectæ deuenimus: vt dolor grauis pulmonũ, hepatis, lienis, renũ car-
nis, vasorum autem in eis & tunicarũ dolor est tẽsius & pũgens. Tun-
ica etiam crassa excreta, est à crassis intestinis, à tenuibus tenuis, ab epi-
glotthyde & gula viscosa, ab aspera arteria sunt bronchia, à renibus ca-
runculæ. Cordis quoq; natura ostendit, ipsum insignem refrigeratio-
nem aut tumorem ferre non posse: vt apertè Gal. docet. Dolor præte-
rea pungitius, tensibus, pulsatorius intra craneum est in meningibus,
aut earũ vasis, non in cerebro, quia id tactu caret. Dolor profundus in
latere ad membranam subcingentem costas, sublimis & pulsatorius,
ad musculos intercostales arterijs vicinos, pertinere videntur. Dolor
etiam in epigastrio, leuis est ob carnem: in ventriculo, intestinis, & par-
tibus neruosis, est valentior. Ex quo etiam signorum genere suboritur
ob partis naturam vesicam discissam non coalescere.

Li. De vsu, pul.
& de vsu parti.

C Superest quidem præter dicta, aliud signorum genus, quod ad cu-
iusq; partis accidentia pertinere videtur: insunt enim cuiq; particula-
rum propria quædam symptomata, quæ illis accidunt, aut ratione of-
fitij partis ipsius, aut ratione partium quibus constat. Sic cerebro eo
quòd sedes sit sentientium potètiarum, phrenitis, epilepsia, apoplexia
suboritur, naribus ocena, polypus, suffulio, argema, glaucoma oculis,
cyananche musculis laryngis, malatia fœminis: ori ventriculi, fames, si-
tis: ventriculo ipso nausea, vomitus, singultus: rubor maxillarum, pe-
ripneumonias: deiectio similis loturæ carnis recenter mactatæ, iecur
esse summe imbecillum ostendit, hydropis omnis species iecoris san-
guificandi potentiam esse languidam.

Doloris etiam natura, seu conditio, incredibili certitudine affectam
partem comonstrat: quapropter diuidere dolorem ipsum in suas spe-
cies

cies, & quarumdam tantum meminisse opere præteritum duxi. Sed primum sese offert punctorius siue fodicus dolor, qui figitur potissimum in membranis inflammatis, ad easq; iure pertinet, ut videre est in pleuritide acutus quidem huic finitimus, ut ceu acu aut terebro perforante, aut palo infixio pars diuelli videatur, ut crassum intestinum in dolore coli; Gal. à pituita vitrea facta, & in quibusdam cephalæis, & à calculo, præcipue inæquali acuto, vel obstructione renum, capacitatem vterum obstruente vasa & tunicam renum, hepatis lienis contrectante: hic autem dolor neq; continuus est, neq; per omnes partes æqualiter porrectus.

Stimulans item dolor, omnibus partibus sentientibus, ab humore mordaci eas erodenti, fit. Ulcerosus huic similis est, fitq; ab humore acris, modo cutim, modo partes immas vsq; ossa affligens: sed obtusior & remissior est acuto. Pruriginosus ad cutim tantum fixus, sed per accidens id est, per cutis densitatem, non primò & propria ipsius natura, fitq; pruriginosus ab acris humore, sed minus ob id ulcerosum præcedit. Pulsatorius dolor fit, cum dyastole arteriarum, vel inflammatarum, vel inflammatas partes comprimentiū, contudentium & vulnerantium, est enim symptoma inflammationum magnarum, etiam sine magnis arterijs, vel cum eisdem, & in parte sensus tactus prædita: ut musculis parte pulsatorio dolori expositissima, est enim arteriarum tantum pulsatorius dolor, per magnas inflammationes (quales sunt quædam initio, omnes in suppuratione) per erysipelata, abcessus cum dolore pulsantium ob loci angustiam à vicina carne compressarum, & partem inflammatam sentientem percutiendo, prementium: non est igitur pulsatorius dolor imperipneumonia, phlegmone hepatis, lienis, renū, glandularū, scirrho, œdemate, quia viscera, ut tumores ij, sensu carent: non est in cute, neq; in pleuritide, quia cutis & membranae arterijs carent, arteriæ autem intercostales in profundo latent, longè à tunica costali dissitæ, quarum motum non sentit pleuriticus, ergo neq; earum dolorem, nisi inflammatio musculos intercostales attingat. Altera doloris differentia est grauis, in quo partium grauitatem quandam, seu ponderis partibus subiectis incumbentis, vel à superioribus pendentis agnoscunt, ut pulmonis, hepatis, lienis, renum inflammatorum si febris adest, obstructorū, vel scirrho affectorum. Dolor fit grauis quædo horū carnosæ pars afficitur: acutus verò ubi membranæ hæc viscera ambientes, venæ, arteriæ, cauitates renū, ortus vterū inflammantur vel obstruuntur ut Hipp. refert. Grauis etiā dolor cerebri à pituita, & aliorū humorum copia, & oris ventriculi pituita vel crudo succo, ceu luto lapide plumbo

A plumbo grauati, compressi, cōstrikti, vesicæ ad peritonæum à calculo. Grauitatis verò sensus est in partibus sentientibus, ut membranis à quibus illa pendent, vel alijs quibus partes plene incumbunt, alijs atq; alijs pro litu corporum vario. Tensiuus dolor fit à plethora quando ex ponte fit lassitudo tensiua, ut ex Gal. constat. A repletionem, seu humore vel flatu multo, vel vapore, quo tempore symptoma est commune legmonarum, erysipelatum, & aliorum tumorum præcipue calidorum, in quibus etiam à calore fit dolor, in ijs quæ venæ, arteriæ, nervi sic sepe intenduntur, ut per totos artus ab inflammato loco vsq; alas vel inguina tensio, rubor, calor, dolor percipiatur: præcipue si superficiales sint flegmones, ut hæc partes tangantur, nam in magna tensione, pars etiam non mota dolet, in leuiore mota tantum & tacta. In pulmonis item, hepatis, lienis, renum tumoribus, membrana ambiens tensa dolet, & cutis extima, omnes membranae, glandulae etiam maxime inflammatae tensione dolent, à multo humore intra se contento, ut vesica vrina plena per ischuriam, vterus foetu grandiori, ventriculus cibolargiori distentus. Est autem quando tendens & comprimens humor est extra partem tensam, ut in ascite, & tympania tensum peritonæum cutim & thoracem tendit. Contingit etiam contranaturam carne tensa, sed minus nervis & vasis dolor fit tensiuus & lacerans, ac diuellens, ob membranas per carnem mediam plurimas inæqualiter insertas, & eam quoq; circumdantes. Fit etiam is tensiuus dolor à siccitate partium internarū, à causa aliqua externa, interna perse, vel per accidens. vacuante, vnde nervi ut fides citare, ut repletionem, sic in inanitione valenter versus principium & finem tenduntur: interdū vsq; ad caput, tuncq; fit totius corporis conuulsio & distensio, non antè futura q̄ nervi tensio cerebrum attingat. Fieri autem potest hic dolor tensiuus vterq; in omni parte sentiente, cum aliæ dictæ dolorum species, quibusdam partibus accidant, quibusdam non. Fit etiam à multa excretionem, per quæ fibræ musculorum supra modum tensæ, etiam si nunc per quietem desinant, tendi tamen, ceu tensæ adhuc sentiuntur, hæc in totos cadit musculos, ut etiam carnes eorum attingat: ut ex Gal. elici potest.

Sunt aliæ quædam dolorum species, per quasdam prædictarum differentiarum distributæ, ut dolor profundus ab accidente dictus, quod partium sit in profundo sitarum, ut tensiuus nervorum sub arterijs & venis conditorum. Pulsatorius menyngis, & magis eo choroidis in sinibus inflammatae punctorius: & etiam tensiuus à plenitudine, frigore, calore magis periosij, in quo etiam ossa dolere quibusdam videntur vnde ostochopos, id est, ossium dolores & labores à multis dicuntur, suntq;

Li. 4. sanita.

Li. 3. sent. 1. eu.

suntq; ij omnes profundi. Contrarius huic est sublimis, seu superficialis, vt tensiuus tendonum digitos extendentium & flectentium, pulsatorius musculorum intercostalium inflammatorum, vt Hipp. docet. **Dolor** item pericranei, & cutis, ac partium ei propin quarum sublimis est. Est etiam alia doloris accidentalis differentia, vti est latus dolor, qui propriè membranarum est, per easdem sparsus, seu latus & æqualis, quòd earum corpus latum est & æquale, sed interdum inæqualis ac dissimilis per accidens: quia partes sibi continuas & vicinas tendit affecta pars membranæ, in eisq; tensio dolorem excitat inæqualem & maiorem quam in membrana, si accutiori sensu sint præditæ, mitiorem, si obtusiori: hinc in pleuritide superiori dolet iugulus, prorecta ad eum membrana succingente costas, vt ad hypochondrion, quod ob id dolet, dum pleuritis est inferior. **Angustus dolor** tensibus nerui est, longus circumscriptus non fusus, neruis tensis versus principium, venæ arteriæq; proprius est, extensus in ipsarum longum, ceu corda quædã. **Fixus & inherens colicus** interdum nephriticus iure optimo existimãdus est, vt ex Gal. constat: est etiam proprius dentium molarium, oculorum, aurium inflammatarum præcipuè, & cum pulsatione. **Fixus** itè non est proprius neruis, nec hepatis conuenit, quia eius dolor si quis alius partes vicinas vt iugulũ, notas costas in consensum trahit, & sæpe inspirandi difficultatem, interdum etiam & dysenteriam adfert, ergo eodem loco fixus non manet. **Fixus etiam dolor**, cavitatem inter partes antè coniunctas in quas fluxio recepta tensiuum & fixum, id est, suis limitibus circumscriptum, non autem lōgo spatio porrectum dolorem facit, qui cessat humore excreto. **Dolor turgidus** à parte primario affecta, veluti à radice, celeriter in partes vicinas transfertur, vt in hepate, colo dolente, hemicraneæ, cephalæ, arterijs primario affectis. **Dolor torpidus**, seu stupidus, nullius partis est proprius, neq; doloris species sed est dispositio partium neruosarum, & tensiuus & torpidus membranæ cuti subiectæ & venarum, arteriarum, ac membranarum per carnes sparsarum.

Ex hucusq; dictis patet, tum omnium affectorum locorum notitia, tum etiã paucas esse notas affectuum, quæ non simul partem affectam ostendant, qui etiam notæ quædam communes affectum & affectam partem, aut affectus duos, aut duas partes affectas indicant. **Methodo** itaq; vniuersali de notis partium internarum absoluta, instituendus lector est, in ipsis singulatim affectis partibus internis, & quibusdam harum affectibus noscendis, præcipuè capitis, colli, thoracis, ventris inferioris, & omnium aliarum partium quarum Gal. meminit: quia metho-

Li. 1. Aphor. 6.
& 7.

Libr. 6. de locis
affec.

Li. 3. 4. & 6. de
locis. aff.

Athodo tantum cognita tyrones nihil proficiunt, sine varia in ipsis exercitatione per multa exempla. Fit enim exercitatio omnis, cum particularia per eandem viam & rationem ducunt: qua docedi specie nihil est vtilius. Porro exercitationis via, in locorum affectorum notitia est duplex: vna ab apparentibus symptomatis hac vel illa parte affecta cognoscendis: altera ab ipsis partibus affectis per signa sua cognoscendis, aut si mauis, in affectorum locorum notitia, tres sunt exercitationis modi: vnus circa partes singulas, vt affecto cerebro, hæc aut illa, seorsim, eueniunt symptomata: ventriculo affecto talia sunt propria, & in reliquis pari ratione. **Alter** modus est circa causas & morbos, vt flegmonis, talia sunt symptomata, scirrhi illa, edematis rursus sua propria, sicuti sanguinis, & aliorum humorum redundantiam, aut defectum propria & peculiaris signa cõmonstrare valent: **Tertius** modus circa symptomata & causas, vt hoc doloris genus, has dispositiones ostendit, vel has partes affectas, tussis hæc, vomitus, sanguinis profluuium, fluor alui, rigor, conuulsio, horror, quæ omnia & causas & affectam partem commonstrant. At quo modo, qui arte didicit, locos omnes non semper excutit, sed eos in quibus aliquid quod dictum oporteat, cõditum est, sic partes affectas, nõ omnes sunt per signa ab omnibus his cõmuni bus locis (vt ab actione, ab adhærētibus, & alijs quæ hucusq; diximus), quærendæ, sed quædam sola actione læsa, quædam sine hac, signis alijs deprehenduntur.

Expendere etiam oportet, quòd vitiata actione aliqua, semper est inuestigandum, an pars eius effectrix, vel aliqua alia utilis actionis sit læsa, mox an primario vel per consensum, tandem inuenta parte qua primò afficitur, morbi naturam quærere est æquum. **Observandũ** præterea omnibus est diligenter, an partes consentientes dispositionem habeant fixam, aut facile solubilem, quod quidem vt veluti par est, fieri queat, oportunissimum censeo, ad omnium affectuum naturas dignoscendas peruenire.

Secunda Methodus circa morborum dignotionem.



VM. æquè varia signorum artis medicæ tractatio sit ac vtilis & necessaria, placuit breui quadam methode completi summa eius capita, cuius gratia nõlle decet, longè esse præstantius futurorum morborum ediscere, prouidentiam & cognitionem, quam presentium, tan-

B tum

tum quidem, quantum præcautio curationem dignitate superat. Antè tamen quam hinc discedam, nosse oportet, futurorum morborum duas esse species. Nam alij quidem paulò post, alij post longum tēpus fieri solent: horum enim aliqui cognoscuntur, alij nullo modo, quam sententiā protulerat Hipp. per hæc verba. Morbi partim non in obscuro positi, & non multi, partim non in manifesto loco hærentes, & multi sunt. Non enim cognosci possunt qui causas habent fortuitas, non necessarias, vel communes multis, plures & tardas, quæ interueniētibus multis medijs, suum effectum producere solent, licet hæc à prudētibus & abditas rerum causas scrutantibus, haud difficulter cognoscantur. Qui verò paulò post euenire solent, dispositiones euidentēs & occasiones manifestas habent, & necessarias vnius affectus causas, quare nō est difficilis eorum cognitio: omnia enim futura ex causarum præcognitione deprehenduntur: cum hoc tamen necellum est, corporis statū seu dispositionem nosse: nam causæ omnes suum effectum producunt, si dispositio corporis & mora sufficiens concurrant, itaq; & causarum vim, & corporis dispositionem exactè tenere oportet. Dimitto quidem hac in parte causas externas, quæ præter fortuitas ad anni tempus & ea quæ offeruntur sunt reducendæ. Ex internis verò præsentibus facile est futurum affectum præcognoscere, sic ex plenitudine quò ad vasa, inflammatio expectari potest, ex ea verò quæ ad vires dicitur, vel interne inflammationes, vel febres & alij penè innumeri affectus, iuxta conditionem & naturam humoris peccantis. Pari lege ex quibusdam morbis, alios sperare est necellum, sic ad vlcera pulmonum sequitur hydrops, ad vertiginem epilepsia, ad aurium tinnitum surditas, ad lachrymas frequentes agilops: Præterea à sanguinis sputo pthisis, à febre erraticâ quartana, à diarrhæa biliosa dysenteria, à dysenteria tenemus, ab hepatica dysenteria hydrops proficiscitur: & pari lege ex certis causis, morbis aut symptomatis, certa quædam symptomata, aut morbi suboriuntur. Itaq; danda est opera, vt omnia (etiam minima) attētè perpendamus colligamusq;, & reuocemus in memoriam quæ præterire, vt tanq; ex vnguib; leonem coniectemus. Quare in memoriam reuocare oportet causas internas & externas, quæ præcesserunt, & morbos excitare natas. Et tandem deueniendum est ad causæ principium, vt Gal. docet, sed expressius his verbis Hipp. verum ad causam deuenire oportet & causæ principium. Eandem sententiā docet alibi dicens, occasiones vnde quis agrotare cœpit, cōsiderare oportet, vt præcedentem anni constitutionem, victus rationem, tum præcedentem tum præsentem vitæ etiam institutum, sexum, morbos eo tempore grassantes,

Li. De arte.

Li. x. popu. p. 4.

Li. z. Popu. p. 1.

tes. Item eger rogandus est, vel adstantes de omnibus quæ præcesserunt: tunc quidem ex hisce quæ apparent, medicus tacitè cōsiderare tenetur, vel ex illis omnibus aliquam occasionem inuenire, vel aliquod accidens colligere, ex quo inuestigationis initium sumere valeat. Quòd si morbi alicuius suspicio nasci videatur, ex eius causæ contemplatione, oportet quod factum est ad eam referre, & diligenter inuestigare, si illius causæ effectus hic esse possit, per resolutionem inuestigatione facta: vel si symptoma aliquod appareat, etiam videndum est, cuius morbi aut partis esse soleat symptoma. Quòd si ex symptomatis pathognomonica aliqua sint (quantumuis debilia) sperare tenemur: & quò certiores simus, oportet alium morbum similem huic proponere, & eadem ratione examinare, si ea quæ apparent, vel quæ à nobis concepta sunt, simili huic morbo conueniant, vel cui plus, cui vè melius, à quibus facilè est genus morbi inuenire præsentis, aut futuri. Verum quia hæc veluti procœmium huius tractationis sunt, necellum est, præmissa huiusmodi exercitatione, breuiori & vtiliori quadam methodo rem hanc diligentius expendere.

Huius doctrinæ gratia nosse decet, tot esse in hac re signorum genera, quot sunt quæ in humano corpore eisdem monstrari possunt: nam hac lege & futurum & præsens, & præteriti vestigium facilius cognoscuntur. Sunt etenim corporis constitutio, & causa constitutionis, & effectus constitutionis eiuſdem: sic totidem erūt signorum genera, quædam quæ cōstitutionem, plurima quæ causas, alia rursus quæ effectus commonstrant. Verum quia neq; corporis conditio seu constitutio, neq; causa, neq; effectus vnus est, ad partitionem harum rerum partiri etiam signa decet. Partimur quidem nostri corporis conditionē, in sanam seu naturalem, in præternaturalem seu morbosam, & in neutram, qua diuisione secamus etiam causas & effectus constitutionis. Quòd fit, vt ex signis quædam sint, quæ constitutionem naturalem, quædam quæ morbosam, ac plura etiam quæ neutram dispositionem ostēdant: quod quidem in causis & effectibus (sanis, ægris, & neutris) pari lege euenire conspicitur. Verum quia nobis non est in animo, omnia signorum genera seu differentias percurrere: tantum hac in parte eorū signorum meminisse expediet, quibus status seu conditio morbosa, causa & eius effectus apertè cognoscuntur. Circa quæ, prius nosse ac distinguere oportet morbosum ipsum statum à sana constitutione, secundo quibus morborum generibus status ille constet, tertio quæ & quot sint differentia, quibus genus quodlibet morbi in species diuidatur. vltimò verò perdiscere expediet quibus signis inniti oporteat, ad quæ

fiti inuentionem: nam in morbis plura nosse est necessum, nimirum A morbi naturam, magnitudinem, motum, moram, & vltimò ipsius partes.

Lib. 1. de morb. vulg. par. 3. tex. 1.

Primum diuisionis huius membrum docet in genere morbosum statum cognoscere, quod quidem, Hipp. aperte docuerat dicens.

Morbos dignoscimus ex communi omnium natura, & cuiusq; propria edocti, &c. Quo loco aperte, communem omnium hominum naturam expedire prius nouisse, refert, siquidem cuiusq; propriam ad manum habere est difficile, cum sepe ignoti laborantes in medicorum manus incidant, quorum naturam cum omnino ignorent, vniuersalem nouisse expediet, Præstat hoc Hipp. præceptum facile aditum ad primum artis diagnosticæ principium & theoremata. Nam quemadmodum curatio artis pars suam habet probatum principium, quod nemo non probat, videlicet, contrariorum contraria sunt remedia, ita diagnosticæ suo gaudet probato principio, quod adfert Hipp. quo loco inquit. A maximis, à facillimis, similia, an dissimilia sint considerandum: qua parte totam dignoscendi statuum rationem in similitudinem, aut dissimilitudinem reuertit. Itaque cognita vniuersali hominum natura, & cuiusq; propria, facile erit nosse quantum distet & dissimilis sit status huius hominis, quem curandum suscepimus à se sano, si eum antea cognouerimus: Sin autem à communi omnium hominum conditio-

Lib. de chirurgi officina.

ne. quod etiam docuerat Hipp. dicens: in primis faciem ægri contemplabis, si sanorum similis sit. verum quia non sat erat, hæc vniuersalia nosse, docuit quidem Gal. apertissimis verbis morbosum statum inter-

Lib. 1. prog. tex. 3.

stinguere quo loco ex professo inquit. Tunc enim sanum esse hominem arbitramur, cum munus ad vitam necessarijs citra noxam fungi potest. Depingit quidem his verbis euidentissima quædam signa, quibus naturalem omnium hominum, ac sanam constitutionem à morbosa di-

Lib. de diff. mor.

stinguemus: nam si citra manifestam læsionem proprijs actionibus minimè vti valet homo, tunc proculdubio laborare, aut statu morbofo comprehensum esse dicemus. Quibus etiam verbis constat, quid præstet vniuersalis illa & particularis hominum conditio, & huiusmodi similitudo, aut dissimilitudo, & à quibus debeat peti aut exquiri, verum licet actionum tantum Gal. meminerit loco paulo superius citato, eis addere decet vel eiusdem Gal. testimonio, excreta, & qualitates, quæ omnia si sano homini sint simillima, corpus optime valere monstratur: si verò dissimilia, non solum corpus esse affectum, sed tantum creuisse affectionem, quantum ipsa à sanis dissident, & dissimilia sunt. Ecce quibus signis corpus affici monstratur, quæ quidem omnium consensu certa esse constat.

Secun

A Secundum diuisionis membrum pollicetur monstrare summa morborum genera, quæ vt ex Gal. constat, triplicia sunt. Primum quidem genus continet omnes distemperiei species, simplices & complicatas: secundum completur omnibus ijs morbis, qui ad structuram seu organizationem pertinent: tertium verò ad vtrasq; refertur partes, tam simplices quam organicas, appellaturq; solutio continui. Primum itaque genus præstat prius in sua subiecta secare. Merito enim Gal. calorificuti & omnium aliarum distemperierum triplex esse subiectum, sub hoc enigmate exponit: continentia, contenta, & impetum facientia: intelligens ex Hipp. mente per continentia, membra solida: per contenta humores, & per impetum facientia spiritus. Hæc enim sunt, quæ in nostro corpore quamuis distemperiem pati possunt: licet sola ea distemperies quæ in solidis membris sita est, morbos in distemperie constituat: nam aliarum partes vt non viuunt, ita morbi rationem constituere nequeunt. Hoc tamè habent ad cognitionem facile distemperies, quòd dum totum corporis ambitum occupant, facile tactu dignoscuntur: neq; signo alio opus est. Verum cum interna est distemperies, haud leuis artificiosa coniectura necessaria est, quæ veritati sit propinqua, qualis illa quæ ex membri deprauata actione elicitur. Verum non quæuis actio læsa in particula, eius distemperiem comonstrat, sed ea tantum qua natura simplicium particularum perficitur, qualis est actio omnis quæ ad alimoniam pertinet: veluti potentia trahens, retinens, concoquens, & expellens: nam has tantum perficit partis temperamentum: quas si quando aberrare à proprio fine conspexerimus, modo in capite, modò in vetriculo, iecore, renibus, splene, vtero, carne & quibusvis alijs viuentibus partibus, iure optimo tenemur conijcere, partem

Lib. de diff. mor.

Lib. 1. de diff. feb.

Lib. de fla.

B cuius est actio distemperatam esse. Distemperiei verò species cognoscetes, calida ne sit, frigida, humida an sicca, non in actione deprauata in genere solùm, sed ex deprauationis modo. Cruda enim sunt omnia quæ acida supersunt, frigiditatem tamen ostendunt: sicuti nidorosa quæ licet eiusdem facultatis vitio prodeant, calorem in parte abundare referunt. Sic defluxiones modò ex retinente languida, ob humiditatem immodicè prodeant, modò plus iusto detineantur, aut retinente ob siccatem plus iusto operante, aut expellente præ humiditate languida: calor quidem dum præter naturam aductus est, & cor attingit, aut in eodem primò moratur, vnum habet sibi proprium & peculiare signum, nimirum pulsus mutationem in magnitudinem, celeritatem & frequentiam, quod pari ratione contingit in frigida distemperie: ceterum dispari signo: nam pulsus redditur tardus, rarus, & paruus, qui-

B 3 bus

bus signis alia adiunguntur, quæ certius ad auctam distemperiem attestantur, veluti sitis, vigilia, corporis & mentis agilitas: quæ nisi humorum moles interueniat, calorem superesse monstrant, & ijs contraria frigiditatem. Palsiuæ verò distemperantiæ, difficilius cognoscuntur in principio, quia sensim & leniter fiunt. Cæterum procedente aliquatulum distemperie, eò tantum apertius se ostendunt, quanto difficilius curari possunt. Sunt tamen alia signa, quæ simul temperiem partis, aut totius ostendunt, & humorem sibi adiunctum. Atqui cum tanti sit momenti vtrunq; simul nosse, placuit, signa quædam referre, quibus humorem abundare cognoscamus, & ex consequenti distemperiem quæ sibi comitem quisq; humorum habet, dum à mediocritate recedit.

Sanguinem itaq; reducere, facile cognoscere docent animæ & corporis pathemata, quæ corporis temperiem sequi solent. vt simplicitas & stupiditas, sic vt ex Gal. facile constat. Sensus item expediti, cogitatio tarda, oscitatio, pandiculatio, hilaris homo, facetus, ridibundus, liberalis, irasci tardus, libidinosus, vrina crassa, rubra, multa, sudor multus, corpus carnosum, faciei & corporis color rubicundus, amplitudo vasorum, lassitudo spontanea, à calidis læsio: quæ omnia facile attestantur corpus esse calidum, calore sanguinis redundantis.

Corpus (aut partem) calidam esse, & abundans calore bilis, comonstrat animi dexteritas, præceps ad omnia homo, astutus, fallax, iracundus, audax & temerarius, gloriæ appetens, vltor iniuriarum, hirsutus, fictus, macer, gracilis: color totius faciei & oculorum, pallidus, rufus, flauus, qualis ictericorum: pustulæ biliosæ, & erysipelata frequentia: febris item tertiana & ardens, vigiliæ, mærores, curæ, cogitationes magnæ, multa, longe, inquietudo per somnum leuem, intolerantia inedia, delectatio à frigidis assumptis, pulsus magnus, vehemens, velox, frequens, durus, vrina flaua, ignea, mordax: sudor flauus, in linteis, amarus, aut salis sudati perceptus, deiectio biliosa, flauior acrior, vrens, pinguis, torminosa, appetentia cibi deiecta, vt nobis æstate: sitis vehemens quæ frigidis sedatur, amaricans saliuæ & sputum, lingua sicca, asperum mucus narium paucus, pallidus, rufus, somnia ignis incendiorum.

C **C** **O** **R** **P** **O** **R** **A** autem temperamentum, & humorem frigidum attestantur, sensus hebes, tarditas ad motum & segnities, pigritiam mentis, torpor & obliuio, prompta ad somnum delapsio, pulsus parvus, tardus, mollis, totum corpus albicans, molle, frigidum tactu, color plumbeus liuidus, habitudo corporis obesior, caput graue: facies tumida, lingua alba mollis, saliuæ dulcis, insipida, acida, multa sicut mucus

A mucus, appetentia deprauata, ructus acidi, vrina alba, pallida, turbida, nunc tenuis, nunc crassa, deiectio pituitosa, frigidior, humidior, cruda, aquosa, alba, mucosa: lenta, somnia aquarum, pluuia & niuis: quæ omnia frigidum & humidum temperamentum, seu humorem facile monstrant.

Corpus verò, temperamentum seu humorem siccum, ostendit integer & grauis homo, malignus interdum, inuidus, fraudulentus, auarus, timidus, mæstus, taciturnus, cogitabundus, solitarius, ingeniosus; propositi tenax: color palpebrarum & totius corporis fuscus, virescens: totum corpus ematiatum, hirsutum, venis latis, vigiliæ, insomniæ: pulsus paruus, tardus, rarus, subdurus: vrina, fusca, crassa, interdum fusca, nigra, virescens: deiectio nigra, sputum paucum: ructus acidus, acris, & mordax interdum. quæ quidem omnia signa, non solum corpora his

B humoribus & temperamentis, secundum naturam constituta, ostendere queunt, sed etiam præter naturam eisdem affecta facillime monstrant. Sunt tamen alia signa, quæ specialius affectum ab eisdem procedens patefaciunt: quæ potius ad aliam quam ad præsentem tractationem pertinere videntur, quapropter consultò prætermitto.

Secundum morbi genus, quod ad partium structuram pertinere diximus, hoc habet proprium & peculiare, vt facilius dignosci possit, quod præcipue actiones animales vitare habeat. Nam quemadmodum naturales actiones solo vitio temperamenti partium simplicium id efficere habent, ita animales, mutata optima figura, & compositione. Quamobrem, morbos huius generis cognoscimus ex deprauatis actionibus animalibus, & ijs omnibus, quæ organo corporeo operantur, etiam si temperamentum hoc sibi peculiare habeat priuilegium;

C vt licet actiones animales non efficiat, nihilominus tamen, aut perficere, aut deprauare, natum sit: sic enim calore aut frigore abundantibus, difficilius fiunt animales motus. Præterea, morbos structuræ facile ostendunt ea, quæ externuntur, vt prima methodi parte abundè diximus. Qualis verò sit partium instrumentalium affectus, quæ excernuntur, & vitiatas color, ac læsionis actionum conditio, facile monstrant: nam signa quædam sunt, quæ non solum affectam partem, sed aut obstructam, aut apertam, dislocatam aut praua alia figura affecta, patefaciunt: qualia sunt quæ iam diximus.

Tertium verò genus morbi, quod in continui solutione consistere diximus, dum externam occupat corporis regionem, facile oculis subiicitur, ac per consequens signis non eget. In partibus verò internis si fuerit, cognoscetur facile ex dolore, ex fluxu sanguinis, spiritus, aut al

terius familiaris substantia: ex situ partis dolentis (præsertim si præces A sit occasio aliqua ex his quæ continuum soluere valent) veluti est ictus, percussio, casus, luctatio, pugna, aut vehemens aliquis motus, qui potentiam habeat rumpendi vas aliquod, aut dilacerandi membranam, tendendi vè tendonem aut musculum: ex quibus & alijs plurimis huius censis facile solutam partem internam erit nosse.

Quod tertio loco disputandum proposuimus est, singula genera in suas species secare, ac signis monstrare quamuis affectus naturã seu speciem. Verum quia id ad vnguem exequi esset longum contexere certamen, & ab instituto recedere, placuit silentio prætermittere cuiusuis morbi particularia signa: siquidem methodo comprehendi nulla ratione possunt, & ab authoribus, passim cuiusuis affectus signa pathognomica promulgantur.

Quarto verò loco, post cognitionem generis morbi, instituimus B docere, quibus signis in quouis affectu innitendum sit. Sunt enim signa omnia quæ in morbis expendere decet, quinario numero comprehensa: nam quædam morbi speciem commoñstrant, quæ pathognomica appellantur: quædam morbi magnitudinem, seu vehementiam: nõnulla motum: alia morem seu conditionem: alia rursus instans iudicium, quæ crisima appellantur.

Quæ verò propria cuiusuis morbi signa dici merentur, ea sunt, quæ pathognomica appellamus, quibus proprium est passionem vnã ab alia per propria signa distinguere. Sic pleuritis (vt Gal. exemplo vtar) ab alijs affectibus distinguitur, ex tussi sicca, ex difficili respiratione, ex febris ardenti, ex pulsu ferrino, & ex pungenti lateris dolore. Quæ quidem signa, nulli alteri affectui ex toto conueniunt, sed hunc tantum (veluti digito) commoñstrant. Pari lege febris ardens, tertiana, phrenitis, C peripneumonia, iccoris inflammatio, nephritis, & omnes alij affectus, sua habent pathognomica signa, quæ simul iuncta soli & semper conueniunt proprio affectui, quemadmodum de signis pleuritidis dictum est. Cum hoc tamen accidit sæpe, vt vnicum & idem signum in varijs & diuersis affectibus reperiatur, velut tussis sicca, quæ & pleuritidem & iccoris inflammationem ostendit, sed pleuritidem nõ semper nisi dum omnibus alijs signis adiungitur. Deniq; necessum est, simul vniuersa signa vnius affectus pathognomica coniungi ad ostensionem eius: nam quoduis per se variè in varijs affectibus significare habet. Hoc enim signorum genus præcipuum est ad notionem affectus: cæterum in eisdem non sat est, ad rectam curandi rationem, affectus ipsos cognouisse, ni exacte medicus tenuerit morbi cuiusuis magnitudinem

A dinem. Nam qua ratione morbi naturam inuenisse ad generis auxiliij inuentionem oportet, eadem & magnitudinem ad vehementiam auxiliij præscribendam, & motum morbi ipsius, ad occasionem exhibendi auxiliium: sicuti morem ad peculiarem quandam conditionem auxilijs addendam: crisima verò & alia quæ in morbis expectantur, ad præfagationem & tempus durationis morbi. Ob id necessum esse diximus, horum signorum breui quadam methodo meminisse: tum ob nuper dictas rationes: tum verò ne tyrones signorum confusione decipiantur, & vt exacte queant distinguere inter signa quæ morbũ designant, & in morbo aliquid valent monstrare.

Signa quæ magnitudinem morbi ostendunt, etiam si Gal. & omnes ferè medici per se annumerent, aut pathognomicis aduictis aut di minutis adscribant, tamen quia nusquam magnitudinem morbi indicantia sunt, nisi quatenus assident morbo magna, aut parua, non citra rationem connumerari possunt, inter ea quæ assidentia à medicis appellantur: quæ quidem in triplici differentia consistunt. Nam ex ijs, quædam cum morbo inuadunt, nõnunquam superueniunt, ac aliquando absunt. Quæ proprius cum morbo inuadere dicuntur, morbi proprium aliquod aut differentiam ostendunt: veluti in pleuritide, dolorem ad clauiculam ascendere, seu ad hypochondria vergere, quo quidẽ signo medici, licet curationem ex toto non varient, mutant tamen aliquo modo. Cui signorum generi finitimum est, quod magnitudinẽ in morbis ostendit. Continet autem hoc signa omnia cuiusuis morbi pathognomica, quæ tantum morbum creuisse ostendunt, quãtum ipsa ab actionibus & alijs signis, secundum naturam degenerant. Sic respirationis difficilis, tantum ostendit morbum esse magnum quantum ipsa fuerit difficilior. Sic dolor pari ratione quantum ipse fuerit toleratugrauior. Qua etiam methodo de omnibus alijs signis rem intelligere decet. Huic etiam generi assidentium signorum pertinere videtur illud, quod morem morbi, seu conditionem posse monstrare diximus. est enim longe deterior, deprauata conditio magnitudini in morbis. Signa verò quæ id ostendunt (vt vulgari vtar exemplo) sunt, veluti in pleuritide posse ægrum cubare supra latus dextrum, aut sinistrum, & in omnibus alijs affectibus, malè aut benè se habere ad oblationes, mente constare, aut desipere, & huiusmodi alia, quæ neq; passionem ostendunt, vt pathognomica, neq; tempus aut securitatem iudicij, vt mox apparentia: neq; differentiam, aut magnitudinem, vt assidentia: sed conditionem aliquam his omnibus additam monstrare valent.

Est aliud genus signorum, quod complectitur signa, quæ motum morbi

morbi ostendunt, nimirum morbum longum aut breuem fore, & alia quæ securitatem iudicij & certam salutem, aut contrarium ostendunt, quæ quidem appellantur mox apparentia. Sunt autem hæc inter alia præcipuè coctionis & cruditatis signa, quæ citra dubitationem futurum morbi successum, & quâdo, commonstrant: vt ex Hipp. aperte constat: quo loco inquit: Sed ex ijs quæ mox apparent inditia sumuntur, quemadmodum in morbo laterali, si statim sputum appareat, morbum breuiat, si postea, producit. Quo loco monstrat quando morbus debeat finire: cæterum quo modo, alibi docet, dicens. Coctiones celeritatem iudicij & morbi securitatē ostēdunt. Qua parte Hipp. vtrunq; coctionis vsum est complexus, nimirum quando, & quomodo. Quibus locis adstipulatur Gal. dicens. Mille adfui iudicijs, neminem tamē vidi perire ex ijs qui iudicati sunt cum signis coctionis. Vnum tamen in hac re iudicio nostro summoperè videtur expendendum cōtra vulgi opiionem, videlicet, signa coctionis ex propria natura non posse tempus iudicij, aut solutionis morbi ostendere, vt vulgò falsò fertur: nam tantum ostendunt ex propria conditione bonum vel malum iudicium: tempus autem iudicij, non nisi ex tempore quo signa coctionis apparent, rimari decet, vt ex eodem Hipp. colligitur, cum inquit: sed ex ijs quæ mox apparent inditia sumuntur, quemadmodū in morbo laterali, si statim sputū appareat (hoc est si statim in primis diebus appareat coctio) morbum breuiat, si verò postea apparuerit, producit. Quo loco aperte colligitur, tempus iudicij, nō ex signis coctionis, sed ex tēpore quo apparent, debere exquiri, vt monstrat sententia sequens. Longos aut breues fore morbos ostendit. Qua ratione, quemadmodum ex tempore apparitionis licet tempus iudicij colligere, eadem, ex propria signorum natura & conditione, bonam aut malam fore crisisim, iuxta illud Hipp. coctiones celeritatem iudicij & morbi securitatem ostendunt. Nam tempus per illud verbum, celeritatem, præscribitur: bonam aut malam crisisim, per illud, securitatem. Cruditas verò in morbis, nō semper morbi diurnitatem ostendit, nisi dum diu durat: neq; simpliciter malum, nisi dum viriū imbecillitati iungitur, & morbus celeriter mouetur. Signa verò contraria coctioni (quouis tempore appareant) semper malum portendunt, quemadmodum signa coctionis semper salutem.

Vltimum signorum genus ijs constat signis, quæ à medicis crisisima appellantur, quibus in morbis instans iudicium seu crisis monstratur: cæterum hæc non sunt vnus rationis & naturæ, sed variè iuxta crisis naturam, aut partis per quam fieri debet. Quædam enim sunt signa, quæ

Lib. 1. Apho. 12.

Lib. 1. De mor. vni. par. 2. c. 45.

Li. 3. de crisisibus.

A

B

C

A quæ crisisim fore per sudorem significant, alia quæ per vomitum, nonnulla per fluxum sanguinis narium, multa per aluum, aliqua rursus per vrinam. Quorum omnium signorū placet veritatem vnico exemplo probare. Sic quæ crisisim futuram per vomitum ostendunt, sunt veluti nauſea, ventriculi subuersio, & tremor labri inferioris: quæ verò fieri per fluxum sanguinis narium commōstrant, sunt dolor capitis grauius, venarum plēnitudo, oculorum prominentia; & venarum ipsorum rubor, pruritus narium, & stilla aliqua profluens. Monstrant sudorem, pulsus plēnitudo, vndositas & mollities, totius corporis pruritus, corporis contractio & inquietudo citra manifestam causam, suppressio etiam aliorum excrementorum secundum naturam. Aluum fluxuram ostendunt, ventris ipsius murmur, dolor & inflammatio, vrinæ suppressio, & ea quæ excernuntur liquida. Expendere vltimò oportet, aliud esse in morbis signa quærere, quibus licet cognoscere; an morbus debeat terminari per crisisim, an per paulatinam solutionem & aliud considerare signa critica: nam illud ex morbi specie & natura exquiri debet, adhuc in morbi principio, hoc verò, non nisi instante crisi, ex signis & accidentibus, quæ sequuntur naturæ motum, & ipsius vacuationem antecedunt.

Sunt enim signa quæ accidunt, postquam natura est aggressa materia motum & agitationem, iuxta Hipp. sententiam, quibus crisis futura est, &c. Septenorum quartus est index. Præter quæ omnia signa, aducit Hipp. alia, quibus ostendit ac distinguit morbos mortales ab

his, qui non semper tales existunt, & ab alijs, qui mutilant aliqua particula corpus, eos etiam qui in alios transeunt, qui necessario sequuntur, qui celeriter iudicantur, qui tardè mouentur, & huius census plures, quos breuitatis

C studio prætereo. Quòd si neq; his omnibus, quis affectum nosse quiuerit, tutius quidem est, naturæ negotium committere optima & moderata vitæ institutione, quam falsa alterius morbi specie deceptus, alienam præscribere curationem.

Tertia Methodus

libro 2. de mor. vni.

Libro. 2. & 4. Apho.

Lib. de morbis.

lib. de morbis.

Tertia Methodus circa medendi rationem:



INTELLECTIS affectibus, & patiētibus particulis, ipsa docendi ratio postulat, curandi methodū exequi. Nā vt omnium medicinæ partium est postrema, sic certè sine & effectu, longe vtilissimam esse, ac veluti reliquarum omniū finem. Gal. & omniū medicinæ authorū, constanti assertione, patēre arbitror. Verūm cum hæc medendi ratio tam varia sit, quàm penè incomprehensibilia, quæ aliquid ad curationem monstrare possunt, factum quidem est, vt non semper sibi in omnibus locis de curatiua methodo authores cohæreant: quam equidem (inter ceteros scriptores) Argenteriū egregiè docuisse constat: cū hoc tamen, omnia quæ medicus ad rectam medendi rationem tenetur nosse, placuit breuiori & clariori methodo complecti: vt quiuis facilè deinceps peculiare curandi rationes teneat, quod est summum medici officii: vt pulchrè his verbis dixerat Hipp. Sint & in memoria tibi morborum curationes, & harum modi, quotupliciter & quo modo singulis se habent: hoc enim principium est in medicina, & mediū & finis.

Habent enim singulæ artes rationem quandam communem, quamuniam sua quæq; exercere valent, & à qua agendorum, ceu à fonte quodam, singulæ rationem capiunt, atq; scopum: quæ profecto communis ratio in singulis artibus methodus nuncupatur. Ceterum vt quis quem intendit in arte finem, facilius consequatur (hoc est, à morbis liberare, & sanitati (vbi amissa fuerit) cōgruis auxilijs corpora restituere) hæc omnia expendat oportet. Officia nimirum, quæ medicus in propria arte exercere tenetur: instrumenta quibus inuenire queat, quæ in vno quoq; statu corporis scitu sunt necessaria ad finis consecutionem: considerationes quas debet præmittere anteq̃ officium aggrediatur: conditiones sine quibus nihil tutò & secundum rationem perficiet: materiam qua debet vti in exequendis officijs: quibus veluti præmunitus medicus curationem aggrediatur est, necessum.

Sunt autem medici officia tot, quot sunt corporis nostri status, seu dispositiones. Nanq; corpus nostrum, nunc optima fruitur sanitate, ex debita simplicium commensuratione, & ex optima instrumentalium partium structura: nunc verò male se habet, in altera aut vtraq; parte, nonnunquam è morbo conualefcit, ac sæpe senectute premitur. Itaq;

tot

A tot erunt medici officia, quot corpus potest pati dispositiones præter naturam: siquidem medici institutum est corpus ad naturalem dispositionem reducere, itaq; cum sana vtitur dispositione corpus conseruari in eadem desiderat: & hoc est primum officium. Cum verò præternaturali statu apprehenditur, mutari: & hoc est secundum officium. Expendere tamen oportet causam, quæ affectum infert, nam hæc aut morbū minatur, & præcautionem expostulat, quod est tertium officium: aut actu morbum efficit, & curari desiderat, & hoc est quartum. Rursus quia in morbis symptomata sæpe euenire solent, mitigatione opus est quæ quintum constituit officium. Vltimò verò corpus aut è morbo cōualefcit, aut senectute dilabitur, quo statu refectiōnem iure optimo expostulat. Hæc tamen est differentia inter vtriusq; refectiōnem, quòd cōualefcētes ad pristinū statū refectiōne deueniūt, senes verò in eodē cōferuātur. Ex quib⁹ cōstat, vt Argēterius egregiè docuit, sex esse medici officia, nimirū, conseruare, mutare, præcauere, curare, mitigare. & reficere: quæ quidē variātur iuxta corporis varietatē. Nā modò hoc, modò illo prout corporis status præfens aut imminens exposcit, vti cogimur.

B Sese offerunt cōsiderationes (quas scopos authores Artis appellant) quibus peritus medicus quoduis officium aggredi tenetur: quarū prima est (cognito tamen prius officio quod exequendum est) an aliquid in eo sit agendum, cuius principium sumitur ex Gal. dicente ex his quæ in humano corpore moliuntur, quædam à sola fieri natura, quædam à sola arte, quædam rursus ab vtraq; 3. Natura enim sola coctiones & carnis generationem molitur, ars verò citra naturæ adminiculum luxata in pristinum statum reducit, dissoluta verò licet non vniat, coniungit tamen: vtraq; 3 rursus ad febrium curationem cōcurrit. Medicus enim arte sanguinem extrahit, porrigit etiam purgans medicamentū cui natura ad vacuationem adminiculatur, facta prius coctione ab eadem natura sola: ex quo quidem principio intentum facilè elicitur: quod etiam ab Hip. facillimè insinuatur dicente. Quæ iudicantur integre, neq; mouere, sed sinere oportet: item alibi: Optimū esse aliquando medicamentū, nullo vti medicamento. Gal. verò paruos morbos à sola natura curari scribit, prius an affectus exposcat remediū necne cōsiderandum præcipiens. Verūm quia hæc non satis sunt, vt quis an aliquid sit agendum exactè noscat, operæ pretium est nosse, quæ sunt quæ indicent vnunquenq; scopum agendorum: Hoc tamen apud Gal. animaduerti velim, sæpe scopos appellari ab eo, ea quæ nos indicantia appellamus: sic scopos sanguinis mittendi, magnitudinem morbi robur & ætatem cum Hipp. statuit; sed vbi res intelligatur, nil interst, hoc

C

aut illo

Lib. de decenti. ornate.

p. 22. 5. 07

videtur ab

Medici officium.

Medici cōsiderationes.

Lib. de opti. lecti. ad trac.

Lib. 2. Apho.

Lib. de articu. agēs de auric. Lib. de loc. affe. Lib. de san. mi.

Lib. de san. mi.

Lib. de vict. atq;

agēs de auric
de frach
vide en de san
pag. 29
et, 752

aut illo modo sermonem proferre, hoc vnum tamen asserimus, affectū A
 ipsum, an aliquid sit agendum ex se monstrare, non tamen simpliciter
 & semper, sed aliquando, facta collatione ad vires ipsas, quæ si euiden-
 ti aliquo signo superauerint affectum, solæ citra artis adminiculum
 sufficiunt: finaliter (aut id medicus dubitauerit) eo citra dubitationē
 indigent. Illud autem difficilius videtur, quod à Gal. multis varijsq;
 probatur modis: ab affectu vtilem indicationem curatoriam non posse
 desumi: id quod Argenterius mille abhorret argumentis, curatricem
 indicationem asserens etiam cum Gal. ab ipso morbo duntaxat erui,
 à causa verò præcautoriam, à symptomate mitigatoriam, atq; vt vno
 verbo dicam, huic etiam vsui Argenterius non parum utilis est (inter
 plura alia quæ præstat) quòd vigilantiores nos in Gal. lectione reddit,
 nequit tamen sua redarguendi vis, ab antiqui magistri via facilè nos
 desistere. Non enim negat Gal. curatricem indicationem exactè di- B
 ctam à solo sumi morbo: id quidem libenter fatetur: hoc vnum ta-
 men suadere nititur, quòd vbi affectus à causa dependet, insufficientis
 sima indicatio est, quæ ab affectu, potissima verò quæ à causa petitur:
 quanquam hæc curatiua dicatur, vbi morbus præsens adest. Nec aliud
 voluit significare Gal. quàm quòd vbi causæ indicatio & ea quæ mor-
 bi est, simul iunguntur, potissima sit, quæ à causa proficiscitur, quæ qui-
 dem & si præcautoria sit, curatrix tamen quia præsentis morbi est, di-
 ci meretur. Qua autem ratione, & à quibus indicantibus, prædictus
 scopus (nimirum an aliquid sit agendum) indicetur, ex dictis constat,
 & ex his quæ mox inferam, quæ sunt proculdubio à quibus indicatio
 exoritur, vt morbus, morbi causa, locus atq; facultas, quæ omnia inter
 se conferri debent, vt præbere, aut negare, auxiliares manus affectui ci-
 tra dubitationem possimus. Quæ omnia vt rectius intelligantur, quæ C
 dam ex Gal. principijs, velut fundamenta animaduersione digna, sub-
 iicienda sunt. Primò quæ secundum naturam sunt, sui tutelam, quæ
 præter naturam, sui remotionem indicare: secundo, vnū duntaxat vnū indi-
 care: tertio, vt genus cōstitutionis indicat genus auxilij, ita differentia
 differentiam, & species speciem indicabit: quarto, nullum remedium,
 nisi ab statu, præter naturam indicari: quare neq; facultas, nec partis na-
 tura, remedij est indicatrix, sed solūm tutelæ, quamobrem conferen-
 da hæc adinuicem sunt, & quantum quælibet reliquam superet, pensi-
 tandum, vt pro vincentis in presenti, aut in futurum ratione auxilium
 porrigere, aut negare possimus. Cōstat enim perfecta medela, in eorū
 quæ præter naturam sunt, depulsione, & eorumquæ secundum naturam
 sunt conseruatione: ac propterea, auxilij occasionem statuit Gal. exor-
 diri

Li. de opti. sc. ca.

Li. de offi. med.
lc. 11.

Ab. is. h.

Ab. is. h.

Ab. is. h.

Ab. is. h.

Ab. is. h.

Ab. is. h.

Ab. is. h.

Ab. is. h.

Ab. is. h.

Ab. is. h.

Ab. is. h.

Ab. is. h.

Ab. is. h.

A diri, ex re poscente remedium, & non prohibente virtute. Itaq; an ali-
 quid sit agendū in sūma, præmissis quæ mox diximus, ex morbi quan-
 titate (vt sic loquar) seu magnitudine quærendum est: quæ si adeo in-
 gens est, & naturalia superat, vt citra medici opem à natura superari
 nequeat, agendum esse præscribit, siquidem ars tribus constat, dicente
 Hippo. ægro, morbo, & medico naturæ ministro. Præsertim cum ex
 medicæ artis operibus, alia sint solius naturæ, alia solius medici, alia ve-
 rò vtriusq; simul, vt superius abundè diximus. Semper enim nobis
 proponendum est, vt quicquid à solo medico fieri potest, semper à me-
 dico fiat, quod verò à natura id nature relinquamus, quæ verò vtriusq;
 sunt opera, à nobis adiuuentur, quæq; sola natura ex his perfectè suffi-
 cit consequi, illi soli permittamus. Quod quàm vtile sit, ad ægrorum
 placidam curationem, neminem latet eorum, qui quotidie conspiciunt
 B non solūm paruos morbos citra auxilia externa curari: verūm etiam
 magnos, sanabiles tamen omni ex parte, in quibus statim in vrina atq;
 alijs, naturæ victoria apertissimè sese profert, nullaq; insignis plenu-
 do subest: sed ea humoris portio quæ putrescit, febremq; acutam ac-
 cendit, duntaxat exuperat, alioquin benigna. Quo morbo superfluū
 arbitror esse, aut purgare, aut sanguinem mittere, vbi spes aperta est fu-
 turæ victoriæ: quod minimè non pauci aduertētes, sæpe auxiliares ma-
 nus præsidij refertas naturæ dant, quibus certè natura non indiget.
 Quo fit, vt ab his lacepsita ab opere optimo desistat, & ipsi morbū aliàs
 sanabilem periculosum reddant: aut suapte natura breuissimum, in lō-
 gum tempus producant, quamobrem non minus beneficium præstat
 an aliquid sit agendum nosse, quàm cætera auxilia, quæ in arte præstā-
 tur, vbi rectè administrari contingat.
 C Secunda consideratio mox ab hac sese offert, nimirum dato quòd a-
 liquid sit agendū, id quid futurū sit, vacuandū ne, an replendū, an alte-
 randū? siquidē vt ex Hipp. constat, ipsa ars medica circa adiectionē &
 sub tractionem versatur. Quapropter medicus tenetur antè considera-
 re, quid horum sit agendum: quod apertè monstrat morbosus corpo-
 ris apparatus. Nam si sanguine, aut humore quouis abūdat, vacuandū:
 si verò inanitione laborat, replendū: sicuti si distēperies præualet, citra
 vacationē aut repletionē, alterādū: itaq; quid agere expediat, ab affe-
 ctione ipsa, & potissimū ab ipsius causa cognoscetur.
 Tertio etiā cōsiderare expedit, qua re sit agendū: nā cognita corporis
 dispositione vacationē exposcēte, expēdere mox decet, an ea fieri de-
 beat sūguinis missione, expurgāti medicamēto, vomitu, sudore, aut vri-
 na, quod ex humorū redūdātū Idea, seu natura Gal. cognoscere docuit

Lib. 6. popu.

7

7

7

Lib. de stat.

Lib. 9. metho.

Lib. de opti. sec.
ad Tra.

Cui considerationi quarta adiungitur, quæ docet quali sit agendum: A iuxta illud vulgare medicorum axioma: Contrariorum contraria sunt remedia: non enim sat est nosse, affectum esse distemperiem, sed qualis sit, nouisse oportet, ut iuxta eius contrarietatem auxilia adhibeantur.

L. i. de medi. exp. Quod pari ratione obseruandum est in humoribus expurgandis: aliud quidem medicamentum sibi vendicat flaua bilis, aliud pituita. iuxta illud Hipp. biliosis quæ bilem, pituitosis quæ pituitam expurgent dare oportet: itaq; qualitas auxiliorum ab affectionis causeq; qualitate citra dubitationem indicatur.

L. i. de sang. mis. sio. Quinta autem consideratio, quantum & quousq; sit agendum rimari nititur. Quæ quidem æquè difficilis est ac necessaria, ut ex Gal. constat, qui refert, nihil esse in arte quod tam eam reddat coniecturalem quàm quantitas exhibendorum remediorum: siquidem non minus peccatum est infra subsistere, quàm ultra progredi: tam in auxilijs quæ vacuationem molliuntur, quàm in eis quæ alterationem. Nam plus quàm par est alterare, plurimum natura pertimescit, sicuti debilibus (præter id quod nihil iuuatur) assuescit facile, & ea contemnit: præstat tamen, certam auxiliorum mensuram ex tribus decerpere (quæ longius & specialius, cap. de sanguinis missione, & alijs capit. monstrantur) primum ex virtutis robore, ut ex Gal. constat, & ex recessu à naturali statu seu temperamento. hæc enim sunt quæ certas leges ad quantitatem præscribunt: quia cognitis his, statim morbi recessus sese ostendit, in ordine ad quem recessum, quantitatem auxilij metiri oportet.

L. i. ad thresif.

L. i. Apho. com. 21. Ex quo fit, virtutem consentire, quantum auxilium postulauerit affectus, temperiem verò idem coindicare, sicut partis ipsius reliquas considerationes, ut natura, officium, & huius census. Quam ob rem semper pristini habitus memores, in eumquæ intenti, eousq; curationem promouebimus, dum in eum factus sit regressus: eò quippe redire consilium est, vnde morbus exordium duxit, & pariter virtutem custodire, ne maiori præsidio quàm par est, dissipata, ocissimè succumbat. Secundò quantitatem metimur ex morbi materie copia, quæ radicitus euelli desiderat, & minoribus vacuationibus nusquàm gaudet. Cæterum quia neq; partis conditio, neq; laborantis robur, neq; materie peccatis natura, has subitas vacuationes semper ferre queunt, ob id docuit ars vacuationes partiri, ut ex pluribus puis vnica fiat humoris vacuatio, copiam humoris respondens: Tertio verò quantitatem metimur ex morbi ipsius vehementia: nam hæc ut sauior est, ita sibi æqualem vehementia exposcit vacuationem, aut alterationem. iuxta illud Hip. Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt. Sic enim consuluit Gal. quò magis morbo inducias dederit

A dederit expectandi, eò mitius esse agendum: & ut generatim completar, aduersus omnem affectum præternaturam, adhibendum eò vsq; contrarium est remedium, donec in naturalem, aut certè in pristinum habitum sit regressus. Id autem aliàs semel & vniuersim fit, aliàs sensim & paulatim. Remedium porrò quod par morbo existit, quodq; tanto recessu, quanto & morbus à naturali distat, eum quidem omnino, & vniuersim eximit, atq; per sanat. At verò quod impar infirmiusq; morbo est, hunc quidem minuit, eaq; ratione iuuat, sed nec prorsus tollit, neq; per sanat. Curando igitur affectui, contrarium remedium, aliàs quidem par, aliàs infirmius adhibendum: his tamen legibus. Leuior affectus, pari contrario semel vniuersimq; summoueri potest: mediocri verò affectus, quoniã nec præceps est, nec periculosus, lentè paulatimq; tutius eximitur: ob id enim dixit Hipp. vniuersim & repentè vel vacua

B re, vel replere, vel calfacere, vel refrigerare, vel alio quouis modo corpus mouere, periculosum: omne enim nimium naturæ inimicum.

Quum enim lentè paulatimq; curatio fit, naturæ & morbo simul consulitur: Bifariam tamen lentè paulatimq; curationem fieri contingit: primò, æqualibus in gradu, sed exigua quãtitate, secundo, remissioribus, repetitis tamen. Curadum tamen in quauis actione, ne vsq; adeo imbecillæ & languidæ sint remediorum vires, ut nihil ferè proficiat: nam remediorum blandimentis sæpe morbus exasperatur. Nec rursus tan rigidè agendum est, ut natura & antiquus habitus euertantur: tanta siquidem ea est, ac iocunda curatio, & quæ sat cito fit, si sat benè. Expendisse tamen in hac re decet, diuturnos affectus, paulatinas iure sibi exposcere vacuationes, & alterationes, quemadmodum & natura ipsa paulatim eisdem solet finire, veluti contrario modo in acutis, quos

C ipsa subito, & per crisim soluit. ita medicus manifesta, subita & confer tim facta vacuacione, tenetur eisdem aggredi, si naturæ imitator gaudet fieri. Hoc vnum superest in hac re consideratione dignum, nimirum, quòd licet æqualia semper viribus sint adhibenda præsidia, cum hoc tamè æqualitatem considerare possumus, duobus modis. Vno quidem, in gradu, alio verò in efficacia: æqualia in gradu semper maximis & vehementissimis morbis adhibenda sunt, ut præstita efficacia & actionis principio ab animalis potentia & viribus, facile morbi sauitia non solum tanquam ab æquali contrario frænatur compescaturq; sed radicitus auferatur, & superetur. Quæ verò æqualia sunt in potentia, ea dicuntur, quorum defectus, aut remissio, ab æqualitate cum morbo contrario adimpletur potentia & calore naturali viuientis animalis: calor enim animantium dum rectè se habet, vim præstat & efficaciam

auxilijs, quæ ab arte præstantur: hoc enim est naturam habere admini-
culantem. Ob id quidem imbecilibus affectibus, & his qui inducias
præstant expectandi, remissiora auxilia sufficiunt, quia supplet viuentis
calor auxiliij defectum. Deest tamen in hac re, quæ situm illud de quo
dubitari solet, possit ne blandum ac lenè remedium iteratum, id sen-
sim præstare, quod validius semel & vniuersim, huiusq; vehementia,
compensari crebritate & copia lenioris. Habet tamen hoc veritatem
in his remedijs, quæ nec genere, nec agendi modo naturaq; sed ordine
solo distant. Nam plantago, vel copia, vel crebro vsu æquè refrigerare
potest, ac semper uiuium semel aut parcius ad motum. At verò non id
efficiet quod opium: necq; agaricus crebriori vsu, id quod semel colo-
cynthis. In omni porrò, siue repente siue paulatim suscepta curatione,
prouidendum est, ne morbi quicquam indiscussum maneat, ne ve
contrarium morbi genus inducatur, mediocritate transmissa.

B

Sexta quidè cõsideratio docet modum exhibendi auxilia, qualis verò is
sit futurus, nondum est perspicuum: nam prima Aphorif. modus ap-
pellatur, id quod fieri debet, si semel aut per vices fiat. Multò quidè ali-
ter à Gal. acceptus est, cum inquit: A loco vtendi modum eliciendum.
subticeo tamen alias acceptiones, quæ ab Argenterio adducuntur exi-
stimate, quicquid extra qualitatem & quantitatem est sub modo cõ-
prehendi, quemadmodum constat varijs in locis ex Gal. ita vt per mo-
dum, & medicamenti variam compositionem, & item cuiusuis au-
xilij partitionem, ac simultaneam applicationem intelligat: nec enim
parui momenti est nosse, per partitas vices & interualla, an subito &
affatim auxilia debeant adhiberi. Quod Gal. ex causæ & facultatis co-
llatione metiri optimè docet loco superius citato, sed clarius alibi, in-
dicatione videlicet sumpta à cõsuetudine, natura, ætate, & vitæ more:
quæ omnia cum morbo confert, & pro vincenti, auxiliij modum desig-
nat. Itaq; vt vno verbo dicam, omnis ratio seu qualitas medicamenti,
præter eam quæ qualitati & quantitati respondet, modus à Gal. appe-
llatur, quem etiam sub qualitate alibi complexus est.

Septima quidem cõsideratio circa tempus & occasionem versatur: quæ
docuit Hip. varijs modis cõsiderare. Tanti igitur est momenti in re me-
dica occasio, vt sola vim & efficaciam ab auxilijs auferat, aut ipsis præ-
stet. Sæpe enim leue auxiliū opportunè adhibitū, vehemētissimos cu-
rat affectus, vt de victu refert Celsus. Sic Gal. se iactat febres iugulasse, se-
mel sanguine misso: quæ quidè auxilia, nec maiora quidè, in opportunè
adhibita, non solum emolumentum quicquam non adferunt, verum ob-
esse sæpe est compertum, & necessum. Cæterum in hac re quantumuis
sit

Comento. 17.

Lib. de op. scil.

Lib. 5. metho.

Lib. 1. ad Glauc.
cap. 1.

Li. 2. de rat. vitæ.

Lib. Artis medi.

A sit magni momenti, suboritur non leue dubium, nimirum, an indi-
catio occasionis a legenda sit à numero indicationum: aut in quanti-
tate & qualitate includenda: ratio quidem huius dubij suboritur,
ex quodam Gal. loco, quo ex professio docet, temporis occasionem in-
cludendam esse sub quantitate & qualitate: licet contrarium videatur
asserere alijs plerisque locis, sicut & Hipp. qui peculiarem indicandi ra-
tionem occasioni tribuit. Cui tamen dubitationi ne authores contra-
ria videantur proferre, dicimus cum Gal. occasionis indicationem in-
cludendam esse sub quantitate & qualitate: ratio quidem est, quia quæ
semel statuerimus quantitatem & qualitatem affectui & corporis dis-
positioni conuenire, eam sufficere ad rectam curationem constat, citra
temporis considerationem. Non quidem quod occasio non præstet in-
dicationem, sed quod includatur sub quantitate & qualitate, itaq; oc-
casione metimur penes quantitatem & qualitatem, ac per consequens
his cognitis, non opus est alia occasione exhibendi auxilia, quæ distin-
cta sit à quantitate & qualitate: deniq; occasio non indicat quid distin-
ctum & peculiare, sed tantum docet quantitatem & qualitatem ma-
teriæ auxiliiorum, iuxta ea quæ eo tempore ab affectionis seu status cor-
poris quantitate & qualitate monstrantur: ob idq; Gal. merito eam re-
duxit. Separauit tamen alijs in locis quia artificiosius erat: nam conside-
rata affectus duratione, vt in libris methodi Gal. considerat, multa do-
cet adhibere, quæ alioquin haud ita facile possent ministrari ex quanti-
tatis & qualitatis consideratione: at verò libro ad Trasibulū arctius do-
cet occasionem considerare, vtraq; tamen parte & alijs innumeris lo-
cis ei per se indicationem præbet distinctam à quantitate & qualitate,
id tamen efficit clarioris doctrinæ gratia. Verum licet occasio & pro-
morbi temporibus vt Gal. docet, aliquando sumatur: & pro idoneo
tempore ad agendum, vt ex eodem authore constat: nos tamen hac
in parte, occasionem in duo tempora partimur, in longius nimirum
quoddam tempus idoneum ad efficiendum id, quod volumus, & in oc-
casione simpliciter, quæ breue admodum momentum designat.

Quam differentiam constituit Hipp. inter tempus & occasionem ijs
verbis: Tempus est in quo occasio est, occasio verò in qua tempus non
multum. Ex primo tamen significato, prodeunt sententiæ illæ eiusdè
authoris, nimirum. Quum morbi, inchoat, &c. & Concocta medicari.
Ex secundo quidem sub oritur, occasionem esse præcipitem, vt ex Gal.
etiam constat, qui imperceptibilem esse occasionem refert. Docet præ-
ter hæc Hipp. occasionem experientia & ratione querere, nec alteri eo-
rum vsq; esse fidendum, quam tamen alibi in differentias secatur, iuxta
affectus

Lib. Artis. me.

Lib. 1. ad Glau.

Lib. de opti. sec.

Li. 8. & 9. metho.

Lib. de articu.

Lib. præceptio.

Lib. de to. morb.

temp.

Lib. de opti. sec.

Lib. præceptio.

Lib. 1. ad Glau.

Lib. Præceptio.

Li. 1. de morbis.

affectus varietatem. Inquit enim, temporum autem occasiones, vt in A.
 summa dicam, multæ sunt & variæ in arte, quemadmodum etiã mor-
 bi, & affectiones, & horum curationes. Quibus constat, occasionem
 vtroq; modo (nimirum pro extenso, & pro momentaneo tẽpore) medi-
 co esse considerandam. Occasio itaq; faciendorum cùm vniuersalis sit
 & particularis, à nullo alio indicari potest, quàm ab vniuersali & parti-
 culari ægri statu, vt superius probatum est, & ex Gal. constat: Qui re-
 fert, quòd vbi quis qualitate & quantitate vtatur, qua affectus indiget,
 opportuna occasione fruitur. Neq; à morbi tempore occasio desumi
 vlla ratione potest, vt aduersus aliquos Gal. acerrimè disputat: non
 enim quòd hoc aut illo tempore laboret æger, hoc aut illo præsidio in-
 digebit, sed ob hanc præsentem (qua afficitur) dispositionem. Quòd si
 aliquando à temporibus morbi vniuersalibus, vniuersalem occasionẽ,
 à particularibus particularem accipi dixit, eò proculdubio, id efficit B
 quòd solent variæ dispositiones varijs temporibus materiam occupa-
 re. Quam ob rem, Gal. dixit, auxiliij occasionem oriri ex re poscente re-
 medium, & non prohibente virtute: intellige tamen de auxilijs gene-
 re, non de modo ac differentia loqui, nam hæc etiam à partis natura im-
 pedi possunt. Atqui vt Hipp. rectè dixit, tẽpus est, in quo occasio est,
 occasio verò, in qua tempus non multum: medela tempore, aliquan-
 do etiam occasione contingit. Tempus hac in parte, non quidem cura-
 tionis indicatorium ratus, sed quòd hoc aut illo tempore materiæ affe-
 ctio, hanc aut illam medelam ex postulet: quod tempus in se occasio-
 nem continere subiungit: quo loco occasionem rigidè accipiens, pro
 illo ferè momentaneo morbi statu, quo auxiliij approximationem de-
 siderat. Idem voluit dicens, Vita breuis, ars lōga, occasio præcept: adeò
 vt tempus, occasionem quam medicus passim aucupatur incuratione, C
 compellarit, quæ pro captu medici bona est, tamen non omnino ex-
 acta, quin in alterutram partem deflectat. Quo fit vt Hipp. dixerit, me-
 dicum tamen vehementer laudari, qui parum errat: hæc enim est cõ-
 iectura artificiosa, quæ proximè accedit veritati. Quia verò aliquando
 contingit hanc exactam occasionem agendi à medico inueniri, id cir-
 co dixit, medelã tẽpore fieri, scilicet ferè semper: aliquãdo verò (videli-
 cet rarò) occasione, illa quidẽ exactè optima: id verò quoniã vt inquit
 Gal. corpus nũquam eodem statu perseuerans, semper aliud atq; aliud
 præsidij genus exposcit. Qua ratione Hipp. præstantissimum in arte
 censuit esse, occasionem scire: quoniam occasione elapsa, morbi interi-
 munt. Quo fit, vt miro quodam artificio, idem author hæc verba pro-
 tulerit: ab omni equidem arte aliena res est dilatio, verũ maximè à me-
 dicina

Lib. 1. artis med.

Lib. de opti. sect.

Lib. de opti. sect.

Lib. præceptio.

Lib. 1. Apho. i.

Lib. de arte.

Epistola. 16.

A dicina, in qua dilatio est animæ periculum. Curationum verò animæ
 sunt temporum opportunitates, quarum obseruatio finis & &c. Vt
 enim anima corpori esse ntiã totumq; robur præstat, qua ablata cor-
 pus deforme ac nullius pretij remanet, eodem omnino pacto, vbi cu-
 rationi deest occasio, curatio nomine tantum est, neq; vllius momenti
 immo pernitiõsa penitus egrotantibus redditur. Quare subdit, occa-
 sionum obseruationem, finem esse artis: qui enim occasionem attige-
 rit, artis finem nanciscitur: sic enim inquit Gal. ille auxilium nouit, qui
 occasionem inuenit. Quibus constat nil aliud esse occasionem agnos-
 cere, quam exactam affectionis cognitionem habere: ob idq; Gal. do-
 cuit, cognito affectu scientificè procedere in curatione. Quare rectè
 Gal. occasionem sub qualitate & quantitate comprehendi arbitratur,
 occasio autem vniuersalis, sub tempore ab Hipp. dicto, videtur
 B includi: particularis verò quæ à particularibus morbi temporibus su-
 mitur ad occasionem Hipp. magis accedere, videtur. Vbi enim inquit
 idem author Coctã medicari, occasionem vniuersalem insinuat, quæ
 ab vniuersali tempore morbi desumitur, vt cùm dixit, Circa initia mor-
 bi, si quid videtur mouendum, moue. At vbi initio, vniuersali mouen-
 dum est, qua die & qua hora expeditiùs id fiat, hoc difficillimũ est, neq;
 scribi calamo potest, nã tunc ex innumeris ægri proprietatibus, & mor-
 bi inenarrabilibus symptomatis, tum prægressis, tum subsequenteribus
 debet cognosci: quæ omnia minime scribi ab vlllo possunt, vt ex Gal.
 aperte constat. Quod verò occasio vniuersalis vacuandi (vt exemplo
 vtat) in initio ex facultatis robore permitente desumatur (vt Gal. loco
 citato insinuat) non omnino verum iudicat Argenterius. Primò enim
 id solum in vacuantibus auxilijs vere dici potest, non in alterantibus:
 C secundò verò in ijs non solum ob facultatis robur initio vacuandum,
 & in statu ob lãguorem, quiescendum esse, aduersus Gal. affirmat: nã
 in statu ob id etiam quod tunc coctiõni vacandum, non vacuationi,
 est quiescendum. Cui responsum velim: primò, quòd solum de mor-
 bis à causa pendentibus humoralis sermonem agebat Gal. tum quia
 frequentius hi morbi in medicorum manus incidere solent: tum quia
 ex his qui maiori pollent artificio, leuissimo negotio reliquos sim-
 pliciores affectus intelligemus. Secundò, quòd in his & si præcipuam
 causam occasionis vacuandi in initio, robur facultatis statuatur, quia scili-
 cet in statu omnia sunt fortiora, cùm hoc tamen naturã tum præceden-
 tis augmenti afflictione, tum ab status vehementia labefactatam esse
 credendum est: cui labori vacuationũ labor accedens, magnam vniũ
 iacturam efficeret. Attamen aliam causam quiescendi in vigore, co-
 ctionem

Lib. 2. comp. pha-
lo.

Lib. artis med.

Lib. ad trahib. ca.
38.

Lib. 2. de offi. mc.

Li. ad Trac. 40.

ctionem nimirum non paruipendit, imò plurimi habendam cen- A
fuit Gal. his verbis: Cùm naturalia morboſis cauſis permixta ſint in ſta-
tu, in recidendis cauſis nihilò minus bonorum quàm vitioſorum detra-
ctio fit, qua dictione in vigore quieſcendum eſſe iudicat, vt coctio per-
ficiatur, perfectaq; vtile ab inutili ſecerni poſſit, ac tandem aut à natu-
ra, aut ab auxilijs vacuantibus foras pelli: initio verò et ſi mixta quoq;
ſint prauis vtilia, virtus noxam turbationis feret facilius: quibus cõſtat
initio morbi vacuandum, non ſolùm ſanguinis miſſione, ſed & purga-
tione: id verò vbi metus ſit, ne cauſam morbificam natura poſſit euin-
cere.

Lib. de arte.

O ſtaua conſideratio attento animo rimari docet locum, in quo &
per quem huiuſmodi auxilia adminiſtrari debeant: nam licet totum
corpus conflatile ſit, & tranſpirabile, nihilominus tamen, quædã par-
tes maiorem habêt inter ſe cõnexionem & ſocietatem, quàm aliæ: præ B
terquam quòd natura ſemper vnum magis quàm alium diligit, & in
ſinuat locum eſſe vacuationi aut actioni cuiuspiam aptum: quod pul-
chrè dixerat Hip. his verbis: Natura autem ſtimulata & impulſa, artis
peritis quæ faciendæ ſunt demonſtrat. Sic ventriculus appoſita ante &
retro è regione ſui expoſtulat, ſumpta etiam per os: inteſtina per clyſte-
ria: & ne lōgius abeam quæuis particula propriam habet circunſcrip-
tionem, aut proprium aut commune emũctorium, aut certos & pecu-
liares canales, per quos vacuari aut alterari, deſiderat.

Li. 7. meth. c. 12.

Ordo verò agendorum vltimam circunſcribit conſiderationem,
quem facile erit cognoſcere ex naturæ ordine: Gal. autem videtur ordi-
nem ſolùm ex cauſa ſine qua nō, deſumpſiſſe, cùm dixit: At vbi curari
hoc ante illud nō poteſt, ad id quod ordo dicitur eſt reſpiciendum: verū
quanuis Gal. id protulerit, nō ob id dixit quòd ordo à cauſa ſine qua C
non deſumatur, ſed etiam ab vrgentiori affectu, & tertio deniq; ab eo
quod habet vicem cauſæ, quæ certè omnia ſub cauſa ſine qua non
comprehendi poſſunt, abſq; eo enim quòd vrgentius malum tollatur
nequibit reliquum extirpari, neq; aliter niſi cauſa efficiens, aut mate-
rialis auferri anticipauerit, affectus minime ſubſtolletur: ab omnibus
ergo his tribus ordo ſumendus. At vbi omnia hæc ſimul affuerint, à
quo inchoandum ſit nondum eſt dictum. Et vt paucis rem cõplectar,
cauſa ſine qua non, primum locum tenet, vbi quod vrgentius eſt, ſine
illius ablatione tolli nequit: vbi verò cauſa ſine qua non, ſic dicitur reſ-
pectu alterius cauſæ, nō autem reſpectu vrgentioris, prius ab eo quod
magis vrget, initium ſumendum. Quòd ſi velimus rigidè rem age-
re, ordo in morborum curationibus ex ipſa rei natura ſemper indica-
tur

A tur, à cauſæ depulſione, contraindicat tamen nonnunquam id quod
vrget, aut cauſa ſine qua non, & impedit quominus ordinem debitum
inſequamur. Sic phlegmonis curatio eſt vacuatio eius quod contine-
tur in parte: ſic nulla iam fluxione vexante, reſoluentibus eget affectio:
vbi ergo in corpore ſit plenitudo, reſoluentia admouenda non ſunt,
quia præeſt cauſa ſine cuius ablatione non poteſt per reſoluentia hu-
mor impactus vacuari: non aliter dolor vrgens anodina expetit, non
tamen admouenda corpore exiſtente plethorico.

Conditiones quibus peritus medicus ſua officia tenetur perficere Cõditiones.
tres tantùm eſſe conſtat ex Gal. nanq; vt operis ſui opratum finem cõ-
ſequatur, expedit vt omnia moliatutur tutò, celeriter, & iocundè. Verū
vt tutò aliquid fiat, tria admodum neceſſaria eſſe ex Gal. conſtat, loco
nuper citato. Primum vt abſolutionem operis conſequatur, alioquin
B imperfectum & rude erit omne officiũ: & quod deterius eſt, quò ſæpe
mota nocent, quæ ſi non mouerentur non nocerent: Alterum, quod
ſi hoc fieri nequit, ſaltem vt cubantem auxilium non offendat curan-
dum eſt, alterũ verò vt præcaueat quominus morbus reuertatur: quæ
omnia ſolent tutò curationem moliri. Cæterũ primã harum condi-
tionum ob labilem noſtram naturam non ſemper cõſequimur. Cadu-
cum enim & corruptibile eſt corpus, & mille obnoxiũ miſerijs, cùm
hoc tamen perpetuum eſt quod fieri debet, non tamen perpetuò ſpe-
randa ſalus. Secũdo verò id ſequitur ex auxiliorum electione, quæ ma-
ximè fuerint probata, à veteribuſq; inuenta, & à recentioribus lōga ex-
perientia cõfirmata: ea etiã lege vt ne quid temerè, aut cõmittere, aut o-
mittere nobis vſquã vſu veniat. Tertio morbus nō reuertetur, ſi quæ fu-
tura ſunt in morbis medicus cognouerit, & præcauerit. Facile enim
C docto medico recidiuam præcauere eſt, ſi quæ relinquuntur in morbis
poſt iudicationem, eam poſſe facere cognouerit: quod facile ex ſignis
cruditatis ante criſim colligere erit: nam cruda quibus inſtat iudiciũ
impoſſibile eſt, quin iterum morbum alliciant, quia cruda quæ relin-
quantur fomentum ſunt, vt iterum affectus redeat.

Secunda conditio eſt, quòd medicus finem ſui operis conſequatur,
hoc enim eſt quòd laborãtes ardentius amant: quòd quidem fiet citra
dubitationem quantum noſtri natura permittit, ſi nullam in morbo
prætermiſerit occaſionem agendorum: nam qua ratione debitum tem-
pus anteuertere, nunquam periculo caruit, eadem, auxilij prætermi-
tere occaſionem debitam. Illud verò ſummopere cauendum eſt in
morbis diuturnis, hoc quidem in acutis.

Tertia conditio cuiuſuis medici officij, non minus facieſcit negotiũ,
cum

cum iocundam in omnibus morbis commoneat curationem, in quo A
etiam medici dupliciter peccant, aut nimis blandè tractantes morbos,
ita vt auxilia nihil profint, aut nimis acerbè, ita vt ultra metas progre-
diantur. Quapropter expedit neq; plurimùm laboranti morem gere-
re, ne blandis auxilijs contenti, eò sœuitiæ affectus deueniat, vt maiora
deinceps admittere nequeat: neq; rursus tam immaniter, quòd labo-
rans cogatur omne formidare auxilium. Condonandum aliquid est
laborantibus, & dum morbus dat inducias expectandi, à leuioribus in-
cipiendum: si verò non, sed grauiora auxilia expediat adhibere, suadē-
dus potiùs æger probabilibus rationibus est, quàm coercendus.

Materia me-
dica.

Materia, qua medici sua exequentur officia, constat ex varijs parti-
cularibus ad certam quandam formam cuiq; affectui congruam reda-
ctis. Nam variatur omnis mēdica materia pro ratione rei efficiendæ:
alia enim prærequiritur indicatione sumpta ab affectu, alia ab affe- B
ctus causa, alia rursus à virtute ipsa, & alia quidem ab omnibus simul:
licet etiam non nihil immutet debitam materiam ars, etas, regio, vi-
ctus, tēperies, forma & alia quæ ad hæc reducuntur. Sic virtus humani
corporis duplicem exposcit materiã. Primã qua se tueatur in proprio
& naturali statu, ad quã pertinet vniuersa victus & viuendi ratio, quæ
licet ex accidenti aliquando morbum propellant, id tamen primariò
efficiunt, custodito virtutis robore, ac sœpius in melius mutato. Secun-
da quidem est, qua se defendit ab imminente aliquo periculo, quæ etiã
duplex existit, altera quæ quod superest, demit, dum suffocatione peri-
clitatur, sanguine misso, & expurganti medicamento adhibito, sudo-
ribus, vomitibus, vrinis, & hæmorrhoidibus decenti medicamēto ex-
citatis, donec quod ipsam obruit, auferatur. Quem etiam vsum præ-
stat parcissima victus ratio, sicuti & exercitium, frictio ac valnea. Alte C
ra verò quæ quod deest impleat, tam per alimenta quàm per odoramē-
ta iuxta illud Hipp. Principium alimenti, os, nares, guttur, pulmo &
alia respiratio. Morbus verò sibi peculiarem exposcit materiam ex
toto ei contrariam, quæ quidem constat ex ijs auxilijs, quæ attemperã-
di quod distemperatum est iuxta cuiusuis distemperici cōtrarieratem,
repellendi quod influit, discutiendi quod influxit, suppūrandi quod
putruit, potentiam habeant hæc etiam ad causas reduci possunt. Cau-
sæ verò morborum peculiarem sibi vendicant materiam, pro cuiusuis
natura & varietate. Nam quæ multa est, vacuari, quæ crassa tenuari,
quæ viscida incindi, medicamentis id efficientibus iure optimo expo-
cit, & ob id ad huiusmodi officia varia etiam prærequiritur materia.
Quod pari lege de omnibus alijs actionibus subintelligendū est, qui
bus

Lib. de alim.

A bus præstitit artium hæc nostra præclara variam materiam, vt mis-
sionem sanguinis, victus institutionem, euacuationem per expur-
gans medicamentum, & topica etiam auxilia, quæ ex varijs & parti-
cularibus materijs conficiuntur, aut simplicia adhibentur. Quæ om-
nia longissima satis oratione docentur toto hoc opere, adhibitis etiã
considerationibus cuique vt verè fiat sanitatis materia necessarijs: qua
ratione hac in parte supersedeo.

QVOD vltimo loco plurimùm interesse vsui medico diximus, Instrumen-
ta. est instrumenta nosse, quibus aliquid venamur efficiendum aut non,
circa ægrotantem. Sunt quidem instrumenta hæc in vniuersum qua-
tuor, ratio nimirum, analogismus, obseruatio & indicatio, sine qui-
bus non est in arte medica quicquam inuenire, ex ijs quæ aut fieri, aut
per præfagationem monstrari debent. Partimur quidem hæc qua-
tuor instrumenta in duas classes, duo prima, ratio videlicet & ana-
logismus, quæ cognitu necessaria sunt, in ignotis corporibus, & oc-
cultis affectibus commonstrant: duo verò quæ supersunt, in vulga-
ribus & notis morbis suam præstant notitiam: nam hac etiam di-
uisione secantur affectus omnes. Quidam enim sunt nobis confis-
picui, quorum naturam & omnia alia facilè est inuenire, citra maxi-
mam considerationem: quidam verò occulti, quorum non licet
quicquam nosse citra discursum seu ratiocinationem, aut analogif-
mum. Hac etiam diuisione oportet secare artis medicæ instrumenta
vt iuxta optimam methodum, eisdem vti possimus.

IN QUALIBET arte siue nobili, siue ignobili, duplicem ef- Ratio.
se habitum fatetur Arist. peritiam nimirum & scientiam: per peri- I ib. i. de par. anis
tiam quidem intelligens modum tradendi illam facultatem, semo- ca. 1.
C to veritatis examine: per scientiam verò intelligit cognitionem illius
contemplationis, ac ostendit aliquem posse esse peritum, vbi non sit
sciens: quinimo ego suspicor peritiam iuuare plurimùm ad acqui-
rendam scientiam & rectum iudicium in qualitate operationis, cum
hoc tamen censeo rationem esse potissimum in arte medica instru-
mentum, etiam si Arist. asserat initium arti dedisse experientiam, ra-
tionem verò secutam artem complessè. Galenus nanq; præcepit me-
dico vt vniuersim ratione inueniat, experimento verò, iudicium de
inuentis ferat: quos tamen grauissimos viros visum est hac lege com-
ponere. Artis constitutio ad theoremata statuenda confirmandaq;
cùm sint vniuersalia, à singularium experimentis orditur in vniuersa-
lem rationis conceptum terminata: cùm verò inquiritur quid ægro-
tanti Petro aut cuius alij indiuiduo adhibendum, aut quale sano

Procem. metaph.

illi consilium: initium à iudicio iuxta artis dogmata sumendum est A
 quamobrem utroque pede incedere per hanc artem oportet, alioquin
 claudicare est necessum. Itaque tanta inest rationi vis & efficacia in ar-
 te medica, ut sola alteram artis partem adinueniat constituatque. Di-
 xerat enim Galenus ratione & experientia omnia constare. Adinue-
 nit quidem ratio in hac arte plura, tum ad cognitionem presentium
 præteritorum & futurorum, tum verò ad rectam veramque medendi
 rationem. Est tamen huiusmodi ratio difficilis ut Hippocrates testatur
 dicens. Experimentum periculosum, iudicium, hoc est ratio, diffi-
 cile. Quamobrem ars propria ratione longior efficitur: nam recta
 ratione uti in coniecturalibus, quæ parum certi habent, difficile ad-
 modum est: præsertim cum in medicina nullum terminum esse cer-
 tum referat Hippocrates, ob id quòd valde distet natura à natura, &
 ætas ab ætate. Cum hoc tamen, in his quæ sunt nobis occulta ratio B
 ipsa docet, licet difficulter, quid nosse, quid fieri debeat. Differt
 quidem ratio à ratiocinatione, ut Hippocrates refert, nam hæc me-
 moria quædam est, quæ componit ea quæ per sensum sunt percepta,
 (quod eleganti quadam oratione quo pacto fiat eo loco demon-
 strat) illa verò rectum est de rebus iudicium. Est itaque ratio ut plerisque Aristo-
 telicorum placet, ipsa rei definitio & quidditas: quamobrem contraria
 contrariis curari ratione veniamur, cum eorum natura sit, seu definitio,
 seu ratio, ut in eodem subiecto se compati non possint. Eodem
 quoque modo suadet ratio, citra alterius instrumenti adminiculum,
 affectus qui ex plenitudine constant, inanitione curari. Ex quo
 principio etiam prodit contraria debere esse efficacia, & potentia
 æqualia. Sic in diagnostica artis parte ratio ipsa docet, ex propriis
 cuiusvis morbi accidentibus eundem expedire nosse: Rursus & ex C
 magnitudine periculum, sicut ex paruitate securitatem: hac enim
 lege Hippocrates ratione tantum ductus inquit. Mitissimæ enim fe-
 bres ac signis firmatæ securissimis quarto die aut citius finiuntur. Pa-
 ri pensu in complicatis affectibus qui etiam cogniti sunt difficiles, ra-
 tio quid agendum, quid ve non agendum consulit: nam licet plu-
 ra uni affectui conueniant, alter tamen cui complicatur, maiorem aut
 aliquam auxiliorum partem aufert, id suadente alterius affectus natu-
 ra. Verbi gratia, in febre continua hydropi adiuncta, hæsitat quidem
 medicus quid sit agendum, cum hi affectus inter se contraria ex-
 postulent, quæ citra utriusque damnum adhiberi nequeunt: nam
 quæ sicca sunt, licet hydropi profint, febrem tamen intendunt:
 quæ verò frigida & humida, & si febrem curent, augent tamen
 hydropem

Li. 4. Meth.

Lib. 1. de Fractu.
tex. 42.

Lib. præceptio.

Lib. 3. Prog.

A hydropem. In quo ancipiti casu potentissima ratio docet utriusque simul
 consulendum esse, nimirum adhibitis mixtis auxilijs, aut nunc quæ
 febrem respiciant, nunc verò quæ hydropem, ne alterum affectum
 curantes, reliquum grauiorem efficiamus. Quod quidem pari ra-
 tione fieri debet, ubi virtus languida auxilijs vehementiam non tole-
 rat, licet morbus extremum exoptulet. suadet eo tempore ratio pro-
 uidentem, ne aut morbus augeatur, aut labatur virtus, paulatim & fre-
 quentiùs adhibere præsidia. Hæc itaque sunt & plura alia quæ ratio
 in dubijs, in ignotis, in obscuris, quorum neque experientia, neque
 analogismus quicquam docere possunt, facile adinuenit: ex qui-
 bus equidem constat rationem esse difficilem, verum certissimam,
 experientiam verò faciliorem sed non æquè certam. Quam ob rem
 suspicor dixisse Celsum loquentem de auxilijs, quæ experimenta apud
 B vulgus appellantur. Non quòd non contingat sanescant, sed quòd sæ-
 pius fallat salus. quod ob incertitudinem dixisse constat.

SECUNDVM Instrumentum obseruatio est, seu experien-
 tia, quæ ut ex Galeno constat, nil aliud est, quam id quod sæpe eo-
 dem modo accidisse compertum est. Est nanque hæc altera totius
 artis pars, est enim, ut ex Galeno constat, vniuersa ars ratio & experi-
 mentum. Cæterum quælibet harum partium, diuerso modo consti-
 tuit artem: nam ratio adinuenit ex principijs artis quid efficere, aut
 non, oporteat: experientia quod inuentum est, quotidiano vsu con-
 firmat. Quamobrem meritò Galenus dixit, Artes creduntur ex o-
 peribus, inueniuntur ex principijs: experientiæ quidem tota artis fi-
 des debetur. Est tamen experientia duplex, altera rudis & fortui-
 ta, & quæ nulla ratione progreditur, qua vtuntur hodierna die em-
 C pirici omnes non sine magno Reipublicæ damno, & medicæ artis op-
 probrio, quam sæpe rejicit Galenus. Altera verò quæ cum ratione pro-
 cedit, cuius Galenus etiam meminit dicens, impossibile est experien-
 tiam sine ratione posse procedere. Quæ rursus duplex est, altera quæ
 adinuenit iuxta methodum & principia artis, de qua dixit Hippocra-
 tes experimentum periculosum: nam verbum illud periculosum, non
 debet intelligi de vera experientia: aliud nanque est expertis uti, a-
 liud incognita experiri: hoc enim est experimentum quod Hippocra-
 tes periculosum appellat, caret enim omni fide. Altera verò iure op-
 timo experientia appellatur, quæ licet non habeat quo se tueatur nisi
 longo vsu, nihilominus tamen, tantam sibi fidem (eò quòd semper
 eodem modo accidere est compertum) acquisiuit, quod solo vsu cre-
 duntur

Obseruatio

Li. de opt. sec. ad
Tra.Lib. 1. de comp.
phar. loc.
Improbe. demor.
vul.
Li. 3. de cri. c. 8.

Lib. de sectis.

Lib. de sectis.
Li. de opt. sec.
ad Tra.

duntur omnia quæ in arte medica quotidie ex auxilijs eueniunt. Cuius A
 duplicis experientia meminerat Galenus pulchra quadam sententia:
 Utuntur quidem hoc instrumento empirici in omnibus affectibus
 tam occultis quam manifestis: Quo pari lege rationales utuntur, nã
 empiricos abuti eo potius quam uti, est credendum. Etiam si altera
 experientia parte quæ rudis & fortuita est, medici rationales itidem
 utantur. Sic Celsus, ubi ratio non iuuat, inquit, temeritas adiuuat. &
 Aëtius qui in desperatis usque ad experimentum iubet procedere. Ex
 quo loco & ex ipsa rei ratione facile elicitur, in his etiam affectibus
 quorum causas nouerimus, experimentis licere uti, significato nuper
 dicto, ratione nimirum & usu probato, iuxta Hippocratis decretum,
 qui ita expressè inquit, Euentum ex experientia prius discernere oportet.

Nihilominus tamen, ubi aut hæc non profunt, aut lentè operan-
 tur, aut laborans ea renuit, non est extra rationem & optimum con- B
 silium, alijs nempe minus expertis uti: præsertim in diuturnis, graui-
 bus, ægrè curabilibus, & desperatis affectibus. Quod qui ignora-
 uerit, aut methodis, ac theorematibus, & regulis, ac præceptis artis
 solum fuerit astrictus, fateatur se haud mediocrem artis partem igno-
 rare.

TERTIVM instrumentum analogismus est, qui Galeno teste
 nil aliud est, quam à similibus ad similia transitus. Appellant id diale-
 ctici à simili argumentum, hoc etiam instrumento quod ignotum
 est, & obscurum facile innotescit. Cum enim medicus ignorat qualis
 naturæ sit morbus, quem curandum suscipit, qualia ve debeant adhi-
 beri præsidia, facile à simili morbo sumpto argumento, in notitiam
 cognitionis & curationis deuenit. Sic maiores nostri rectam meden-
 di rationem in morbo gallico adinuenerunt, indicatione nimirum C
 sumpta ab elephantiasi, psora, & alijs affectibus qui corruptionem fa-
 ctam obtinent. Quò factum est, ut quamprimum cœpit grassari is
 morbus, ignorantes medici cuius nam esset naturæ, nulla alia via id
 adinuenerint, quam à simili morbo sumpta ratione. Quod eadem
 lege contingit nostræ ætatis medicis in morbo quem vulgus appe-
 llat, sarpadillo, cui insunt exanthemata illa per totam cutim sic appe-
 llata: cui etiam adinuenit analogismus præsidium, per similitudinem
 febrium pestilentium, quas huiusmodi affectus plurimum emula-
 tur. Denique in manifestis & occultis affectibus analogismus multa
 docet, præsertim ubi semper queramus eos affectus, qui maiorem in
 omnibus habeant cum affectu nobis ignoto similitudinem: etiam si
 similitudo

Lib. de usug. Em
pi.

Lib. de decret. or
natu.

Analogis-
mus.

Lib. de opti. sec.
ad Tra.

A similitudo sæpissimè fallere solet, quam ob rem attento animo eam
 expendere oportet, inquit enim Hipp. bonis autem medicis similitu- Lib. 6. popu.
 dines pariunt errores ac difficultates. Quare ne nos decipiat similitu-
 do, cauendum est, inspectis plurimis quibus insit conuenientia maxi-
 ma ac similitudo.

QUARTVM Et vltimum instrumentum quo ea quæ potio- Indicatio.
 ra sunt in arte medica venamur, indicatio est: quæ quidem tanti est
 momenti, ut nulla ratione quicquam boni in medicis operibus spe-
 rari citra ipsam possit. Est enim hoc instrumentum ex his quæ ali-
 quid agendum, aut non agendum commonstrant, in his affectibus
 quorum naturam & causam exactè nouerimus. Cuius naturam ve
 rectè expendamus, nosse oportet, indicationis nomine compre-
 hendi posse indicationem ipsam, coindicationem, contraindicatio-
 B nem & correpuantiam. Quarum meminisse seorsum operæpre-
 tium erit, ut cuiusque natura apertius innotescat. Indicatio igitur va-
 rijs in locis diffinitur à Gal. inquit enim: indicatio est comprehensio
 iuuantis, simul cum comprehensione lædentis, sine obseruatione &
 ratiocinio. Ponit quidem Galenus in hac diffinitione, sine obser-
 uatione: quia ex proprijs principijs procedit, ita ut experientia nullum
 indicationi præstet usum, præterquam facilitatem ad eliciendum iu-
 dicio de rebus, & ad venandas indicationes ipsas. Ponit etiam sine
 ratiocinio, quod difficilius videtur, quia ratiocinium procedit à sen-
 sui manifestis, & his quæ accidentaria sunt, indicatio verò ab ipsa rei
 substantia & natura. Quam ob rem nobis ratiocinantibus, & con-
 iecturam veritati propinquam efficientibus, contingit sæpe falli, pro-
 cedentibus tamen per indicationem, nusquam aut rarò: quia ratioci-
 C nium procedit ab his quæ quodam modo mutari possunt, aut aliter
 se habere, indicatio verò ab his quæ perpetua & stabilia sunt, quales
 rerum diffinitiones & essentia, à quibus indicatio sumit notam &
 principium, ad aliquid efficiendum, aut non efficiendum, licet sæpe
 ratiocinium summo opere conferat, ad rei naturam indagandam, ex
 qua tandem patet indicatio, non autem ex ratiocinio. Quod exem-
 plo quodam facili probari potest: in febribus vera indicatio est frigidis
 esse utendum, cæterum ratiocinium adinuenit, sanguinis missionem
 id posse præstare, imminuta nimirum quantitate, & ventilato calore:
 quod constat non per indicationem, sed ratiocinio potius venari. Ve-
 rum quia grauis admodum & utilis est prima hæc diffinitionis pars,
 placet paulò diligentius eam expendere. Circa cuius intelligentiam
 non leuis suboritur controuersia inter iuniores quosdam præstantissimi

Lib. 6. popu.

Indicatio.

Lib. 2. metho.

Lib. de opt. sec. ad
Tra.

mos. Inquit enim Argenterius per verba illa: est comprehensio iuuantis simul cum comprehensione nocentis adueniens: debere intelligi comprehensionem seu notitiam auxilij, quod fieri debet, aut quod fugere expedit: deniq; iuxta huius authoris mentem, comprehensio iuuantis appellat supra auxilium quod fieri debet. Quæ verba Donatus Antonius aliter intelligit, nimirum, comprehensionem iuuantis significare salutem, seu statum naturalem, comprehensionem verò nocentis, significare statum præter naturam seu morbum. Quantum verò vterq; suis rationibus valeat, alijs disputandum relinquo: mea tamen in hac re sententia est, Gal. intelligere voluisse per verbum illud, comprehensio nocentis, notitiam, seu comprehensionem affectus præter naturam, in ordine ad quem, & cuius gratia, suboritur indicatio iuuantis auxilij. Nam prior est in quoq; affectu eius notitia, quæ tanquam lædentis est, ex cuius natura & essentia suboritur iuuantis notitia, hoc est, auxilij, & hæc est genuina Gal. mens & sententia. Elucescit etiam huius indicationis vis, aut efficacia ex his quæ in humano corpore ipsa designat: nam potest ea omnia monstrare, quæ corporis status poposcerit: Veluti si secundum naturam corpus sit, conseruationem indicat, si verò præter naturam, curationem, vel si neutra dispositione degat, præseruationem. Verum quia status præter naturam, maius sæpe nobis negotium facessit, ob id indicationes omnes quas in morbis licet expendere, rimari oportet. Cùm autem rei natura sit à qua indicatio sumitur, tria ob id sunt quæ in morbis indicationem præstât, quemadmodum apertissimis rationibus probat Gal. causa nimirum morbi, affecta particula, & naturæ robor. Causa quidem auxilij genus præscribit, veluti si plenitudo fuerit, euacuationem indicare compertum est. Affecta tamen particula, auxilij modum, iuxta ea quæ in quavis particula licet considerare. A virium verò robore, auxilij mensura præscribitur. Ex quo Gal. loco facile colligitur, nullam morbum ad sui curationem præstare indicationem. Cui loco idem author aduersatur dicens, indicationem sumi in morbis à morbo ipso, à laborantis natura seu temperamento, & ab aère ambiente. Verum ne longius abeam, hunc nodum breuiter soluere placet, nimirum asserendo, primam illam Gal. sententiam, non vt iacet, esse intelligendam, neq; secundam: nam prima non excludit morbum ab indicatione, sed postponit eius indicationem indicationi causæ, sine cuius ablatione nullus affectus curari potest: quo factum est, vt merito in morbis, tanq; potissimam indicationem, eam quæ à causa desumitur, Gal. insinuauerit. In secundo verò loco, licet nullius causæ nec loci meminerit

Lib. de opt. sect. ad tra.

Lib. 9. meth. c. 15

A nerit, ob id esse factum suspicor, quia cum eo libro tantum febres curare intendat, hæc verò nullam habeant peculiarem particulam cui insint, hac ratione obliuiscitur indicationis, quæ à particula sumitur. Rursus cum distemperies sit in huiusmodi affectu, quæ potiore sibi exposcit curationem, hinc factum est, quod præcipue meminerit affectus, q; causæ: Reminiscitur tamen temperamenti, aut eò quòd temperamentum ad facultates reducatur, aut quòd perspecta illius natura intensio neq; facile quantum morbus ab ipso recedat intelligamus. Itaq; si quis rem paulò attentius inuestiget, ad morbi potius integram cognitionem, quam ad curationem temperamētum spectare reperiet: id quod Gal. eodem loco in hunc modum scribens approbat. Qui enim supra quam par est calidum morbum refrigerat, is sanitatis mediocritate transmissa, alium excitabit morbum, qui sit frigidus. Quod B quominus accidat, naturam curandi corporis scias oportet, qua cognita quantum morbus ab illius symmetria discesserit intelligens, mensuram refrigeranti præsidio imponas: at fieri non potest, vt quantum à se inuicem distent inuenias, nisi compertum habeas, quam esset corpus humidum, aut frigidum. Quibus constat temperamentum, vt naturæ sui custodiam indicare & morbi magnitudinem ostendere. In consequentiam quoq; trahit aërem, non tanq; primò indicantem, sed tanq; coindicantem simul cum morbo. Virtus enim & externæ causæ nullam præstant indicationem, siquidē neq; virtus neq; aër curari possunt. Absurdū enim est inquit Gal. aliud esse quod indicet, & aliud quod curetur. Indicatio igitur curatiua à morbo, à morbi causa, & à morbi loco tantum colligenda est. Etatem verò, regionem, anni tempus, consuetudinem & reliqua huius census, suo loco disputabimus. Quid C verò vnunquodq; ex tribus primò indicantibus monstrare habeat, iam expendendum est, à virtute initio sumpto quæ maius infert dubium an indicare possit, licet verè indicantibus adiungatur. Nam & si à facultate indicationem desumpserit Gal. mensuram remediorum ex ea metitus, non quòd vera curatrix sit indicatio, credendum, cùm eodē Gal. authore, non sit de numero curatricum indicationum, sed eò inter indicationes connumerauit, quòd omnium sit dignissima. Nec enim vt valeamus inquit idem author, nec vt à morbis liberemur, ab ea quippiam primum desumimus, sed vt viuamus. Differt enim indicationum dignitas ab earundem magnitudine, vt Gal. placuit, nam dignitatem indicantium vel vitæ vel sanitatis respectu iudicandam protulit, magnitudinem verò, vel propriæ substantiæ, vel declinationis à naturali habitu. Quod alibi expressius docuit dicens, febrem sui ratio

Lib. 3. metho.

Li. de opt. sec. ad tra.

Lib. 9. meth. c. 15

Lib. 4. metho.

Li. 11. meth. c. 3.

Lib. 8. meth. c. 9.

ne magnum esse indicans, quod idem est cum propriae substantiae ratione. Quoniam verò febris magna similiter indicationis magnitudinem ostendit, quod idem est cum declinatione à naturali habitu, quãq; hæc à naturali habitu declinatio magna potest esse multifariam: aut per cachoiciam, nimirum, aut per intensiorem: Morbus enim trifariã est grauis: vnde magnitudo indicationis desumitur teste Gal. aut ex læse actionis præstantia, aut ex propria affectus essentia, aut ex facultate læsum corpus gubernante: quæ tria sub propriae substantiae ratione, & declinatione à naturali habitu comprehenduntur. Id quod alijs verbis explicuit dicens, propter afflictæ partis præstantiam, vel propter affectus magnitudinem, vel quia est cachoëtes seu malignus, morbus dicitur magnus. Sub declinatione enim à naturali habitu, morbi ut cunq; magni intensiorem intellexit: sub propriae substantiae ratione, morbum simpliciter magnum insinuauit. At quòd libro septimo methodi, capite duodecimo læsa actionis præstantiam scripsit, quarto methodi, afflictæ partis præstantiam: quòd verò septimo, propriam affectus essentiam, quarto methodi, affectus magnitudinem: quòd rãdem septimo methodi, facultatis læsum corpus gubernantis indicationem, quarto methodi, sub cachoëtes nomine comprehendit, siquidem ob facultatis altricis defectum, sæpe cachoëte morbi suboriuntur. Ex quibus omnibus constat, facultatem iuxta periculi magnitudinem aut dignitatem auxilia metiri, idq; duplici ratione. Prima, quia tota moles & vis auxilij petenda est, ex morbi magnitudine & vehementia, quam quidem metimur ex læsione quam in potentias affectus infert: tantum enim affectum vehementem & grauem existimamus, quãtum pulsus, excrementa alui, & huiusmodi alia (quibus facultates esse subuersas cognoscimus) mutari contingit, vt paulò antea latiùs probauimus: qua ratione virtus inter indicationes morbi meritò reponitur: siquidem non minoris momenti est quantitatem auxilij, quàm auxilium ipsum indicare. Secundo modo auxilium metiri dicimus, quia licet affectus exactè cognoscatur, & quantum, & quousq; sit agendum (quod paucis vsu venit) nihilominus tamen, tantum auxilij præscripti præstare decet, quantum facultas, ipsa tolerauerit, modo auxilium morbo equale sit, modo secus. Vt cunq; tamen, eatenus vacuandum, replendum, aut alterandum est, quatenus facultas auxilium persenserit vltra proprias vires esse. Itaq; licet facultas in morbis non curetur, & ob id à confortio indicantium ablegandam esse plerisque videatur, comodius videtur morborum indicationi iungendam esse. Particula etiam modum ponit auxilijs, idq; multis modis, nimirum iuxta rationem, temperamenti

A peramenti, officij, situs, figuræ, aut sensus acrimoniæ. Cum hoc tamen vnum in hac re velim aduertiri, à particula indicationem curatiuam nõ simpliciter sumi: particula enim & quæ ad eam attinere diximus, conseruationem solum insinuant: ac prout hoc aut illo modo afficitur, dicitur indicare. Cum autem Gal. indicationem à particula inter veras indicationes statuerit, facultatem verò non item, sed reductiuè venit mihi in mentem, ob id à Gal. ita scriptum esse, quoniam à facultate nulla morbi differentia videtur ordiri, à particula autem maximè. In inflammatione enim alia in hac, alia in alia parte exoritur, quæ morbi differentia certè est: modo verò ex libro ad Trafibulum constat, ex genere morbi genus auxilij, ex specie speciem, atq; ex differentia differentiam nasci. Cætera verò quæ huic parti necessaria videntur facillè reperies secundo huius operis libro. Causa verò affectus nulli dubium est, quin primum obtineat in indicationibus curatricibus locum, hæc enim est cui primò auxilia præstare oportet, nam licet morbum primam præstare indicationem Gal. & ferè omnes medici fateatur, id duobus modis subintelligi debet, nimirum aut in morbis qui non dependent à causa, aut si in omnibus, id quidem in intentione: nam in executione primam indicationem præstat causa, citra quam nequit affectus curari.

B dictum iam est, indicationis nomine contra indicationem etiam comprehendendi, cuius natura non est tam cognitu facilis, quam neotericorum nonnulli censent: nam existimant, cõtraindicationem nil aliud esse, quàm impedimentum eius quod ab indicatione monstratur: Ita vt si alicui accidat ex plenitudine morbus, natura causæ indicat euacuationem, virtus tamen debilis auxilium impedit, quod quidem impedimentum cõtraindicationem appellant. Verum iudicio nostro **C** longè à veritate aberrant: nanq; aliud est, cõtraindicare, & aliud impedire: nõ enim re vera cõtraindicatio id est quod impedit, sed id quod cõtrarium iuuat ei, quod ab indicatione monstratur: verbi gratia, designat indicatio sanguinem esse mittendum, cui vera tantum erit cõtraindicatio, quæ repletionem alimenti seu refectionem indicet: contraria enim sunt replere & vacuare. Deniq; tota cõtraindicationis natura stat in eo, quod omnino cõtrarium est ei, quod ab indicatione proponitur, vt si indicatio refrigerationem proponat, cõtraindicatio scalfactionem, & sic de alijs inter quæ est vera cõtrarietas, nam inter vacuationem & virtutem nulla est, licet vacuationem impediatur. Quam ob rem maximè in arte medica eius ediscere prouidentiam conuenit, ne adhibito pro morbi natura decenti auxilio, ex ignorantia cõtraindicationis nos turpiter decipiamur, & laborantes miserè pereant.

Sequitur

Coindicatio

Sequitur iam coindicatio, quæ ex parte indicationis se tenet, & nil aliud est, quàm causa quæ indicationi vim & efficaciam auget, veluti si quis plenitudinem patiens sanguinis missionem exposcat: vt eam facile ferat, & liberaliùs fieri possit, inspicere etiam oportet, an sit aliquid quod eandem coindicet: coindicat enim corporis habitudo, quæ si robusta fuerit, vim auget plenitudini indicanti sanguinis missionem. Præcedens etiam vitæ ratio indicationi consentit, veluti si quis moderato deditus exercitio plurimo vtatur alimento. Ex parte quoq; coindicatio sunt aliæ plures causæ, quæ licet nec indicent, nec coindicent sanguinis missionem, eam tamen toleratu faciliorem efficiunt: veluti ætas quæ etiam si sua sponte non exposcat sanguinis missionem, faciliùs tamen ferre efficit, si iuuenilis fuerit & media: anni etiam tempus, & cæli status, & regionis conditio eodem modo beneficium præstant aut renuunt. Pari lege consuetudo neq; necessitatem auxiliij adfert, nec ipsum indicat, sed ex assuetudine facit, vt quæ grauiora sunt, faciliùs ferat natura. Quapropter dum omnia hæc ad sanguinem mittendum, aut alia his similia ad quoduis aliud auxiliũ exequendum, in vnum coeunt, citra dubitationem profuturum esse & tutò fieri posse commonstrat. Sicuti dum vnum aut plura deficiunt, tãtò magis per timescere æquum esse, quantò plura ex his defuerint, verbi gratia, si alicui insit humoris ad vacationem sufficiens copia, habitu existenti gracili, vita etiam parca & laboriosa, suspicandum profecto est plus maliam quàm boni suffecturam vacationem, præsertim si per sanguinis missionem fiat, etiam si affectus ex humorum redundantia fiat: nam habitui & vitæ parsimoniam aliquid semper esse condonandum consulit ipsa ratio & Hippocratis decretum: aut saltem si affectus plurimum vrget, non quantum exuperat, aut exoptulat detrahendum, sed parũ infra subsistendum est, vt in conualescentibus, & alio morbo confectis & estate, & autumnò, & vehementibus frigoribus Hippocrates ipse aperte monstrat.

Correpugnantia.

Correpugnantia quidem est, quæ vim auget & efficaciam contra indicationi: atq; e directo opponitur coindicatio, nam si quis eo affectu laborans qui expurgans medicamentũ exoptulet, mox contra indicationem sentiet ad huiusmodi vacationem, si sudor dissipans eius obsederit corpus, cui etiam vim contradicendi auget ventriculi natura, qui adeo assumptis medicamentis horret, vt nullo modo ea admittere queat, quæ tamen ventriculi conditio non contrariatur vacationi quæ fit per expurgans medicamentum, sed ei correpugnat, & vim auget contra indicationem. Cui etiam correpugnantia plura alia adde-

re

re oportet, quæ licet verè non correpugnent, se tamen ex parte contra indicationis tenent, vt anni tempus, iuxta illud Hipp. Sub cane & ante canem medicationes difficiles. & illud etiam eiusdem authoris. Sana habentes corpora medicationes difficilè ferunt. Quæ omnia etiam si sua sponte non contraindicent, modum tamè quendam obseruant in correpugnantia, quæ licet non augeant vim contra indicationem, moderantur tamen vacationem ipsam, nanq; anni tempus nil habet quod vacationi repugnet: ponit tamen naturæ certum quendam modum, cuius ratione plus aut minus vacuare decet, nã si quæuis vacuatio pronaturæ viribus fieri debet, & has quidem anni tempus quodammodo augeat, tunc tempus coindicare dicitur: aut minuit, & eo tempore correpugnat. Ex quibus manifestè constat, quid propriè sit contra indicationis, & quanam ratione eius vires augeat correpugnantia, & quid intersit inter ea quæ correpugnant, qualis est præexistens vacuatio (iuxta illud Gal. quòd si cum alui profluuio febris coniungatur non opus est alia vacatione) & inter ea quæ licet videantur correpugnare, verè quidem non correpugnant, sed quantitatem metiuntur.

Lib. v. de artecu.
ad Gl.

Verùm ne quid citra finem & vtilitatem dixisse videar, expendere oportet, vniuersam hanc medendi rationem eò tendere, vt quisq; quem curet, quid curet, qualiter curet, exactè discat. Quarum considerationum prima ostendit quam particulam affectus obsideat, ne quis turpiter deceptus, inculpatis auxiliis adhibeat, quod in occultis corporis affectibus frequenter vsu venit. Conqueruntur enim vel peritissimi medici quòd auxilijs iuxta artis leges adhibitis, affectus sapissimè non cedant, ignorantes non fat id esse, ni prius quod membrum curent, nouerint. Nec id quidem sufficit, si quidem dolenti capiti, ventriculo, aut iecori remedijs adhibitis frequenter suo fine frustrantur: non quòd particulam affectam ignorent, sed quòd affectum exactè cognoscere nequeant: nec adhuc hæc nouisse satis esse experientia comperitur, si quidem cognitæ particula & affectu, ex remediorum adhibitione deterius se habent laborantes, ratio quidem est, quia neq; quantum, neq; quale, neq; quando, aut qua lege liceat auxilium adhibere exactè tenent: hoc enim est peritissimi medici officium, vt non solum quid agendum sit noscat, sed inter paria selectiora eligat, opportune adhibeat, & quantum fat sit. neq; rursus id perito medico sufficit, ni etiã cõsideret an aliquid sit, quod auxiliij inuenti adhibitionem remoretur: siquidè in affectibus & in laboratiũ corporibus cõtraria frequenter sese offerunt, quorũ quæ potiora, dignioraue sũt, & ad indicadũ validiora, sunt eligenda, ab eisq; sumpta indicatione alijs nõ neglectis omne licet aggredi officium.

LVDOVI.

A **LVDOVICI MERCA**
 ti medici de communi & peculiari
 præsidiorum artis medicę in-
 dicatione, Liber Pri-
 mus.

B De communi & peculiari **Victus**
 indicatione, Caput
 Primum:



QUIDEM cū vitam necessarium Deorum depo-
 situm (vt Plutarchus in Oratione Cōsolatoria ad Apōl-
 lonium ait) habeamus, eaq; nobis diuino quodam mu-
 nere, ad cognitionem à Deo data sit, quid nouisse ma-
 gis præstiterit, quā id quod nobis cognitionis rerum
 omnium causa contributum est? aut quid diligentius seruari, quā id
 quod quando defecturum sit, nescias? Cū nanq; sit iter vitæ nostræ
 citatissimum, nec prorsus aliud vita sit (vt Seneca docet) quā ad mor-
 tem iter: in quo igitur magis operam nostram, studium, curāq; adhi-
 bere conuenit, quā in vita seruanda, & quā homini datum est, profe-
 renda, & saluberrimè degenda? Atqui cū omnibus compertum sit,
 nihil æquè hoc vitæ beneficium præstare, quā inter cætera alia vi-
 ctus omnis curam, necessum quidem est diligētī animo id expendisse.
 Mirantur equidem Philosophorum per plures sedulam diligentiam,
 & miram curam, quam quisq; in pecudum bestiarumq; alimentis ge-
 rit, & præsertim quā studiosè ubiq; gentium, homines tum urbani
 tum agrestes consulant eorum cibarijs, quò factum est, vt nouerint ru-
 stici alia equino, alia bobino cibaria debere præberi. Adde quòd viri-
 dia quandoq; pabula, quandoq; sicca esse commoda, & pro conditione
 locorum & temporum, oportere dari. Sed ego quidem magis miror
 Romanos, Græcos, ac Philosophos omnes, qui tam negligenter homi-
 num cibaria, cultum & vtendi rationem præscripserint. Homo nanq;
 animantium superbissimum, & vitæ auidissimum, per quæ uiuat scire
 E negliget?

Li. de Breuitate
 vitæ.



negliget? Homo inquam, qui tam accuratè brutorum alimenta excolit, colligit ac recondit, quiq; omnibus imperat, sine delectu cibos ingeret? ac nesciet, quæ noxia sunt declinare. Opprobrium profectò est homini, alimenta quibus necessariò indiget, cognita non habere: sicuti & legibus, quibus ea metiri valeat, carere. Grillus quidem, apud Plutarchum in eo lib. quo quærit an brutis ratio insit, contèdit bruta plus rationis habere in cupiditatibus necessarijs, vt ciborù & potuù, quàm homines: quoniam ij feruntur ad omnia voluptate ducti, omniaq; experiuntur & gustant: solumq; hominem vult, ex omnibus animantibus, omnium voratorem factum. Plato ob necessarium alimentum, imensa negotia corpus nobis exhibere testatus est. Cum hoc tamen inuenias facilè priscos illos Græcos, studiosiùs copiosiùsq; de escis pertractasse: verum neq; ipsi rem (vt par erat) absoluisse comperiuntur, etiam si res tanti esset momentù: id quod ex Galeni doctissimis commentarijs discere quisq; possit. Hippocrates sanè partem illam Medicinæ primus illustrauit, sed tamen ita breuiter, vt diuino Galeni ingenio planè indiguerit. Qui enim ante Galenù senis illius admirabilis scripta interpretari tentarunt, miram mortalibus caliginem offuderunt: vt in Athenæi cœnis facilè est intueri, ac in scriptis Priscorum Philosophorum, quos ipse passim citat. Quo quidem factum est, vt quisq; iure optimo paulo diligentius rem hanc, alioquin præstantissimam & necessariam, toto animo expendere teneatur. inquit enim Hippocrates, victus rationes quantum fieri potest cognoscendæ, nam non nosse, multarum calamitatum res est. Est equidem apertissima huius rei ratio, & quæ ex principijs naturæ nostræ sua deducit principia. Nanq; cum tota animantium moles in perpetuo sit fluore, vt inquit Galenus, nisi similis altera substantia pro ea quæ defluxit, restituta sit: euaporabitur certè atq; dissipabitur vniuersa in sanis corporibus, ac multò quidem magis in laborantibus. Quò fit vt necessum sit, quotidiana renutritioe eam reficere ac restaurare. Constat autem hæc substantia, qua vires nostræ fulciuntur, ex spiritu videlicet, carnosæ speciei, atq; solidis mēbris. Quæ omnia per similia suam custodiam exoptulant: spiritus per respirationem & transpirationem, & per eum qui ex sanguine transmittitur vaporem: solidorum genus per solidum nutrimentum. Carnosæ verò substantia, per eam naturam restauratur, quæ in medio humorum ac solidorum corporum est, vt Galeni est mens, quod antea dixerat Hippo. Principium videlicet alimenti, os, nares, guttur, pulmo, & alia respiratio: insinuans ex alimenti diuersitate variam aliti partium naturam. Verum cum nō solum in sanis sed vrgentiori adhuc ratione

Lib. 6. popu.

Li. i. De sani. tu. cap. 2.

Lib. 11. metho. cap. 1. Li. i. De alimēto

A in laborantibus ob virium videlicet (custodiã primum obtineat) locū, siquidem id potissimum per cibum & potum fit, in vtriusq; rem ad vniuersum quem expendere par est, præmissa cibi indicatione, ea nimirum quæ ab eo tanq; à medicamento quodam desumitur.

Non quidem minus à morbis ipsis alimentum indicatur, dum medicamento vices gerit, quàm maximum quoduis, & vltimū artis præsidium, & ipsis omnino contrarium, sed veluti indicantur omnia alia artis auxilia, ita eodem prorsus modo hoc, vt Galeni est expressa sententia: quod contingit prodesse dupliciter, quantitate nempe & qualitate.

Quantitatē enim vt remedium considerat Gal. 1. Apho. quo loco inquit: Quibus virtus valida fuerit, cum humorum corruptione, vel defectu, multum alimenti & multotiens adhibere expedit, quia multis indiget affectio, vt quæ in defectu consistat. Nam morbus qui ex inanitione oritur, nullam aliam curandi rationē primo exoptulat, quàm quæ per adiectionem eius quod deest, exercetur. vt ex Hippocrate licet probare. 2. Aphorif. dicente: Quicumq; morbi ex repletionem fiunt, curat euacuatio, &c. Quod etiam Gal. in commento. manifestè probat.

Nam defectus nulla alia ratione adimpleri potest, quàm per adiectionem, vt Hippocrates etiam docet, diffiniens medicam artem per adiectionem, & subtractionem. Ex quibus manifestè constat, alimenti quãtitatem tanquam præsidium indicari à morbis. Qualitatem item alimenti considerat vt remedium attemperans Galenus. Nam humoribus corruptis, attemperamenti gratia, valente aut inualente facultate, plurimo vti cibo præcipit, vt copia aut qualitate corruptio si fieri potest, compescatur. Quo fit vt in hepaticis dysenterijs & in alijs morbis, in quibus corrupti humores abundant, præsentaneum sit remedium,

C valentibus viribus vt plurimo cibo, inualentibus verò minori quantitate sed pluries exhibito, idq; attemperamenti gratia. vt Gal. eodem loco refert, docens à morbo etiam expedire indicationem sumere, ad id quod proposuit, proposuerat tamen victus indicationes, quarū vna est, quòd victus sua qualitate morbo sit contrarius. Qua etiam ratione Hippocrates tanti fecit qualitatem tum ptisanæ, tum aliorum alimentorum. Itaq; qualitate attemperat & copia. Neq; obstat Hippocratis dictum: Non pura corpora quo magis nutries, magis lædes: quia illud intelligitur de omnimoda corruptione, quæ nullo remedio corrigi potest: hoc verò de ea quæ cum omnimoda non sit, corrigitur. Licet placeat magis alio modo intelligere dictū Hippocratis videlicet. quod impurum corpus, eo loco appellet, non quod humores habet corruptos, sed quod scatet plurimis excrementis: si quidem inquit, Quo magis

gis nutries, magis lædes, eò quòd ex nutritione & frequenti cibornm A
adhibitione, plurima supersint excrementa, quibus corpus impurius
redditur.

Quatenus verò victus vt alimentum instituitur, vnicam tantum ha-
bet indicationem, videlicet virtutem vitalem seruare ac custodire, vt
L. i. i. Derat. vic. Galenus docet apertè. Nanq3 ex accidenti competit illi, aut sanitatem
45.
conseruare, aut profligare morbos. Quatenus enim virtutem conser-
9. meth. 13. uamus, nulla præcedentium habetur ratio, vt apertè docet Galenus
his verbis: nã neq; vt valeamus, neq; vt à morbis liberemur, ab ea quic-
quam desumimus, sed vt viuamus. Quò fit, vt & si alimentum no-
ceat, & neq; sanitatem conseruet, neq; à morbo liberet, consequitur ta-
men finem per se intentum, nimirum virtutis vitalis custodiam. Licet
L. i. i. de sani. tu. aliquando à medico dirigatur, vt sanitatem tueatur, vt Galeno placet:
debet tamen intelligere huiusmodi sententiam, morbo non prohiben- B
L. i. i. de rat. vic. te, vt expresse docet Galenus his verbis: Ob id morbi affectionem non
45.
tanquam cibi indicatricem contèplamur, sicut & reliqua auxilia quæ
L. i. de opti. sec. desumuntur à morbo non prohibente virtute, vt Galenus docet aper-
ad Tra. ta satis sententia. Inquit enim, Tempus auxiliij cognoscitur, ex re poscè-
te remedium, & non prohibente virtute. sed adhuc clariùs loquens de
L. i. i. Aph. c. 17. victu quatenus est præsidium, inquit, Quibus virtus debilis fuerit, cū
humorum corruptione vel defectu, parum & sæpe: Sæpe, inquit, quia
multis indiget affectio, parum, quia imbecillis est facultas, quæ non po-
terit multam alimèti copiam simul sustinere, ex quibus constat, quod
licet à morbo indicetur remedium, id debet esse virtute non prohiben-
te, etiam si remedium sit victus. Inquit enim, quia facultas non pote-
rit multum alimenti sustinere, hoc est non consentit adauctæ quanti-
tati, licet morbus eam exposcat. Verum custodia virtutis in morbo di- C
uerficatur, vt virtus etiam ipsa variatur à morbis. Nanq3 non semper
eodem perstat tenore, neq; eandem seruat constantiam ac statum, sed
modò augeri desiderat, modò conseruari, modò minui, præcauendo
tamen ne omnino cadat. Quos quidem virtutis status, docet Hippo-
L. i. i. Aph. 4. crates metiri, indicatione sumpta à conditione & varietate morbo-
Gal. lib. de fractu. rum.
com. 45

Cæterum anteq3 hinc discendam, operapretium duxi docere, cor-
pus quo tempore bene se habet, exposcere semper victum plenum, vi-
res videlicet adaugentem secundum consuetudinem, naturam, ætatè,
sexum, regionem, & anni tempus. Quæ quodammodo etiam in sanis
victum metiuntur. Inquit. n. Hippocrates qui crescunt plurimo egent
alimento: senes paucis fomitibus egent: & ventres hyeme & vere co-
piofa

A piofa alimenta exposcunt, sicut æstate & autumnno cibos difficilè ferūt:
Pertimescit etiam Hippocrates victum in sanis minuere, propterea in-
quit, periculosus existit valde sanis victus tenuis, consuetudo enim nõ-
minus sui custodiam commonstrat, iuxta illud Hippocratis condonã
L. i. i. Aph. 17. &
L. 2. de rat. vict. dum aliquid est, & c.

Verum quo tempore corpus morbis premitur, non vnica erit vi-
ctus indicatio, sed varia, iuxta mutationem virtutis illatam à morbis
ipsis. Cuius gratia, circa laborantium victum quinq; considerare oportet,
nimirum victus formam, quantitatem, qualitatem, occasionem,
& exhibendi modum, quæ omnia metiri iure optimo debemus, penes
collationem virtutis ad morbum: nam quemadmodum summam to-
tius præfagationis desumit Galenus ex collatione virtutis ad morbū:
haud dissimili ratione victus modum desumere expedit, eadem col-
B latione facta. Coniectari autem (inquit Hippocrates) oportet, an eger
cum eo victu sufficiat perdurare, & c. vel morbus ante deficiat, atq;
hebetescat. Quo fit vt expediat semper modum virtutis considerare,
collatione facta ad morbi vires, quātum videlicet superent corporum
facultatem aut superentur ab ea. Qua ratione expedit, seorsum cu-
iusuis harū quinq; partiū meminisse, vt facilè earum natura innotescat.

Forma igitur nihil aliud designat, quàm eam victus rationem, qua
vires citra quantitatis considerationem conseruantur, iuxta diuersam
virium laborantis rationem. Quam iure optimo partitus est Galenus
in crassam, tenuem & symmetram. Crassam appellans victum vires ad
augere valentem: tenuem minuere, seruare symmetram. Cæterum hu-
iusmodi victus speciem, clariùs adhuc docuit Hippocrates in tres par-
tes diuidens, in ea nimirum quæ comeduntur, & quæ sorbentur, & quæ
C potantur: quibus & quartum addit in Aphorismis, & in lib. de ratio-
ne victus, omnimodam nimirum abstinentiam. Quæ quidem diui-
sio Galeni diuisioni planè conuenit. Plenus enim & conseruans com-
prehenduntur ab Hippocrate primo mēbro, ijs nimirum quæ comedū-
tur. Gradus autē tenuitatis significauit sorbitione & potu & omnimoda
media, victus tamen tenuis quatuor gradus statuit Gal. tenuissimum
exactè, tenuissimum absolutè, tenuem exactè, & tenuem absolutè. Pri-
mus fit per inediam omnimodam, secundus per aquam mulsam &
oxymellitem, tertius per cremorem hordei, quartus per ptisanam non
collatam: quibus edirecto respondent, ius, aut caro pulli, panatela &
oua sorbilia, aut pyrum saccharo conditū, aut assūm: sicuti ex oleribus
coctis, aliqua quibus ob hominum consuetudinem, & viuendi modū
frequenter vtimur lococibariorum quæ Hippocrates præcipit: nam

hæc vt quæ minùs probè parare scimus, recesserunt iam ab vsu:

Cæterùm vt his victus differētis, seu speciebus probè vti valeamus, nosse decet, victus formam inquirendam esse à morbi ipsius constitutione, & ab ægrotantis robore, & ab status distantia vt Galenus apertè docet. Nam & si victus institutio, ex viribus tantùm debeat sumi, morborum tamen constitutiones licet considerare, quia vt variæ sunt, ita variè disponunt virtutem, in ordine ad cuius dispositionem victus modificari ac institui debet. Nomine tamen constitutionis licet intelligere, & distantiam status, & dispositionem morbi quo ad symptomata: Cæterùm per vires non solum decet intelligere dispositionem præsentem, quæ ex pulsu cognoscitur, sed & imminentem, quæ ex tenuitate succorum, & raritate aut densitate cutis, & ex facili aut difficili inedia tolerantia colligitur, ex quibus haud obscurum erit metiri, quæ victus forma singulis morbi constitutionibus sit adhibenda: facta tamen hac collatione, quòd victus plenus, cui proprium esse diximus vires adaugere, sanis corporibus propriè debetur: victus symmeter cuius munus est vires in eodem statu conseruare, citra dubitationem diuturnis conuenit affectibus: at tenuis, qui ex propria natura vires comminuere habet, acutis tantum affectibus est proficiuus. Verùm quia huiusmodi tenuis victus iuxta acutorum morborum varias species etiam secatur, necessum est clariori oratione easdem monstrare: sic tenuissimus victus exactè, morbis qui in quarta die terminantur adæquari iure optimo debet. Tenuissimus absolutè, ijs qui septimam finiuntur die. Tenuis verò exactè propinari quidem debet, vbi ad vndecimam extenditur morbus, sicuti qui tenuis absolutè, ijs qui ad quartam decimam prorrogantur. In quibus omnibus, à constitutione morbi & robore ægrotantis, vna cum status distantia victus forma inuenitur: nanq; virtus profui custodia omnem cibum indicat quem appetere possit: ab hoc morbus omnem abscindit, citra què vltra vigorem durare queat ægrotans. iuxta illud Hippocratis: Coniectari autem oportet an æger cum eo victu queat perdurare, &c. Ex quibus constat, virtutem, morbi speciem, & status distantiam, victus formam monstrare. Verùm quia hæc obscuriora quidem sunt quàm tyrones deceat, & difficilia multa in se continent, nodos quosdam absoluissè hac in parte decet:

Si igitur victus formam à duobus inuestigandam diffiniuimus, nempe à virtutis robore, & à morbi constitutione, in qua duo comprehendimus, nempe morbi dispositionem, peracutus nimirum, an acutus sit, & distantiam status: ob id profecto huius rei gratia oportet quæ nã symptomata morbi simul afferant, considerare: vt ex ijs an ad quartum,

an ad

A an ad septimum, vndecimum, aut decimum quartum morbus terminari debeat, facile innotescat, in ordine ad quem victus forma cuiq; apta eligatur, & quando ad statum peruenturus sit, vt Hippocrates sententia illa docet. Coniectari autem oportet: iuxta eius distantiam aut aliquid aliud, quod in ipso licet considerare vt paulò inferiùs docebo, secundum quod ipse longè aut propè est, victus formam inuestigandam esse docuimus, quod solet medicis vulgatissimum esse licet non satis intellectum. Quamobrem necessum quidem est ostendere, quid per statum liceat in morbis intelligere: nam tria per hoc verbum, inter se aliquo modo diuersa, solet monstrare Galenus, nempe crism, terminum & statum. Cæterùm quòd crisis nulla ratione præscribat victus formam (modo pugnam, modo vacationem, aut subitam mutationem significet) iam constat: nam si à crisis distantia formam victus sumeres, necessum est, vt quantò propiùs ægrotans crisis horæ accesserit, tantò subtiliorem victum ei ministres: & quantò longiùs, crassiores, vt vulgata medicorum omnium est sententia. Sed huius contrarium docet Hippocrates per hæc verba: Et quantò maior fuerit expurgatio, tantò magis ad crism vsq; dare oportet. præterea in textu immediatè quarto loco præcedenti, ita ait: nempe si morbus sicciior quàm vt quispiam existimet fuerit, nò multum dare oportet, sed ante sorbitionem, vel vinum, vel mulfam dare decet. Siccitas verò morbi cruditatem ostendit, & distantiam à crisi cum hoc tamen parum dare consulit. Reliquum est igitur, à crisis distantia minùs licere victus formam inuestigare sicuti neq; à crisis natura, prout subitam mutationem, aut euacuationem designat. Terminum præterea quem etiam proposuimus victus formam indicem posse esse, intelligo illum dierum numerum, quibus ægrotantis robur, morbi acumen, & eius symptomata ferre possit citra aliquius crisis considerationem, vt exempli causa: si quis aliqua continentium febrium cum vigilijs continuis laboret, æstate, iuuenis calidi temperamenti, conijciaq; ægrotantem vltra septimum ferre non posse prædicti morbi vehementiam, huic diem septimum terminum esse victus formam indicantem dicimus, cum hoc tamen non est hæc acceptio status exquisitus terminus formæ victus: nam sæpe cognito morbi termino, plus minus ve alimenti porrigimus pro morbi vehementia & symptomatis. Superest nunc vltimò, verus morbi status, quem vehementissimam ipsius partem, & summum morbi vigorem omnes iure optimo appellant, in ordine ad quem citra dubitationem victus formam instituire decet, iuxta illud Hippocratis. Coniectari autem oportet, an æger cum eo victu perdurare possit donec morbus consistat. De quo

E 4

etiam

etiam statu abdubitare adhuc oportet, siquidem ipsum partitus est A Hippocrates & post ipsum Galenus in tres acceptiones, nimirum in statum, quoad coctionem, cuius meminit Libro de Crisibus. & de totius morbi temporibus, penes coctionem & cruditatem distinguens omnia tempora: & in statum quoad dispositionem affectus, cuius meminit tertio de ratione victus, prope finem. & libro de totius morbi temporibus: tempora considerans penes affectus dispositionem, ut dum inflammatio est, distinguitur penes maioris magnitudinis incrementum, ut apertis verbis ex Galeno eo loco licet colligere. vltimò in statu quoad accidentia, cuius multis in locis Galenus primo Aphorismorū meminit. qua verò harum acceptionum liceat victum metiri, nosse decet. Quoad coctionem verò id non posse quicquam certum monstrare, constat: nam status quo ad materiae coctionem, in nullo morbo certum nec diffinitum tempus habet. Primò ob materiam morbi, si diuer B sae substantiae sit, ut saepius accidit: secundò ob vires laborantis, quae initio validae erant, procedente autem morbo ob aliquam causam vltra opinionem imbecilliores fiunt: nam inter initia estimato agrotantis robore, morbi coctionem ad talem dierum numerum metiri facile erat: frustrabimur tamen ob naturae insperatam imbecillitatem. Tertio verò ob tempus quo natura vacat humorū coctioni, quo diutius immorabitur si crasso, citius tamē perficiet si tenui vtamur. Quartò ob diuersum vniuscuiusq; morbi motum. Nam saepè accidit lentè in principio moueri, promittitq; diuturnum certamen: postquam tamen semel aggressa est vniuersam materiam, protinus eā superat, & citius finit morbum, quàm à principio promiserat. ex quo constat huius temporis quo ad coctionem varietas: quò fit vt super rem instabilem nequeat firmū construī fundamentum. Insuper dictum illud Hippocratis. Conijcere C autem oportet: nullum obtineret verum, siquidem fallax est praeceptum. Quibus fidem etiam praestant, quae ipse alibi dixit: vbi crassio rem victum & copiosiore m ministrat, quantò morbus ad coctionem festinat, vt apertis verbis alibi docet dicens: At si os madescat, sorbitionem augere oportet: ijs quidē contrarium in Aphorismis dixisset, si de statu quo ad coctionem verba eius intelligantur. Caeterum dispositionis statum non tetigisse, offendere opus non esse arbitror, cum dispositio per se nullum praebet iudicium, nisi quatenus actiones laedat, quae quidē laesiones ad symptomata potius pertinere videntur. Ad haec non est medicorum antiquorum vllus, qui penes dispositionis status naturam, victus formam inuestigandam pronunciet. Superest igitur status quo ad symptomata, cuius Hippocratem meminisse constat: quibus fidem praestant

Biv. Jbr ob. i. d.

L. i. i. dera. vic.

L. i. i. dera. vic. 102. 13.

e. odq. A. 1. di. 1

A praestant quaecunq; Galenus de morbi temporibus in Aphorismis. secundū mentem Hippocratis scripsit, nempe statum morbi maximè esse in symptomatibus. Praeterea in eo, Circa principia & fines omnia imbecilliora: de principio etiam quoad symptomata locutus est sententia illa: Concocta medicari atq; mouere, non cruda neq; in principijs. Vbi aperte ostendit, per principium morborum, aliud quàm cruditatem humoris intellexisse: verum quod firmitus est, ipsa rei ratio monstrat, aliter fieri non posse, quin ab accidentium statu victus forma dependeat. Nam cum tota victus institutio pendeat ex modo virtutis, quem diuersum efficit, non morbi conditio solum, non tempus, non natura ipsius actio in materiam morbificam, sed tantum accidentium morbi fauitia, & immanitas, ideo ab accidentium temporibus & statu, victus formam instituere citra dubitationem oportet, vt celebris illa Hippocratis Lib. i. Aphor. 74 sententia: Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt. Et paulò inferius subdit, exponens quid appellet extremos morbos, Vbi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & extreme tenuissimo victu vtendum est: vbi verò non sed pleniorē victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum est, quantum morbus extremis est mollior, quo loco quid apertius monstrari potest, quàm ex accidentium statu quæredam esse victus formam? praeterquam quod Galenus id apertis verbis in commento monstrat, sicut & sequentibus duobus, apertius ab vtroq; monstratur. Cum hoc tamen constat non esse alienum à ratione, etiam coctionem considerare, & morbi constitutionem, vt facta ex omnibus collatione, facilius liceat, citius & tutius debitam victus formam instituere: quod etiam ex eisdem authoribus facile est diligentia colligere.

C Cum igitur ostensum sit, per morbi vigorem, statum quoad symptomata intellexisse Hippocratem, superest considerare, de quo nam symptomatum genere maximè sit intelligendum: si quidem status, quantum ad symptomata attinet, tribus morbi temporibus haberi potest: vt in morbi principio, nempe cum materia cruda est: aliquando posterius, vt cum admodum complentur coctiones: sunt & morbi qui intermedio tempore vigent. Cuius speculationis primus author fuit Hippocrates qui in hunc modum refert: sunt modi & constitutiones, & paroxysmi cuiuslibet harum febrium, similiter continuarum, intermittentium. Statim enim continua est, quibus incipit, floret, & viget maximè, & ad difficilius ducit: circa crism verò, & simul in crisi immittitur. Sunt quae incipiunt leuiter & summissim, subincrescunt verò & exacerbantur, secundum singulos dies: circa crism verò, & simul in crisi

Lib. i. Aphor. 74

Lib. i. Aphor. 74

Lib. i. Aphor. 74

Lib. i. Aphor. 74

in crisi abundè lucent. Sunt quæ incipiunt leuiter, augentur verò & exacerbantur, ad certum augentes terminum, rursus remittunt ad crīsim vsq; & circa crīsim: Accidunt hæc & fiunt in omni febre, & in omni morbo: & subiungit statim, oportet ex horum consideratione offerre victum. Hæc sunt Hippocratis verba, ex quibus constat, triplicem esse quoad accidentia statum: nam hæc prodeunt ab vna trium causarum, nimirum ab humorum multitudine & cruditate, vt contingit in principijs omnium morborum, præsertim in pleuritide, peripneumonia & in omni inflammatione, quæ in his corporis partibus fit, quæ ad motum à natura ordinatæ sunt. Quapropter cum huiusmodi partes, inflammationibus corripuntur, materia cruda existente, inter initia grauiora patiuntur laborantes symptomata, & periculosiora, quam cum morbus coctionem recipit: qua ratione merito dixit Hippocrates dolores pleuriticorum confestim spontè desinunt, vbi aliquid effatū dignum, tum expui, tum expurgari cœperit. In febribus similiter, ratione multitudinis & crassici, deteriora fiunt principia, cum coctionis vestigiū in materia conspicitur, & multitudo imminui incipit, & crassici materia attenuari, vt à Galeno etiam scriptum est. In omni præterea febre secundum accessiones, aut exacerbationes inuadente, cum à multa ortū habet materia, aut nimis crassa, deteriora fiunt morbi principia: cuius signum est illud quod Galenus scripsit: nepe in principijs accessionum contingere mori ægrotantes, ob multitudinem materiae, & ob eius crassitiem aut inflammationis magnitudinem. Scis enim mortem semper in deteriori paroxysmi parte fieri. Cum igitur ob dictas causas, grauiora fiant accessionum principia particularia, manifestum est, eadem ratione totius morbi vniuersale principium fore deterius: Sic in pleuritide, aut peripneumonia, dum morbus coqui incipit, minùs grauat inflammatio membra spiritus: tum quia coctione leuior fit, tum quia materia per halitum & per excreatum imminuitur. In quibus igitur morbis, victus formam, non à distantia status, neq; à duratione ipsorum, sed à coctione morbi sumendam esse constat: ita vt cum morbus crudus omnino est, tenui aut tenuissimo vt victu oporteat. Cum autem coquitur, plus concedendum, & iuxta maiorem coctionem magis ministrandum. Primum ostendit Hippocrates cum dixit: nepe si morbus sicciior quàm vt quispiam existimet fuerit, non multum dare oportet: secundum ostendit in ijs quæ sequuntur verbis, vbi ita ait: At si os madescat, & quæ à pulmone expuuntur talia sint, qualia esse oportet, sorbitionis quantitatem adaugere conuenit: Tertium similiter ostendit, cum statim scribit: & quanto fuerit expurgatio maior

Li. i. de mor. vici.

Libro. de totius morb. temp.

Lib. 3. de cric. 9

Li. i. de mor. vici.

A maior, tantò magis, ad iudicationem vsq; dare oportet. Neq; id præter rationem est, nam in huiusmodi morbis qui ab initio vigent, grauiora inter initia accidunt symptomata, ob materiae cruditatem, aut multitudinem, aut acrem qualitatem: vtrunq; autem coctione euanescit. Quo fit, vt in his parcius à principio & minùs cibari oporteat, ob materiae copiam & ob cruditatem, atq; etiam ob accidentia quæ eo tempore accidunt, quorum ratione, natura magis alimento defatigatur. Ac si quis dixerit, eodem modo debere fieri in omnibus morbis, quia eadem inest materiae abundantia & cruditas: intelligat velim secus res se habere in morbis, quorum materia seruetur ad vnā criticam expulsionem, vt mox dicemus. Sunt etiam alij affectus, quorum symptomata in initijs morborum debilia sunt & parua, augentur tamen indies, & exacerbantur, circa crīsim verò & in crisi, abundè elucent, hoc est, eo tempore, quo maximè complentur coctiones, & in maxima sunt vehementia: fiuntq; eo tempore grauiissima symptomata ob duplicem causam, ob materiae nimirum putredinem, & ob maximum certamen nature cum morbo, iuxta illud Hippocratis, Dum pus conficitur, &c. Ex quo fit, vt accidentia prodeant eo tempore à morbo, à natura, & ab vtroq; simul, ac ab humorum plenitudine, quæ quidem non verè est plenitudo, velut ea quæ principijs accedit, sed apparens, ex solâ humorum rarefactione & extensione, ob efferbescentiam & ebullitionem, quæ eo tempore vigent. De quo statu intelligenda est Hippocratis sententia: Quando morbus in suo vigore constiterit, tunc victu tenuissimo vti oportet. Cuius quidem status meminit Hippocrates in Aphorismis, vbi docet, victum inuestigandum secundum status distantiam, & morbi constitutionem: in ordine ad quem statum, nulla facta aliorum mentione, medicorum vulgus victum instituit. Id etiam docentibus Hippocrate & Galeno prima sectione Aphorism. licet eo loco nō desit sententia, qua vtriusq; status eos meminisse constet. Cæterum in hac status acceptione victum instituere oportet, vt Galenus & Hippocrates eo loco docent, & vulgariter fit: vberius quidem in principio, in statu verò & ante illum, cibus subtrahendus. Tertio verò & vltimo, intermedio tempore, in augmento nimirum, grauiissima symptomata sepe accidunt, & statum constituunt commotionis humorum causa, quæ à vi morbi eo tempore fit, in quo humores prauis cum bonis commixti sunt: disidet tamen hæc commotio ab ea, quæ fit à natura tristates humores conante expellere. Cæterum in huiusmodi morbi statu, accidentia prope crīsim minuuntur: quapropter in principio morbi, paulò vberius, in augmento, in quo est status accidentium, tenuius alimentum porrigere

porrigere decet: in crisi verò, & prope ipsam mediocre.

Sub oritur quidem ex ijs quæ diximus non leuis difficultas, & pugna inter Galeni & Hippocratis dicta: nam alibi, cum os madescit, victum esse adaugendum consulit, cum id sit status tempus: alibi verò docet, in statu victu esse vtendum tenui. Cui dubitationi & alijs, quæ ex authorum dictis in hac re passim sese offerunt, ac vt etiam quantitatis indicatione ab indicatione formæ separare facile possimus, dicimus, indicatione supra ab statu, diuerso modo victum esse instituendum, quum morbus in vnam criticam expulsionem terminaturus est, veluti cum sicior à principio apparet, ac quum paulatim expurgatur: vt dum Hippocrates inquit. At si os madescat, cuius distinctionis gratia, duplicem ad victus institutionem dicimus esse status consideratione: vna quidem est ex distantia status quoad accidentia desumpta: alia verò ex natura ipsius status, nimirum ex accidentibus. Ex distantia quidē B quæ ex constitutione morbi innotescit, monstratur victus forma, iuxta illud Hippocratis Cōiectari autem oportet, quæ quidem forma semper à principio ad finem seruari debet, vt mox probabo, ita vt quò propius fuerit status, eò tenuius cibare oporteat. Et quò longius, vberius. Ex natura verò status, eius qui accidentium considerationem præstat, semper quantitas victus monstratur, nam in statu & parum ante illum, cibus subtrahendus est. Itaq; eadem forma, quam distantia status nōstrat, à principio in maiori quantitate debet adhiberi, & in statu & parum ante, in minori, aut ex toto subtrahendum esse cibum commonstrat, & hæc est pulchra admodum huius rei distinctio. Hoc tamen habent commune ij tres status quoad accidentia, quòd in omnibus victū oporteat instituere, indicatione sumpta à collatione inter virtutem & morbum, prout magis vrget, & exposcit alimentum, aut renuit vnus C quàm alter: Sic cum natura plurimum vrget, ob virium lapsum instantem aut futurum (quod ex accidentium natura facile colligitur, nimirum ex ijs, quæ ipsam vehementer exoluunt, vt vacuatio nimia est, dolor, anxietas, & huiusmodi) vberius oportet victum porrigere: Dum verò facultas non lapsa admodum est, & morbus plurimum vrget (hoc est, celeriter mouetur aut admodum est acutus, & deniq; vltimos habet labores) tenuiorem eo tempore expediet victum porrigere. Atqui iuxta gradus vrgentiæ virtutis, aut morbi, gradus etiam, seu species victus metiri possumus: nam vterq; maximè, multum, mediocriter, aut parum vrgere poterit: & sic pro vrgentiæ gradu, adhibere poterimus abstinentiam, pocula, tenues sorbitiones, aut crassas. Hoc vno in omnibus seruato, quòd virtutis vrgentia semper exposcit eum victum, cum

quo

A quo facilius possit refici, iuxta gradus vrgentiæ, ita vt quò plùs vrget, citius refici exoptat: quò fit, vt aliquando crassas sorbitiones, aliquando tenues, & nōnunquam pocula desideret. Morbi verò vrgentia quò maior fuerit, eò tenuius exoptat alimentum, vt dum maximè, abstinentiã si verò multum, pocula, si mediocriter, tenues sorbitiones, si verò parū crassas facile admittit. Quibus exactè pensatis, facile est dum vterq; vrget, gradus etiam alimenti seligere, quæ omnia sub alijs verbis apertè ab Hippocrate docentur. Expendisse tamen hac in parte decet, virtutem duplicem præstare considerationem: vnam tempore sanitatis quæ quò vires obtinuerit robustiores, eò vberius alimentum præscribit, alteram verò, dum corpus laborat, quo tempore quò vires fuerint imbecilliores, eò vberius aut crassius alimentum exoptat, ne ante morbi statum, aut in ipso virtus labatur: quò verò fuerint validiores, eò mi-

B norem quantitatem, aut tenuiorem formam præbere decet.

Expendere hac in parte necessum est, quòd quemadmodum forma victus ex morbi specie & distantia status (siue ex accidentium tempore, aut aliter sumatur) prescribi necessario tenetur: ita toto morbi tempore seruanda est, nec temere & inconsultò varianda, sed à principio ad finem morbi, eadem vti oportet, quod his verbis scripsit Hippocrates. Conijcere autem oportet, & robur & cuiusq; morbi speciem, hominis item naturam, atq; ægrotantis in victu consuetudinem, non in cibis solùm, verum etiam in potionibus, quibus verbis patet, vt ex Gal. in commentò apertè constat, nō esse permutandam victus speciem; nisi morbi etiam species permutetur: Constat enim huius sententiæ veritas, ex ijs quæ nuper diximus. Nam si pro quacunq; morbi specie, vna extat victus forma, perperam medici ignorantes huius sententiæ rationem, in principijs crassiolem, & vigente morbo tenuiorem victū porrigunt. Siquidem crassus à tenui, specie hac in parte differt, morbus autem in quo id efficiunt, nō differt à se ipso dum crescit aut viget. Quapropter, si neq; morbus speciem mutat, suorum temporum varietate, nec victus forma mutanda est per omne tempus morbi. Quod apertè docet Hippocrates, etiam si consulat eodem loco, seruata victus forma quantitatem adaugere aut minuere, pro temporum varietate, vt dixerat sententia illa. Quàdo morbus in suo vigore constiterit, tunc victu tenuissimo vti oportet, & In accessionibus, à cibo abstinere oportet: & in illa rursus: In statu & parum ante illum, cibus subtrahendus est. Quibus locis de quantitate loqui, est intelligendum, quam docet minuere, aut adaugere iuxta morbi temporum varietatem. Instat tamen in hac re argumentum, quod se habet in hūc modum: licet species morbi om-

F nibus

Lib. 1. de rat. vic.
tex. 1. 4. 15. 16. &
li. 4. 41.

Li. 2. De rat. vic.
36.

Li. 2. de rat. vic.
36. Galienus

Li. 2. de rat. vic.
35.

Li. de uet. medi.

De quantita
te victus.

nibus eius temporibus sit vna, iuxta Galeni sententiam. cum hoc A
tamen victus forma mutanda est: quia virtus cuius gratia victus ad-
hibetur, non est in omni morbi tempore vna, sed varia pro varietate
accidentium, quæ singulis temporibus suboriuntur: cui dicimus satis
esse ad variationem virtutis, quantitatem variare pro accidentium mag-
nitudine, aut paruitate: vt supra de statu quo ad accidentia diximus.
Expendere etiam decet, hoc vnum habere proprium has omnes victus
formas, quod quæ crassior est supplere nusquam potest vicem tenuio-
ris, etiã si minori adhibeatur quantitate: sicuti neq; tenuis, vberiori co-
pia exhibita, habet modum crassioris, hoc tamen summoperè obserua-
to, quod ob errata quæ egris accidunt, satius est crassiorem iusto quàm
tenuiorem victum porrigere, quia melius hæc tolerantur ab eo qui
paulò fuerit vsus pleniori, quàm e contra. Licet quatenus pertinet ad
quantitatem, potiùs sit subtractioni intendendum, quàm adiectioni, B
vt apertis verbis ex Hippocrate constat, Adiectione ciborum vtendum
multò minus. Inquit enim Galenus commento illius loci, quod ma-
gis est, noxas inemendabiles facit, quod verò minus eas, emendabilio-
res: sic in statu cibum subtrahere docet, hoc est quantitatem imminue-
re, siquidem eadem victus forma, donec morbus soluatur, seruanda est:
nanq; supplere victus formam tenuem crassiori victu, etsi minori
quantitate, periculosum & graue esse dixerat Hippocrates per hæc ver-
ba: Quicumq; verò homines in hac affectione existentes (loquebatur
de febribus & doloribus) siccum cibum assumunt, aut maçam, aut pa-
nem, etiam si valde modicum, decuplo magis & manifestiùs lædun-
tur, quàm si sorbitione vsi essent, ob nullam aliam causam, quàm forti-
tudinem edulij ad affectionem: atqui etiã si in animo fuerit, in his quæ
hucusq; diximus, speciem victus & eius indicationem monstrare, mo- C
nitum tamen hac in parte lectorem velim, me quantitatis & occasio-
nis etiam meminisse, id exposcente orationis ductu, & ipsa rationis ne-
cessitate, quæ sæpe cogit diuersa texere, & contraria vno loco conclu-
dere: hæc dixi ne forsam quis miretur inter victus formas, plura de quã
titate intertextu fuisse.

Cum victus species secundum Antiquorum mentem mutanda nõ
sit, durante eadem morbi constitutione: reliquum est, ex omnium cõ-
muni consensu, vt quantitatem immutemus, prout morbus incremen-
tum ac sua etiam tempora susceptarint, quãtum verò cuiq; morborũ
tempori sit indulgendum, haud leue est dubium, siquidem nil est in
arte medica, quod tantum facessat negotium, tanq; reddat artem con-
iecturalem, ac auxiliorum quantitas. Verum cum id præcipue in victu
necessarium

A necessarium sit (licet artis præcepta inuiolabilia sint) monstrare o-
portet, & necessitatis rationem, & quantitatis mensuram, & vtriusq;
indicationem. Primò etenim quantitatis variatio necessaria est, tum
ob morbi mutationem, tum verò ob facultatis diuersum robur, iuxta
plus aut minus, quod suffecturam speramus. Rationi enim consenta-
neum videtur, vt minus eo exhibeatur tempore, cum laborans magis
morbo molestat, quàm cum mediocriter. Nam dum molestat, sym-
ptomatum grauitate, natura eis tantum vacare, nec cibis distrahi
exoptat. Dum verò mediocriter, quia ciborum coctioni eo tempore ma-
gis est intenta, eos auidius appetit, & facilius sustinet. Sic in principijs
morborum, cum ægrotantes vtcunq; moderatiùs habeant, plus cibi
indulgendum est: apud statum verò quia morbi symptomata in maxi-
ma sunt vehementia, nihil esse exhibendum constat: vtrunq; tamẽ ex
B Hippocrate probari potest. Inquit enim: Inter initia neq; multam, neq;
crassam admodum dare oportet: sed quantum & ob consuetudinem,
& ne multa vasorum inanitio fiat, in gerere oportet: secundo, Quando
morbus in suo vigore constiterit, tunc victu tenuissimo vtendum est.
At intermedio tempore, inter statum & principium, mediocrem mini-
strabimus quantitatem, iuxta Hippocratis sententiam: At si os madef-
cat, & quæ a pulmone expuuntur, talia sint, qualia esse oportet, sorbitio-
nis quantitatem adaugere oportet: & infra statim inquit. Et quantò
maior fuerit expurgatio, tantò magis ad iudicationem vsq; dare oportet:
quod intelligitur de morborum temporibus, qui in principio vi-
gent, nam in alijs, qui postea sunt habituri vigorem, transacto princi-
pio, minuere semper quantitatem decet, & quò magis accidentia cres-
cunt, vt in ipso status tempore, tum ob id, tum verò, ne ab incepta coctio-
C ne distrahatur natura, eo tempore, quo ipsam est perfectura, victum mi-
nuere oportet: itaq; in principio plus cibi indulgendum est, ne casus su-
peruenientes plus lædant, vt ex Hippocrate apertè constat. Abdubita-
re tamen hac in parte decet, an semper quouis morbo incipiente, liceat
plus cibi porrigere, ob eas, quas mox adduximus causas. cui dubitatio-
ni breuiter dicimus, non semper id esse verum, sed dum corpus nullo
lio apparatu morbo afficitur: nã dum in prima corporis regione, cru-
dus cibus, aut quæuis alia excrementa præfunt, satius est, tenuiori vt
victus institutione à principio, donec cruditas victus parsimonia euanes-
cat: vt vulgus (quanuis imperitum) quouis affectu incipiente protinus
efficit, quod etiam vterq; Hippocrates consuluerat. Inquit enim Cel-
sus. Initia morborum primum famem sitimque desiderant, intelligens
nusquam quemquam ita moderatè aut parcè vixisse, quin aliquid am-
F 2 plus

Li. i. de rat. vic.
tex. 21. li. i. Aph. 8.Li. i. de rat. vic.
23.

Li. i. Aph. 5.

Li. 2. ca. 16.

plus quàm par sit sumat, ita vt quid crudum, aut excrementosum superfit, cuius ratione in principijs morborum parsimonia ciborum vtendum sit. At Hippocrates hanc eandem sententiã in his verbis exprimit, Quibus enim cibus statim inclusus, si quis non vacuato sorbitionem dederit, dolorem si adest, adaugebit, si non adest, protinus inducit, frequentiorq; redditur spiritus, quod malum est. Eadẽ sententiã quoq; profert: dicens, Si nuper pasto, & aluo cuiquam oneribus haud quaquã purgato, febris vel cum dolore, vel sine dolore inceperit, à sorbitione tantisper est temperandum, donec cibum ad infernam intestini partẽ descendisse cõiectũ fuerit. Quod clariũs adhuc dixit eodem libro, per hæc verba: At si nuper cibato cibus prior non descenderit, virtusq; valida fuerit, & floiuerit ætas, subluere oportet, si verò virtus imbecilla fuerit, glande est vtendum, nisi alius sua sponte probè deiecerit: quibus omnibus locis authores consuluisse constat, crudis existentibus primis venis, aut tenui vtendum esse victu, aut protinus vacuandum, antequam cruditates illę, aut primas subingrediantur, aut alimento exhibito, grauiora fiant symptomata: quam obrem consultissimum est, alterum dictorum efficere: purgare nimirum in grauioribus affectibus, vti verò victus parsimonia in leuissimis, & ijs quos citra artis aliud auxilium natura sola deuincere valet.

At metiri quantum sit detrahendum, quantum vè à principio indulgendum, quod secundo loco proposueram, difficile quidem est, qua ratione sollicitos admodum reddit Hippocrates medicos in quantitatibus perceptione, quam ipse certiori mensura expẽdere docet, ex sensu nimirum corporis: nam quantitas difficulter iudicari potest, nisi in actu ipsius auxiliij: sic sanguinis educendi copia, impetu ipsius fluentis & mutatione coloris cognoscitur. Quantitas etiam humoris purgandi, ex conferentia & tolerantia: eodem prorsus modo alimenti copiam ex bona corporis tolerantia (nam id appellat Hippocrates corporis sensum) facile metimur, ita vt neq; corpus grauet nimio pondere, neq; præ inopia marcescat. At qui licet alia sint, quæ quodammodo videantur quantitatem metiri, placuit reducere ad ea, quibus quantitas indicatur quæ tertio loco sese offerunt. Indicant etenim victus quantitatem consuetudo, & morbi vehementia, vt his verbis docet Hippocrates: Inter initia neq; multam, neq; crassam dare oportet: sed quantum ob consuetudinem & ne multa vasorum inanitio fiat, ingerere oportet. Morbi præterea constitutio, ab ea quam consuetudo indicauit, quantitate, detrahit: ita vt consuetudo maiorem copiam, morbi verò naturam minorem perpetuò indicet. Cæterum hæc est differentia, quòd consuetudo in morborum

Li. 1. de rat. vict. tex. 32.

Tex. 42.

Tex. 45.

Li. de veteri. me.

Li. de rat. vic. ii

A borum initijs, maiorem obtinet locum, vt si Socrati laborati victus formam tenues sorbitiones esse diffinieris: tantum earum offeres inter initia, quantum solidiori cibo bona vtebatur valetudine. Morbus verò potiorẽ præstat indicationem, & in ea præualet (hoc est ciborum ablatione) propè statum: proinde vt morbus & eius symptomata cuncta fuerint, ita ab ea quam consuetudo indicauit quantitate, detrahendum est, vt si manifesto incremento, morbi symptomata exacerbata fuerint, penes vehementiam & durationem, sensibilibus ab ea victus quantitate, quam primis obtulimus diebus, minuemus. Sic accessiones morborum particulares ex toto victus quantitatem demunt: iuxta illud Hippocratis, In accessionibus à cibis abstinere oportet. Sunt præterea alia multa, quæ quodammodo quantitatem indicant, & sæpe eam metiuntur, quod apertè monstrant ætates, iuxta Hippocratis sententiam. Qui cre-

B scunt plurimum habent calidi innati, plurimoq; egent alimento. Senes quidem quia facilè ieiunium tolerant, paucis fomitibus egent. Pari etiam ratione anni tempus & regionis temperies, suo modo quantitatem indicant, si quidem æstate & autumno quia cibos difficilè ferunt laborantes, minorem iure optimo expostulant quantitatem: sicuti hyeme & vere copiosora exoptant alimenta, quia ventres his temporibus natura calidissimi sunt: quibus addere oportet, eam collationem quam Galenus adducit inter virtutem & morbum, quo loco ab utroque sumpta indicatione, quantitatem præbere docet: vt cum virtus valida fuerit, cum humorum corruptione vel defectu, multum & sæpe dare oportet, quia facultas & morbus, id simul exoptant.

Sese offert in hac parte vulgaris illa difficultas, an grauius sit peccatum, maiorem porrigere victus quantitatem quam par est, an minorem. Ratio dubitationis ex eo orta est, quia iustam metiri alimenti, aut cuiusuis alterius auxiliij quãtitatem, altiùs difficiliùsque est, quam pro hominis captu. Quapropter cum deflecti necessum sit, difficultas oritur. Cui dubitationi duplex suboritur responsio. Prima quæ in vniuersum quærit, quale sit maius peccatum: cui respondet Hippocrates per hæc verba. Adiectioni ciborum intendendum multò minus, subtrahere verò omnino sepe numero expedit. Galenus tamen commẽto illius loci, probans Hippocratis sententiam inquit: quod magis est, noxas in emendabiles facit: quod verò minùs, eas emendabiliores. Et ne quis existimet Hippocratem contrarium proferre, cum inquit: In tenui victu ægri delinquant, quò fit, vt magis lædantur: intelligat hac in parte de forma victus loqui, in illa verò de quantitate: Quò fit vt nulla inter sit contrarietas. Secunda verò dubitatio quærit, quale sit grauius pec-

Lib. 1. Apho.

Lib. 1. Apho. 17.

Li. 2. De rat. vic. 37.

Lib. 1. Apho. 5.

Lib. 7. de rat. vic. & 1. Apho.

Lib. De veteri. med.

De victus qualitate.

Lib. 1. Apho. 16.

catum, plus minus ve exhibere in principio, an in statu: pro cuius eno-
 datione certum est grauius multo esse, prope statum errare, quam in
 quouis alio affectus tempore, vt ex Hippocrate constat, & ex Galeno
 apertis verbis, Cum inter initia, inquit, minus quam iustum est, offeri-
 mus, virtutem imbecilliolem reddimus, ita vt apud morbi statum, om-
 nimodam sustinere in eadem non possit. Quare cibum tunc temporis
 offerre cogemur, quod multo grauius est, quam si inter initia vberius
 egrum reficeremus. Quapropter summa huius rei sit, grauius esse pec-
 catu, in principio minus exhibere, quam plus, & grauius in statu plus
 quam minus. Qua quidem lege intelligere oportet sententiam illam
 Hippocratis, qua inquit: Non minor est error, nec minus hominem lae-
 dit, si quis det, propinet ve, minus tardiùs ve, quam satis est, & expediat
 quam plus. Quibus verbis ostendit, & ijs quae sequuntur, vtrunq3 esse
 par peccatum dum absolute consideratur. Ceterum respectu tempo-
 rum morbi, qua diximus ratione.

Tanti enim est momenti victus qualitatem exacte nosse, vt haec sola
 & naturam & morbum pariter respiciat. Hoc enim habet hec propriu
 & peculiare, vt non solum vires custodiat, custodita nimirum laboran-
 tis natura, verum etiam morbos propellat, non vt caetera, quae in victu
 considerantur, per priuationem, sed positiuè, manifestis videlicet qui-
 busdam qualitatibus, morbo quidem superato deuictoque, vt caetera au-
 xilia, quae illi opponuntur, efficere queunt. Quapropter duplex erit in-
 dicatio qualitatis victus, altera quae laborantis naturam tueatur, altera
 vero quae aduersus morbum pugnet: quarum omnium meminit Hip-
 pocrates dicens: Victus humidus febricitantibus omnibus conuenit.
 Qua parte ostendit, quantum possit alimenti qualitas in propellendis
 febribus, quaru finis est corpus siccitate minuere. Pergit tamen dicens: C
 Praesertim pueris & ijs qui tali victu vti consueuerunt, vt ostendit et,
 praecipuam qualitatis victus indicationem esse naturam ingenitam,
 seu consuetudine acquisitam conseruare. Ceterum subaudire oportet
 nomine affectus seu morbi, eius causam: nomine vero naturae agrotan-
 tis, etatem, consuetudinem, regionem, anni tempus & caeli statu, quae
 quidem si temperata sint, similia vt natura ipsa exposcunt alimenta, si
 vero intemperata, contraria. Ac licet haec omnia vera sint, & hac lege fie-
 ri desiderent, cum tamen morbus & natura & ea quae ex parte naturae
 se tenent, contraria inter se fuerint, in maximas conijciunt vel medicos
 quosuis doctos angustias: ergo exercitatum & natura prudentem esse
 medicum conuenit, vt cuiusq3 indicationis potestate diligenter confi-
 derata, omnibusque inter se collatis, vnam idonei victus summam, quae
 laboranti

Lib. 8. metho. c. ultimo.

A laboranti sit commoda, comparet. Cuius gratia praemittere oportet
 Galeni sententiam, quae in hunc modum se habet: Vbi status caeli, & re-
 gio intemperata sunt, contraria semper iudicant: Aetas vero & natura
 etsi intemperata sint, non absolute indicant contraria, sed mediante co-
 suetudine: vbi vero praedicta temperata sunt, similia indicant, siue val-
 leant homines, siue agrotent. Quod si in vno coueniant, facilis est qua-
 litatis victus inuestigatio: vbi vero dissona sunt, quae maiora digniora-
 que esse cognoueris, sunt praerenda. Quae omnia facile probabimus
 ex ijs quae ab Hippo. & Gal. didicimus, na consuetudinis indicatio po-
 testate dignior est indicatione proprii temperamenti & aetatis: eo quod
 si quispiam sit siccus temperamento, aetate consistens, humido assuetus
 victui, siccu ei dabis, ratione proprii temperamenti & aetatis. Ceterum
 consuetudinem magis seruare teneris, vt Hippocrates refert, qui ita scri-
 bit, Cibos quibus vti consueuerunt, facile ferunt, tamen si natura haud
 quaquam boni fuerint, similiter & potus: Cibos vero quibus vti non
 consueuerunt, & si mali non fuerint, moleste ferunt, consimili modo
 & potus: in quorum expositione Galenus ita ait, Consuetudo maxime
 potest, repentinaq3 ab ea digressio non parum offendit. Ab aetate igitur
 & natura intemperatis, non absolute contraria indicantur, sed cu
 consuetudine: regio vero, anni tempus, & caeli status intemperata, con-
 traria semper commonstrant. Ex quibus manifestum est, omnes indi-
 cationes qualitatis victus, ad tres reduci posse: nempe ad morbum, con-
 suetudinem, & aeris temperiem. Nec opus est hac in parte causam ip-
 sam respicere, siquidem causarum negotium potius ad prophylacticam
 artis partem, quam ad eam quae morbos curare docet, pertinere vide-
 tur. Cum ergo virtus id solum quod a corpore exolutu est, reponere,
 C aut id quod alteratum est, reducere debeat: manifestum est, non esse ne-
 cessarium alimenta causas respicere. Cui doctrinae adheret continuitate
 quadam aeris consideratio, cuius temperies nihil indicat, nisi prout
 nostrum afficit corpus: nanq3 tantum indicationis sortitur, quantum cor-
 pus ab illo mutatur. manifestum igitur est, indicationem continentis
 nos aeris ab ea sumendam esse, mutatione qua nostra afficit corpora.
 Itaq3 id solum scire couenit, ad quod extremum alteratum sit corpus,
 an versus calidum & siccu, an versus frigidum & humidum, an paru
 aut multum a naturali symmetria recesserit. quod haud difficulter in-
 uenies, si considerationem consuetudinis in medium afferas, vt prude-
 tissime Galenus monuit: Videtur, inquit, non sicut alia quaedam exigua
 leuicq3, sed plane maximam maximemq3 principalem potestatem ha-
 bere consuetudinem, vt quae singulorum corporum naturam ostendat.

Lib. 9. Metho.

Et statim inquit: sanè ipsi via ratione q; ab ea procedētes, fatemur, nos **A** partium affectum inuerire, deinde ex illo rursus ad faciendorum indicationē venire. In hoc quoq; pars hæc quæ de victus qualitate agit, ab ea medicæ artis parte quæ singularum aut simplicium partium morbos curat differt: quod hæc quantitatem recessus à naturali temperie nosse desiderat, ut æquali contraria gradu applicet remedia: illa verò solum quærat, versus quam qualitatem intemperatum sit corpus, & aut multum aut parum recesserit. A tribus igitur qualitas victus defumitur, ab affectione, à consuetudine & à naturali temperamento: quod variè ab aere etiam nos ambiēte, mutatur. Atqui cum hæc in vnum cōsentiant, quod simul indicauerint, statim est exhibendum: verum constat contraindicare posse affectum & consuetudinem solum: nam naturale temperamentum semper cum affectu in indicatione qualitatis victus consentit, quia affectus indicat sui ablationem, per quam ad tēperamentum pristinum ægrotans redditur: Cui indicationi naturalis ægrotantis temperies semper consentit. Duo igitur Sunt quæ contraria indicare possunt, nempe affectus & consuetudo, ut si affectus calidus & siccus exposcat humidum victum, consuetudo verò prohibeat: nam calidis & siccis assuetus erat cibus. In hac dictionum contrarietate inquirendum est, an calidis & siccis assuetus esset, ob id quò male ex frigidorum usu, aut quia melius calidis & siccis quàm frigidis & humidis haberet, aut à frigidis & humidis nihil incōmodi percipiens: si primum contingat, eo esse vtendum victu, qui temperatus sit, aut ad mixtis adinuicem contrariarum qualitatum alimentis conficiendum, si quidem dum sanus erat, calidis & siccis opus sibi erat cibarijs, ut inculpatè viueret. Febre verò correptum, calidum & siccum iam effectū, frigidis & humidis lædes, aut nunc, aut cum febris abierit, nam id præstitit affectus, quod calidis & siccis cibarijs quærebatur. Quapropter si tunc iustè ea quæ calfaciebant & exiccabant amplectebatur, nõ est cur nunc caliditatem & siccitatem affectus frigidis & humidis euertas, nisi multum exuperet, quod si contingat, victu medio vtendū est, quo excessus securissimè refrāgatur. Quòd si secundum eueniat, dandum est aliquid consuetudini, minùs tamen quàm in prædicto, eo vtentes victu, qui refrigerare & humectare moderatè valeat: quod liberaliùs agere licet si tertium contingat. Ad tres igitur iure optimo reducere oportet indicationes omnes, nam regionem, & anni tempus, compertū est non agere, nisi si status cæli interuentu, hic autem nihil indicat ex se, sed in quantum corpus afficit. In vno igitur affectu corporis, regionis, anni temporis, status cæli, & morbi, tēperamenti ægrotantis, ætatisq; vires,

A vires, siue actiones potestate sunt, & id quod tandem ab eorum actionibus & reactionibus, & alterius supra alterum exuperantia superest in vno affecto corpore conspicitur. At cum omnes tres in vnum cōsentiant, petitum victum audacter porrigere oportet, ut apertis verbis multis locis demonstrat Galenus.

Non minùs facessit negotium, exhibendorum victuum & aliorum auxiliorum occasio, quàm eorum quantitas. Nam qua ratione hæc anxium vehementerq; coniectantem reddit medicum, ob eam quæ in quantitate exhibenda est incertitudinē, sic in occasione exquirenda apprehendenda vè, (ut quæ præceps sit) non minor est coniectura, licet certioribus inditijs, hanc quàm illam nosse viro docto & mediocriter exercitato detur. Summa autem huius rei includitur vniuersa tribus capitibus: in consuetudine nimirum, in tolerantia & in temporis morbi conditione, seu differentia. Quorum gratia nosse expedit, aliud esse, occasiones exhibendi victum quærere in continuis affectibus, aliud in interpolatis: nam continuæ febres duo iure optimo sibi ex postulat, primum id tempus eligere, quo laborans dum valuit assuevit alimentum sumere: cæterum quæ vnicam à principio ad finem accessionem habent, (nam de his præsens sermo est) victum exoptant, secundum consuetudinem & faciliorem tolerantiam, quando cibus illis eo tempore est offerendus, quo faciliùs quàm in cæteris morbum tolerant: eoq; potissimum diei tempore, quo priùs cibari sunt assueti: & hæc est Galeni sententia. Verum scire oportet, quòd aliquando consuetudo & facilis tolerantia in indicatione temporis dissentiant, quòd eo tempore natura quo erat assueta, alimentum tolerare nequeat: quia febris vehementia tunc vigens id interdicit: quapropter si facilior tolerantia manifesta non detur, à sola consuetudine, in continentibus febribus tempus nutriendi idoneum sumendum est, sicuti si vincat tolerandi facilitas, ea sola tempus præscribere nata est. Neq; vlla ad id est morbi temporum ratio, nam vt optimè ex Hippocratis mente Galenus aduertit, morborum tempora sui ratione minimè valent victus quicquam indicare. Inquit quidem, Non enim tēpus propositū faciens Hippocrates hanc victus rationem instituit, verum à tempore facultatem mensus est, à facultatis mensura cibi qualitatem accepit, id verò ex hijs quæ subiungit declarabit: Cōiectandum enim inquit, an æger duraturus sit, plerunq; enim tempora quod à facultate requiritur, interuertunt, & ne accipiantur impediunt, nunquam autem quid faciendum sit edocent. Itaq; facultatis dispositio tam in his quàm in interpolatis quæ ex temporum varietate variantur, facile docet victus mutationes, & occasiones: quò etiam

Lib. 3. de san. tu
& l. 8. meth. c. vlt.

De victus
occasione.

l. i. de opti. fac ad
l. i. c. 9.

etiam loco facultatem fatetur, quantitatem & qualitatem victus indi-
 care, quod maximam quidem requirit considerationem. At in inter-
 polatis affectibus longè aliter res se habet, si quidem consuetudo nul-
 lum in eis locum obtinet, ob accessionum naturam, quæ statui mor-
 borum perpetuò assimilatur in ciborum adhibitione: vt Hippocrates
 consulit, inquit enim. A cibo abstinere oportet. & rursus: Ijs qui per cir-
 cuitum accessiones habent, nihil dare oportet: prohibent enim victum
 initia, incrementa, & status accessionum, tum propter alia, tum verò
 quia his temporibus, natura aut impedita coctione humoris, veluti in
 statu, aut oppressa multitudine, veluti in principio, plurimū laborat.
 quare hac ratione commodius est, inchoante inclinatione cibum exhi-
 bere, quàm prope accessionem, iuxta Hippocratis sententiam, quæ in
 hunc modum se habet. Nā si pedes frigidi fuerint, nō à forbitionibus
 modò, verum quoq; maximè à potu temperandum. quod etiam dixit B
 rat' alio loco per hæc verba: Frigentibus ergo pedibus, neq; potū, neq;
 forbitionem, neq; aliud quippiam huiusmodi dabis: frigiditas si qui-
 dem pedum, febris accessuræ signum existit. Quo tempore, si quid por-
 rigas, maximè prorsus peccabis, nempe morbum non parum augebis.
 Atq; idem etiam infra refert: nempe Cū pedes frigidi fuerint, vēter
 de necessitate calet, fastiditq; cibum, intenditur hypochōdrium, iacta-
 tur propter internam turbationem corpus, mens fixa non est, dolet
 æger, lancinatur, bellicaturque, vomere affectat: & si mala vomuerit
 dolet. Quibus omnibus constat, quātum sit malum, cibum in princi-
 pijs aut statu accessionum porrigere. Quapropter supersunt tantum
 duo tempora, victui exhibendo opportunissima, quorum alterum est
 inclinatio, alterum verò interuallum, quæ hac lege sunt in vsum diri-
 gēda: In morbis quidē, quorū accessio vna ita extenditur, vt citra quie- C
 tis tempus alteram excipiat, in declinatione ipsa victū porrigere decet,
 vt apertis verbis ex Gal. constat: Opportunū igitur, inquit, exhibendi
 victū tempus fuerit, cū caliditas ad pedes descenderit viscera iā dese-
 rens. Et rursus aperta oratione alia in parte inquit: In declinatione acces-
 sionis dare expedit, non eam statim victus formam, quam ægrotanti
 definieris, exhibere, sed magis tenuem, vt si forbitionibus ægrotātem
 alere decreueris, satis sit, si potiunculam inchoante inclinatione mini-
 straueris, postmodum aut febre cessante, si vsus fuerit naturæ, aut mani-
 festè remittente, sorbitionem exhibeto. quod etiam vt arbitrator scripsit
 Hippocrates dicens, Cū calor ad pedes descēderit, tum dare expedit
 Et subiūgit statim: Vtere primū & maximè cremore, postea ptisana.
 Quo loco apertè eādem sententiam innuit, vt talem generet sensum:
 quod

Lib. 1. Aph. ii. &
 19.

Lib. 1. de rat. vic.
 Tex. 46.

Lib. 4. de rat. vic.
 Tex. 39.

Lib. 1. de rat. vic.
 prop. finē. & 4.

Lib. 1. de rat. vic.
 in fine.

A quod si sorbitionibus ægrotantem nutrire debeamus, melius esse incli-
 nante febre à tenui sorbitione incipere, ne ab vnius diei inedia, ad cras-
 siusculum cibum mutatione subita lædatur ægrotantis natura: Curan-
 tes primū vt quàm longissimè à præcedentis accessionis incremen-
 to, & sequentis principio recedamus. Nam si id spatium amplum fue-
 rit, facile erit idoneum tempus inuenire: sin exiguum his coniecturis
 vt oportet: cōsiderare enim hac in re differentiā expedit inter acutos &
 diuturnos morbos, vt Galenus etiam cōsiderat: præcipit nanq; in diu-
 turnis potiores declinationis partem expectare, quia satis amplum
 suppeditatur spatium, ob accessionis raritatem: in acutis verò ob earū
 frequentiam, remissio quidem sufficit. Ceterum dū accessio, vt diximus,
 alteram excipit, penlitare etiam oportet an maiora obtineat acciden-
 tia inclinatio ipsa, quàm accessionis principium: nam in quibusdā gra-
 uior sæpe est declinatio principio ipso, in alijs verò e conuerso. Quo tē-
 pore eligere id tempus oportet ad victus exhibitionem, quo mitiora
 fuerint accidentia, ni nos nimia laborantis imbecillitas compulerit, de-
 bitum tēpus anteuertere, vt Gal. optimè monuit. Itaq; cauere oportet
 vtrūq; malū, sed principiū maximè, præsertim si in corpore vel flegmo-
 ne vel redundantia subsit: hac enim occasione cauenda est ante accessio-
 nem cibatio, seu res maximè noxia. Secus quidem res se habet, cū ob
 retentionem mordētis halitus aliquis febricitat, aut in corporibus quæ
 calida & sicca sunt natura, & gracili constant habitu: tunc enim vt ex
 Galeno constat cibo conuenienti corpore humectiori ac temperationi
 reddito, acrium excrementorum minor commouetur copia, & cutis
 mollior redditur. Quo fit vt ij qui inchoante horrore per cutim corpo-
 ris, ab acri excremento mordentes feruntur fumi, cibi & potionis dulci
 C halitu mitiores reddantur: vnde ob dictas causas febrilem non concipiunt
 calorem. Ob id Galenus cibum his durante horrore cōcedit, mi-
 nimè autem cū iam calorem febrilem patiuntur, quod cauendū est
 in corporibus, quæ à putrido humore febricitant, licet gracilia corpo-
 ra minùs lædantur hoc tempore, quàm quæ alterius sunt habitus. Nā
 hominibus in quibus corporis intemperies, ad calidum & siccum con-
 uersa febres accendit, præsertim vbi vel solis ferbor vel fatigatio, labor,
 inedia, vigilia, tristitia, sollicitudo aliaq; huius generis præcesserint, quæ
 corpus exiccant, & tateris coniuncta acrimoniam intendunt, simul
 etiam vires deiciunt, ijs inquam, vt primum horrescere, ac febricitare
 cœperint, alimentum protinus præbere teneris: in nullo nanq; scali-
 do affectu, commodè diffinitur accessio, prius quàm illi ex victu hūme-
 ctatio accesserit.

Lib. 4. De rat. vic.
 13. 1. 13. 14. 15.

Lib. 11. Meth. 6.
 vltimo.

De ratione
vtēdi victu.

Lib. 1. Apho. 17.

Modū quidē vtendi victu (hoc est, an repetitis vicib⁹ & per interualla, an semel & confertim debeat exhiberi) præscribunt & virtus & morbus simul, secundū illud Hippocratis. Et quibus semel aut bis, plura ne an pauciora oporteat offerre alimenta, considerandum. Inquit nāq; Galenus in commēto: Quibus virtus valida fuerit, cum humorū, corruptione vel defectu, multotiens & multum cibi adhibere conuenit: nanq; multitudo & frequētia ab vtrifq; simul exquiritur, quia & multis indiget affectio, & multa poterit natura sustinere. Quo loco Galenus plures alias describit combinationes, à morbo & virtute desumptas, in quibus morbus & virtus idem indicant, aut contrarium: verūm ex vtriusq; indicatione, vnica tantūm resultat victus ratio. Cæterūm hoc vnum superest inter alia, quæ clarioris doctrinæ gratia consulto prætermitto, nimirum non sat esse, quid cōueniat morboſis affectibus nosse, sed quid etiam natura ferre possit. Maxima enim opus est prudentia, ne plus aut minus naturæ tribuas, quàm ipsa exigat, aut permittat curatio: nam vbi ipsa valida est, audacter præstare possumus quæ curatio præscribit: vbi verò vires labuntur, illis potissimum succurrendum est: at si nec plane debiles, nec firmæ omnino fuerint, sed permiserint cum quadam moderatione fieri, quæ dictat curandi ratio, ita moderari rem oportet, vt nec morbum nec virtutem contempſisse videaris.

Consilium circa victus institutionem.

Lib. 6. etichorū.



P T I M I quidem consilij ea est lex & conditio, vt certiora tantūm, & cum prudentia consulat: siquidem proferente Aristotele, Consilium ex ijs est, quæ possunt aliter se habere: certiora quidem, ne consultoris auctoritati fidentes decipiamur, cum prudentia verò, ne quid temere aut committere, aut prætermittere nobis vsquam vsu veniat. Certum porrò consilium fit, dum ex his profertur, quæ longa obseruatione & diuturna rerum experientia eodem modo semper euenisse cōpiciuntur. Sic prudentia multa consulit, quæ vulgi opinione veluti desperata videntur, alia rursus pertimescere docet, quæ cuiuis facillima apparent: quæ quidem aggredi, tam esset temerariū, quàm alia vulgi terrore prætermittere. Quo fit, vt peritissimi medici grauissimos etiam affectus sola victus ratione audeant deuincere, id pertimescentibus vulgaribus: rursus etiam leuissimos quosdam morbos validioribus aggrediantur

A diantur auxilijs, renuente vulgi opinione, quia malum aliquod latere in huiusmodi affectibus præcognoscunt. Atqui cum non solum hoc bonum, sed innumera penè alia debita victus institutio promittat, necessūm est, paulò diligentius huius capituli negotium expendere, præsertim cum grauis cura & totum ferè negotium in prisca illa medicina esset, & salutis tuendæ & recuperandæ gratia, victum debite institueret: Sicut & in hac nostra, quæ cum illa vna est, & eadem ratione & experimento inuenta, vt acutissimè probauerat Hippocrates. Quapropter necessūm est, præter traditam, in sanis & laborantibus corporibus instituendi victum vniuersalem rationem, particularibus quibusdam considerationibus & consilijs, quæ à generali methodo effugiunt, tyrones instituere: vt faciliè & veluti experientia docti, quid agere aut fugere teneantur, perdiscant: præsertim cum ita oscitanter hoc tempore quæ ad victum pertinent, medicos quosdam præterire conspiciatur, vt quis aut nullius esse momenti, aut facilitatis maxime, iure optimo existimet.

Cæterūm in sanis primum consilium præstat Hippocrates, docens, eam nimirum semper esse cibi quantitatem ingerendam, quæ grauitatem ventriculo non inferat. Item, Sanitatis inquit, studium est, nō fatiari cibis, & ad labores impigrum esse. Ponit etiam legem ciborum quantitati, dicens, Alimenti tantum est ingerendum, quantum par sit laboribus. Sed clariùs adhuc in hæc verba prorumpit: Cum quis plures cibos quàm ipsum ferre possit, neq; laborem aliquem ciborum multitudini parem adiungit, mala diætā huiusmodi est. Quò fit, vt plurimū peccent qui vitam sedentariam agentes, & spiritalibus laboribus ac litterarum exercitijs deditam, plurimam variamq; ciborum copiam ingerunt. Verūm quia vt Hippocrates refert, impossibile est huiusmodi mēsuram præscribere (inquit enim, De diætā humana exactè quid conscribere, vt ad ciborū copiam laborum commensuratio ac symmetria fiat, non est possibile: multa enim sunt impedimenta. Nam mensuram ac proportionem laborum ad multitudinem ciborum metiri oportet, penes hominis naturam, & corporis staturas, ac ætates & mutationem ventorum, & situs regionū, in quibus degunt, & anni constitutionem, cæli statum, & alia pleraque, quæ eisdem locis diligenter considerat). Tantū ob id cibi cuiq; sanorū porrigere oportet, quantum ipse metitur. Hippocrates per hæc verba. Modum autem neq; pondus neq; numerum aliquem ad quem referas cognosces, certitudinem enim exactam non reperies aliam, quàm corporis sensum. Quapropter inquit: Oportet esse, ita exactè condiscere, vt parum in alterutram partem delin-

G quas.

L. i. de locis in ho

L. i. 1. fen. 3. docet
Cui. 2. c. 7.

quas. Ex cruditate etiam aut prospera coctione, dum ob alimenti vitium cruditas non proueniat, metiri eandem quantitatem consulit Hippocrates, dicens. Cibos offeramus ea copia, quantum corpus cui offertur, superare valeat, quod alijs verbis protulit Auic. non esse nimirum ingerendum vsq; ad satietatem integram, sed reliquijs famis nodum cessantibus, surgendum esse a mensa: item eadem parte inquit: non sumatur vsq; ad respirationis paritatem, pulsus vero magnitudinem.

L. i. 1. fen. 3.

Atqui licet Galenus contrarium sentire videatur, qui ventriculo temperato tantum concedit, quantum appetit, & calido plus, quia minus appetit quam concoquat. Cum hoc tamen Auic. sententia verum tenet, non solum in frigido ventriculo, qui plus appetit quam concoquat, sed in omnibus, ratio est, quia penè vniuersos homines potius trahit alimenti voluptas, quam vera fames. Quapropter consulit Auic. ne appetitui ex toto concedamus, illi inquam appetitui, qui imaginationem & memoriam retroactæ voluptatis sequitur, non verè ventriculi appetentiæ, de qua iuxta variam eius temperaturam sentiendum est, iuxta Galeni sententiam. Quod verò de pulsu profert Auic. nullam habet excusationem, quia vt Galenus docet: moderata cibi quantitas pulsus edit maiores & vehementiores, immoderata verò inæquales potius quam maiores.

L. i. 3. de cau. pul.

L. i. 2. alim. facul.
cap. de cucumere.

Secundum consilium est, nihil esse æquè in victu homini necessariū, quam a pravo victu fugere, quod his verbis monstrat Galenus: Illud perpetuò memorandum est, quod pertinacis cuiusq; edulij natura quavis facilius a quopiam conficiatur, succus tamen ipse in corpus digestus, antiquam naturam mordicus sit retenturus. Proinde omnibus pravi succi edulij quavis probè ac per particularem substantiæ proprietatem a quibusdam conficiantur, abstinere in totum consuluerim: clam enim sensinq; longa dierum serie, prauus in venis succus ex ipsis suggeritur, qui leuissima accepta occasione, morbos sæuissimos, & mirè contumaces excitauit, Auic. etiam asserit, in senecta lvi adolescentiæ peccata: quod etiam antea docuerat Hippocrates. cum hoc tamen delectationis non parua cura habenda est. Parum deterior, inquit Hippocrates, cibus aut potus modo iocundus sit, & gratus, bono & iocundo omnino præferendus est, suauiore enim cibum melius ventriculus amplectitur, atq; adeo rectius conficit, vt verum sit illud Auic. Quod sapit nutrit. Dimitto etiam quæ consueta sunt, nã vt minus solent molestare, ita facilius superantur,

L. i. 1. fen. 3. doct.
2. c. 8. & 9.
L. i. De affectionibus.

Tertium verò consilium sit, eos qui temperata robustaq; natura sunt, non teneri exquisito & perpetuò selecto vti victu, sed mediocri: in quo licet

A licet leues vtrinq; excessus committatur, facilè natura tolerabit. Nam temperatura benigna & robur errores illos citra noxam emendabit: Siquidem maius est ex assuetudine commodum, quam ex errore damnum: Sani enim homines, vt refert Celsus, non tenentur ita religiosè huiusmodi artis præcepta obseruare, sicuti consulendum esse censeo, ijs qui aut vitio totius, aut partis intemperamento facto laborant. Quos equidè decet hac lege viuere, ne quod morbosum est, deterius fiat, & siquid boni superest, etiam suas sponte pereat. Pari lege in laborantibus consulit Hippocrates ijs cibus vti, quibus sanitatis tempore ipsi utebantur, dum modo correctiõe antea præparètur, iuxta affectus naturam: inquit enim Quibuscunq; cibus aut potibus homines sani in victu vtuntur, ex his oportet presentibus vti ad ægros, ita vt præpares calidos & frigidos, & humidos & siccos, ex frigidis quidem calidos, & calidos ex non calidis, & siccos ex non siccis, & reliquos eodem modo. Neq; verò de presentibus desperare oportet, tanquam nihil possint, & absentes quærere, qui nullam vtilitatem ægro afferant: & infine eiusdem lib. inquit, amplius id elucidans. Quæcunq; sanis comoda sunt, ea etiam ægrotis exhibita fortiora sunt, & oportet detracto ipsorum vigore ea dare, alioquin non fert ipsa corpus, sed magis lædunt quam profunt.

L. i. de affectionibus.

Placet etiam, omnibus consulere, eam esse sumendi cibum præstantiorem horam, in qua priori cibo homines leuatos, ventriculoq; exonerato confecisse priorem cibum percipimus, fameq; ad expetendum cibum commouentur: cum hoc tamen consuetam horam in prandio seruare optimum est consilium, nam qua ratione eam anteuertere cruditatis est causa, eadem, protrahere etiã est morbosum. Tolerare namq; famem, ventriculum prauis implet humoribus. Ac si consueta hora importuna fuerit, eam in meliorem sensum immutare oportet, iuxta vitæ institutum & negotiorum indigentiam. Quapropter non displicet eorum sententia, qui in viris optimatibus magistratum, & reipublicæ administrationem gerentibus, perpetuò meridianum prandium dehortantur, & manè leui aliquo ingestio cibo, opiparam cenam magis probant: quia eo tempore somno superueniente, & silentibus negotijs, facilius plus alimenti conficitur. Verum in ijs qui aut propter vxorè, aut familiã id comode fieri nequit, cenã ex toto auferre tutissimū est, vt quod interdiu concoquere nõ valuerunt, citra noui alimenti (quod sæpe est maioris cruditatis causa) sumptionem facilè concoqui possit.

Fugiendum etiam ferè omnes medici censent, a ciborum (præsertim diuersæ naturæ) varietate: quod doctissimus ille Dissarius medicus apud Macrobiū sapientissimè admonēbat. Et Socrates suadere

L. i. 7. Saturnali, c. 4.

solitus erat, illos cibos potusq; vitandos, qui vltra sitim, aut famem se-
dandam, appetentiam producerent. Nam cum diuersorum ciborum
diuersa sit natura, efficitur, vt alij alijs celerius, tardius vè conficiantur,
quod cum accidit, miram generat in ventriculo cruditatem, & in ve-
nis corruptelam. Quod etiam aperte damnauerat Hippocrates his
verbis: Cibos varios, & dissimiles inter se simul assumere, ad prauā vi-
ctus rationem pertinet: seditationem enim mouent quæ sunt inæqualia
aliaq; citius, alia difficilius coquuntur. Cum hoc tamen nō defunt, qui
libere au sint asserere, alimentorum varietatem, potius quàm simplici-
tatem probandam esse. Quod conantur elicere, ex nostræ naturæ dissi-
milibus principijs, quorum vnunquodq; peculiare sibi exoptat alimē-
tum: Et sic varijs natura nostra gaudet. Quod etiam probant quotidiana
vfu, quia nullus est, qui inquacunq; cibatione non vtatur pane, car-
ne, oleribus, vino & fructibus. Cæterum vt ego cenfeo, ciborum multi-
plicitas necessaria est: sed nō ea, quæ in magnatum mensis quotidie re-
peritur (licet si quis eis assuescat, nihil mali persentiet) fat enim ea est,
pro corporum varijs principijs, quæ in pane, carne & vino ac alijs com-
munibus edulijs reperitur. Cæterum probo magis mutationem à va-
rijs & diuersis, ad vulgaria, quàm è conuerso, quia id grauius fert na-
tura.

Nocet etiam minus (si id fors tulerit) alimentorum varietas, si recto
ordine ingerantur. Nam quæ tenuia sunt, vt quæ facilius superantur,
præire debent, eò quòd antequàm crassa aliquid mali perpecciantur, lo-
cum adeunt inferiorem, in quo facilius coquuntur, vt quæ semipræpara-
ta iam sint, à ventris superiori parte.

At si quis, aut de prauato more, aut ciborum illectamentis, plusculū
ingerat, optimum est consilium, (præter somnum, quietem, & crasti-
na die lentam deambulationem) vnica die in hebdomada, videlicet a-
meridie in meridiem, cibum ex toto circuncidere. Conterit enim hoc
relictas ab indebita victus ratione cruditates, ac præcauet maximos
grauissimosq; & continuos morbos, qua equidem viuēdi ratione, plu-
rimos cognouimus, multos annos integra valetudine vixisse.

Observatione etiam probatum habeo, & magnopere expendendū
est, si quis ob copiam, aut vitium alimenti, cruditatem insolitam patia-
tur, parum iterum alimenti sumere, quod melioris sit substantiæ, cru-
ditatem enim aufert. Quod equidem licet alienum à ratione primo ac-
cessu & ab Authorum testimonio esse videatur, cum hoc tamen verissi-
mum est, quia natura iterum noui alimenti aduētū (cum id ex propria
lege habeat efficere) coctionem aggreditur: & quod antea non valuit

perficere

A perficere, nouo accessu coctionem præexistentis alimenti, & nouiter as-
sumpti foeliciter perficit, nam crudum, quod super indigestum, mor-
bum generat, id tantum est, quod iterum superat ventriculi vires: at
quod in parua quantitate est, quæ solum valeat naturam ad coctionem
iterum reuocare, tantum abest, vt morbum efficiat, quod potius crudi-
tatem demat. De victus verò ratione iuxta cætes, regiones & alia his si-
milia, quia importunum esset agere, merito Aëtium legere cōsulo, qui
id adungem disputare conspicitur.

Cæterum ad morbosa corpora tempestiuum est iam deuenire, quo-
rum gratia diximus, vniuersalia omnia, quæ præcedenti capite tradun-
tur, dum in genere affectus considerantur. Verum quia particulares
quidam morbi, peculiaria sibi dogmata exquirunt, quæ obseruatione
ex vfu esse cognouimus, decreui circa difficiliore, quæ proficua esse
scio, consulere. Plus enim inquit Hippocrates in morbofis, quàm
in sanis corporibus clucescunt in victu herrores: quapropter plus caue-
re oportet. Sæpè quidem ob improbam victus institutionem quantita-
te, occasione, aut vitio lapsam, affectus diuturniores, aut grauiore fut,
medicis causam ignorantibus. In primis febris causus, modò à bile, mo-
dò à falso humore prodeat, præter vniuersalia præcepta, contrariæ qua-
litatis victum perpetuò exoptat, videlicet sorbitionē, quæ ex aqua hor-
dei, prunis, aceto, & alijs paratur, dum vires plurimum cōstant: quibus
ego parum auderem fidere, in affectu cuius efficacia ad vires dissoluen-
das tanta est, præsertim dum ex falsa pituita prodit. Quotempore cras-
sius exposcit alimentum, vt ptisana, aut acris ptisana, quæ addito sac-
charo, & pauco sirupo acetoso probè conficitur, aut panatela ex succo
granatorum & decoctione hordei cum saccharo confecta. Quaprop-
ter, in caufonide exflaua bile, his vterer libenter, & alijs ædulijs quæ fri-
gida & humida sunt: in eo verò qui ex falsa pituita fit, præter ea quæ
nuper diximus, de coctum pulli aut pullum ipsum paruū præberem,
additis quæ refrigerant, & humectant, præsertim quæ citra astringenti-
acetosa sunt. At si alius turbata fuerit, crassiori adhuc vtar victu, præ-
sertim si laborans habitu sit raro, & plurimum exoluatur: nam cōper-
tum habeo in huiusmodi affectu, vires multum vrgere. Duo prætereā
quæ maximi sunt momenti, expendere oportet, circa hunc affectum.

Primum quid sibi velit Hippocrates per illud verbum, attractorias po-
potiones, quibus in his iubet vti. Ac ne longius abeam, licet Galenus
absq; interpretatione reliquerit, subaudire oportet, sorbitiones trahē-
ti pharmaco mixtas, vt mos erat antiquis medicis miscere, & ipse etiā
Galenus in phlegmonis iecoris curatione, cortice Ellebori in ptisana,

G 3 mercuriali

mercuriali, & philicula vitur. Quod quidem non est vulgare præceptum, in vehemēti aut maligna febre, præfertim dum purgatio ad modum est necessaria, timeatq; medicus ne ægrotantis vires labatur: Nam sorbitionibus mixta medicamenta, minus commouebunt, calefacient, & exiccabunt, quod non est in pestilentibus & malignis febribus tutissimū. Inquit enim Galenus. Nouimus plures esse ex ægrotis sanatos, quam mortuos, nisi pestilens sit constitutio. In iudicatione autem natura tristantes humores ad expulsionem mouet: In qua quidem commotione solet in pluribus victrix exire, nisi dum pestilens morbus fuerit. Cauendum ergo hac ratione est à puris pharmacis in pestilenti constitutione, ab utroq; enim, & à pestilenti humore moto, & à pharmaco, ægrotantis robur absimitur. Prudētissimè igitur. Hippocrates in maligni causi curatione, sorbitiones attractorias ministrari iubet. Secundū verò monēdus mihi lector est, ne astringētibus in legitimo causo vtatur, neq; plurimum frigidis, siquidem & fluxu sanguinis, & sudore huiusmodi affectus soluuntur, vt ex Hippocrate aperte constat. Quæ autem potentia nimis frigida sunt, sicut ea quæ adstringunt, vtriq; obstant terminationi, multoq; minus eis licet vti in non legitimo, siquidē humor huius febris difficilis est coctionis, idq; maximè quia à frigida, crassa & glutinosa pituita fit, quæ ppter abscessu solet hac febris terminari, vt à Galeno scriptū est: quare omnia quæ potentia frigida valde sunt, in commoda esse censeo.

In sinochis verò febribus (cū semper hæ viribus robustis iungantur) tenuem licet porrigere victum. Sed postquam putredo inceperit, vberius oportet laborantem alere, id exposcente humorum corruptione, iuxta Galeni decretum: alioquin periculosum est, & compertum facile vires labi. Item cauendum est, à plurimum frigidis edulij, (nisi dum caloris sæuitia, posthabitis alijs malis, id exposcit) nam hæc & humores in crassant, & vias arctant. Atqui tota curadi ratio inferuoris humorum extinctione (quæ potu aquæ frigidæ fit) consistit. Aut bullientes humores per corpus, hæc liberè traspirare docet: nam febris remissio, ex efferuescentium humorum transpiratione fit, quæ duplici arte molliri posumus, nempe cum aut pori totius corporis aperiuntur, aut humores equaliter minuuntur, quo fit, vt ad stringentia & nimis frigida in victus ratione (secus res se habet de potu) omnino à ratione & vsu aliena sint: quapropter ante iudicationem eis nō oportet vti: nā sæpe contingit crises fieri in foelicis, natura ex frigiditate optusa, & poris fere occlusis.

In interpollatis vero ex bile, sæpe ob victus in dexterū vsu ab accessione

A cessione iterum incalescunt laborantes. Quod factum esse suspicor, quia diuersa vtuntur victus forma: nam in die quietis, carnem præbet, vt pullum, aut similem huic victum: In die vero accessionis, lætucam aut aliud tenuius, quod antea vetitum esse, in proua victus ratione monstrauimus: siquidem eadem victus forma toto morbi tempore seruanda est, etiam si ab omnimoda inedia (qua in accessionibus vtimur) ad crassius alimentum transire non detur, vt parū antea probauimus, sed parum antè integrum prædium, quid tenuius porrigere oportet, cæterum consulere semper vires decet. In tertianis verò exquisitis cum ingens sit calor, & duplex necessitas, ac cum non sit tanta meatus & poros aperiendi necessitas, vt in cōtinentibus, in quibus maior præest plenitudo, audatius licebit refrigerare, licet etiam in hoc modum seruare oporteat, ne in notham degeneret. Prodest enim ijs panem præbere infusum aqua cichorij, per duas horas, supersparso saccharo, & succo arantiorum: est enim præstantissimum alimentum & medicamentum. Cæterum duplex illa ficitas, quarum altera positiua ex bilis natura, altera verò priuatiua ex sanguinis consumptione est, duplicis naturæ alimentum præscribit. Primum non tenuem ac exquisitū, vt multi falso existimant, sed pulli carnem præbere oportet, qua facile reficiatur, quod quotidiana dissolutione deperditur. Secundum verò, humidū, vt ius est, & ex oleribus plurima, quæ quod flauabilis actione exiccatum est, humectent & refrigerent. Cæterum non decet plurimum horarijs fructibus vti, nam substantiæ sunt corruptibilis: quo etiam fit, vt ij qui vtraque die, accessionis videlicet & quietis, laborantes tenui victu nutriūt, in marasmum (præfertim eos qui gracilis sunt habitus) facile du cant: alios vero in notham tertianam, qua propter licet die accessionis minus sit exhibendum, eiusdē substantiæ sit oportet.

In febre quidem pituitosa, cauendum est protinus à principio, ab ijs quæ poros aperiunt, præfertim ante corporis vacationem. Cæterum transactis vacationibus, cibarijs alia tenuium partiū admiscere conuenit, & alimentum parare actu siccum, & solidæ substantiæ, tamen potentia humidum, quale est, quod ex assis carnibus paratur. Censeo quidem assa omnia humiditate interna ac propria humidiora esse, quæ elixa, quod à crusta foris ab igne inducta, interna humiditas seruetur: contra, elixa humiditatis aliene plus habet, quod sint aqua incocta, & minus propriæ, quod exhalet à continuo feruore & dissipetur, quod ex Aristotele aperte colligitur his verbis: Quātum enim humoris in superficie residet, aboletur, quātum intestinum est, manet in tactum, qua ratione quoq; carnes asselixis humidiores sunt. Latenter enim

vt a bidare, No
in sta
in pro
ar esse
mij

Lib. 2. Aph. com.

Lib. 4. de ratio.
vict.

Li. 4. de rat. vic.

Lib. 11. Metho.
& 1. Apho. 17.

Diu. 10.

od. 10.

he febres humiditatem resoluunt: quo fit, vt more febris hec̄tica cui
 valdè simulantur, præsertim ea quæ apud vulgus latica appellatur, vi-
 ctum qui maximè virtutem corporis augere possit, ex poscunt: quia
 harum febrium caliditas, & superflua humiditas per totum ad mini-
 mas vsq; partes dispersa est, & more naturalis humiditatis vagatur:
 quo fit, vt natura eius seperationem & expulsionem nō curet, sed eam
 ob mixtionem ad minima cum naturali humiditate, seruet. Vnde hos
 neq; euacuatione ventris, nec fluxu sanguinis sanatos vidimus: quini-
 mo si spontè, aut à medico imperito, alius moueatur, deteriores red-
 duntur. Quod si aliquandiu māserint, euacuato bono simul cum ma-
 lo, separatione non facta, moriuntur. Qua propter scopus curationis
 in ijs fuerit, eos more hæc̄tica nutrire. Oportet enim, totum id quod
 in ijs de humiditatibus est superfluum, sentim absumere, ciboq; salu-
 briore reficere, & præstantiores inducere qualitates, quæ eas humoris
 conditiones quibus corpus affectum est, contrarijs successiuis euertant
 Sed prò Deūm im mortalem, quoties (si medicus vt prudens hæc con-
 sult) rudis Plebecula conqueritur, ac eum turpiter carpit, tanquam ni-
 hil agentem: sed quisq; quod ex arte est, tātum eligat, posthabitis quæ
 vulgaria sunt. Nec silentio præteream, in his febribus radicis indicæ de-
 coctum esse vtile, ac sæpe vt laborātes sudent vtilius. Sicuti in cibus mis-
 cere allium, cuius laudes facile reperies apud Dioscoridem huic febrī
 esse accommodatissimas: roborat nanq; naturales facultates, putridos
 humores corrigit, præterea à centro ad circumferentiam facile ducit:
 quæ omnia in huiusce naturæ febribus admodum proficua sunt.
 In alijs quidem pituitosis febribus, cibus ad miscere oportet, tum quæ
 atenuēt, tum quæ incendant, tum verò quæ calefaciant medicamenta,
 & alimenta, prout pituitam peccare visum fuerit, crassitie, lentore, aut
 frigiditate. Cum hoc tamen non est ijs, qui febre pituitosa laborant, te-
 nuior victus adhibendus, quam ijs, qui tertiana, vt aliqui autumāt, cre-
 dentes maius facessere negotium labores tertianarum, & maxime vi-
 res prosternere, quarum ratione vberius nutrire oportet, si quidem pi-
 tuitosæ & minus labefactant facultates, & plus habent humoris cru-
 di. Ignorant quidem ij, victum non solum esse pro præsentis facultatis
 statu instituendum (vt in tertianis, in quibus licet facultas lægueat, cito
 morbus finiturus est) sed & propter futurum, qualis est, qui in quotidia-
 nis & pituitosis alijs speratur, ob lōgam & assiduam defatigationem:
 nanq; nō minus ad tempus labefactat naturam assiduus labor, ac diu-
 turnus, quinimo plus quam vehemens, dum intermittit, aut breui ces-
 sat tempore. Cæterum expendendum est hac in parte, difficile admo-
 dum

A dum esse in his febribus, debitum instituere victū, vt palam monstrat
 authorum in hac re varietas. Quod censeo esse ob diuersam huius hu-
 moris naturam & conditionem, ac corporis etiam diuersum statum.
 Quapropter expedit, semper prospicere virtutem, & cum victum por-
 rigere, quo possit ad statum peruenire. Quare cruditates imprimis ve-
 nis existentes, potius clysteribus, aut lenienti medicamento extrahen-
 das esse existimo, quam tenui victu discutiendas. Humores verò tena-
 ces, crassos, frigidos, & alijs prauis qualitatibus affectos, corrigendos
 potius suis contrarijs, quam ob tenuem victum coquendos, vt multi
 existimant, licet aliquando maiorem aut minorem cibi quantitatem
 porrigere oporteat, prout corpus robustius & plenius, aut imbecillius
 fuerit. Hæc quidem dixerim, vt admonitos habeam studiosos, ne deci-
 piantur in mira authorum varietate, circa victus administrationem, in
 B huiusmodi febribus.

In quartana verò febre, licet varias etiam reperire in victus ratione
 opiniones, facile sit, semper mihi vt optimum consilium probaui, in
 ijs quæ ex alijs degenerant affectibus, crassiusculum victum porrige-
 re. Non enim est, quod virtutem multum defatigatam præcedente fe-
 bre, tenui victu exoluamus: Nam in huiusmodi quartanis, quæ post
 alias succedunt febres, semper ab intemperie aliquod viscus molestari
 compertū est, quo morbus fouetur, & durationis eius fit causa. Quo
 fit, vt duplex sit sanandi scopus, vnus virtutem custodire, ex præceden-
 ti morbo languentem, & præsentī fatigatam, victu coqui virtuti vrgē-
 ti debetur: alter verò alterantia medicamenta porrigere, quibus viscera
 ad pristinam reducantur temperiem: cæterum hæc misceri alimentis
 debent, vt antea docuimus, nam præstantius quidem est, quam si nu-
 C da exhibeamus. Hac enim ratione viscera veluti renutriuntur, & si-
 mul quod præter naturam est, aufertur. Fugiendum igitur est à solis
 medicamentis, & præsertim à reiteratione, quam non solum, non pro-
 desse tunc temporis, sed nocere certum est, cum multotiens per illa ci-
 bos fastidiant laborantes, & imbecilliores reddantur, quo fit, vt res im-
 prosperè succedat. At in febre quartana quæ repente & à se ipsa incipit,
 tenuē victū, vt pote qui facilioris coctionis sit, vsq; ad dies viginti qui
 septē periodos cōtinēt, probo. Sed expendat hac in parte lector, ne om-
 nino ea quæ ignorat, tanquam inutilia aut iocosa damnet, vt apud me-
 dicorum vulgus passim fit: nam cum in quartana febre cōpertum sit,
 cibaria diuersa & prauæ substantiæ (vt ficus virides, vvas nocturno ro-
 re madidas, porcinas carnes & huiusmodi alia) liberare multotiens
 eos qui hac febre laborant, citra vllam rationem, & casu id factum esse
 existimant.

Videtur pag
 252. l. 1. B.

nota

existimant, præstare potius occasionem cognoscere, qua id fieri necessum est: ut si quando adfuerit, ea uti sciat. Quia ratione in memoriam reuocare oportet modum, quo accessiones in morbis, qui repetunt per paroxifmos fiunt, nimirum natura irritata à causa, quæ indies aggregatur, iuxta humoris conditionem: veluti in quartana quarto quoque die aliquid accrescit, & natura irritatur, ut id expellat. Quod fit, ut intercipiatur accessio, & deficiat dupliciter, aut ratione facultatis expultricis, aut ratione superflui aggregati: ob facultatem quidem, aut quia non irritat sensu factio obtusiore, aut vehementi animi passione expultricem ab opere suo perturbantem. Ad primum modum reducuntur medicamenta, quæ vires habent narcoticas, ut theriatica, athanasia, philonium romanum, & huius census alia, quæ sanare quartanas febres, ex Galeno & alijs præstantissimis authoribus ac experientia compertum est. Ad secundum reducitur quod vulgò fertur, ob vehementem lætitiã aut timorem, plures à quartana euasisse, sensoria facultate munere suo non fungente: ex quibus constat, nulla facta expulsionem ob facultatis detentionem, interrupta accessione morbum subsidere. Ratione verò superflui id etiam contingit, aut quia non aggregatur humor, aut quia euacuatur: primo modo adhuc dupliciter, aut ob vigorem virtutis coëctricis, aut ob defectum causæ aggregantis. Atque hoc etiam dupliciter, aut ut efficiens, aut ut materia: ob materiam, quando febre quartana correptum ijs alimentis alimus, quæ suapte natura in melancholiam verti nequeunt, ut calida & humida, quæ non sunt crassioris substantiæ, quod præcipuè consequitur, dum adiungitur coëctricis facultatis robur, quo huiusmodi alimèta facillè deuincere queat. Vtroque enim modo quartanæ febres euasunt, nempe, efficiētis causæ, & materiæ ratione: illa, quæ ut validior nõ aggregat, hæc verò, quæ ut benignior & ineptior ad melancholiæ generationem materiam non suppeditat: hac lege oleum amygdalarum dulce cum croco & pauco acetomistum, sanat quartanas, & etiam stillationem ex vino & lacte plures sanasse constat. Roborare etiam facultatem, sæpè est vltimum præsidium, quod quidem robur dupliciter comparatur, aut absolutè aut respectu alicuius cibi & potus, qua quidem ratione fit, ea quæ nimis delectant, & placent, melius à coëctrice coqui, ab attractrice trahi, à retētrice retineri, & vberius multò nutrire, & minus superflui ab eis, quàm ab alio implacido suppeditari. Hoc modo cibum quem avidissimè febricitates appetunt, quartanam posse sanare, experientia compertum est: Quia quidem via plurimos carnis porcinae, aut huius naturæ cibi vsu, à quartana liberatos vidimus. Quia enim nimis appetitur, rectè coquitur

A quitur in ventriculo, iecore, & venis. Quo fit, ut parum excrementi ex eo colligatur, & intemperiem siccam mitè corrigat. Sic vinum, quia absolutè roborat naturales actiones, præsertim odoriferum, ebrietate inducitur, sæpè soluit quartanas. Curantur etiam ex superflui expulsionem, ut medicamenta melancholiam educunt probè efficiunt. Sic plures fructus, ut vvas & ficus nocturno rore imbutas ventrem mouentes, id perficere constat. Ceterum ea lege fieri debent hæc omnia, ut præmittantur quæ pro morbi ratione, ex vsu sunt alimenta. Præterea diligenter inquireto, quem nam ex cibis febricitates ardentè appetat, ac si ex his fuerit, qui qualitati atrabiliari contrarius est, & talis substantiæ, ut difficulter in melancholiam commutetur, laboranti porrigere, hora consueta, quæ ab initio venturæ accessions, duodecim horis distet, comedatque pro appetentia citra saturitatem, verum si cibus quem appetierit, melancholicæ naturæ sit, considerare tum opus est signa coëctionis: quæ si sint, dato eo quo diximus modo: quod si nõ, modicum illius abnegare nolle, sciens nõnulla fieri, & plura posse citra rationem homini manifestam.

In hemitriteo quidem non ut nõnulli falsò censent, temperatum vitum inter vtriusque humoris naturam (constat enim ex tertiana & quotidiana) mediū porrigere oportet: nam facillè huiusmodi in bilem vertitur, & maioris mali causa est. Quapropter miscere expedit contraria à limèta, ut vtrique humori prodesse possit: quibus sæpè equum est admiscere, quæ aperire, incidere, & attenuare valeant, pro vinctis humoris natura. Sic in ea febre in qua exteriora frigent & interiora calent, tenuiorem oportet porrigere cibum, refrigerantemque, cui admisceatur ea, quæ aperire valenter & incidere queant: hoc quidè ob materiæ crassitiam, illud verò ob ingentem viscerum calorem, tenuis tamen victus sit oportet, ne caloris effluxus ad externa amplius prohibeatur.

In hectica verò febre, & morbis alijs immaterialibus, quò morbus fuerit ab statu distantior, eò tenuior victus desideratur. At in statu ipso & quò magis morbus vltra pergit, eò crassiorem victum porrigere decet: quia eo tempore crassior quàm in principijs dissipatur corporis substantia, & sic alimètum debet esse deperdito simile, ut virtus cuius gratia victus instituitur, ex æquo reficiatur. Cæterum quia vires hoc tempore inualidæ sunt, minorem oportet quantitatem porrigere, sed plures: quia status in ijs affectibus longior est, quàm ijs qui materiales sunt.

In morbis quidè malignis longè aliter res se habet. Est enim morbi malitia duplex, actionis nimirum, aut resistentiæ. Primo modo malignum dicimus morbum, cum substantiam spiritus, qui naturæ vinctus est in-

Lib. 4. de ratio-
ne vict. in exposi-
tione illius & re-
frigerata extrema
& 4. metho. in vl
care cacothico.

Li. 2. Aphorōmē
10. 13.

est instrumentum, violenta actione exoluit, aut sanguinem ad eorum A
generationem non disponit. Secundò quia pertinaci resistētia vires co-
quentis facultatis obtundit, quorum aperte meminit Galenus diuer-
sis in locis. Sic pestilētes febres primo modo malignæ sunt, utroque au-
tem, febres quæ à carbunculi inflammatione originem habent. Quan-
tum verò sit difficile his febribus victum præscribere, iam audies. Te-
nui enim victus in his non cōuenit: primò quia eò exhibetur, vt na-
tura vacet circa materiæ morbificæ pugnam. At in pestilentibus & ma-
lignis febribus id diligenter curamus, vt bellum inter naturam & pe-
stilentem humorem caueamus: nam vt plurimum, ex tali certamine
natura vincitur, vt varia authorū testimonia cōmonstrāt, & Galenus;
apertè docet. Secundò quia victus tenuis & facillimæ coctionis, prom-
ptius à pestilentis contagij vi, quàm à natura vincetur: quapropter &
si id plurimum esset vtile & necessarium ob spirituum generationem, B
quos in huiusmodi morbis maximè amat natura, cum hoc tamen nō
licet eis vti. Crassa verò cibaria exhibenda non sunt, quia à naturali ca-
lore utpote languido, vinci non possunt, etiam quia spiritibus materiā
non suppeditant, & mali causam addunt, licet necessaria sint ob maio-
rem in corrumpendo resistantiā. Qua ratione consulo ea miscere, quæ
spirituum maximā copiā præstāt, & facilioris coctionis sunt, cū ijs quæ
pestilenti contagio obistunt: qualia esse constat, quæ natura sunt sicca,
& in altum corporis cita penetratione se immergunt, exiccantem fa-
cultatem toti communicantia: quòd si etiam adstrictoriæ facultatis
non nihil obtineāt, vtile etiam erit. Quapropter sal & sulfuginosa om-
nia, præsertim quæ tenuis sunt substantiæ, sicut & acetosa omnia mi-
rè profunt. Neque obstat, febrem intendere quæ sulfuginem sapiūt.
Præstat quidem putredinem compescere, & substantiam potius re- C
parare, quàm obsit febrē nō nihil intēdere: neque adhuc præter ratio-
nem est sitim inducere: nam optabilius quid esse potest in febre pesti-
lenti & maligna? Sitis enim primò indicat actionem sensoriæ faculta-
tis oris ventriculi incolumem esse, secundò sitiens frigida delectabi-
tur, & ipsam copiosius ingeret, quod summum est in his febribus præ-
sidium. Dimitto quidem hac in parte cōtrouersiam, quam de allio in
his morbis exhibendo nonnulli mouēt, firmiter asserens, multis ra-
tionibus prodesse: nam licet calorem adaugeat, scio minus mali pati la-
borantes, quàm à pestilentis putredinis additione: Cæterum hæc con-
sultò prætereo.

● Febris præterea colliquantis victum, refrigerantem & modicè ad-
stringentem & crassiorem (quàm pro morbi ratione par erat,) esse
oportet,

A oportet, vt ex Hippocrate constat, qui cū de febrū curatione ageret Li. 4. de rat. vict.
cum aluo liquida, absumente, & contabefaciente corpus, ijs sorbitio-
nes frigidiores & crassiores exhibendas docet.

In morbillis autem & variolis, cū vterq; affectus ex sanguinis ebu-
llitione prodeat, natura prauum ab eo quod purum est, separante &
ad cutem detrudente, crasso cibo, aut multo, aut dure coctionis vti nū-
quam decet, ne ab incepto opere natura distrahatur: vt verò opus me-
lius compleat, & ab internis ad cutim commodius noxios humores
depellat, & ne in aliquam interiorum partium humor detrudatur, ci-
bum parum refrigerantem & leuiter adstringentem ijs ministrare o-
portet. Qui etenim est huiusmodi, particulas roborat, vt validius à se
quod contristat, depellant, vim præterea repellendi calidum humore
habet. Quapropter ius aut potus lentium cum acetosa, oleo, & sale & C

B modico croci ijs conuenit. cucurbita etiam cum agresta, oleo, aceto &
sale. Facta tamen euacuatione totius, nisi copiosè erumpant, bonum
erit in cibis minuere ea quæ adstringunt, & eorum quæ aperire valent,
aliquid imponere, vt folia apij & petroselini. Nec probo quidem ficuū
aridarum exhibitionem, nam ob id quod medici commendant, ego-
damnarem. Aiunt quidem, ficuum vsum materias ab intro ad extra
pellere: sed profecto ipsa experientia decipiuntur. Non enim id agunt
ficus, quia prauos humores ab intro pellant, sed quia eos nimis calfa-
cientes ebullitionis modum eis præstant, quod summè solet graue ef-
se: & ob id vulgus fert ficus scabiem & pruritus inducere. Cum hoc
tamen senibus, si quando id contigerit, vtilis sunt, quibus ob propriā
naturam minùs quàm pueris feruet sanguis. Sed non erit abs re, hac in
parte exquirere, quanam ratione pisces saliti ijs qui morbillis laborāt, C

C vtilis sint. Inquit enim Aristoteles, non vanam esse omnino famam
quam vulgus ferat. Quam ratione non erit præter institutum inquire-
re, an firmo aliquo fundamento huiusmodi assertum innitatur. Ratio
tamen hæc est, præceptum quidem ex quotidiano vsu habemus, sali-
tos pisces pruritus inducere, eò quòd ebullitionē sanguinis excitant: in
omni autem ebullitione crassos humores in tenues solui, tenues in fu-
mū digeri, fumū & fuligines ad cutim migrare, cōpertū est. Quò sit, vt
dubiū non sit, quin aliquādo in his morbis saliti pisces locum habeāt,
nempe cū natura segniter opus expulsionis aggrediatur, præsertim
dum humores crassi ineptique fuerint, & viæ angustiores: quodcun-
que horum adsit, aut omnia, salitos pisces prodesse ratio demonstrat.
Cū ergo in frigido natura corpore non satis variolæ erumpant, ob a-
liquam trium dictarum occasionum, febrili calore non obstante, dan-

dos esse pisces salitos cum lusitana plebe, cui hoc vulgatum est, sentio: A
 aliter verò minimè, atque id etiam cum præmeditatione: nam in suc-
 co acetosæ per diem integrum eos priùs macerare oportet. Verùm si
 fortè euenerit, pustulas intro erumpi, profecto nullo medicamine effi-
 caciùs rumpes, saniem purgabis, exiccabis putredinem inde manan-
 tem: nullo etiam alio citiùs castigabis ne vteriore concipiat corrup-
 tionem, sanas tandem particulas nullo alio quàm ex salitis piscibus ci-
 bo incolumes, ne emanantis corruptionis contagio afficiantur, serua-
 bis. Neque abs re fuerit, vt cum intro erumpunt, pro earum matura-
 tione ficus aridas primo vorare, & deinde piscibus vti consulas. Me-
 minisse tamen oportet, in morbillis cauendum esse piscium salitorum
 vsum, potiùs quàm in variolis, sicut in ijs, qui calidæ & siccæ sunt na-
 turæ.

IN pectoris quidem & pulmonis affectionibus, perpetuò to- B
 tum robur quod conciliare oportet, alimentis est perficiendum.

Lib. 11, methio.

Quò fit, vt plus in ijs porrigere oporteat: in illis verò quæ ventri-
 culum & iecur ac nutrimentalia viscera obsident malis, roborare
 adstringentibus oportet, & semper alimenti quantitatem minue-
 re, vt apertè docet Galenus, siquidem pectori coctum deuenit ali-
 mentum: in ventre verò & iecore coquitur: quò fit, vt dum ho-
 rum aliquod affectum est, alimentis magis lædatur. In dysente-
 ria etiam expendisse oportet, neque cibus adstringentibus, neque
 acribus, neque asis, esse vtendum: nam id consulit quoque his ver-
 bis Hippocrates, Alijs carnibus vtatur coctis. loquebatur de alui fluo-
 re, ex immodica fluxionè ad ipsam & ad vterum, qua vtraque pars ex-
 ulcerabatur.

Lib. 2. de morb. mul.

Meminiſſe etiam hac in parte oportet, accidentia quæ morbis C
 supertueniunt, vt sæpe solent curandi rationem euertere, & sibi ap-
 tare, ita & victus rationem: Verùm quia longissimum esset omnia
 singulatim percurrere, hoc nouisse sat fit, accidentia dum nihil in
 morbis indicant, non euertere debitam cuique morbo victus rationem,
 verùm dum plurimum vrgent, vno trium modorum victum muta-
 re. Nam aut hæc morbum augent, & ipsum plurimum vrgere fa-
 ciunt, quapropter victum minuere decet, vt morbus, sua natura
 magnus exposcit, aut eius qualitatem intendunt, calidiorè frigidiorè
 ve reddunt, & victus qualitatem mutare etiam oportet: aut deniq; facul-
 tatem prosternunt, vt vigilia, dolor, sitis, alui fluxus & huiusmodi alia,
 quo tempore facultatem plurimum vrgere constat. Quapropter crasiorè
 victus formam porrigere oportet, vt virtus tanto malo sufficiat, quod
 in

A in doloribus non est semper verum, scientes in hora doloris, cibum quæ-
 cunque culpa non vacare. Ingens siquidem malum est, si ob dolorem
 aut acumen morbi imbecillitate porrigat quis potus, vel sorbitionis
 plus, vel esculentum, vt mille in locis Galenus Hippocratesque testan-
 tur. Hoc tamen certò scio, quòd licet facultas his accidentibus lassata,
 nequeat eo tempore, & in vigilijs plus conficere, cum hoc tamen plus
 ad proprias vires roborandas indicat. Quapropter parum & sæpius
 porrigere oportet, vt facillè conficiat, & sæpius reficiatur: siquidem id
 semel fieri nequit. Sic in vteri suffocatione in ediam esse perniciosam vi-
 detur asserere Hippocrates his verbis: Fit autem potissimùm tunc (loque-
 batur de suffocatione) vbi mulieri vasa euacuata fuerint, aut plus so-
 lito laborarit, resiccata à labore vteri conuertuntur, vt qui vacui sint
 ac leues; est enim ipsis locus spatiosus, vt conuertantur, vt potè ventre
 vacuo existente: hinc fortasse vulgus in ediam damnat in vtero affectis
 & ipse à cibo leuari videntur.

L. de morb. muli.

Vltimò expendisse etiam oportet, morbos lethales non exposcere
 certam & determinatam victus rationem: neque methodum, quæ Hip-
 pocrates docet in alendis agris, vsquam illis conuenire posse. Quod
 quidem apertè consulit ipsa rei ratio, præterquàm quod est expressa sen-
 tentia Gal. his verbis: Nunc verò de his tantum morbis sermo transi-
 gitur, in quibus omnino & curationem & victus intèdimus rationem,
 ij verò sunt in quibus post vigorem sequitur declinatio. Nam quorum
 summum vigorem excipit mors, in his parte artis vtimur, quæ prog-
 nostica nominatur, id quod futurum sit prænunciantes, ne euentus re-
 rum nostro adscribatur errori. Quod etiam alijs verbis docuerat. Ari-
 stoteles dicens: Malis desperatis omnia nocent. Et id clariùs probo ra-
 tione. Victus ratio in conualituris est, vt virtutem vsque ad statum di-
 minutam tueamur, vt expeditiùs morbum deuincere queat: at in mo-
 rituris tantum mens est virtutem augere, vt diutiùs durare possit: sed
 ea victus ratio, & vniuersa alia artis auxilia, quæ conualituris debentur,
 potiùs minuunt virtutem, quàm augeant: Igitur morituris nulla
 præscribenda est victus ratio, aut saltem longè diuersa ab ea,

L. 1. aphorism. cōs. mento. 8.

quam Hippocrates cæteris morbis adscribit. At-
 que hæc sufficiant de victus institutione
 ex multis alijs, quæ breuitatis
 studio silentio præ-
 termitto.

De communi & peculiari potus indicatione. Cap. z.



N tota equidem rerum naturalium contemplatione, nusquam mirabilior apparet naturę maiestas, quam in a quarum potuumque omnium varietate: quos hominibus brutisq; omnibus sedula parat diligentia. Sed mirabilior profecto ars, quę tam mira & penę incomprehensibili differentia, hos potus noua quotidie inuentione propagat. Namque licet aquę liquorem primum fuisse potum, mortalium omnium consensu manifestum sit, diuque eo solo contentos fuisse, in illa scilicet innocenti orbis infantia: postea tamen moribus inclinatis, & vita in deterius vergente, præter vini inuentionem, cœperunt homines aquę quoque ebrietatem docere, eam infinitis penę ingenijs adulterantes, quę numerare ut opinor, nemo mortalium queat. Nec alia in parte natura & ars ingeniosiores quondam fuere, neque hodie sunt, quam in excogitando potus varietatem, aut ut rectius loquar, ebrietatem: quare in contemptum fortę naturę fecisse luxuria æstimabitur. Verum si quis rem altius diligentiusque pensitet, facile inueniet, in peculiare quosdam, ac certos potius, naturę languidę & ruentis usus, id esse factum, quam gulę indulgendę gratia, ni hominum deprauati mores in corruptionem & deteriore statum id duxissent. Verum quantum in hac re mortalibus suggeritur beneficij, dum optima ratione & exposcente usu fit, tantum equidem periculi dum citra debitam considerationem & indigentiam ea utimur. certum equidem est, ingentia ab aquis & C potibus ignotis, aut indexterę adhibitis, pericula mortalibus contingere: quę etiam magnos exercitus equitatu orbarunt, sicut rem publicam omnem præstantissimis hominibus. Quapropter nos ut vitę etiã in hac parte prodesse valeamus, curiosius id scrutabimur, à potus indicatione & usu initio sumpto.

Differentia
& usus potuum.

L. 1. de Sani. tu.

VT magna quidem res est potus, & tertiam nostri alimenti ac vitę partem continens: siquidẽ aere, potu & cibo viuimus, ita magnum præstat usum, & pro usus differentia etiam insignes suscipit species. Namque cum hominum corpora ex quatuor elementis certa quadam proportione mixtis constituta sint, si ea diu valere debent, elementorum substantias, seu qualitates in eadem temperie perpetuò seruare oportet. Quare cum eorum dissipatio, ut Galenus

aduertit

A aduertit, assiduo quodam, quod vitari non potest, substantiæ nostrę effluuio fiat, sicut cibo, quod calidum siccumque, in nobis est, refarcitur, ita potu frigidum humidumque instaurare, necessum fuit. Ex quo sequitur (ut breuiter hanc quæstionem dirimam) potum omnem (aquę etiam purissimę quę maiorem infert dubitationem) cibo acceptum, eique per mixtum, nos alere: licet contrarium monstrat aliquibus locis Galenus dicens: Aqua neque epota, neque extrinsecus occurrans, natura apta est solidas corporis partes humectare. Quod equidem de sola aqua esse acceptum existimo: secus enim res se habet dum alimentis miscetur. Cum hoc tamen humectationem corporis præstare, etiam ex Galeni mente, omnibus conspiciuum est, licet aliqui de simplici humectatione id intelligant, non de substantifica. Ceterum iudicio nostro, utranque præstare potest: substantificam videlicet, dum cibis miscetur, qualitatiuam verò, dum intus sola aut extra adhibetur: ex eisdem equidem omnino nutrimur, ex quibus constat, nihiloque absurdus est, ex aliquo quid nutriri, quam componi. Proindeque eandem sitis esse rationem, ac famis. Quapropter aqua dum cibis miscetur, & potus quiuis, alimoniam in primis præstant: quò fit, ut in excitanda siti eadem causarum series spectetur, quam in fame Galenus exposuit. Suntque eius pariter differentię duę, animalis nimirum, & naturalis, totidemque symptomata. Quò etiam fit, ut vtilissimè prouisum sit à natura, duplices membris ad humidum inesse appetitus, quorum alter est ad potum, alter verò ad cibum, nullus tamen ad reliquas qualitates, quia vita prima est calidi in humido participatio. Quare à primo ortu, obtinuerunt omnia viuientia calidi modum cuique sufficientem, solo ergo C egent ad durationem humido pingui, nam calidum augere non oportuit, neque frigidum, neque adhuc siccum, quia calidum sustinere non poterat, quod incinere apparet. Solùm igitur superest, humidum lentum calidi pabulum, quod fame & siti expetitur: humidum enim roridum dum calore dissipatur, veram naturalemque sitim excitat: sic verò dum humidum substantificum, famem: atque hæc est prima communisque cum cibo potus ipsius indicatio. Conferunt item potus alimentis deferendis & conficiendis, sitim etiam sedat conspescitque. Qua equidem ratione placuit vniuersam huius rei tractationem tribus capitibus complecti, iuxta tres potus partitiones, quibus etiam usus magis elucescent. Potus enim quidam est siti naturali ac vsui cibariorum proficiuus: quidam siti præter naturam: alius verò morbis est ex usu. Quapropter cuiusque seorsum meminisse

Li. 4. de usu, par.
L. 1. 4. Aph. comẽ
10. 13.

H 3 oportet

oportet, vt faciliè quiuis intelligat quantum in vnoquoq; sit vtile, nec A
cessarium, ac difficile.

De potu pro
fisi naturali
& cibo.

Li. de salub. dicta

EX his quæ mox diximus, addubitare in primis oportet (si potu
quod humidum est refarcitur, cibo quod siccum, quæ fieri possit, vt ho
mines nondum naturaliter sitiant, donec cibos sumpserint, siquidem
faciliùs consumitur rorida illa humiditas, quæ potum expetit, quàm
sicca substantia, quæ cibum. Quotidiana enim experientia constat, si
tim non ingruere ante cibi sumptionem, sed à cibo ingesto statim in
uadere tantam, vt oporteat frequenti potu respondere, quamobrem
fortasse dixit Hippocrates. Quoscuque verò sitis corripuerit, his & ci
bi & labores detrahendi sunt, existimans ex ciborum assumptione ma
iorem succrescere sitim. Quam difficultatem dirimire visum est, as
ferendo duplicem esse sitim naturalem: vnam, quæ defectu humidi
roridi suboritur, quam non dubitamus ante famem insurgere, esseque B
toleratu grauiorem, licet minùs periculosam, siquidem fame multos
perisse constat, citiùsque, siti verò nullos, aut paucos, eosque longo
temporis tractu. Quod factum esse suspicor, quia fames solidam il
lam humiditatem depascitur, omnium quidem facultatū fundamen
tum: sitis verò roridam substantiam, cuius defectus licet molestiam in
ferat maximam aut faciliè sedatur, aut nullum adfert periculum. Qua
propter huiusmodi sitis difficiliùs toleratur, sed securiùs: fames verò
faciliùs, cæterùm periculosiùs, nisi dum etiam sitis ei adiungitur, nam
eo tempore grauiùs fertur, sicuti sitis periculosior efficitur, dum fames
illi adiungitur. Sic Cornelius benigniùs consulit ferre errorem in
nimio potu, quàm in nimio cibo, quia sitis difficiliùs toleratur. Itaque
necessum est, vtraque causa, siti videlicet & fame naturali concurren
te, sitim hanc naturalem primo fieri, famem verò subsequi. Sed ante
quàm hinc discendam, dubitare oportet, qua via & lege, facultas sen
tiens in ventriculo huiusmodi defectum roridæ substantiæ percipiat, C
siquidem priuationes sensibus non percipiuntur. Atqui licet non de
sint, qui asserant, id fieri à sensibus ipsis: nam sicut visus est lucis &
tenebrarum, & auditus soni & silentij, ita tactus oris ventriculi, est
humidi roridi præsentis & deficientis, iudicio tamen nostro fallun
tur, quia priuationes à sensibus non percipiuntur necessariò, nec sem
per, cum non sint obiecta imprimantia, sed à sensu accedente: ita
enim percipimus auribus silentium, si iungitur vis animæ aduer
tens, ad eliciendum huiusmodi iudicium, ex eo quod sensorium sa
num cum sit, nihil externum persentiat. Secus quidem res se habet in
fisi: nam siticulosus velit nolit, sitim persentiet, etiam si conerur nõ ad
uertere,

A uertere. Potissima quidem huius ratio est, quia in siti dolor adest, cu
ius positiua causa est distemperies, aut soluta vnitas. Oportet ergo sen
tire vel siccitatem magnam in ore ventris, vel suctionem sui generis;
quam natura dignoscit, separatque à suctione, qua appetitur substan
tificum. Sugit autem vel tractio vasorum à toto, vbi in toto deest hu
midum illud: vel natura ipsa oris ventriculi sentiens alterum dictorū.
Atque is est primus vsus, primaque potus indicatio, iuxta primam si
tis naturalis acceptionem. Altera rursus est sitis naturalis differentia,
quæ ex vsu cibiorum resultat. Nanque vt apertè diximus, quotidia
na monstrat experientia, homines mox à cibo sitire. Cuius sitis nõ est
dubium asserere ante cibum nihil esse, huius tamen rei potissima cau
sa est (nam hoc etiam expendere maximi in hac re est momenti) natu
ra gnara & prouida non solum operis sitiendi, sed etiã vsus ab eo ope
re intenti. Cum ergo tendat sitis in subsidium cibi, meritò ad ingestū
cibum insurgit, non ante: & pro alimenti modo: nã tanta sitis est, quã
tum alimentum. Cæterùm natura ob quosdam vsus cogitur inuitaq;
trahitur ad potus appetentiam, eo tempore: quos equidem hac in par
te ad vnguem docere par est.

Præter vsum quæ primo loco potui tribuimus (videlicet resumptio
nem humidi roridi) tanquam naturalis sitis potissimam causam, su
per sunt alij duo adhuc, quorum alter sitim naturalem in secundo sig
nificato explet, alter verò cibus ad ventriculum, & in ventriculo profi
cius est. Primus equidem in duos diuiditur, nam alter deferendi hu
midum illud pingue crassumque per angusta vasa, & meatus ad om
nia membra idoneus est. Sic vrinalis substantia quæ ex potu etiam sub
oritur, per singula defertur vasa, hunc præstatura vsus, cuius equidè
C defectu naturalis hæc prodit sitis, quæ exhibitò potu delatoque per va
sa, mox cessat. Alter verò huius secundæ partitionis vsus est, vt permix
tione sua potus remoretur velocem alentis humidi ex calido inflam
mationem. Quem vsus præstat cordi ceu vehementer calido aër, &
oleo lucernæ admixtum sal: liquatur enim sale tenuis humiditas, quo
fit, vt diutiùs duret. Qua etiam ratione aquæ potores pinguiore
longæuioreque sunt. Quos vsus si depto potu dempseris, faciliè inspicies
homines in naturalis illius sitis modum incidere. Nam sicut pulsans
facultas, licet sensu careat, non solum nouit mouere arteriã, Sed & ag
noscit vsus huius motus, & pro vario vsu variè mouet, modo in sanita
te moderatè eleuans, modo per febrè impensè, & velociter distendens.
sic vis ventriculi appetens potum, nouit vsus sitis, & tunc eam mouet
imprimitq; vetriculo, cum potionis vsus auctus est ex cibo: tum verò

Alii potionis
vsus.

cessat, cum propter inedia non est illis vsibus locus: licet altera fitis A
accēdat causa, exiccatio videlicet ventriculi, quę ex consumpto rore vē
triculi suboritur. Expendere etiam decet, quod huiusmodi ros etiam à
cibo assumpto consumitur, ob molem aut siccitatem alimenti quod
etiam fitis causam auget.

Cæterum, tanta est adhuc potionum omnium utilitas & gratia,
vt non solum succis iam verum alimentum futuris, à iecore in tertię
corporis regionis vasa delatis (vt nuper diximus) impense profit, ve-
rùm cibarijs ipsis, dum ad ventriculum deuehuntur, aut ibidem præ-
sunt, suam impartiantur utilitatem, citra quam ferè ventriculus mu-
nus suum perficere vsquam nequit: quam equidem duplicem esse
omnes vno consensu fatentur. Prima itaque utilitas est, cibaria omnia
diuersi etiam generis, in ventriculo ita commisceri, liquari ac fundi,
vt facilius vndique omnia coctionem susceperent. liquat enim prius na B
tura cibos funditque, ac commiscet, quàm chili formam inducat: qua
propter oportuit eos ad inuicem potu miscere, & liquare, vt facilius na
tura finem consequi valeat. Secunda quidem utilitas est, alimentum
(hoc est confecta iam & in chilum conuersa cibaria) ad iecur deferre.
Sæpe etenim ob certas quasdam causas, eo hæc cibaria in ventre remo-
rantur, vt vstionem, aut aliam corruptionis labem faciliè subeant. Qua
propter necessum est eo uti potu, & eo tempore quo facilius descen-
dat subeatque minima illa vasa, per quæ ad iecur ipsum permeare tene-
tur. Sed rationi etiam consonum mihi videtur, alium adhuc tertium
vsu præstantissimum, & magis vsui cibariorum necessarium, his ad-
dere: est quidem, vt attenuatione alimentorum veri succi eliciantur,
& prematur nutritura humiditas, exucceturque ex toto ab eisdem
alimentis: Id quod faciunt artifices in extrahendo oleo ab oliuis, dum C
eis aquam calidam admiscunt. Premitur enim sic dentibus alimentū,
delabiturque ad ventriculum, ac perfunditur multa aqua, vt in oleo
extrahendofit, atque ita integer alimenti succus exhauritur. extracta
enim subtiliori substantia, quicquid terreum est per intestina descen-
dit, vtile verò ad vasa defertur. Quartum adhuc addere vsu oportet,
videlicet vt alimenta in ventriculo elixentur, minimèque assationem
subeant, quod fieri est necessum, si ventriculus potu careat.

Hi enim sunt in vniuersum vsus potionis pro alimento, & pro siti
naturali. Superest nunc docere, qualis potus cuiq; sit profuturus, quā-
tus & quo tempore: sic potus pro siti naturali, quæ ex humidæ substā-
tiæ defectu prodit, maximi sit & citissimi nutrimenti oportet, & nul-
lò non tempore exhibitus. Sunt etenim huius census stillaticij liquo-
res,

Quis potus
cuique vsui
correspon-
deat.

Ares, & succi ex carnibus, & piscibus, & alijs innumeris cibarijs confe-
cti: vinū item, & aqua mulsa, & denique omnia quæ potantur & aqua
ipsa (dum aromatibus & calidis non miscetur) cibis adhuc admixta:
cæterum in maiori quantitate, quàm consuetudo exoptet. Ita quæ in
his qui ex marcore naturali siti cruciantur, aut plurimam aquam ali-
mentis miscere, aut alentibus potibus uti est necessum. Nam hac lege
facultatibus non summè languentibus, faciliè humiditas illa reficitur,
& fitis compefcitur. Verum si facultas languida sit, frequentius, par-
cius tamen potum porrigere oportet.

Potus verò qui distributioni pinguosæ nutrituræque substantiæ de-
seruit, quiuis citra delectum eligi potest, dummodo ad mixtam obti-
neat tenuem facilièque per meantem facultatem. Sic cinnamomum vi-
nū, mel, & aromata omnia potui miscere, huiusmodi vsu mirè præ-
stat, qua ratione hos potus exoptant corpora, quæ angustos habent ie-
coris, & venosi generis meatus: nam faciliè quæ in venis continen-
tur alimenta, diluciora sunt, citra multā aquositate, & meatus etiā
referantur. In his tamen corporibus largum potum vitare oportet, vt-
pote quæ parum per vniuersum ambitum dissipantur, aut discutuntur
quæ supersunt humiditates. Quapropter pertimescendum est, ne
fluctuatio humorum in membris nutrimentalibus contingat, quæ vi-
tiam efficiat coctionem. Tempus verò idoneum nullum aliud est,
quàm dum cibus ingeritur: nam tenuior fluxibiliorque à prima, secū-
daue coctione superest, etiam si ventriculo ieiuno sæpe sit ex vsu hu-
iusmodi potum porrigere: nisi in his qui retentricem ventriculi fa-
cultatem languidam obtinent: Periculum nanque esset eo tempore,
ne alimenta ante integram confectionem delaberentur à ventriculo
C ipso, quod esset profectò maius malū: cauere enim hæc omnia oportet.

Verum potus, qui gratia prohibendæ vstionis alimēti, in calidis &
biliosis corporibus adhibetur, aut dum alimenta plurimum sunt tenu-
ia, ita vt faciliè à calore dissipentur, ex aqua sit oportet, aut ex dilutissi-
mo vino, aut hordei decocto. tandem ijs potus omnes profunt, qui ali-
mento commixti, nō solum suo liquore citissimam dissipationem im-
pediant, verum etiam qualitate resistent calore superanti. Cæterum in
sanis corporibus sat est, potum frigidæ exhibere, præsertim si aqua cha-
libeata fuerit, aut auro sæpe extincto præparata: in corporibus verò
quæ nimio calore contabescunt, secus res se habet: nanque non sat est
potum ad vsu dictum porrigere, sed & frigidum, & medicatum,
quo velocis dissipationis causa compefcatur, refrigereturque: quem
potum cibo permiscere oportet, ac largius porrigere, dum corpus iu-
sto

iusto calidi^o fuerit: nā solum prēbere, periculōsum est in his corporib^o. A

At dum pro alimentis, quæ adhuc in ventre morantur, potus exhibitur, cuiusvis sit naturæ sufficit: nam liquidam fluidāq; substantian-
fat est esse. Cæterum consuetudinem in hac re maximè feruare oportet, siue aquam siue vinum ea exposcat: nam quatenus consueta sunt, naturam tuentur, quatenus verò liquida, per mixtionem efficiunt. At hæc tempore & quantitate (iuxta variam hominum ex consuetudine naturam) variari est necessum. Nam à quibusdam sumitur huiusmodi commixti^o potus iā ingesto cibo, quod equidem minimè laudare possum sicut neq; parcè aut bis bibere: in splendida mensa, iuxta cōsuetudinem obseruatam in parca ac moderata mensa: in splēdido etenim conuiuio, respondere potus tenetur ciborum ingestorum quantitati. Melius nanque miscentur & eliquantur, vbi sapius bibatur, quàm vbi semel, aut rarò: quia huiusmodi bibendi modus, præter id quod exactè comminuit & miscet alimenta, os, palatum & linguā abluit à præcedentis alimenti qualitate, vt sequens melius degustetur. Itaque qui copiosum sumit alimentum, copioso etiam eget potu. verum quia frequentius vsu venit, potius frigidum vinum aut aquam ingerere (præsertim in magnatum mensis) quàm calidum aut moderatum, hac ratione, potum impertiri opus est, & sapius pro ratione quantitatis ciborum ipsum repetere: quantitate tamen iusta non variata. Frigida enim potio si confestim subitoque ingeratur, præterquam quod coctionem tardat, cibos recrudescere facit, fluctuareque etiam cogit, quæ partiri potus frigidus propter sæpe laudauit: Sed probo amplius ea moderatione cibos sumere, quæ moderatam etiam potus quātitatem exoptet: cæterum vtrunq; moderari decet, penes cōsuetudinem, & ventriculi robur ac firmitudinem in conficiendis cibis. C

Potus tamen qui ad deferendum alimentū ingeritur, nullam quatenus ad hunc vsu pertinet, differentiam obtinet. Vnum tamen habet proprium, vt his rebus teneatur cōstare, quibus facile arctas corporis vias permeare queat. Quapropter, cinnamomū, sceniculū, citri corticē & alia aromata aqua incoquere aut macerare, in hūc vsu oportet, aut stillatitiam conficere, aut lapidibus percolare, vt crassis partibus separatis, nullo negotio permeet, deuehatque secum alimenta, ne plus iusto in ventriculo immoretur: quo tamen potus genere omnes nō egēt, sed ij tantum, à quorum ventribus non facile descendit cibus: alij etiā eo non egent, aut quoniā abundè liquatus est in eorū ventre cib^o, & ea ratione liquore nullo opus habēt: aut quoniā cibus natura sua liquidus erat, nisi huiusmodi cibus valde calidus & acris, ac medicamento-

A mentosus natura fuerit. Alij adhuc huiusmodi potum renuunt, quia illis infunt satis ampli meatus, aut facultatis expultricis robur, aut iecoris vehemens tractio: quibus verò contrariæ infunt causæ, potu delatiuo citra dubitationem erit opus. Qua quidem in re expendere etiam oportet, qua hora, quoue tempore eo vti deceat. Nanq; tantum suam præstat gratiam huiusmodi potus, post integram atq; perfectam in ventriculo coctionem, quia si antea adhibueris, crudos cibos à ventriculo extrahes. Cognosciturque debitum ac iustum tempus ad id esse, vbi ructus nullam ciborum qualitatem referat: aut sexta septimæ hora à cibo fuerit transacta, Quo tempore si grauitatem quispiam senserit, aut fiti molestetur, opportunè bibet, quod fiet citra alicuius cibi sump- tionem, non quidem vt perperam medicorum vulgus consulit, & indocta plebecula vtitur, nisi forte ventriculus agrè sustinuerit frigidæ
B potiois cōtactum. nam eo tempore rationabile est, aliquo vti alimento, ne confestim ac subito frigida potio ventriculum irruat, nam aliter deferret secum citra dubitationem alimentum illud, antequam conficiatur. Quod si ipsum non deferat, quia fortè ventriculus denuò amplectitur nouum cibum & potum, neq; coctum adhuc alimentum (quod intendimus) deferet, quod esset maius inconueniens.

Verum quia potus etiam elixationis alimenti gratia sumitur, dū ea lege ventriculus & eo robore constitutus fuerit, vt solum ad huiusmodi elixationem potum exoptet, tantummodo consuetum potum porrigere decet, & ea quantitate, quæ alimentorum quantitati è directo respondeat: nec plurimam esse oportet, ne alimentum in ventre fluctuent, amplectiq; minimè queat: neque minimam, ne loco elixationis assatio vsu ve succedat.

C Dum gratia extrahendi succos ab alimentis, potus exhibitur, maiorem præstat vsu in ijs, qui ex natura debilem obtinent facultatem ventris, ita vt nequeat satis alimentum exprimere, exuccareq;: qui quidem homines fluctuationem à cibo præsentiant, & perpetuo de ventre ob hanc causam conqueruntur. Qui etenim potus vt suam gratiam facilius præstet, calidus actu citra dubitationem porrigendus est, vt facilius sese suo calore in alimenti substantiam insinuet, ac secum extrahat alimenti succum: alioquin necessum est his superuenire alimentorum crudorum semicoctorumue egestionem. Tempus verò idoneum est secunda mensa, nam hi prandium claudere tenentur potu aquæ moderatæ frigidæ, ne tepido calidoue hausto ventriculi robur deijciatur. Qua quidem lege plures ex ijs qui flatus ventris & cruditates patiuntur citra alterius auxiliij adminiculum curatos vidi.

Nota hec

Hoc tamen monere hac in parte decet, nimirum potus omnes qui A pro siti naturali exhibentur, & alimentorum ratione, minimè debere esse medicatos: sinceriores enim exoptat naturalis sitis, & alimentorum commercium, nisi aliqua suboriatur peculiaris ratio, quæ aliquid commiscere præcipiat. Nam quò puriores sincerioresq; huiusmodi potus fuerint, eò gustui sunt gratiores & ventriculo vtiliores.

De calido & frigido potu

CÆTERVM antequam hinc discedam, ex animo est, de frigido & calido potu in genere differere: siquidem omnibus potuum differentijs vtile est & necessarium. Non enim fat est, qualem potum cuique pro sitis aut ciborum ratione oporteat præbere, nosse, quantum & quo tempore, sed qua etiam qualitate actu ali præditum. Cui vsui oportet scire, solum hominem inter cuncta animalia calidos sequi potus, idq; valetudinis potiùs quàm libidinis gratia: simili etiam modo & valetudinis & libidinis iussu frigidum exoptat potum. Verùm cū B omnibus perspicuum sit plurima à necessarijs orta, ad nimium protinus deuenire, æquum esse duxi, methodo & ratione docere vsum & indicationem calidorum frigidorumve potuum: ne quis licetiosius eis vtatur, aut rustico timore perterritus, irrationabiliter ab his quæ vsui proficua esse possunt, arceatur. Calidos tamè potus in tertiam partem huius capitis differo: siquidem tantùm exoptantur ab his ventriculis, qui vitio aliquo afficiuntur. Superest igitur frigida potio, circa quam corporibus sanis administrandam, tanta est tanque grauis controuersia, vt tot passim inuenias sententias, quot ventris varietates, quibus nunc prodest, nunc obest, nunc medio modo afficit. Ita quisq; prout ventriculum habet à frigido potu alteratum, eo sententiam profert: & quod deterius est, tanquam vniuersalem & omnibus communem ac proficua venditat. Adducit quidem alter Galenum, rursus aliquã C do contrarium sentit: alter Auicenam, aut alium quemuis authorem quo suam fulciatur sententiam. Nam hæc est artis cuiusuis conditio, vt semel ignoratis illius fundamentis & rationibus, passim contraria de eadem re apud authores reperiatur sententia. Verùm si quis altius rem hanc diligentiusq; inquirat, reperiet facilè, aut nullam esse inter Authorum verba controuersia, aut nullo negotio dirimet. Cæterum vt rem hanc à primis principijs expendamus, addubitare oportet an frigida vltra medium sanis corporibus proficua sit: secundò quo ingenio tutius frigidam parare oporteat: vltimò verò quibus legibus conditionibusve frigidam bibere deceat, vt prodesse & nobis suam gratiam & beneficium impertiri possit. Verùm licet non sit ita facile, primam controuersiam dirimere, paucis tamen verbis quæ sentio dicam. Rei enim

A enim difficultas stat in calidorum frigidorumve potuum incommodis, quæ millies depingunt. Hippocrates & Galenus: nam calidus potus hæc mala parit, fastidia, cibiq; auiditatem minuit, viscera cōtristat deijcitq; corū vires, neruos effæminat, mentis torporem efficit, animi deliquia, sanguinis profusiones, quæ omnia detepida subaudire decet. Nam calidioribus potibus nullus assuescit, nisi morbofo aliquo affectu percitus: qui etiam sua præstant vitia, nã vt ex Galeno facilè colligi potest, obdurant, contrahunt, siccantq; ventrem, & quas tangunt partes, vt carnes semielixatæ commonstrant, quæ ante integrã coctionem duriores persistunt. Frigidus verò potus spirandi difficultatem, tusses, sanguinis fluxiones pulmonis valis disruptis cōstrictisq; ob frigiditatem inducit: inualidat etiã cerebrū, ac fluxiones inde cōcitatur, ventriculum imbecillitat, intestina, vesicam, & neruos reddit languidos, B dentibus stuporem inducit, tandem alia multa, quæ Hippocrates præ sagit his qui frigida vtuntur. Tãta itaq; est huius rei difficultas, vt nõ immeritò quis magna adhuc consideratione, & maturo consilio per timefcatur, in re tam dubia quid sentiat proferre. Quapropter vt mea fert sententia, distinctione oportet dirimere, metiriq; vtrum horū sit commodius. Itaq; iuxta respirationis temperiem & conditionem, hunc aut illum potum eligere oportet. Nam quæ calidum spirant corpora, iure optimo sibi frigidum potum exoptant: quæ verò frigidum, ad mensuram frigiditatis calidum desiderant. Quam equidem vtrunq; horum obtineat rarionem, nullus certè ignorat, siquidem in subsidium sitis naturalis potus expetitur. Qualis enim insurgit bibendi appetitus, talis eligendus est potus, ac talis insurgit, qualis calor est, qui intus alimentum subagit, commiscetq;: rursus talis calor est, qua C lis monstrat respirationis conditio: & sic calida frigidum, si frigida calidum potum exoptant. Quò fit vt neq; omnes renuere, nec temere accipere possint. Verùm vt rem diligentius expendamus, nosse decet, frigidum potum in sanis corporibus necessarium vtilioremq; esse omnibus alijs, rationi esse consonum: quod suo more his verbis docuerat. Auicena. Aqua præterea temperatæ quãtitatis frigida sanis melior est aquis omnibus, licet neruos impediatur, & apostema in interioribus habentes lædat, & est ex eis quæ appetitum excitant, & stomachum fortem efficit: cui etiam ratio ad stipulatur. Si verò potus sitis gratia, adhibetur, & hæc ab appetitu frigida prodit, (aut ipsa est ipse appetitus) rationabile quidem est frigidus debere esse potus: siquidem omnis sitis naturalis causa, à calore, quo animantia viuunt, suboritur: ergo sitis subsidium iure optimo tenetur esse frigidum. Quò fit, vt fri-

L. 3. de Sani tuen.

L. 5. aphor.

L. i. fen. 2. doc. 2. cap. 16.

gida potio ob oris ventris corrugationem, appetitum ad cibum exci-
 tet, robustioremq; efficiat naturalem calorem, actionesq; omnes robo-
 ret, & ciborum assationem impediatur, deniq; principalia omnia mem-
 bra temperet, sitim citius extinguat, & minore potus quātitate, ac per-
 longius interuallum. Vltimò quidem frigidis potibus membra no-
 stri corporis diutiùs persistunt in naturali dispositione, & prohibetur
 præternaturalis effluxus: tandem spiritus minori dispendio in corpus
 distribuuntur. Quò etiam fit, vt robustiores queant efficere actiones,
 quia corpus ea temperie frigido potu tuemur, qualem tempore veris
 ipsum obtinet (etiā si sub Sole ferbido degat) citra lāguorē & faculta-
 tū iacturā. Præterquā quòd ad sitim commodiùs arcendā, frigidissi-
 mo aquosissimoq; vti vino consuluit Hippocrates hæc verba referēs:
 Quoscūq; vero sitis corripuerit, his & cibi & labores detrahendi sunt,
 & vinū bibant aquosum & quā frigidissimū. Prætermitto quidem
 in hac re consultò, quā plurima Gal. & Hippocratis cōsilia, quibus
 præcipiunt potus refrigerare. Prætereo etiam Romanorum & Anti-
 quorū omnium exempla, quibus probari facile potest, quantā curā im-
 penderit apud eosdem frigidorum potuum necessitas. Satyrici nanq;
 non semel testati sunt, apud Romanos gelidæ calidæq; ministros fuisse
 in mensis: refertq; Athenæus varios refrigerādi potum modos &
 vsus: præterquam quòd apertis verbis frigidum potum in sanis non re-
 nuat Gal. ac non solū potus, sed & fructus, & cibaria pleraq; itaq;
 non obstātibus, quæ primo loco proposuimus, malis oriri ex frigidis,
 ac Galenus & Hippocrates proferre videntur (quæ nulla ratione potū
 frigidum interdicit, vt nonnulli falsò censent, sed solū aut ex niue
 & gelu stillatitiam aquam, aut eisdem commistam, vt apertè inuit his
 verbis Hippocrates. At verò aquæ ex niue, & glacie fientes, omnes ma-
 læ sunt: quo etiam loco pulchram eiusdem rei rationem reddit. Quod
 testatur etiam Auicena, aut largum aquæ potum supra modum frigi-
 dæ, qualis nix & glacies: nam hac lege intelligere licet authorum sen-
 tentias, quibus videtur interdici frigidus potus) nulla causa quæ con-
 trarium experat superueniente, frigidus potus sanis hominibus porri-
 gere oportet. Non equidem fat est nosse, cōmodiùs esse vti frigido po-
 tu in sanis potiùs quā calido aut temperato, siquidem non minor est
 de modo refrigerationis controuersia. Varij nanque reperiuntur refri-
 gerationis modi, ex quibus multi vnum, alij verò alium, & tandem
 quisq; pro voto suū vt sibi placet, aut prodest, eligit: itaq; vnus refri-
 gerationem ex aqua puteali eligit magis, alter in profundum puteum
 aquā immergit, multi in subterraneis locis & specubus eam recondūt,
 item

L. de salub. digta.

L. i. de cib. bo. &
ma. su. prope fin.L. de L. ocis acre
& aquis.Secunda du-
bitatio.

A item alij pernoctare in altis domus locis aquam sinunt, postea ante so-
 lis ortum asservant. Nec desunt, qui agitata phiala aqua plena ipsam
 refrigerent: sicuti & alij sunt qui per noctem aquam frigidam super
 amphoram spargunt, postea pannis coopertam recondunt. Etia apud
 plerosq; inualuit plurimū, potus refrigerare nitro. Cæterum hi om-
 nes refrigerandi modi & faciles sunt, & non plurimū graues, aut pe-
 riculosi (licet profundis puteis refrigerare haud tutum sit, ob crassam
 illam & nebulosam humiditatem, quam aquæ ex puteis susceperant)
 præterquā quòd minus sunt suaues: Quapropter humana curiositas
 (vt nihil palato desit) alium refrigerandi potus adinuenit modum:
 quem acceptum esse ex Nerone Romanorum Principe suspicor: qui
 decoctas aquas vitreis vasis docuit primus sub niue recondi, vt ex Plinio
 constant: quod existimo factum fuisse Andromachi consilio, licet
 Galenus etiā id Sæueris Imperatoribus consuluerit. Ac etiam Alexan-
 der, vbi Petre ciuitatis Indiæ obsidionē parasset, triginta magnas fos-
 sas excauit, quas cū niue repleuisset, vt Athenæus refert, ramos quernos
 super iniecit, vt diu durare posset, ad potus delicias militibus cōparan-
 das. Deniq; refrigerādi per niuem modus, ita vt ea vasculis circūpone-
 retur, (nā niuem in potū inijcere, vt perniciosum & detestabile, reijciē-
 dū puto) valde frequens Romæ fuit: ac per eā vina cætesq; potus, itē
 fructus refrigerabant, præsertim quidem decoctā aquā, quam inde de-
 coctā appellabāt. Quòd probauerat etiam his verbis Auicena. Quòd
 si aqua glacialis ex aquis malis fuerit, aut fuerit nix virtutem contra-
 hens malam, & extraneam à locis in quibus cadit, erit melius vt cū eā
 infrigidetur aqua, exterius prohibendo ipsam à permixtione eius. Cæ-
 terum hoc nostro seculo, tantum vsus refrigerationis potuum per ni-
 uem creuit, vt licet delicijs simul & saluti commodior tutiorq; sua na-
 tura sit, abusus quidem & nimius hominum luxus, præstantissimum
 hoc vitæ præsidium indies perdidit, pertimescendumq; effecit, ob in-
 dexteram inordinatamq; vtendi rationem. Quò fit, vt multi alieno
 malo perterriti, fugiant quæ alioqui essent proficua: sicuti alij plus iu-
 sto audaces, nō solū aquā ex niue refrigeratā, verū & niuem ipsam, aut
 glaciem, nō citra supplicium superbibunt. Quò fit, vt ex medicis qui-
 dam ex toto niuis vsum auferant, ob ea quæ incautis subcreseunt peri-
 cula: ac credentes quibusdam Hippocratis & Galeni locis, perperam
 intellectis, quib' videntur frigidorum, vt niuis & glaciei, vsum renue-
 re. Quæ quidem sententiæ de potu niuosæ aquæ, aut quæ ex gelu instil-
 latur, (nā hæ perniciosæ sunt, & dānandæ) subintelligendæ sunt. Niue
 enim refrigerare vasculis circūposita, ipse docuit Gal. locis nuper cita-

L. i. 31. cap. 3.

L. i. fen. 2. tract.
2. cap. 16.L. i. de cib. bo. &
ma. su. prope fin.

tis. Ex hoc quidem refrigerationis modo nihil mali aqua acquirit, sed tantum impense frigida, gustuique suavior redditur, & tandem refrigerari potest, quantum quisque exoptat: Itaque nullus est refrigerationis modus, sua natura salubrior, & omnibus commodior, si quidem unusquisque metiri potest quantum velit in potibus refrigerationem, quod in alijs modis minimè reperitur.

Tertia dubiatio.

Verum ne videar refragari ijs malis, quæ quotidiana experientia demonstrat, si quidem per plures vidimus, solo aquæ niue refrigeratæ potu, immatura morte correptos: alios item quibus ventriculum perdidit, thoracem compressit, fauces exasperavit, articulos etiam & totum corpus ultra modum refrigeravit, tormina commouit, & alia penè innumera mala, quæ passim apud incautos visuntur, expendisse hac in parte oportet, potum refrigeratum per se id minimè efficere, sed improbam bibendi rationem, & indexterum usum: quibus sæpe etiã eadem mala alimentis familiarissimis, & temperatis potibus, superueniunt: ut de intempestiuo potu ab exercitio Hippocrates refert: inquit enim, In Abderis palestra custos, qui Stheneus dicebatur, multum luctatus aduersus fortiolem, & in caput lapsus, digressus multam bibit frigidam aquam, tandem post varia accidentia tertia die mortuus est. Quapropter ut quisque huiusmodi potu liberè & citra aliquod periculum, quinimo maximo sui commodo, uti valeat, leges ac methodum, & indicationem prius expendat oportet, quibus tutò id fieri possit.

Prima quidem est anni temporis conditio: nam huiusmodi potus iure optimo expostulant calida æstuantiaque tempora, quale est à medio vere, aut vltima eius parte, ad primam aut mediam autumnii: præsertim dum in calida, aut æstuantem temperie perseverauerint. & quò magis aduentauerit autumnus, aut calidam temperiem mutauerit, eò plus remittere oportet potus frigiditatem: quinimo eo tempore ob iniurias ab inæquali temporis varietate illatas, temperatis oportet uti potibus, ut utriusque excessus suo temperamento compescant: alioquin facile est, fructuum qui eo tempore maturescunt, abundantia, & frigido potu, in grauisimos morbos incidere, quales autumnus alere solet. Quapropter tantum remittere frigiditatis oportet, quantum tempus ad frigiditatem accesserit. Quòd etiam de regionibus subaudire licet: nam in calidis & æstuantibus locis, liberalius audaciusque licebit hos potus porrigere. Secunda etenim ratio, seu lex, desumitur à corporis natura & conditione, cui potus huiusmodi porriguntur. Potum enim frigidum tantum concedit Galenus corporibus exercitatis, nam tradens hoc præceptum, inquit. Sed hæc illis præcepta tradantur, qui in eo vi-

L. de cib. bo. & ma. in.

ta genere versantur, quæ assiduis laboribus impeditur, ut qui regendis populis, & administrandæ reipublice præsumunt, horumque potissimum satellites, & ministri. Itidem quoque se habent, tum quos bellicus labor exercet, tum quos viarum & itineris longitudo fatigat: Qui verò huiusmodi negotijs vacui, soluti que sunt, quàm rarissimè frigidum egent potum si exercitatione uti solent. Qui minimè exercetur, summa ætate, cum vehementi calore urgentur, fontis aquam bibant, niuisque usum vitent. Hæc enim quantumvis protinus nullam iuuenum corporibus sensibilem læsionem inferat, sensim tamen, occultèque crescente vitio, cum iam ætas progressu temporis inclinarit, articulos, nervosque & viscera ijs morbis vexat, qui difficulter admodum, vel omnino tolli non possunt, neque id quidem temere: namque ea pars corporis quæ natura imbecillissima est, à lædente quolibet patitur. Quibus verbis aperte constat, qualia teneantur esse corpora, quæ frigidi potus occursum sustinere queant: nam pueros & senes ab huiusmodi potu, hinc constat arcendos: si quidem quæ ratione utraq; ætas nequit optimè sanguinis missionem sustinere, ob imbecillas nempe vires, eadem neque frigida potum. Itaque qui pueritiam præterierunt, & nondum sexagesimum annum attingunt, liberè frui possunt niuis beneficio: audaciusque adhuc qui inter hos calidiori sunt temperamento, aut plurimo exercitio dediti, robustique natiua forte. Imbecilles verò, aut qui vitam agunt sedentariam, omnino ab hoc potu abstineant oportet.

Tertia quidem lex ex ventriculi & viscerum conditione petitur. Plures namque facile reperies, mediam adhuc ætatem agentes, & bono corporis habitu, quatenus sensus iudicare valet, præditos, quorum viscera, & ventriculus, aut ob naturalè à principijs constitutionem, aut ob aliquod vitæ erratum, aut affectum aliquem tam sunt imbecilla & languida, & mille alijs affectionibus deprauata, ut nulla ratione frigida potum sustinere queant: quinimo protinus ab eo lædantur: quæ ratione respondere interiora exterioribus tenentur, ut frigidi potus locum obtineant: ac rursus e contrario plura alia reperies corpora, quæ etsi senectute sint confecta, & exteriori corporis apparatu, niuis contractum reuuant: cum hoc tamen eò habent viscera robustiora, & ventris calorem validum, ut citra aliquod damnum frigidissimos potus facile sustineant: quinimo sæpe iure optimo eos expostulent, iuuenturque, ac sentiant eis ab æstu leuamen, ac delectationem maximam. Quartò verò, ut citra damnum frigidum potum corpora sustineant, expendisse oportet, refrigerationis mensuram: si quidem nullis corporibus est proficiuus, dum niuis frigiditatem æmulatur: quapropter paulo remissius potum refrigerare oportet.

tet, aut ante potum à niue separare: non enim omnino gustui est indulgendum. Cæterum quisq; prout senserit à frigido potu alterari, afficive, aut iuuari, poterit maiorem minoremve refrigerationem in potu exquirere. Rimari enim oportet, conferat ne coctioni, aut bene feratur à ventriculo, vt iuxta eius affectum ac tolerantiam intensius remissiusve refrigerare liceat. Damnauerat namq; Hippocrates impensam in potibus frigiditatem his verbis. At verò & spiritus & cibus & potus humiditatem, in corpore cōgelant, si excellenter frigida fuerint, & per congelationem ac frigiditatem aluos sistunt: q; alijs verbis etiā dixerat. Nimirū frigiditas ea quæ in ventre sunt indurat, licet nō sit intelligendū, vt multi falsò censent, videlicet cōgelatis partibus internis, nā id viuenti animali fieri nequit, sed diminuto calore & cessantibus coctione & expulsionem alimentorum, fit facile vt reclusa intus, veluti cōgelata cruda ve supersint. Quintò etiam bibendi modum, ne frigidissimus potus noceat perdiscere oportet: namq; facilius est maiorem frigiditatem sustinere, vbi lentè & paulatim ingeratur potus, quā minorem, vbi cōfertim & subito. Itaq; is qui palato plurimum indulgere cupit, lentè bibat, vt quantum superat ventriculi vires potionis frigiditas, tantum os, & cæphagus, lento illo motu, suo calore cōpescant & attemperent, ita vt gustus instrumenta frigidi potus gratiam susceperint, ventriculus verò excessum non persentiat. Sextò quidem, considerare frigidi potus quantitatem nimum conducit: præter id quod largus potus in sanis, sua natura nullum præstat vsum, sed fluctuationem efficit, coctionem vitiat, acidum eructare cogit, & ventris robur deijcit. Paruam verò quantitatem frigidissimæ adhuc aquæ, facile susceperat, sustinetq; venter, & tanquam multis vsibus proficuum auidè complectitur. Septimò item, frigida potum facilius sustinet ventriculus ab assumpto cibo, quā cum ex toto alimentis caret. Namq; nerbea illa & membranosa substantia, facile à frigida aquæ contactu alteratur, corrumpiturq;: Quapropter qui frigidā bibere cupiūt, id sine cibo pertimescāt, facilius enim tolerat frigiditatis inclemetiam venter, dū à cibo aliquo obducitur, protegaturq;, quā dū nudus eā susceperat. Atq; hæc quidem sunt, quibus pericula illa, quæ quotidie visuntur, facile vitari possunt. quæ qui nō expenderit nihil mirū est, si maiora susceperit.

De potu pro
fisi non natu
rali.

L. 6. popu. par.
1. cot. 27.

Sitis quidem non naturalis, quæ citra cibi sumptionem aduenit, duplici consideratione venit in examen: vna dum per se affectum cōstituit, & nulli alteri affectui coniungitur: altera verò, dum morbis, passionibusq; quàm plurimis succrescit: cuius meminero tertia huius capitis parte. Alterius verò quæ sola citra affectus complexum ho-

mines

A mines apprehendit, hac in parte. Hæc itaq; fit aut caloris copia, aut propriæ humiditatis inopia, aut eiusdem humiditatis iuxta os ventriculi efferuescentia. Quæ omnia iterū prodeunt, sitimq; inferunt, aut à causa principioq;, vt fertur, extrinseco aut intrinseco, licet manifesto, aut lege confortij ob aliquod membrum ventriculo vicinum, cuius etiam sit humidum & frigidum appetere, qualis pulmo est: nam huiusmodi appetitum in ventriculo, sitim appellamus. Ea tamen constituta differentia inter famem & sitim, quod fames propria est ventriculi passio, sitis verò oriri etiam potest ex affectionibus ipsius pulmonis, Fames item fieri nequit, sine euacuatione facta in ventriculo, in quo opere nihil potest efficere pulmo. Sitis verò non naturalis, non solum ipsius orificij ventriculi passio est, sed etiam gulæ, & omnium partium, quæ sunt in ore, quas pulmo alterare potest, dum à se emittit fuliginosa excrementa à corde suscepta, quæ etiam sitim efficiunt. Quapropter non est vnica sedandi sitim ratio & via, sed varia, pro ratione causæ & operandi diuersitate. Externæ verò causæ, vt aëris caliditas, & æstus, aut ignis, & fumi, aut pulueris approximatō, exercitium, iracundiaq; labor, & omnia quæ calorem, siccitatem, & æstum in corpore excitare valent. Item vsus ciborum sale aut fumo exiccatorum, pipere etiam, ac varijs aromatibus & speciebus conditorum, sicuti acerbecque alicuius rei vsus, aut vini meratoris, aut calidioris medicamenti: hæc etenim omnes causæ citra dubitationem, aut calorem feruoremq; aut consumptionem molientes in oris ventriculi humido, aut partibus ventriculo proximis, sitim maximā, & sæpe intolerabilem excitant. At internā causam, quæ manifesta est, non unquā biliosi humores cōplent, sæpe falsi ac adusti cōfluentes ad ventris os. Itaq; fit huiusmodi sitis, vt ex Archiginis mente apertè Gal. docet, incalescētibus non unquā particulis, per quas ab ore ad ventriculū humor delabitur, quò fit vt primū cōmunissimūq; huius sitis præsidium, sit fontis: vt eo loco Gal. refert, corporis quidē penitioribus, atq; iā dictis locis madefactis, vtpote per somnū sanguine ad interiora delapso: vel quia idem somnus humores concoquit, humectatve (dū modicus est) viscera omnia.

L. 6. popu. par.
4. cot. 27.

Verum non sat est nosse, somnum his plurimum prodesse, sed potius pro causæ differentia, & ratione docere: cuius gratia expendere oportet, potus differentiam monstrari à causæ varietate, & agendi ratione. Itaq; ij, quibus sitis pulmonis aut thoracis vitio laboratur, respiratu & frequenti aëris frigidi attractione leuantur, potius quàm potu. Quapropter his nullum excogitare potum oportet, sed aërem omni ingenio refrigerare, vt frigido potiatur, & liberè respiret. Quibus etiā prodest sola oris ablutio ex frigida aqua. Qui verò alijs de causis sitiūt, varios

bibendi modos, ac potus exoptant, (semota prius quæ sitim excita-
 uerat causa) nam quibus sitis oritur defectu humidi oris ventriculi,
 lentè paulatimq3, ac sæpius bibant oportet, vtentes sibi consueto po-
 tu, aut dilutissimo vino, vt humectiore hac lege facto ventriculi ore,
 sitire facilius desinat: madefacit enim liberalius potus lentè sæpiusq3
 sumptus, quàm in maiori copia, si confertim & subito ingeratur. At si
 huiusmodi humiditates, ob aliquam ex dictis causis efferbuerint, fri-
 gidam, niue adhuc ampliùs refrigeratam, protinus dare oportet.
 Quæ licet subito confertimq3 sit exhibenda, copiosa tamen non sit o-
 portet, ne simul cum efferuescentia non naturali, familiare etiam, &
 naturale calidum extinguatur, pereatq3: nam id sæpe contingit, (aut
 alia ob eandem rationem mala) ijs qui incautè iter agentibus aut alio
 modo defessis, æstuantibusq3 hoc vtuntur potu. Quod euenisset mi-
 nimè, si quantitatem imminuerent, & modum bibendi noscere curaf B
 sent. Quod si aliquis ventriculum forte obtinuerit imbecillum, vinũ
 dilutissimum. præsumat oportet. Verùm si quis ob caloris copiam si-
 ti crucietur, frigidum & confertim sumat potum decet: nam hac via
 facilius extingitur phlogosis, vnde sitis prodijt, vt apertè consuluit
 Hippocrates his verbis: Quoscunq3 verò sitis corripuerit, his & cibi
 & labores detrahendi sunt, & vinum bibant aquosum & quàm frigi-
 dissimum. Cæterùm si bibendi necessitas solo ventriculo aut oris par-
 tibus supra modum aridis & calefactis suboritur, bibere eo tempore
 oportet frigidam aquam, aut ceruisiam citra alicuius rei calidæ & a-
 romaticæ mixtionem: nam his partibus sitientibus, potus plurimum
 immorari oportet, vt sitis facilius mitescat, quam equidem moram
 impediunt aromata, & alia pleraq3 quæ potibus misceri solent. At
 dum sitis totius corporis calore suboritur, consentaneum rationi vi- C
 detur eos potus exhibere, qui præter id quod frigidi sint, celeriter etiã
 totum corpus permeent, refrigerentq3: qualis cinnamomi aqua, aut di-
 lutũ illud ex aromatibus cõditũ hydromel, quod vulgariter apud no-
 stros Hispanos in publicis officinis veditur, in gratiã huiusmodi vsus:
 quemadmodũ etiã alij potus parãtur aromatibus, & ijs quæ tenuẽ vir-
 tutẽ obtinẽt: Hi etenim potus vt citò permeãt mixtione aromatũ, ita
 citra aliquod dãnũ ocissimè refrigerãt. In ijs etiã corporibus quæ siti
 vexãtur, ob falsuginosi humoris inũdationẽ, præsertim dũ prope os ve-
 triculi, & partiũ oris immorãtur, tẽperatũ oportet porrigere ex aqua
 potũ: quẽ lètè paulatimq3, ac peruices ingerere decet, vt facilius adinuicẽ
 misceãtur pituita salsa vetriculo inherens, & potus qui delabit: nã hoc
 modo facilius sitis extingit, quàm si subito, cõfertimq3 potus deferat, nã
 promptius

Li. De salub. die

17. 4907. 33. 11

Aloxa

A promptius è ventriculo profluit. Verùm si ob biliosos, acres, morda-
 ces ac serofos humores, quis sitim patiat, calidos potus sumat oportet,
 frequentiùs tamen ac lentè, vt promptius misceantur, ac ocissimè
 attemperetur teterrima illa qualitas, cuius ratione sitis oritur: quod
 mirum in modum efficit calidus potus, tam in his quàm in omnibus
 alijs, qui medicamentum aliquod acre sumpserunt: quibus maiorem
 potus quantitatem porrigere oportet, vt non solùm medicamenti vis
 retundatur, sed etiam totum ipsum abluat, deferatque suo impe-
 tu secum.

VT variæ quidem sunt hominum mores, variæq3 nationes, ita &
 varijs quisq3 pro regionis sorte, aut vitæ instituto assuescit potibus:
 Sic Flandri, Galli, & Angli omnes ceruisia: Cantabri sidra, Hispani
 hydromelite, Indorum fere omnes nationes vino ex Palmulis, & Má
 iz confecto, Omnes tamen aqua, & vino ex vuis vtuntur. Quapropter
 quid in vnoquoq3 seruandum sit, quidve considerandum, vt suum
 vsũ & gratiã corporib' impertiãtur, hac in parte expẽdissè oportet.

AQVÆ vsũ omnium animantium generi utilissimum esse,
 omnibus compertum est. Præsertim verò hominum generi pernecef-
 sarium nemo negauerit. Quare seuera antiquitas his quos acerbissi-
 mè multatos volebat, interdicebat aqua & igne: neq3 immeritò Vi-
 uius Serenus exilio damnatus, infulas asperratus est, quæ essent aqua
 rum egentes, dicens dandos esse vitæ vsus, cui vita concederetur: At-
 què cum tanti sit hominibus momenti aqua, eius electionem & dotes
 rimari prius decet, ac vltimo quibus sit proficua. Licet plurima sint a-
 quarum genera (sunt enim pluuiæ, fontanæ, fluuiales, puteanæ, stagni-
 næ, aut ex niue, & gelu liquatæ) omnia tamen vnico electionis modo
 C sunt æstimanda, etiam si inter has aquas aliæ alijs sint præstantiores,
 vt pluuialis quæ apud plerosq3 probatur, præsertim si ex serena pluuiã
 & citra tempestatem sit collecta, licet contrarium sentiant Paulus &
 Auicenna. verùm quisq3 pro locorũ, & cæli natura aliã probat extollitq3:
 At ea cuiusvis sit generis probatissima est, quæ visu, gustu, olfatu pura
 sinceraq3 distinguitur. Quod elegãter Plinius significat dũ inquit, a-
 quã salubrẽ aëri quàm simillimã esse oportet, quippe sincerus aër nec
 visui, nec olfatu, nec gustu vllas qualitates offert. Visu quidẽ limpidi-
 sima, & valde pellucida, & in qua nulla externa substantia innatet: gu-
 stu quæ nullũ referat saporẽ: odorẽ etiã nullũ edat extraneũ oportet.
 Præter quas cõditiones, aliã ab experimẽto explorarũ Gal. & Prisci alij
 quæ videlicet à cibariorũ coctura desumit. Si enĩ carnes, fructus, pomã
 fruges olera q3, etq3 legumina difficulter coquãtur in aqua, indubitã
 improbæ

De commu-
ni omniũ &
cuiusq3 pro-
prio potu.

De Aqua.

improbe aquæ signum esse: Sanè optima maximèq; laudabilis ocisfi A
 mè ea coquit. Probatum etiam aqua, vbi ex coctura, aut diuturna in
 phialis mora, nihil residentiaè habet. Verùm superest adhuc alia pro-
 bandi ratio, quæ statera tantùm perficitur: quod equidem plus diligē-
 tiæ, quàm veritatis, si hoc solo signo metiamur, obtinere iudico: nā le-
 uitas illa quæ aquis probatissimis expetitur, non statera sed faciliori
 adhuc diligentia exploratur, nisi velimus conferre aquas à minerali-
 bus profluentes specubus, his quæ potabiles sunt, nā illæ his sunt gra-
 uiores propter mixtionem mineralium maximam quam secum defe-
 runt: Autumat enim Plinius tanq̄ rarum, leuiorem esse aliquam. Li-
 cet pondere differre proferat Hippocrates, etiam si non eò liceat colli-
 gere ex pondere bonitatem, sed differentiā, vt idem author refert: Itē
 Erasistratus apud Athenæum, decipi eos putat, qui tale vtuntur libræ
 experimento: aitq; se expertum in aqua Amphiarati, atq; Erethria; B
 quarum altera vitiosa, altera verò optima erat, nullum autem discrimen
 in pōdere deprehendisse fateretur. Nec mirandum est, adeo inua-
 luisse animos hominum in hac re hoc nostro seculo, vt Regum Prin-
 cipumq; potibus aquas destinatas, examinandas probandasq; illa tru-
 tinæ libratione ministris committant, siquidem in eadem caligine su-
 periora vixerunt secula. Gal. etenim arbitratur, si ad alia bonitatis ar-
 gumenta illud quoq; accesserit, non obesse, aliàs id parum moratur:
 docens fidendum esse magis, ad veram aquæ electionem, ipsius scatu
 rigini, principio, & ventis, versus quos aqua defluit. item considerare
 dotens trāsitu ipsius, & fluxū ipsum versus orientem, aut occidentem
 & alia pleraq; quæ consulto prætereo. Cæterùm iudicio nostro aquæ
 leuitatem non licet statera metiri, sed vt apertè cōsulit sapientissimus
 ille Hippocrates, qui eam esse leuissimam, tenuissimamq; iudicat, C
 quæ cito incalescit, & cito refrigeratur: quam quidem probationem
 ego semper inter cæteras magnifeci, vt quæ ex primis naturæ aquæ
 principijs originem trahat. Itaq; his conditionibus, & hac præsertim
 vltima, aquam potui aptam eligere oportet.

Quibus verò aqua sit necessaria, iam disces, si prius dixero tanti
 fuisse momenti apud Romanos aquæ potores, vt virtutis esse certissi-
 mum signum existimarent aquam bibere, ab alijsq; potibus abste-
 mios esse: Sic fœminas Romanas abstemias fuisse inuenio, quòd scili-
 cet non liceret eis vinū bibere, nisi valetudinis causa, ideoq; exempla
 sunt, quæ, deprehensas in potu vini morte punitas, ne dum dote mul-
 ctatas, docent. Abstemios fuisse non paucos nemini dubium est, vel
 valetudine ita poscere, vel podagra vel literarum studio: vt Demoste-

nem

A nem, vel alia quadam causa fastidij, vel beneficij. Aqua enim nul-
 li non ætati necessaria existit: Galenus profecto pueros aquam bi-
 bere voluit, quoniam vini succus præterquam quòd illis nihil con-
 fert, grauissimè nocet, ideoq; à cibo, & per feruores frigidam po-
 tare consuluuit: adultos verò iam vinum dilutius bibere non dehor-
 tatur, sed parcius propinandum monet. His autem qui natura, aut
 ætate temperamentum immodicè calidum nacti sunt, aquæ potum
 saluberrimum esse idem docuit. Quòd verò senio confectis aqua
 non innoxie potetur, satis constat, licet aquæ potores salubriter &
 longissimè viuere constet: aquam enim edacem dixit Hippocrates
 quòd bibita cibi auiditatem augeat, itaq; hæc & mille alia aquæ
 potores obtinent bona, nisi aquæ etiam ebrietatem doceret humana
 curiositas, quæ ea citra debitam mensuram, tempus & modum, vt
 B consulit: aquibus potius suboriuntur varia mala, quàm ipsa aqua sua
 sponte efficere valeat. Quapropter qui salubriter ea vti volet, consu-
 lat prius naturam propriam, ventris robur & firmitudinem, in co-
 quendo appetendove: item vniuersale totius hominis temperamentū,
 iuxta Hippocratis dictum, consulentis calidis naturis refrigeratio-
 nem, & aquæ potionem: & sic ei assuescat vt cuiusq; actionibus pro-
 fit, & tantum ingerat, quòd nec fluctuationem efficiat, & optimè à
 virium ventris robore feratur. Sed humana fragilitas eò iam deue-
 nit, vt pauci adhuc extent, qui aquam innoxie bibere possint, ob
 eum quem à principijs aut improbo bibendi modo contrahunt lan-
 guorem:

VINVM apud omnes mitiores gentes in summo honore sem-
 per fuisse, omnium fere nationum testantur monumenta, quibus
 C accedit magnus ille Ambrosius (sicuti & sacræ scripturæ varia
 testimonia) cuius verba hic subijcere optimum duximus. Deus
 inquit, qui sciret quòd vinum sobriè potatum sanitatem daret,
 augeter prudentiam: immodicè sumptum ad vitia causas daret,
 creaturam dedit, abundantiam humano arbitrio reseruauit, vt
 parsimonia naturæ esset magisterium sobrietatis: abundantia no-
 xium lapsum temulentum sibi adscriberet. Prætereo hic consultò
 breuitatis causa, laudes sicuti & plura alia, quæ passim apud pris-
 cos de vino reperiuntur: nam mihi tantùm est in animo rectum
 eius vsum docere. Vinorum nanq; naturam, vires & miram varie-
 tatem alijs disputandam ad vnguem relinquo. Sat enim hac in par-
 te est nosse, alimentum esse, & potum aut vt rectius loquar, potum re-
 fectorium.

Vtimur

Li. 4. c. 5.

Vtimur enim vino tanquam vitæ maximo præstantissimoq; subfidi^A dio, & pro potu, & pro alimento, & pro medicamento. Vino inquit Plinius, natura est hausto, accendendi calore viscera intus, foris infuso refrigerandi. Potatum autem gratiam ac beneficium efficacius præstat vinum, quàm quiuis alius liquor: nam defert ob celerem motum quem ob tenuem substantiam obtinet: miscet alimenta ob eandem substantiæ tenuitatem, qua facile in omne alimentum sese insinuat & tandem cuiusuis potus, omnia bona faciliùs præstat, præsertim in ijs in quibus ob aliquod ventriculi vitium ea negligentius perficiuntur. Quo quidem factum est, vt aqua sæpe misceatur: nam merum per se nullus authorum ad potus officium consuluit, qua ratione expendere hac in parte decet, cui vsui antiquitas mixtionem hanc tandiu commendauerit.

De vino a qua temperando.

Li. 2. Dipnosophistarum. Lib. 5.

Fertur quidem apud Plinium, Staphylum Sileni filium, vinum a qua primum miscere inuenisse. Athenæus scribit, Staphylum vini temperationem Melampodis inuentum esse, tradidisse literis. idem verò prodit, Philocorum scripsisse, Amphictionem Atheniensem Regem didicisse apud Dionysium vinum miscere, ac temperare. Certum equidem est, ab homine prudente, & medicinæ non ignorante excogitam illam temperationem, vt feruor furorq; vini aquæ accessu hebetaretur: Sic enim plures audent vino vt, qui meratius sustinere nequeunt: hac etiam mixtione, & potus officium præstantius perficit, & alimentum citius præstat. Nouimus enim quosdam dilutiùs potare assuetos, qui meratori epoto vel pusillo lædantur, sicuti etiam alios meratius bibere assuetos, quibus ventriculus potione dilutiori protinus subuertatur. Nam vt Hippocrates refert, Illud enim humiditatem in superno ventre inducit, & flatum in inferno: hoc verò venarum palpitationem, & capitis grauitatem, ac sitim, præterquam quòd eodem loco vinorum mutationes plurimum damnet. Porro animaduertere in hac parte oportet, aliam ægrotantibus, aliam verò sanis conuenire aquæ mixturam: Vini enim momentum ægrotantibus in morbis quidem permiscemus, ad quandam veluti excitationem, quæ ad distributionem in corpus aquam trahat: vt in hæcticis, & consumptis corporibus par est. Alijs etiam plus vini addimus, dum videlicet in animo est, coctionem iuuare: sanorum quidem maxima pars vinum dilutum potat. Verùm aquam vinum vincere non est necessè, præterquam quòd plurimi sunt, qui meratori vtuntur: Neq; igitur protinus (quod sæpe fieri hodie video) ebriosis aut vinolenti censendi sunt, quibus potus merator in vsu est: nam multis quidem adeo supersunt

ex

A ex morbis membra languida, aut humores ita crassi abundant, vt ad robur & coctionem iuuandam id sit necessum. Verùm id tantum recuperandæ salutis gratia optimum esse censeo: Meracum enim dicit, Hippocrates imbecillos reddit homines. At in conseruationis ratione commodiùs tutiùsq; est, semper ipsum temperare: præsertim in ijs quorum ætas, aut consuetudo natura, aut capitis imbecillitas vino repugnat: quibus ob aliquem affectum cõceditur, nõ omnibus quidem parmensura seruanda est, sed inspectis, natura, temperamento, ætate, regione, & consuetudine, vt iuxta cuiusq; indigentiam vini temperationem metiamur. In ijs enim quibus caput faciliè tentatur, diluere vinum oportet, ante potum tempore multo, aut micam panis iniicere vt quod in eo halituosum est, faciliè euanescat. Quin & vis, naturaq; vini ipsius, consideranda est, vt plus minus ve attemperetur, pro vini viribus & robore. Itaq; vinum temperare oportet, tum ad sobriè bibendum, tum vt vini vsus promptius fiant, ad cuiusuis indigentiam.

Pro alimento quidem frequentiùs utiliùs ve maior hominum pars vino vtitur. Quapropter hac in parte expendisse oportet, num omnibus corporibus vinum citra discrimen cõueniat. Atqui licet ex Hippocratis & Galeni testimonijs, diuersa in hac re faciliè sit colligere, iudicio tamè nostro, rei natura in hunc modum se habet. Corpora etenim calida dubitationem mouent, an vinum exoptent, nam de frigidis nemo ambigit. Cæterum in his expendere oportet, corpora lapsa ad sui reductionem merè contrarijs gaudere, verùm ad conseruationem solum modicè contrarijs: sic corpora siue ætate, siue natura calida sint, gaudent quidem & conseruantur vino, diluto tamen & modico, ita vt minus calidum supersit mixtionem aquæ, quàm temperamentum ipsum. Vino enim diutiùs in laboribus & sanitate, persistere corpora calida cernimus, quæ faciliè aquæ potu labuntur, tanquam ex toto contrario, licet in morbis præsertim febrilibus, frigidam faciliùs sustineant, quia lapsa temperies reductionem, quæ contrarijs perficitur, exoptat. His faciliè intellectis, haud graue est authorum de hac variam sententiam dirimere, siquidem ad varia respicientes, diuersa proferunt, vt doctissimè aduertit Christophorus Vega. Qui verò calida admodum constant natura, aquam bibere sunt cogendi, aut dilutissimum vinum, cæterum rariùs, etiam si calidis naturis vinum molle & album proximum sit aquæ, vt ex Hippocrate constat, inquit enim, Vinum molle & album, quod aquæ sit proximum: loquebatur de calidis naturis. In ætatibus verò res ita se habet. Arcendos enim pueros à vino omnino monent clarissimi Philosophi ac medici: modicum verò iam adultis

K præberi

L. de leg. dial. 2.

præberi vtiliter censent. Plato etenim lege. sanxit, vt pueri vsque ad A
 duodevigesimalium annum, vini vsum prorsus ignorent, ne ignem igni
 in corpus atq; animum suggerant, antequam viri effecti subire labo-
 res incipiant: Furiosum nanque iuuentutis habitum cauere (inquit)
 oportet: deinde vino modico vti præcipit, vsq; ad annum ætatis tri-
 gesimum, sed cùm quadragesimum transierint, liberalius eo vti o-
 portet. Itaq; ijs qui adolefcunt, omnino aduersum est vinum: si-
 quidem feruentem naturam eorum vehementerq; agitatum, plus iu-
 isto calefacit, & ad insanos, absurdosq; & ferinos motus perducit.
 Præterea cùm vinum humectet, caputq; repleat vaporibus, atq; to-
 tum corpus, & pueri suapte natura his periculis abundant, facilè in ea
 incidunt, nisi salutis gratia id exhibere vsu veniat, vt consulere vide-
 tur Hippocrates per hæc verba: Cæterum puerulos infantes per mul-
 tum tempus in aqua calida madefacere oportet, & vinum bibendum B
 dare aquosum, & non penitus frigidum. quod dixisse constat ad ar-
 cædos vomitus, & ad conuulsionem præcauendam: Nam mox subdit.
 Hæc autem facere oportet, vt & conuulsionibus minùs corripiantur,
 & maiores fiant, ac meliorem calorem adipiscantur. ex quibus con-
 stat in sanis & optimo corporis habitu constitutis, minimè eo esse
 vtendum. Senibus enim amicissimum, pariterq; vtilissimum esse, om-
 nibus est proclamatum, his quidem duo potissimum commoda ex
 vini potione accedunt: alterum videlicet, quòd omnia ipsorum
 membra calfacit: alterum quòd per vesicam & vrinas, sanguinis
 serum, quo scatent, purgat. Præter hæc etiam inquit Plato, Vinum
 quasi remediũ aduersus senectutis duritiam nobis est cõcessum, vt re-
 iuuenescere videamur, & mœstitiæ nos obliuio capiat, ipsaque affe-
 ctio animi sicuti ferrum in igne ex duritie in mollitiem deducta, C
 flexibilior fiat: Itaque per ætates hac lege vinum porrigere decet. Sic
 etiam & hominum exercitia vini mensuram, & modum præscribunt
 vt ex Platone constat loco nuper citato, qui ducibus, & militibus,
 nautis, & magistratibus, atque iudicibus munus suum obituris, vi-
 num interdicit, sicuti & deliberaturis de rebus non omnino negligèn-
 dis: tandem omnibus quibus caput tentatur, si os vino colluatur. Ita-
 que vt rem summatim dicam, in vini vsu firmum aut in firmum ca-
 put contemplandum esse censeo, & iuxta capitis naturam vinum por-
 rigere aut negare, erit æquum: tandem tantum dare, quantum robu-
 stum caput permittere visum fuerit: idque in ijs corporibus quæ exer-
 citijs plurimum dedita sunt, in alijs verò moderatiùs & dilutiùs quã-
 tum videlicet sat sit, ad corporis alimoniam præstandam. Nanque
 pro

Eodem loco;

hom. 212

de. 15. 26.

A pro alimento, frequentius & commodius maior hominum pars vino
 vitur, ita vt curiosa antiquitas præstantiorem vinorum differentiam
 ex alendi diuersitate & modo diligenter obseruauerit. Reperitur nãq;
 aquosum exiguum præstare alimentum, crassum & subrubrum mul-
 tò quidem magis corpus nutrire, sed tantum à nigris vincuntur in
 alendo plurimum, quantum præstant in alendo vniuersim, & veloci-
 ter, quæ verò candida sunt sed crassa, leuiùs quidem his alunt, plus au-
 tem tenuibus & albis, sed nec velociter, neq; vniuersim: quantum ve-
 rò in his discrepant, tantum & excretionem distant: quippe aquosa ocif-
 simè per vesicam excernuntur, cætera non item. Rubentia simul & cras-
 sa sanguini gignendo sunt accommodatissima, vt quæ minima egeant
 mutatione, ab his nigra crassaq; & dulcia, tum colore quidem rubra
 & nigra, sunt consistentia crassa vna cum adstringendi facultate: his
 B autem minùs alunt suapte natura, quæ alba sunt, simul & crassa, &
 acerba. Omnium autem minimè alunt colore alba & consistentia te-
 nua: dulcia verò in ventriculo faciliùs conficiuntur, ac distribuuntur,
 quàm austera, quoniam sunt calidiora si tamen ventriculus bibentis
 eo sit robore, vt conficere ea acuratè valeat, nam hoc pacto vberius
 nutriunt. Ex quibus differentijs & nutriendi viribus facile cuiq; erit
 medicationem elicere vtilem & necessariam, eis qui alimenti gratia vi-
 num sunt potaturi. Nam qui robusto sunt habitu & laboriosam plu-
 rimisq; exercitijs deditam agunt vitam, vino nigro, & crassioris sub-
 stantiæ vt iure optimo tenetur, vt corporis moles robustior, solidiorq;
 fiat, ac difficilius laboribus dissipetur: quæ etiam corpora vt tenen-
 tur vino nouo potiùs quàm antiquo, quia diutiùs durat, & plus alit.
 At qui vitam agunt sedentariam, & molles sunt carne paucissimi nu-
 C trimenti, & maioris caloris vinum eligant oportet, quale tenue est, &
 album: habent etiã hoc peculiare mollissima corpora ob vitæ institu-
 tum & alimentorum naturam, vt facilè laboribus dissipentur: qua-
 propter vinum desiderant album ac tenue, mox à labore sumptum,
 vt citò renutrientur, sicut nigrum, ac crassiusculum aliquando vt hu-
 iusmodi corpora difficiliùs dissipentur, calidiora etiam exoptant vt co-
 ctionem quam nequeunt probè perficere, suo calore præstent. Corpo-
 ribus item quæ optimè nequeunt, ob pororum angustiam & solida-
 rum partium contexturam, alimoniam suscipere, vinis albis & tenui-
 bus, & quæ cito permeent, secumq; deuehant alimentum, vt oportet,
 sicuti ea quæ rara sunt contexturæ, & quibus facilè alimentum labi-
 tur, vino nigro. Ventriculus etiam qui ocifsimè coquit alimenta (in
 quo periculum est, ne aliquando alimenta superassentur, saltem quæ
 K 2 tenuia

L. 3. de tempera.
cap. 2.

tenuia sunt) vino vtantur aquosiori, aut nigro plurimum diluto: Is vero qui tardè sua perficit munia, albo & meratiore. ceterum qui ex vino alimentum exquirunt, attentè obseruent oportet, vt vinum quod ingerunt, in ventriculo coquatur, alioquin neq; alimentum præstabit, neq; calorem: quinimo facilè frigidus affectus gignet, vt ex Galeno constat. Nutrimentum enim vt calfaciat necessum est (inquit) alterari, & mutari: nam si immutatum manet, etiam si calidum sit, refrigerabit, calidi enim potus protinus ventrem calfaciunt, & si mutantur, totum etiam corpus, sin aliter postmodum & ventrem, & totum corpus refrigerabunt, quibus equidem constat, qua lege liceat vinis vt idum alimentum præstare conamur.

Vino etiam vtimur tanquam medicamento, ac præstantissimo salutis præsidio, cuius gratia expendere oportet, vinorum omnium differentias, vt iuxta affectus cuiusuis naturam, cognita vini etiam conditione, quod vtile commodumq; fore existimauerimus, vnicique tribuatur. Differentiæ igitur naturales à sapore, Gustu, colore, consistencia, odore & viribus, potentiaq; sumuntur: gustus verò in dulcem, & austerum diuiditur, & ex his medium, hoc est, quod nullam harum qualitatū manifestè repræsentet, aut quod vtriusq; sit particeps. Verum si Plinio credimus, plures alij in hoc succo reperiuntur sapores, nanq; in eo & austerum, & acutum, & dulcem, & suauem reperiuntur. Colores item in vinis album, nigrum, fuluum, flauum & rubrum inesse Galenus refert: & alios medios esse. Ac vt colores, ita & vires habere varias docet Hippocrates: ceterum à constantia, alia aquosa, alia tenuia, alia crassa, in quibus media quoq; statuuntur et inueniuntur discrimina. Adhæc vina quædam suauem spirant odorem, alia ingratum, & protinus nares ipsas offendunt: nonnulla verò odoris penitus expertia. Postremò alia valida & vehementia, alia autem imbecilla, & leuia: in quibus etiam numerosiores differentia reperiuntur. Sed harum quidem differentiarum, illæ quæ sumuntur à colore & odore, non considerantur primò & perse, sed ex accidenti. Quibus item conditionibus accedit tempus, seu ætas vini, quia eius qualitates tempus citra vllam dubitationem mutat. Ex quibus constat, præter alendi vim, vina omnia alterandi etiam potentiam obtinere, secundò etenim ordine calida sunt, etsi vetustiora sint, tertio, licet non omnia vina calida esse constet, vt ex innumeris Galeni testimonijs facilè probari possit, neq; adhuc vetustissima, nam aliqua ex propria natura, vt alba tenuia, & noua crassa, & ingra austera, quorum refert vim habere refrigerandi, ac nonnulla etiam vetusta quibus,

Abus, præ antiquitate resolutis viribus, & igneo elemēto languere comperatum est. Vina enim flaua & fulua, & antiqua calida sunt, vt inquit Paulus, licet fallatur, asserens omnia vina calida esse, sicuti & Aëtius. In qua quidem dubitatione ego censeo, vina refrigerare, non dici absolute, sed aut respectu calidorum quorundam corporum, aut aliorum vinorum quæ calidissima sunt, aut ex eo quod non probè conficiantur à pusillo corporis calore. Quò fit, vt aliquo modo frigida esse videantur. Sed expendere in hac re oportet cuiusuis differentia vinorum efficaciam & vim, vt facilè pateat quibus indicationibus & morbis exposcentibus, eis vti deceat, vnam enim in primis communissimam habent virtutem vina omnia moderatè sumpta: Nimirum vt vitam tueantur sanam & longam: coctionem etiam ceterorum alimentorum iuuent, distributionem præstent, sanguinis generationem augeant, nutritioni materiam suppeditent, viresque in totum alant, robur & firmitudinem præstent, quædam tamen magis, quædam verò minùs. Sic quæ dultia sunt, (non quæ muscatelina vocantur, nam hæc fortè Galenus non nouit) inimicæ sunt iecori inflammato, & obstructo, ac spleni etiam, & ob flatu copiam ab ipsis eleuatam Hypochondria inflant: profunt tamen ijs quæ à pulmone educi debent, nam amplos illius meatus nequeunt obstruere: biliosis item & sudaturis minime cōueniunt. Vinum verò austerum, vt quod in ventre diutiùs immoratur, fluxionibus alui & ventriculi conducit. At vina acra, & vinosa quæ colorem habent fuluum & flauum, ac nonnunquam album: calida quidem sunt, caputq; ac nervos tentant, licet ventri sint vtilia, & præcipuè senibus, robustis tamen. Quapropter quæ alba & tenuia sunt, & quæ minùs caput feriunt (qualia vinum de Iepes, & à Ribadauia, & Cantalapetra) sanis hominibus sunt vtilia: licet his alia, in Betica Hispaniæ parte, leuiora reperiantur: vt Geresana, & de Cazalla. Ex nigris quidem vinis tenuiora vt Yllanea pretiosiora sunt, & sanis vtilia: quæ verò crassiora sunt, sanguinem multum, & melancholicum generant. Vinum item protropum, quod ex vbis non expressis intillat, tenuius est, & obstructionibus idoneum, ac quia facilè alteratur, sanguini gignendo cōmodum. Quæ omnia breuissimis verbis docuerat Hippocrates, omnes vinorum vires apertissimè depingēs tum quatenus ad alimentum pertinet, tum verò quatenus ad medicamentum. Verum vinorum omnium vim & efficaciam apertè docet Galenus: quapropter breuitati indulgentes, hæc satis esse existimamus ijs, qui salutis gratia vinum porrigere student. Nam iuxta affectus conditionem

L. 2. de dieta.

L. 3. de alim. facul

tionem, & vini naturam facile est cuique affectui vinum quod vtile sit, eligere. Alias enim vinorum condituras laborantibus vtilis facile reperies, quas in tertiam huius capituli partem consulto differo.

De Ceruisia

VARIAS vinorū differentias, humana curiositas, aut necessitas adinuenire, aut cōficere docuit: quas omnes licet consuetudo facilius ferat, minus tamen salubres ex propria natura censeo. Ceruisiam equidem quam multi fernitiam appellant, quæ apud Dioscoridem, Zythum, apud Sophoclem Bitrum appellatur, à Dionisio Ægyptio, Suidas inuentam fuisse refert: hanc etenim variè conficiunt Angli, & cæteræ nationes quæ ea vtuntur, modo ex tritico, modo ex hordeo, simplicem ve, aut aromatibus seu speciebus quibusdam compositam & omnibus modis ex lupulis confectam. Ex qua quidem triplex paratur potus, eandem ferè vires obtinens, quas & vina omnia obtinere diximus. Primus nempe aquosus, quem simplicem ceruisiam dicunt: medius, quam Trihapeninam: potens, quem duplam ceruisiam nuncupant. Simplex eisdem effectus parit, quos vinum aquosum. Potens potenter calfacit, vt potens vinum: Trihapenina mediæ est naturæ, itaq; æquivalent vini potibus, & sæpe in salute & morbis eundem vsum præstant, vt paulo inferius docebo. Verum licet ceruisia gustui primo accedit ingrata, vsu tamen suauior redditur, etiam si apta sit gignere succos melancholicos, lapidem etiam renum, & vesicæ: nam crassæ est substantiæ, & excrementosa: quapropter caput implet flatibus, atq; inebriat, & obstructions etiam parit.

De vino ex palmulis & maiz.

Quæ etiam mala efficit vinum ex palmulis, & ex maiz, apud Indos: quapropter ab huiusmodi potibus arcendi sunt, qui periclitantur in hæc mala incidere, licet robustis hominibus, & laboriosis proficua sint, & plurimum nutrimentum præstent.

L. 14. c. 16.
L. 23. c. 1.

Docet autem Plinius, quam ratione ex palmulis vinum fiat. vsus verò & incommoda alibi refert dicens, in reliquis omittatur & palmum capiti noxium, ventriq; tantum molliendo, & sanguinem excreantibus, non inutile.

De Sidra.

L. 14. c. 1.

Sidra equidem quæ ex pomorum succis prælo extractis conficitur feruet etiam, ac feculentum separat, vt vinum: cuius etiam Plinius meminit. Cæterum calida remanet à feruore, aut frigida prout poma fuerint dulcia, aut acida, vtraq; tamen flatus generat, & caput etiam petit, sed gustui est suavis. Æstuantibus verò temporibus, quæ ex acidis fit pomis, salubrior: sicuti frigidis quæ ex dulcibus:

atque

A atque dum acorem non contrahit, salubrior mihi videtur quam ceruisia, plurimumque etiam præstat robustis hominibus nutrimenti, quibus ego suspicor esse proficua, licet saporis gratia omnibus sit grata.

IN tertia & vltima huius capituli parte, potus differentiam & rationem nosse oportet, pro fiti ea quæ ex morbis suboritur, ac pro ipsorum effectuum medela. Cuius quidem potus differentia exquiratur à conditione morbi ipsius, à causæ natura, & à fitis vrgentia. Cæterum fitis in morbis dum tantum vrget, vt potum sui ratione exquirat, mitigari quidem per eos potus desiderat, quos secunda huius capituli parte diximus: dum aut morbi tempus, aut causæ morbificæ conditio id non vetuerint: nam in principijs accessionum potum prohibere, sicuti in statu largius porrigere, oportet, vt authores

B passim docere constat. Ego sanè dum cerno aliquem improba fiti vexari, intempestiuè etiam in ipsa accessione non dubito aquam temperatam largiri, licet alijs fitim compescere sit tutius, verum hoc aliquando tutissimum est, & salubre. Cæterum quia de aquæ frigida potu sitientibus ex febre propinando, tantum inter authores disconuenit, placet hic parum immorari, hoc vnum certò sciens, nulli vsquam laborantium licere frigidam porrigere, si adamusim authorum leges seruare quis velit. Cum hoc tamen Arabes omnes ita sunt in frigida potu licentiosi, & audaces (vt qui æstuantissimam incoluerint regionem) vt periculum sit, ne aliquando eorum præcepta secuti, turpiter decipiamur.

C Græci verò (qui frigidum habitauerunt solum, tam religiosè cauent frigidæ potum, totque sancitis legibus vt vix laborantem inuenias vllum, cui iure optimo dari possit: nam plura verentes ex frigida potu damna, cauent ne laborantes visceris alicuius obstructione sint affecti, aut humor putridus insit adhuc crudus, tumorve aut dolor in viscere præcipuo, aut imbecillitas aliqua maximè ventriculi, iecoris, aut lienis, corporis etiam habitus nimium gracilis. Quapropter potum frigida toties dehortantur, nisi cocto febrium humore, & corpore ab his malis immuni. Interdicunt etiam in principio, & augmento febris, & adhuc in statu, dum quæ diximus mala præsent. At Arabes medici fiduciam sibi capientes ex febris vehementia, ex iuuenili ætate, ex bono corporis habitu, ex consuetudine & viribus hominis, liberalius frigida potu laborantibus indulgent: præsertim cum in Africana il-

De potibus
pro fiti mor
bosa.
Et pro mor
bis ipsis.

7

7

la habitatione, sinceriores biliofioreſque humores ex natura ſu-
 A perſint: qui quidem in græca regione, aut craſſiores aut multa pitui-
 ta mixti ſponte fiunt. His ſic in controuerſiam adductis, difficile ad
 modum eſſe conſtat, quando ſiti indulgendum ſit, & febris ardori,
 quando ve ijs omnibus, quæ aquæ potum renuunt: in qua quidem
 re ego ita ſentio. Ex vtraq; quidem ſecta colligitur, ingentem ſitim
 & accidentia ac calorem quæ hauſtum frigidæ exoptant, in princi-
 pijs, & augmento morborum, aduenire poſſe. aut dum coctiones
 vigent, vt in morbi ſtatu: ſi in principijs, aut morbi efficaciam au-
 gent, intenduntq;, aut tolerabilia ſunt. Si verò adeo morbum inten-
 dant, vt periculum ſit maioris mali, aut laborans ita ſit anxius, vt
 nequeat citra maximam moleſtiam ea ferre, indubitanter poſthabi-
 tis quæ ſuperuenire poſſunt malis, præſertim in calidis, regione,
 tempore, natura, ac ætate, frigidam prebere oportet, ſaltem tempe-
 B ratam, minori tamen quantitate quàm Græci & Arabes in ſtatu con-
 cedunt: quòd etiam in augmento ſubaudire decet: tutius etenim eſt
 recrudescere morbum, quàm quod corpus contabeſcat. Dixi tamen
 minori quantitate, quia hac lege ſecuriùs, (etiam ſi à Galeno addu-
 cta de obſtructione, & viſcerum inflammatione, ac imbellicitate, in
 corpore præſint) adhiberi poteſt. Si verò placidè laborans huiusmodi
 ſitim & accidentia tolerauerit, tutiſſimum mihi videtur Græcorum
 conſilium, quo docent potum differre, donec materia cocta ſit: nam
 eo tempore phlogofiſ non reſitura faciliùs extinguitur, & mali ma-
 teria ad vacationem promptior redditur. Sic enim experientia con-
 pertum eſt, plures ſudaſſe, vomuiſſe, aut aluum habuiſſe ſolutam, mox
 a frigidæ potu: quos à grauiffimis morbis citra expectationem libe-
 ratos vidimus. Cum hoc tamen ita potus laborantibus diſponatur, C
 ne nimia ſiti crucientur, aut morbus fiat intenſior, ac ipſi cogantur
 clam licentioſius bibere: & ne etiam plurimum indulgentes, in egri-
 perniciem eis morem geramus. Hoc item nouiſſe oportet, libera-
 liùs licere aquam porrigere aſſuetis, per ſecundam valetudinem
 vberius ea vti: præſertim vbi periculum imminet occultè colli-
 quationis diſſipationis ve maximæ, animi deliquij etiam, aut con-
 ſumptionis ob ingentem caloris copiam, aut malitiam: quo qui-
 dem tempore, etiam ſi laborans non poſtulet, liberaliùs porrigere
 oportet. Præſtat enim ex malis, quod minus eſt eligere: nec
 decet quidem, in huiusmodi æſtuantibus affectibus paulatim bi-
 bere, nec plurimum, nec frigidum, niſi admodum valenti-
 bus

A bus viribus) ſed temperatum & quantitate modicum, ne mox
 efferueſcat, ſuccendaturq; iterum calor, aut protinus recrudescant
 humores, aut internæ partes quæ frigidam renuunt, ſenſibiliter
 lædantur: multa etenim ſunt quæ licet fieri nequeant citra aliquod
 inconueniens, dum moderatè & cum prudentia adhibentur, pro-
 ſunt.

At dum ob morbi rationem potus inſtituitur, longè difficilius,
 præſtantiusq; eſt, noſſe ipſum quantum, qualem, & quando conue-
 niat exhibere: nanque eaſdem exoptat potus in morbis indicatio-
 nes, quas victum præſtare diximus: cuius ratione aſſerimus, dupli-
 ci nomine potus laborantibus ſuam gratiam impertiri. Primò
 qua potus curans eſt: Secundò, qua roborans, nam hæc duo præ-
 ter ea quæ diximus, in morbis præſtant bona. Prodeunt quidem
 B huiusmodi vſus, ex potionis ſubſtantia, qua corpus nutriri neces-
 ſum eſt, roborariq; facultates, quales in vino & ceruiſia, & deco-
 ctis aquis aliquo alimento reperiuntur, ex qualitate qua morbi qua-
 litas compeſcitur, & attemperatur. Quò fit vt aqua vehementibus fe-
 bribus ſit potus curans, ſicuti & quæ paſſim parantur medicatæ a-
 quæ, præſertim quæ aduerſus primas qualitates pugnant. Qua
 lege etiam vinum potus eſt curans, præſertim quòd aduerſus cauſas
 morborum etiam pugnat: qualia ſunt factitia vina, ac medicata, &
 potiones aliæ quæ multis modis parantur à peritis medicis. Cæte-
 rum potus curans apud authores iſ appellatur, qui morbo & eius
 cauſæ contrarius eſt, ob id igitur curantem potum eum dicimus,
 quem morbus ipſe indicat. Eſt autem talis, acutis & vehementi-
 bus febribus aqua, vt ex Galeno apertè conſtat. In alijs verò morbis
 C iuxta cuiuſq; naturam, & indigentiam potus parari debent, coctio-
 ne, infuſione, aut inſtillatione eius medicamenti, quòd edire-
 cto morbo aduerſatur: qua lege vinum etiam variè parari poteſt.
 Roborans quoq; potus multiplex eſt, nempe vinum quòd plùs mi-
 nùſve alere, roborareq; poſſit, iuxta diuerſam vini naturam, aut
 quantitatem, aut aquæ mixturam, quam quiſq; pro conſuetudine,
 morbi vehementia, & virium (quarum gratia exhibetur) robo-
 re, metiri poteſt. Itaque apud omnes ferè gentes vinum robo-
 rans erit potus: verùm apud Anglos, triplex alter roborans paratur
 potus, ceruiſia nomine, cuius tres diximus eſſe differentias, quibus in
 morbis ad robur comparandum vti oportet in ijs, qui ceruiſiæ ſunt aſ-
 ſueti, quemadmodum vino in alijs.

Cæterum

Li. 2. de rat. vict. tex. 6.

Li. 9. Metho.

Li. 8. Metho.

CÆTERVM vt his potibus quis vt par est, in morbis vti valeat, expendere tantum hac in parte oportet indicationes, quibus id metiri decet, quas equidem apertis verbis insinuat Hippo. in hunc modum: Conijcere autem oportet, & robur, & morbi cuiusq; speciem, hominis item naturam, atq; ægrotantis in victu consuetudinem, non in cibis solum, verum item & in potionibus. Quibus verbis apertè constat, huiusmodi potus differentias (quatenus pertinet ad quantitatem, qualitatem & substantiam) monstrari à virtute, & natura laborantis, consuetudine, & morbi vehementia. Cæterum si exactè rem teneamus, tria fat esse ad potus indicationem facile intelligemus, nam laborantis natura, non nisi consuetudinis interuentu indicat: vt Capite de Victus indicatione abundè dictum est: Ægrotanti etenim frigida naturæ, potuiq; assueto, aquam non vinum ministrabimus, sumpta à consuetudine indicatione, & non à laborantis natura neq; rursus homini calidæ naturæ ægrotanti, aquam in potu dabimus, qui perpetuo vino assueuerit: hæc enim Galenus docet in hunc modum: Si quis enim non assueuit frigida, huic per febrem dare non inceperint, nisi pristina planè sanitate prius reddita. Indicatio igitur à consuetudine, eam indicationem obumbrat, quæ à natura laborantis sumitur durante morbo. Tria igitur sunt quæ potum indicant, nempe virtutis robur, morbus, & consuetudo: virtus enim cum valet consuetudini in indicatione potus consentit, eum maxime potum indicans, quem consuetudo, cumq; imbecillis est quandoq; dissentit. Ex quo fit, vt ægrotanti frigida assueto, modicum vini quo eius roboratur natura, cōcedamus: morbus verò cum magnus est, & vehemens consuetudinis indicationem obumbrat: nam laboranti acuta febre vino assueto, eum ministrabimus maxime potum, quem morbus indicauerit, virtute non dissuadente. quapropter non ob id q; aquæ assuetus non sit, ab ea desistendum est, nisi cum aliquod effatu dignum naturæ incommodum, ab eius occurso timemus: ob id posui virtute nequaquam dissuadente. Imbecilli verò morbo existente, diuersumq; ab eo quem consuetudo indicauit, potum exposcente, quæ à consuetudine sumitur præualebit indicatio, vt ex Galeno constat, qui cum vinum vtilius esse quàm aqua, dixisset, ad coctiones & vrinæ ac sudorum prouocationem, statim subiungit. Ego igitur censeo huius generis naturas & dum valent, huiusmodi potione scilicet aqua, magno pereiuuari: nec in diaria febre ijs quibus in vsu fuit, eam circuncido. Ostensum igitur est, quòd cum morbus & consuetudo diuersos potus

A tus indicant, si morbo magnitudo accessit, huius indicationem obscurare eam quæ à consuetudine sumitur. Quòd si morbo nulla effatu digna accessit magnitudo, scito indicationem à consuetudine tunc præualere. Sciendum tamen, quòd cum virtus ob imbecillitatem vrget, eum semper indicat potum, quo maxime roborari possit: morbus verò eum, qui morbo aut eius causæ qualitate contrarius sit. Verum licet hæc omnia ita se habeant, nondum constat, dum vires potum roborantem indicant, quale vinum aut ceruisiæ partem exoptent, aquosum videlicet, an imbecille, an medium: verum id natura corporis indicabit, ijs siquidem qui calido, & sicco sunt temperamento, & gracili habitu, imbecillum vinum competit, & ex ceruisia ea quæ illi respondet, ijs verò qui frigida sunt natura, & crasso habitu, potens aut vinosum, aut tertia ceruisiæ differentia.

B Itaq; si imbecillitas vrgeat (non post habita ex toto corporis natura, etiam si calida sit) vinum tenue aut dilutum porrigere oportet. Verum cum duæ ex his, aut tres indicationes ex æquo præualuerint, & æqualem vrgentiam præstiterint, vtriusq; aut omnibus satisfacere oportet, admixtis potibus qui e directo omnibus satisfaciant. Nam si vires, aut consuetudo plurimum vrget, etiam si morbus æquè vrgeat, vinum adhuc in acutis febribus tribus in locis concessisse Hippocratem obseruamus: Primò cum dixit: Mulsam aut vinum vtrum magis auxiliaturum putaueris. Secundò causa imbecillitatis virtutis, dicens: his habentibus. Si venter liquidus fuerit, corpus absumens, &c. Tertiò verò, ratione consuetudinis. Itaque pro ratione vrgentioris, potum porrigere oportet: aut si ambo aut omnia vrgeant, vinum alijs miscere, quæ vtraq; respiciant. Sic dilutum oportet præbere vinum, aut ceruisiam plus minusve, nimirum aqua hordei, petroselini, capillorum Veneris, aut prunorum, prout morbus poposcerit, & virtus cōsenserit: quæ omnia latè Galenus multis in locis docet.

Li. 1. De rat. vict. tex. 22.

Li. 4. de rat. vict. text. 41.

Li. 8. & 9. Metho.

De potibus medicatis.

Li. 3. de morbis.

QVIA potus omnes medicati, maiori ex parte morbis, & morborum causis efficientibus aduersantur, expendere diligentius oportet nonnulla, quæ ad eorum materiam & exhibendi rationem proficua fore spero: cui vsui non vt iacet intelligenda est sententia illa Hippocratis, quæ in hunc modum se habet: Frigefactorias potiones in febribus ardentibus quando volet bibendas dato, nam qua ratione multarum esse operationum refert, necessum est quamlibet opportunè tempore adhibere. Inquit enim, sunt autem multarum operationum,

alia

aliæ enim miſtionem inducunt, aliæ alui egeſtionem, aliæ vtrunq; præſtât, aliæ neutrû, aliq; ſolum frigeſciunt, & ſubdit: Dabis itaq; alias alijs, neq; enim dulces omnibus conducunt, neq; acerbæ, neq; eadem omnes bibere poſunt: quibus verbis paulo ſpecialiùs videtur loqui, quàm prima propoſitio commonſtrat, nimirum iuxta cuiuſvis potio nis potentiam, nam quæuis expoſcit proprium & peculiare affectio nis tempus. Potus etenim omnes diuiduntur in aquam, aliquo medi camento aut alimento decoctam, & in vinû pari ratione, aliquo ſim plici medicamento conſectum. Aqua quidem multis modis laboran tibus paratur, tum vt à proprijs vitijs corrigatur, tum verò vt alienæ virtutis aliquid acquirat. Vulgatum etenim eſt apud medicos, aquâ decoquere, exiſtimantes hac via fieri tenuiorem purioremq;. Verùm antequam hinc diſcedam, expendiſſe oportet, quantum vtilitatis obti neat aquam decoquere. Suſpicatur ignarum vulgus aquas omnes eſ ſe laborantibus decoquendas, tenuitatis & puritatis gratia: verùm rei natura aliter ſe habet: nam per inſenſilem halitum quod tenue eſt, ab aqua dum coquitur, tranſpirat, ſuper eſt verò quod craſſum eſt, præ terquam quod guſtui fiunt ingratioreſ, neſcio quo inefabili & mucido ſapore: cum hoc tamen non deſunt qui contrarium ſentiant, quod

Ariſtote. docuerat, dicens: Coctio ne omnia craſſeſcere præter aquam, nam cum ſimplex ſit, coctio ne minimè queunt partes ſeparari, vt in cæteris rebus mixtione conſtantibus, vt optimè aduertit Auicena in quit enim & torpidi quidem medicorum exiſtimant, quòd aquæ co ctæ ſubtile reſoluatur, & ipſius remaneat ſpiſſum: verùm licet hi au thores hæc proferant, mihi non eſt dubium, quin ſi aqua diu coqua tur quodammodo craſſeſcat: non enim vndiq; pura eſt & ſincera, ita vt nequeat reſolutione per coctio nem facta ſincerior fieri, ac per con ſequens craſſior, reſoluta aërea & tenui parte, quibus tenuior & luci dior apparebat. Nam quemadmodum vi frigoris cõglaciata deterior redditur, ita & vi caloris: probat enim id Hippocrates his verbis: At verò aquæ ex niue & glacie fientes, omnes malæ ſunt: quum enim ſim ul concretæ fuerint, non ampliùs in priſtinam naturam reſtituun tur, ſed quod quidem ex ipſa clarum ac leue & dulce eſt, excernitur ac diſperditur, quod verò turbidiſſimum eſt, ac ponderoſiſſimum, relin quitur, hoc verò cognoueris hoc modo, ſi enim volueris hyemis tem pore, vaſculum certa aquæ menſura inſuſſa, ſub dio exponere, quò magis congeletur: deinde poſtridie in locum calidum deporta tum ſinere, quò magis glacies liqueſcat, & vbi exoluta fuerit, aquam metiri, reperies eam multò paucio rem: Atq; hoc ſignum eſt, quod à congelatione

Li. 4. Methor.

Li. 1. Fe. 1. doc. 2. c. 16.

Li. 1. de loc. in ho mi.

Li. 1. de mor.

Li. 1. de mor.

A congelatione id quod leuiſſimum ac tenuiſſimum eſt, diſperditur, & non quod grauiſſimum ac craſſiſſimum exiſtit: quæ ſententia aperte mōſtrant, aquas poſſe craſſiores fieri frigiditate congelanti. Quod pari lege licet ex calore reſoluente colligere: præterquam quod coctio ne guſtui fiunt ingrati. Quapropter ne longiùs abeam, tutius mihi vi detur, limpidiſſimam puram diuq; collectâ aquam laborantibus præ bere, quam coctio ne fortaffe deterioreſ reddere: nam præterquam quod nullius eſt vſus, tædioſæ fiunt & ingratiæ. Verùm ne videar à re ceptiſſimo vſu recedere, aſſero etiam eas tantum aquas eſſe coquendas quibus aliquod in eſt vitium, quod coctio ne emendari poſſit. Sic tri bus vitiolarum aquarû generibus, coctio ne cõferre obſeruamus cuius Plinius meminit dicens: Aquæ vitiolarum remedium, ad dimidias partes coquere. Primû gen. eſt paluſtris aquæ, limoſæ, lutulētæ, grauè olētis,

B& alia mala qualitate inſignis. Quas omnes decoquere iubet Gale nus, quia cum refrigerint, putorem quem plerumq; habent, abijciunt omniſq; pars terrea facile ſubſidet, quæ cum tota priùs quàm caluiſſet conſuſa erat. Calor enim ſeiungit quæ diuerſæ ſunt naturæ: nam pars hæc in vaporem diſſoluitur, illa in ſpumam cogitur, alia vaſis lateri bus hæret, aut fundo ſubſidet. Alterum genus aquarum quod coctio emendat, earum eſt, quæ nec ſapore, nec odore diſplicent, ſed oculis, ſeſe offerunt gratiſſimæ, quæ in ventriculo diu commorari, aut in flare, aut deſtatuare hypochondria percipiamus. Huiuſmodi aquam ſi non coquendam, ſaltem calfaciendam eſſe, Galenus præcipit. Huic cognatæ ſunt, quæ ex aëris corrupti mixtione vitium habent, aut aliud quippiam ipſi aquæ ingentum ab ignota cauſa proueniens, id enim optimè caloris & ignis vi fugatur, atq; conſumitur. Poſtremum qui dem genus eſt crudarum aquarum: nam quemadmodum multa ole ra & alia pleraq; eſui idonea paramus, eadem ratione & aquas non nullas in meliorem naturam coctio ne permutamus, quæ crudæ nocere poſſent. Huiuſmodi quidem ſunt indomitæ à veteribus nomina tæ, quales eſſe videntur, quæ auerſum ſolem habent, non fluentes ad ortum, & quas ſolis radij nunquam attingunt, vt putanæ, craſſiores, frigidiores, inelaboratæ & proinde crudæ, verèq; indomitæ. Ac niſi arte noſtra extenuentur, rareſcant, incaleſcant & veluti fermentum accipiant, perpetuò ineptæ potui ſunt: quarum craſſities opera ignis ex tenuatur, grauitas minuitur, & durities molleſcit, vt Galenus optimè aduertit. Calor nãq; facit, vt dum aqua feruet & agitatur, ſubiens aër in eam recipiatur, nec aliter permiſceatur quàm ſi ab alto ceciderit, aut alio modo turbaretur. Hinc leuior & eò tenuior euadit, quæ

Li. 6. Epidi p. 4.

Li. 1. de ſani. tu.

Li. 6. epi. p. 116. 4

L magis

magis aërea cum vniuersa percepto calore dirimitur, secatur, & bul-
lis vndiquaq; nascentibus discinditur. Itaq; tenuissimæ, limpidi-
mæ, & purissimæ aquæ deteriores coctione redduntur: quæ verò con-
trariæ sunt, longè præstantiores & salubriores. Cum hoc tamen non
damno, aquam, vel laudatissimam, per hyemem non nihil decoque-
re: aut in eam micam panis semi assatam calentem immittere, vt fri-
gus obtundatur: quòd plerisq; naturis noxium esse soleat, præsertim
cum ex frigore contracta crassities his dissoluatur. Nam vt Plutar-
chus egregiè annotat) clepsydræ tardius multo hyemali tempore
profluunt, quàm æstiuis horis, ob aquæ condensationem, ex ambien-
tis frigore obortam. Cæterùm limosam aquam, salsam & bitumi-
nosam, ex collatione purgare oportet: nam hac ratione marina in lit-
toris arena dulcis apparet. Sic nitrosam & omni alio vitio conspur-
catam, ea lege corriges, vt Galenus docet: nanq; refert Ægyptios ni-
loticas aquas lapidibus bis ter, quater ve, excolare, vt puriores fie-
rent.

Porrigitur etiam sæpè laborantibus calidissimam quantum bi-
bi possit, aquam: cuius indicationem præstat dolor, angor, animi ex-
solutio ex flatu, aut humore nimis frigido, aut acri, & erodenti in ven-
triculo, thorace, intestinis, & alijs visceribus. Nam calore quod frigi-
dum est attemperatur & compescitur: quæ etiam vtimur in ijs, qui
nequeunt defectu caloris conficere alimenta, euocato ad ventrem na-
tuo calore: etiam ijs quibus flatu ante, aut post cibum sumptum, emer-
gunt, & dolores excitant, aut coctionem inter turbant, & flutuatio-
nem efficiunt, prodest.

Potus etiam calidos præbendos esse febrentibus, apertis verbis con-
suluerat Hippocrates, dicens. Febrienti cibum ne offeras, neque sorbi-
tionibus subtus aluum ducas, in potu dabis aquam calidam. Quod
etiam consuluisse Tral. constat. Auicena vero de aqua calida hæc re-
fert, Et cum fuerit calidior quàm hæc, & in ieiuno bibita fuerit, multo
tius stomachum lababit, & ventrem soluet, eam tamen frequenter
bibere est malum, quia stomachi debilitat virtutem, illa verò quæ,
multum est calfacta, quandoq; colicam resoluit, & ventositates soluit
quibus omnibus apertè constat, quanti sit momenti hoc salutare præ-
sidium.

Mille tamen modis aquas conficimus, quas aut ob causæ morbifi-
cæ conditionem, aut morbi naturam ita paramus: quod apertissimè
Hippocratem docuisse constat. Sic cum crassum humorem incide-
re & attenuare intendimus, petroselino, cinnamomo, & acido aliquo
simplici

A simplici incoquimus: dum in crassescere, chalibe ignito feruere cogi-
mus: dum calfacere, cortice citre cinnamomo, melle, rore marino, dauco
& alijs similibus: dum refrigerare, oxalide, radice eius, buglosæ radice
& borraginis, prunis damascenis, saccharo, & cucurbitæ ramentis,
aut frigidis feminibus. Quæ quidè & alia multa e directo causam af-
fectus aut affectum ipsum respiciunt. Hoc vnum nosse expedit, id esse
maioris momenti in longis & diuturnis affectibus, quàm in acutis: cæ-
terùm sub hac lege quòd in diuturnis semper incoquamus ea medica-
menta, quæ aduersus morbi causam pugnant, vt his potibus qui len-
tius suam operationem produnt, morbi materia paulatim deuicta,
frænetur: nam hæc est in diuturnis potior curandi ratio. In acutis verò
ea potibus admiscere & coquere oportet, quæ aduersus morbi vehe-
mentiam manifestè pugnant, attemperata ea mala qualitate, cui pri-
mò morbus innititur.

Vina item medicata in summo fuere pretio apud præfatos illos me-
dicinæ parentes: qualia sunt Theoprastræ apud Heracleam Arcadiæ,
quæ viros dementabant: Athenæi apud Thasios, quæ somnum ar-
cebant: Plinij Arcadica quæ fecunditatem fœminis importabant, &
plura alia quæ apud Marcum Catonem, Dioscoridem, & apud
Pœnorum, & Græcorum geoponicos, & medicos mira varietate
parantur. Quòd rectè atque prudenter factum esse suspicor, quia
facultates impressorum illis medicamentorum, celeriter, tuto, ac ioc-
undè toti corpori, essentiæ tenuitate ac familiaritate, distribuerent,
& à varijs affectibus illud opportunè liberarent, absque noxia, tædio,
& nausea. Cæterùm hæc est lex et ratio vtendi, vt sanis corporibus ra-
rò aut nusquam adhibeantur, nisi aut præcautionis gratia, aut ad ex-
tirpationem alicuius parui & lenti affectus. Morbo verò corpori-
bus non nisi ijs, qui diuturno prolixo ve, aut difficili morbo labo-
rant. Nam cum hæc paulatinam, lentam & durantem curationem
desiderent, facilè fit vt ab his gratiam, & beneficium recipiant: quia
vt medicamentosa morbum paulatim depopulantur, vt alimentosa
verò, insensibiliter et corpus roborant, & vndique sese vt alimen-
tum insinuant, & vbique morbi causam quærunt, & superant, Præ-
terea in ijs affectibus in quibus ob pertinaciam opus est frequenti-
bus medicamentis, & hæc tædio esse omnibus, nulli sit dubium,
vina hæc medicata idem beneficium præstant, citra molestiam &
fastidium: quinimo sæpe gratiora redduntur. In morbis verò acu-
tis & vehementibus, vt qui ex calida materia maiori ex parte pro-
deunt, vina hæc plurimum sunt inimica. Quapropter in his cum

L. de simpli. c. 4.

L. de lo in hom.
c. de terciaria.
L. 1. fen. 2. tract.
c. ca. 16.Vina
medicata

nota

tantum vinum oporteat præbere, aut virtutis, aut consuetudinis gratia, quæ medicata sunt, nullum præstant usum, aut nocent.

Parandi tamen modus apud priscos illos & sapientissimos medicinae parætes vulgatissimus fuit: tribusque potissimum rationibus, prima ut ab aliquo vitio expurgarentur, secunda ut citra noxam bibi possint tertia ut commodum aliquod peculiare præstarent. Ob primam igitur rationem, vina quondam antiqui per saccum transmittabant, gratia eadem excolandi a recrementis crassicieque, ut Martialis inquit.

Et ut liquidum potet alauda merum. Turbida sollicito transmittere ce cuba sacco. Secundo modo præparabant, ut vires vini castigarentur, & frangerentur: quamobrem ut refert Plini, per saccum etiam excolabant: inquit enim. Vtilissima omnibus sacco viribus fractis, atque ut alibi refert. Quinimo ut plus capiamus, sacco frangantur vires. Martialis quoque coloniuario id etiam solitum fieri indicat dicens. Setinos monco nostra niue frange trientes, pauperiori mero tingere vina potest: & alibi inquit: Sextates Caliste duos infunde falerni, tu super estivas Alcine funde niuem. Hoc enim modo bifariam, hoc est, tum per colaturam, tum per niuem frangebantur. Porro tertio modo transmittabant vina per saccum, non solum ut liquidiora & castigatiora redderentur, sed etiam ut peregrinis saporibus in saccum additis, vina tum odore, tum sapore commendatiora fierent: talia enim hodie apud Hispanos parantur vulgo, quæ claretum & hippocras appellantur. Quondam vero conditorum non dissimilis valde præparatio fuit, quæ condita appellabant: ubi quædam aromatum species velut piper, cinnamomum, zingiber, atque absinthium inderentur: quædam purgatoria facta ex vino, melle additis aliquot aromatibus, item que agarico aloecque atque epithymo: quædam vero solis frigidis corporibus & affectibus proficua, sic Paulus Aëtius & reliqui veteres vinorum conditorum ad varios affectus meminerunt.

Parantur etiam hæc vina multis modis: aut dum ex musto conficiuntur, proiectis ligatis, tritis, minutim ve incisis medicamentis, quæ usui sunt proficua, aut vino iam facto eadem infundere oportet, & per aliquod tempus permittere ibidem macerari, aut Soli feruenti diu exponere, aut duplici vase igne coquere. Præcaueretamē expedit in omni confectionis modo, ne vina acescant. Eis tamen medicamentis vina parantur, quæ morbum exposcere, aut causam visum fuerit: conficiuntur quidem ex rosis, ex anetho, ex aniso, & asaro, pulegio, feniculo, baccis lauri, petroselino, ruta, foenugræco, hyssoppo, apio, absinthio,

A sinthio, thimo, betonica, saluia, marrubio. Ex quibus equidem & alijs multis varias, cuique licet vinorum formas parare, pro affectus natura. Sic melancholicis prodest vinum ex bugloso, rosis, sena, floribus borraginis & buglosæ confectum. In cordis affectibus, quod ex borragine, melissa, bugloso, & cinnamomo paratur. Ad obstructions delendas, conficitur ex radicibus cichorij, scolopendriæ, asparagi, feniculi, & aliquot summitatibus absinthij. Ad varios etiam usus, ex pasulis, ex cotoneis, ex garyophyllis, ex gramine, & multis alijs parat. Cæterum his nostris temporibus, pretiosum illud vinum ex ligno guaiaco, ad luem veneream vtiliter conficitur: tamen fugiendum est ab empiricorum impostura, qui mille alia purgantia, & vehementissima miscent medicamenta, citra ætatis, temporis, aut laborantis naturæ considerationem: quibus plures miserè perdere, quam per sanare, visum est. Paratur itaque tutò & vtiliter hoc modo: Sumitò ligni guaiaci præstantissimi in scobem tenuissimam triti. lib. 4. Corticum, eiusdem lib. 2. Cardus benedicti lib. 1. adianti, aspleni, florum vtriusque buglosi, cuiusque libr. i. cassiæ, odoratæ. 3. 6. feminis anisi sexcuntiam. Sacchari libr. 5. deinde coniungantur omnia in cadum vinarium mundum aptæ capacitatis, desuper affusis vini albi optimi & feruentis, libr. 150. mox diligenter vas operculetur, omniaque simul macerari triduo dimittantur: post triduum verò lintheo percolentur, aserueturque vinum in alio vase, ad ægrotantium potum. Quo quidem non serapij modo, sed potus in prandio & cæna uti decet: quod vinum non solum morbo gallico affectis prodest, sed etiam diuturnis articulorum, capitis, neruorum, ventriculi, iecoris lenisque morbis, pituita genitis, mirè succurrit. nec minus etiam podagra laborantibus opem fert: hoc tamen in omnibus seruato, quòd guaiaci vinum ijs tantum potandum exhibeatur, quibus bilis non exuperat. Vinum etiam aliud quod sudatorium, aut purgatiuum appellant, ex guaiaco paratur. Sed prohibeo ne eo, aut pro potu, frequenter ve quis utatur. Nam ut prudenter exhibitum multis esse vtile constat, ita in potu sumptum, coctionem ventriculi, & ferè totius nutritionem interturbat, & mille alia accidentia efficit, grauiora fortasè ijs, quæ in laborate adferant, quæ omnia vitabit is, qui recta methodo eo utatur.

Decōmu. & pecul. indicat. Consilium circa potus insti- tutionem.



VM non satis sit in valetudine tuenda reficienda ve, solū vniuersalia, salubriaq; theoremata nosse, ut in particularibus etiam administrandis, prudentia & maturo consilio vtamur, hac quidem ratione cogimur, etiā si Aristoteles protulerit: Cōsiliata operari oportere, velociter, consiliari autem tardè, singulis capitibus consilium adscribere, siquidem de ijs est, quæ circa particularia versantur. Quid enim profuerit naturæ penetralia peruestigasse, quid cæli, terræq; adyta perlustrasse, causasque rerum omnium eruisse, nisi rationem & viam in singulis rebus habeamus? Quapropter homo quilibet cordatus, prudentiaq; præditus, qui facultate ratiocinandi colligere potest, mortalibus secundam valetudinem quouis pretio æstimari, suoque consilio, menteq; ipsius propria ingruentibus morbis occurrere, præsidiaque ferre sciat. Nec scire modò quæ à medicis imperantur, suoque corpore porriguntur, satis est, sed discernere etiam ea ac discutere oportet: sciat inquam isthæc singula, quatenus imperito ac seditioso fas est. Hæc itaq; multò magis nouisse decet peritum medicum, cui ista solerter interest tractare. Si quidem ratio vtendi ijs quæ ab indicatione excepi-
mus, non solū in legibus ac methodis vniuersalibus constituta est, sed in particularium obseruatione, quæ potiùs in prudentia & consilio, constituitur, quàm in vniuersaliū notitia. Quòd egregiè latini eloquij pater Cicero tradidisse visus est. Sustainetur valetudo, inquit, notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum, quæ res aut prodesse soleant, aut obesse, & continentia in victu omni atque cultu, corporis tuendi causa, & prætermittendis voluptatibus: postremò arteorum, quorum ad scientiam hæc pertinent. Notitia igitur sui corporis sustentari valetudinem cuiusque verissimum est, & Galeni etiā sententia confirmatum. Sua, inquit, cuique natura satis est, ad proprias, conuenientesque excitandas appetitiones, quibus sanitatem certò tuetur: hoc equidem est, sui quemque corporis notitiam habere, diligenterque attendere, quid cuiusque natura ferat, ex ijs quæ vniuersaliter in sanitate tuenda, reficiendaque esse proficua authores docent: quibus inquam delectetur, iuuetur, augeatur, feruetur cibus, potionibus, locis, aère, motu, quiete, somno, à quibus lædatur, quæ amica

L. 6. Ethicorum

L. 2. officiorum

L. 1. de sani. tu.

& fa-

A & familiaria, quæ exosa, & inimica habeat, vt illa prosequi; hæc fugere sciat: quod proprii consilij munus est. Quæ ratione optimè dictum est, cuique necessariam esse sui corporis notitiam: his etenim vtimur, à quibus natura ipsa iuuatur & reficitur: ab his cauemus, à quibus noxam sentire nos percipimus, idque duce & magistra natura, quæ vt ex Cicerone constat, dux vitæ nostræ est optima, multis ipsa signis declarans, quid velit, quid quærat, quæ desideret, quæ abhorreat, omnibusque modis facillè vim suam in nobis, potestatemque indicans. Hæc enim ipsa efficit, vt alius bubulam, suillam, alius caseum, poma, vinum, hunc aut illum potum vel impensè amet, summaque auiditate prosequatur, illisque iuuetur, vel manifestè lædatur: vt sunt occultæ quædam rerum ad inuicem contentiones atque discordiæ, non solum inter alimenta, & ea quibus alii debent corpora, sed & inter plantas, vt Theophrastus. refert. In id igitur profuerit, suæ quæque naturæ cognitorem fore, vt sciat quibus illi vtendum, à quibusve cauendum. Quæ quidem prudentia in omni cibo & potu modum ponere oportet: nam continentia is fructus est, ne excrementa in corpore redundant, ne cruditates, obstructions, viscerumque à copia infartus oriuntur, vt meatus liberiores sint, vt natiuus calor singula corporis membra liberè permeans ea viuificet, foueat, roboret, indeque vegetum corpus & salubre reddatur. Præsertim cum eadem præstet voluptatum contemptus: Ob id igitur medicum decet rerum varietatem nosse, vt iuxta naturas quas cognouerit, varietatem cuique proficua discat porrigere. Sic primum consilium, vt Polybus refert, sit, hyberno tempore paucissimis epulis indulgere. Esto, inquit, potus vinum multo meratissimum. à particulari nimirum corporis & temporis sumpta consilij ratione. Verna autem tempestate, iam in eunte, largius, aquosius, & sensim potandum est. Per æstatem verò poculis aquosis pariter atque pluribus nutriti conuenit: nam æstuosum tempus id iure sibi expostulat, atque hæc ita refert idem author. Tempestate namque calida, & sicca corpora feruore æstuant, incalescunt, & squalida euadunt, consimili etiā ratione quæ admodum ex hyeme in ver, sic ex verè quoque in æstatem transire congruit: epulis quidem subtrahendo, potibus verò adijciendo. Pari item modo annum ex æstiuâ tempestate in brumalè moderari, ac traducere conuenit. Per autumnum contra, potus pauciores quàm æstate, meratiores tamen: vt cum hyemis commoda contingerit homo, poculis meratioribus, ac paucioribus vtatur.

L. de senectute;

L. 2. de causis plâ
c. 25. & lib. 3. c. 15.

L. 4

Pari

Pari etiam lege & prudentia metiri oportet bibēdi rationem per A
 ætates, regiones & corporis temperiem, ac habitū: inquit enim Hip-
 pocrates. Quin & album vinum & nigrum si quis præter consuetudi-
 nem permiscet, etiam si ambo vinosa fuerint, tamen multum corpus
 realterarint. Porro vt in cibis prudentia, ex natura sumpto subsidio, re-
 gulam ponit, sic in potione: nam ætate illa consulit frigidiorē po-
 tu, actu & potentia, & largiorem: hyeme verò huic contrarium. præ-
 terea vbi vehemens viget æstus, prodest ijs qui bene habent, nam ma-
 ximum aëris feruorem aliter aliquando temperare non possumus. Ex
 quo etiam constat, supersticiosos esse medicos, qui pepōnum, pruno-
 rum, ceraforum, melonum, & aliorum humidorum fructuum vsum
 arcēt à mensis ætate, præsertim dū moderatus est eorū vsus: referunt
 eñ, humores crudos, ac putredini obnoxios ex his alimētis procreari:
 Quod licet verū sit, potius ex cōpia, & voracitate, quàm suapte natu-
 ra, licet humore abundant, fieri existimo: natura enim frustra eos fru-
 ctus non procreauit, nam calor aëris, & biliosus corporis status huius
 modi postulat temperiem: alioquin aquam interdicerē eo tempore cō-
 tra Hippocratis mentem, possent.

Sunt etiam, qui religiosè cauent potum ingerere citrà cibi sumptio-
 nem, quod equidem consilium mihi etiam non placet. Nam pituito-
 sis, & alijs qui bibunt ad voluptatem, nuda potio, & citrà aliquem ci-
 bum obest: biliosis tamen, & exiccatis corporibus, cum in ventriculo
 absoluitur concoctio, plurimum prodest ad contemperandam crassi-
 ciem & visciditatem, quæ excoctioe necessario accidit alimento: Præ-
 terquam quòd sæpè nidorosis aqua nidorem prohibet, non tamen dū
 alimētum ingeritur, sed aut dum coquitur, aut distributio instat: præ-
 terquam quòd huiusmodi corporibus somnus prohibetur, vbi siticu-
 losa ad eum accedunt. Quò fit, vt sæpè consulant experientia & ratio,
 parum ante somnum bibere: quod non omnibus, sed his siticulosis
 corporibus proficuum esse censeo: ac propterea Galenus, & Hippo-
 crates leuem sitim somno, maiorem verò non nisi potu tolli posse,
 scribunt: & etiam suadet Galenus, post peractam coctionem in ven-
 triculo, ad reddendam faciliorem distributionem alimenti, biben-
 dum esse.

Quemadmodum sani homines molestius sitim quàm famem
 tolerant, ita & laborantes, præsertim qui acutè febriunt. Quia præ-
 ter id, quòd cum morbo perit appetentia, crescit plurimum sitis.
 Quapropter plus potu quàm cibo delectantur, & gaudent. Nam ex
 assumpto

A assumpto cibo semper aliquid ad calorem, & ad morbi materiam ac-
 cedit, ex potu verò refrigerate compescitur febrilis ardor, siccitas cor-
 rigitur, & materiae feruentis frænatur motus. Cum hoc tamen in acu-
 tè febrientibus haud leue negotium est, quid circa potus administra-
 tionem fieri oporteat, nosse. Modum nanque ponere decet, ne nimio
 humore, qui febricitantibus alienus est, aut cruditas maior, aut fordi-
 dor putredo, prolixiorque suboriat: aut nimia ariditate accidentia
 intendantur, & corpus contabescat. Hoc tamen vnum in laboranti-
 bus obseruatione dignum est, nimirum pocula facilius cibis admixta
 concoqui, celerius reficere, ac minus naturam infirmam grauare: quò
 fit, vt primo acutæ febris die, humorem omnem interdicerē oporteat,
 nisi ita laborans sit imbecillus, vt cibum hac ratione expostulet. At vl-
 timis diebus, cum ariditas, incendium, & acrimonia vigent, largiùs
 B frigidam porrigere oportet: præsertim si conspicua coctio fuerit.

In febrium verò intermittentium vigoribus, iuxta optimam ratio-
 nem est, omnem interdicerē potum, etiam si laborantes vehementer
 sitiant: siquidem postmodum febrem quiescere, sitim quoq; quietu-
 ram cognoscimus, ac longiorem ex potione fore speramus. Quò fit,
 vt facilius abstinentia sitire desinant huiusmodi laborantes, quia
 breuior fit accessio, quàm potu, quo protrahi est necessum: remoratur
 enim antecedens materia, & difficilius excluditur ab humore multo.
 Hæc tamen est differentia inter continuam & interpolatam febrem:
 quòd in illa, materia in venis firmiter hæret, graui incēdio corpus dis-
 sipans, quo corpus periculo redditur obnoxium: In his verò, maius fa-
 cescit materia peccans, negotium. Quapropter in continuis, propter
 ingens & pertimescendum incendium, aliquo modo posthabita ma-
 C li materia, anteuertere cogimur potus tēpus, & eo largiori frigidio-
 riq; vti: in interpolatis verò, propter materiam, remorari eundem po-
 tum decet: in vtrisque tamen neutrum est negligendum. Opportuni-
 tas verò, ea est commodior, quæ cibo exhibendo est, si absque hoc, illa
 interdū dari debet: nā pari ratione cibis incōfectis tenetur carere ven-
 triculus, vt potus in huiusmodi febribus locum obtineat, ac præterea
 sub humore apprimere somnus conducibilis est.

Cæterum quia tantum facescit negotium, in acutis febribus aquam
 porrigere, aut aliū quēuis potū, expendisse hac in parte decet, quid sua-
 spōte frigida potus prodest, quid verò obest: & quæ intersit differētia in-
 ter potū ad febris ardorē extinguendū, exhibitū, & ad sedandā sitim,
 mitigandaq; alia accidentia, quibus perpetuò laborātes conqueruntur,
 ac leuari importunè expetunt. Reperiet enim quis passim apud au-
 thores

thores, ex aquæ potu in laborantibus, varia suboriri mala: quæ potius affectum, & symptomata intendunt, quàm mitigent, & conpescant. Sic multi eam damnant, quòd in peripneumonia videlicet, tussim non fanet, nec in cæteris sitim sedet, sed facillè fluctuet, supernatet, tardè transmittatur, lienem, iecur & cætera viscera, vbi phlegmone obsidentur attollat: præsertim cum sua sponte hypochondrijs infesta sit, & vacuo ventriculo pessima: sicuti & biliosis naturis, etiã facillè in bilem mutabilis, neque ex eo vrinam mouens, neq; aluum: quia neque incindendi, neque tergendis vires obtinet. Quò fit, vt si ventriculus biliosus fuerit, corrumpatur & illa. Ex quo etiam oritur, vt neque sitim sedet, neque siccitatem corrigat: quæ omnia manifestis testimonijs Galeni & Hippocratis facile, est probare. Galenus nanque, biliosos aquæ potu lædi plurimùm, dixit: & alibi refert: aqua sic languentibus supinat stomachum, vt subuersum sibi esse quis existimet. Mulsam autem & vinum humectare magis quàm aqua, scribit eodem commento: quod de vino aquoso & diluto postea exprimit. Frustra igitur, ac cum periculo ad refrigerationem & internæ sitis extinctionem illa quotidie vtimur, cum in biliosis naturis & calidis morbis vertatur in bilem. Qua quidem causa Hippocrates ad mulsam & vinum & oximelitem se contulit in ægris, ab aqua abstinens, præsertim in senibus. Quibus acuto morbo laborantibus vinum aquosum quotidie porrigebat Galenus, vini minimum aquæ stillans, vt modica esset vini repræsentatio, quæ duntaxat aquæ sinceritatem tolleret, excitaret tamen eam, & ad facillè distributionem traheret. Ex quibus omnibus manifestè apparet, Hippocratem & Galenum suspectum habuisse in morbis acutis aquæ puræ potum. Hęc etenim omnia dixi, non vt videar refragari ijs, quæ superius dicta sunt, sed vt cuius palam sit, quântum periculi & difficultatis obtineat, C intrepidè acutè febrientibus aquam præbere: etiam si Galenus commento citato referat, aquam febris naturæ aduersissimam, corpus tunc refrigerantem tunc humectantem, esse. Qua ratione constat aquam multis modis prodesse, & obesse. Primò in huiusmodi affectibus vt optimum præsidium, à Galeno mille in locis proclamatum est non autem ad alimoniam neque alimenti gratia: quò fit, vt longè à passu ab omnibus concedat. Ex quo manifestum, euadit, frigidæ aquæ potum, distribuendæ alimonie gratia, non admitti à veteribus, quia non tantùm qualitate (nisi impensè refrigeretur) quântum copia refrigerat, ex qua maior damni pars suboritur. Vt verò sitim sedet, actu frigida sit oportet, vt febribus sit præsidium, secundò id esse verum constat

L. 4. apho. commento, 13.
L. 3. de fract. &
L. 1. de rat. vict.

A constat ex ijs rebus, quibus aqua laborantium gratia coquitur: tum ad distributionem, tum ad coctionem iuuandam, tum verò ad causæ morbi resistantiam. Quapropter dum in vsum cibariorum sumitur in laborantibus decoctam esse oportet: dum verò refrigerationis & sitis extinctionis gratia, actu frigidam, & copiosam, sed non sæpe exhibitam. At dum voluptatis ratione, & vt laborantibus morem geramus, nulla lege licet aquam præbere (nisi dum delirium timemus, quod vt prohibere valeamus, multam ac frigidam aquam citra vllam cōsiderationem adhibemus) Quæ potissimùm de causa, interdicitur ab Hippocrate & Galeno & alijs veteribus: nam sæpe & paulatim exhibita, mala illa quæ primo loco retulimus, citra dubitationem infert: cuius loco, & vt ea vitentur incommoda, Hippocrates vtitur mulsâ, hydrofaccharo, vino, & oxymelite aqua dilutissimis, inspe B cta tamen consuetudine, præsertim in ijs qui aquæ suauitatem familiarem & singularem sibi habent. Nan in his licentiosius licebit vti frigidis, & largioribus potibus.

S V N T etiam hac in parte monendi studiosi iuuenes; suspectam sibi esse aquam hordei, qua frequenter medici vtuntur in febribus. nam cruda admodum & flatulenta ex leui illa coctione euadit, vt palam monstrant Galeni & Hippocratis testimonia, qui ad ptisanam probè parandam, hordeum plurimum coqui iubent, donec flatulenta eius substantia coctione euanescat. Ex quo manifestum euadit, aquam huiusmodi leuiter coctam, qua frequenter in potu febricitantium vtimur, esse admodum flatulentam, crudam & nullius momenti ad extinguendum febrium ardorem, vt multi falsò censent. Quæ quidem si diutiùs coquatur ingrator fiet. Quæ C propter alijs medicamentis oportet aquam decoquere, aut ptisana potius vti: nam laudes quas Barbari de aqua hordei referunt cum ptisanæ laudibus quas Galenus & Hippocrates referunt, cōuenire censo. Et ob id existimo, aut ptisana vtendū (q; raro vsu venit, nisi vice alimēti) aut alijs potibus vti loco aquæ ordei, frequenter & perperâ vsitatæ: nisi velimus ei aliquid aromaticū addere, flatibus discutendis idoneū.

De

De communi & peculiari Clysterium, & glandium indicatione.

Caput. 3.



MINI ME legisse apud Platonem miram quandam sententiam, qua probat legum conditorem, qui in constitutione legum de honestis bonis iustisque aberrat, plus delinquere, quam eum qui non sponte hominem occiderit. Quare Socrates apud eundem Platonē de his legē laturus, supplex ad atriā diuinæ mentis legem & sapientiā, ne in legū cōstitutione aberraret, implorat. Sed longē quidem deterius peccat, qui falsa sciēdi præsumptione, ut Lāgius refert, quā nihil est ambitiosius seducti, abrogata veteri, ac recta morbos curandi lege & methodo, ac spretis, vel sublatis, mutatisq;, antiquorū remedijs, ratione & diuturno vsu spectatis, nouāq; curādi morbos methodū ac legē, noua denique & inexperta remedia, temerario vsu præscribit. Quod equidem prudentius multo veteres egerunt Græci, qui ut omnia remedia quibus sanitatē recuperassent, inuiolata manerēt, & in similitudinem alia quotidie accrescerent, in templum Æsculapij, aut alterius Dei qui opem attulisset, conscribebant: ut ex Plinio constat. Quæ post bellum Peloponnesiacum, cremato Æsculapij templo, Hippocrates noster publicasse fertur, in Æsculapij honorem & cultū. Eodem etiam pensu Ægyptij (ut Strabo refert) emplastra, & alia vetusta morborum præsidia recondita in Hephæstio Vulcani sacrario seruabant, ut Galenus refert. Qui etiam pari industria à Ciconiæ simillima aue edocti, Clysteria obseruarūt, quæ aqua marina pleno & adunco rostro absorta, collo procero ad anum retorto, in aluum eructabat. Quorū vsus apud Ægyptios, teste Herodoto, tam fuit frequēs, ut singulis mensibus triduo purgarent se vomendo, atq; intestina diluendo, gratia sanitatis. Hęc diximus omnia, quia tantum etiam apud nos creuit Clysterium vsus, ut nullum propè malum sit, cui hoc præsidium expedire non sit compertum. Quò fit, ut etiam si iniquum sit, antiquorum auxilia aut methodos quodammodo mutare, aut nouare: nihilominus tamen diu iam nos docuit experientia rerum magistra, non sat esse antiquorum Clysteribus uti, sed alia noua & varia expedire, effingere, & illa etiam mutare, pro affectus curandi ratione. Quamobrē cum id nos experiētia doceat, nostris nimirum corporibus varia Clysteria

L. 29. c. 1.

L. 16. & 3. G. c. 3. gra.

L. 5. farmage.

In Euterpe.

Asteria variè prodesse posse: nihil aduersante antiquorum sententia, experientia prorsus inhærendum censeo, quæ palam monstrat, multis alijs affectibus, præter eos quos antiquitas recēfuit, esse proficua. Quæ ratione necessitate nouitatis coacti, nouas effingere leges ac methodos, quibus non indistinctè, & citra rationem hoc communissimo & utilissimo præsidio utamur, non erit præter rationem. Quapropter si rem, ut par est, assecuti fuerimus, venia dignos esse, quis iure optimo existimabit.

Clysteria deniq; & glandes inter localia remediā meritò recensentur ab antiquis, ea nempe quæ vni tantum parti debentur, videlicet intestinis. Cæterum experientia docuit, hoc etiam habere proprium & peculiare, ut & intestinis ipsis, & plurimis alijs distantibus, ac proximis partibus, mirum in modum opitulentur. Quò fit, ut meritò dixerit Galenus per clysteria molliri particulares vacationes, non quidem solum ab ipsis intestinis, verum & à remotissimis etiā partibus, ut alibi docuit idem Galenus, consulens oculorum affectibus mederi iniectis clysteribus. quò fit, ut inter vacuatoria, & vniuersalia auxilia meritò aliquando reponantur. Verum quod omnibus proffit intestinis, crassis videlicet, & tenuibus, docet ex professo Galenus, quod etiā ex vsu fit multis alijs partibus, paulo inferius aperte probabo.

Li. 4. Aph. c. 6.

Li. 6. Aph. c. 17.

Li. 4. Meth.

Partiemur quidem vim, & facultatem clysterium iuxta commoditates quas præstant intestinis ipsis, partibus item vicinis, ac vltimò longis & remotissimis. Cuius ratione expendere licet, quibus nam modis affectionibus intestinorum prodesse possint: & qua ratione partium vicinarum affectibus, ac rursus qua via & efficacia distantissimis opitulentur particulis.

C Quæ verò gratia affectuum intestinorum iniiciuntur, aut euacuant quæ plus iusto detinentur excrementa, aut cohibent qui immodicè fluunt humores, aut flatus discutiunt. ac vltimò dolores sedant aut detergunt, lauant, exiccant ac glutinant ulceratas partes, & soluta intestina: nonnulla etiam carnem generant, & cicatricem inducunt: Plura item lumbricos interficiunt, & extrahunt non pauca, ac ut rem cōcludam, sunt alia quæ aduersus aliquam distemperiem, iuxta illius rationem parari possunt: ut quæ aduersus colliquantem calorem non sine magno artificio ab Aërio parantur, ut suo loco dicemus.

Clysteria verò quæ ab intestinis euacuant, multiformia existunt: nā quedam quæ dura sunt emolliunt, ut faciliè pelli ac defluere possint: alia partes laxant, & quæ constricta sunt soluunt. Rursus quedam facultatem languidam aut pigram excitant, ac laceffunt ad excretionē

M Quæ

Quæ omnia etsi idem efficiant opus, ob diuersissimas tamen indicationes, ex diuersa etiam conficiuntur materia: nan quæ dura emolliunt, conficiuntur decocto ex malua, althæa, parietaria, viola, borraginis radice, & buglosæ, portulaca, prunis, feminibus lini, althæa, dissoluta etiam calsia, additoq; oleo dulci, amigdalorum dulcium, de semine lini, sesamino, aut butyro. Conficiuntur etiam ex iure extremitatum, aut intestinorum animalium cum caricis, prunis, violis, & alijs floribus, oleo & butyro. Quæ omnia præter id quod excrementa emolliunt, partes etiam laxant, præsertim si addantur mucilagines althææ, & fœnugræci: ac dum caliditas constrictionis est causa, addita etiam mucilagine feminis lini, citoniorum, & psyllij: nanq; facto in his actuali calore halituoso & humectiori, quæ densa & corrugata sunt, facilius laxantur, & quæ dura sunt, adhuc penitus emolliuntur. quos etiam vsus antiqui ferè omnes, & Galenus ipse, adimplebant, iniectis clysteribus ex hydrelæo & melle. Cauendum tamen in huiusmodi est, ne vsquam admisceantur, quæ vim habent plurimum irritandi naturam: cauendum præterea est, ne purgantibus vtamur medicamentis, nam maioris sæpe mali causa solet esse: quod his verbis pulchrè docuerat Hippocrates: At si stercus educere voles, nullum pharmacum bibito, sed alijs vtère, nam præter hoc quod nihil ob id magis efficient, plus ad intestina trahent.

Tertium verò genus eorum quæ intestina expurgant clysterium, his conficitur medicamentis, quæ vim habent mordendi, & irritandi facultatem ipsam imbecillam, pigram, aut impeditam: vt ad motum inuita incitetur, qualia sunt mercurialis herba, sicla, atriplex, parietaria, & multò magis earum succus. Sal item omnis generis & nitrum, alumen, & vrticæ semen, & sæpe muria ipsa: Ex compositis, hiera omnis, benedicta, & aliæ compositiones quæ purgandi vires obtinent. Quibus oleum admiscere, aut pinguosum aliquid, vt vulgatum est, ita alienum ab omni ratione: siquidem nulla remagis retunditur, frænaturq; acrium medicamentorum vis, & sentiendi potentia, quam oleosis medicamentis. Qua ratione ab his fugiendum est, dum solum sensum excitare conamur: nisi dum vtraq; causa ad alui suppressionem accedit: nam eo tempore vtriusq; simul mixtis vti est necessum: ijs nimirum quæ excrementa emolliiri valeant, & alijs quæ facultatem irritare. At dum facultas humore aliquo viscoso obtunditur, ac sentiendi perspicuitas obruitur, ita vt minimè persentiscat humorum pondus, aut acrimoniam, expediet eo tempore quæ

A quæ abstergunt præmittere clysteria: post verò quæ irritent, vt semoto impedimento, facultas veluti à somno excitetur & ad motum insurgat. Profuntq; auxilia huiusmodi in his, qui aut ob pituitæ copiam, aut fluxu bilis inopiam (solet enim hæc secundum naturam ad intestina descendere, & irritata natura excretiones molliri) improbè purgantur, vt in ijs qui regio laborant morbo videre est, & in ijs etiam qui plurimum bilis euomunt, ac vltimò in ijs qui adeo imbecilles facti sunt, vt nequeant, nisi quæ plurimum irritant, persentire.

Quæ aluum immodicè fluentem clysteria sistunt, varios ad id habent effectus: Nam quædam humores incrassant ac densant: quædam partes cogunt & comprimunt: alia acrimoniam retundunt: nonnulla lauant: alia etiam sensum obtundunt, idq; aut stupefacta potentia, aut inducto intestinis cooperimento, ne defluentem humorem persentiscant, citatiusq; irritentur. Quibus omnibus modis fluenti aluo per clysteria mederi oportet. Sic eos humores tantum densare licet, qui præ tenuitate facillè fluunt: nam pituitam salsam, aut quemuis alium crassum & acrem humorem densare, maiorem in intestinis erosionem infert, maioresq; dolores & diuturniorem fluxum, nisi iam contigerit pituitam tam esse tenuem & fluidam, vt sic care, densareq; etiam eam oporteat. Medicamenta verò quæ incrassant, adstringunt, & densant partes, ac humores ipsos, sunt veluti decoctum aut succus plâtaginis, rhu obsoniorum, balaustrorum, corticum granatorum, hypocistidis, hordei torrefacti, foliorum & corticum pini aut oliuæ, polygoni, consolide maioris, bistortæ, linguæ passerinæ, caudæ equinæ, myrthi & plurium aliorum simplicium, C quæ breuitatis studio prætermitto, qualia sunt galla, cupressipillæ, myrthi fructus cum mastiche facta post feruorem collatura: quibus addi possunt oleum omphancinum, myrtillorum, demastiche, citoniorum, & huiusmodi alia. Præstant hunc etiam vsum bolus armenus, terra sigillata, tragacanthum, & gummi: præsertim si tenuitas serosa aut acris admodum fuerit, aut biliosa, & exedens: quas quidem ante comprimendum adhibitionem retundere, & attemperare oportet, ne densiores ac fixiores factæ validius erodant, ac dilacerent partes. Qua ratione expedit clysteria prius iniicere, quæ ex ptisana, aut aqua calida seu hydrelæo & rosaceo conficiuntur, aut ex decocto hordei, corticum cucurbitæ, lactucæ, scariolæ, & florum violarū, nenufaris & borraginis confecto: ex oleo etiâ rosaceo & aqua

chalybeata, aut ex chalybeato etiam lacte, & ex pressione feminum A
frigidorum maiorum, & alijs huius census: ac si plurimum fluxio ip-
sa auxilium exposcat, ex vtrisque licet Clystere conficere: ex ijs nimirum
quæ adstringunt, & quæ calorem & acrimoniam retundunt, & at-
temperant.

QVÆ verò lauant clystera, vim etiam habent compescendi
fluxum, nanq; abluto & extracto humore qui naturam laesit, & ir-
ritat facillè venter comprimitur, & subsidet, quorum paulo inferius
meminero.

CÆTERVM in his omnibus fluxibus, quibus exulceratio-
nes intestinorum coniunguntur, aut graues ex erosione dolores: ne-
cessum est ea clystera adhibere, quæ vim habeant obliniendi, & ve-
stiendi intestina ipsa: vt humor fluens facillè citra vltiorem erosio-
nem dilabatur: quo sæpe fieri solet, vt fluxus sistatur, cum natura ab
humorum acrimonia minimè irritetur, sed quiescat subsideatq;. *quæ intestinum
pellunt et vestiunt*
Conficiuntur autem hæc ex caprillo sepo, adipe anserino, aut ex
butyro, oleo atq; etiam adipe gallinaceo, aut anatis: ex mucila-
ginibus aut vitellis ouorum, aut toto ouo conuassato, etiam ex
lacte, ex cremore hordei, ex gummi, tragacantho, amylo & hu-
iusmodi quibus intestina vestiuntur, ob idq; minùs ad excretionem
excitantur: hæc nanq; omnia sensum obtundunt, contactum acris
materiæ præcauendo. Cæterum obtunditur sensus etiam per narco-
tica medicamenta, in quem vsus conficiuntur clystera ex decocto
portulacæ aut hordei, aut ex lacte in quo dissoluatur Philonij persi-
ci aut romani .3. j. aut magnæ theriacæ .3. ij. aut requiei mag-
næ, aut catapotiorum ex cynogloso: ac si plurimum necessitas vr-
get, opij nonnihil, dummodo ex vino dulci aut aqua calida inte-
stina postmodum abluantur: Nec plurimum est in illis medi-
camentis immorandum, ne vltra iustam mensuram pergat stu-
por.

Clysterium verò vsus, quæ vim habent discutiendi flatus, plu-
rimus ac notissimus est in re medica: Verum hæc omnia constant,
ex ijs medicamentis quæ calida sunt, & modicè sicca, ac perinde fla-
tus dissipant, & consumunt, qualia sunt quæ conficiuntur ex deco-
cto anethi, chamæmeli, ruthæ, abrotani, saluiæ, aut rosmarini, ser-
pilli, calamenthi, origani, pulegij, thymi, hyssopi, ocimi, maiora-
næ, stœchadis, anisi, fœniculi, cumini, dauci, & huius census alijs,
quæ cōsultò prætermitto. Ex quibus & oleo ruthaceo, anethino, cha-
mæmellino & alijs clystera parari possunt. Cæterum quæ valentiùs
dis

A discutiunt, fiunt ex oleo communi, quod tenuis sit substantiæ, in quo
ferbuerit cariophyllus, aut casia lignea, cinnamomum, nardus, cala-
mus odoratus, cardamomum, galanga, zingiber, pyrethrum, piper
lignum aloës, & carpesia: quæ omnia mirum in modum opitulanti so-
lent, & flatus plurimum discutere colicis & iliatis affectibus, ijs præ-
sertim quibus flatus coniungitur, mirum in modum videntur pro-
desse.

Quæ verò intestinorum dolorem sedant clystera, maiori opus ha-
bent consideratione: nanq; aut ob flatuosam aliquam substantiam in-
testina dolent, quibus profunt quæ mox diximus clystera, sicuti ijs
quibus dolor ex vitrea pituita concitatur: quo tempore addenda sunt
quæ abstergendi vim obtinent, & nonnunquam quæ anodinam ha-
bent facultatem, vt oleum commune, adeps anserinus, gallinaceus,
B butyrum, aut ius aliquod pingue, & insullum. atqui vbi hoc præcesse-
rit, addere oportet mel, & ea quæ abstergendi habent vires. Aut aliud
dolet ob fæcum retentionem, cui quæ emolliunt, vt superius dixi-
mus, necessum est adhibere. Si verò ob exulcerationem, quæ obli-
niant ac lauent & abstergant, & eodem prorsus modo si id contige-
rit ob humoris calorem, & acrimoniam: quæ præter hoc quod la-
uent attemperare etiam valeant sunt adhibenda. Verum si ob infla-
mationem huiusmodi dolor concitetur, ea parare clystera decet, quæ
anodinam habeant facultatem: qualia in hunc vsus conficiuntur,
ex succo portulacæ, vitellis ouorum, oleo rosaceo, butyro, hydrelæo
ex rosaceo, & alijs qui dissolui possunt, decocto maluarum, althææ,
violarum, & hordei, additis saccharo & casie fistulæ pulpa: quæ etiam
confici possunt ex asinino, aut caprillo lacte, cum oleo amigdalorum
C dulcium, aut rosarum. Cæterum procedente inflammatione, hisq;
non subsidente, coniectandum est, aliquid iam esse particulæ impa-
ctum, quod resolutionem exposcat. Quapropter prædictis admitti-
cere quæ resoluendi vires obtineant, qualia sunt fœnum græcum,
camomilla, lini semen, & anethum, quibus sensim oportet vti,
ne nimio sui calore plus ad partem, quam discuti possit, trahatur.
Sedantur etiam, his nihil præstantibus, dolores ex inflammatio-
ne, stupefacientibus medicamentis, de quibus superius diximus.
Cæterum si ad suppurationem ex signis deprehendatur inflamma-
tionem peruenire, putidis pinguibusq; clysteribus sat erit vti, hisq;
non crebrò: ne intestini substantia corruptione periclitetur, quibus
si prudenter vtamur, faciliùs inflammatio suppurabitur citra doloris
exacerbationem, ac citra prædictum periculum.

Dolent etiam intestina ob viscidam, crassamq; pituitam ipsis adhaerentem, quæ quidem admirationem auget, considerata eius natura: nam ex alimento in ventriculo & iecore concocto, & intra corpus actu insigniter calens contentus humor, qui potuit & vnde tantum refrigerari, vt ex continentis loci calore, per dies & menses non repuerit? cum externus liquor, quanuis gelidus, euaporanti cacabo immisus, confestim calfiat, & liquetur, adhibitis præsertim quæ calfaciendi vires obtinent auxilijs: quapropter addubitare licet hac in parte, an pituita illa ex frigiditate, an ex alia causa dolorem inferat. Cui dubitationi dicimus, non esse præter rationem humorem hunc frigidum in corpore generari posse. nam vbi humor aliquis, propter summam cruditatem & substantiæ ineptam conditionem in alendo, naturæ elaborationem suscipere non potest, contemnitur enim, naturæ perterrita, nec applicatione calidi agitur. Quò fit, vt exhalante (si quam continet) portione tenuiori calidiorq;, geletur indies & crassescat magis, donec vitri speciem referat, cum insigni frigiditate intracalencia intestina. Expendere tamen oportet, non esse solam eius frigiditatem doloris occasionem, si quidem diu ibi persistens, eum non valet inferre: quò fit, vt non solis calorificis sedetur, sed ex motu prodeat dolendi occasio. Nam dum quiescunt humores illi intestinis affixi, dolorem nullum inferunt, donec moti, vim inferant subito & affatim in naturam ipsam, ac per consequens dolorem: quod manifestè constat: nam subito ab euacuatione humorum cessat dolor: qui si sola fieret alteratione, nec subito inuaderet, neq; subsideret, cui vsui præstant ea clysteria, quæ protinus euacuandi pituitam efficaciam habeant simul cum caliditate. Nam quæ solùm calfaciunt, plus solent humorem mouere, ac fundere, ac per consequens grauiores dolores inferre: quapropter vtraq; natura constare oportet clysteria huic vsui proficua; quæ facillè quiuis parauerit, ex ijs quæ calida & acria superius diximus.

Verùm quia maligna vlcera intestina ipsa solent deuastare, & maximos cruciatus inferre, necessum est ea clysteria parare, quæ ablundi, detergendi & exiccandi efficaciam habeant. Cæterùm si vlceris sordidum fuerit, quæ detergendi vim obtineant, adhibere oportet: sin autem, quæ exiccandi tantum: qualia sunt vinum, & si humor defluens frigidus fuerit, vinum mellitum, decoctum hordei aut oryzae torrefactæ, aut lentium cum melle rosaceo. Verùm si humor calidus exurenq; fuerit, hordei & lentium decocto cum Syrupo rosaceo, aut saccharo: virtutem tamen abstergendi habent mel, alumen, pumex, aqua etiã oliuarum

A oliuarum, & salitorum piscium, cortices lentium, aristolochia, panax, thus, & thuris manna, quibus etiam facillè cicatrices inducuntur, saltem ijs. quæ vehementius exiccant. Quæ quidem omnia profunt decocta, infusa, & in puluerem redacta: quibus etiam carni crescenti, absterfa eius sorde, locus datur. Cæterùm abluunt intestina aqua multa ex hordei, & lentium decocto cum saccharo, aut melle. At absterfione facta, his oportet vti clysteribus, quæ vim habeant corroborandi, & solidandi partes ipsas vlceratas, quæ conficiuntur ex vino nigro sipti co facta: aut si calida distemperies & sitis præualuerint, decoctum fieri oportet ex rosis, plātagine, & rhu, cui addatur trochiscus, & alia medicamenta, quæ superius diximus prodesse aluo fluenti ex calida causa.

Quæ verò crustam inducunt, valida admodum sunt medicamenta, & quæ non nisi in grauioribus malis citra maximum periculum adhiberi possunt: nimirum vbi tam est vlceris profundum, & vasa etiã exesa, & intestinorum fibræ, vt omnium gratia oporteat crustam inducere, quæ & sanguinis fluxum cohibeat, & erosioni humorum obfistat: in quibus non incautè, & vtcunq; neq; à quibusuis, sed à leuioribus initium sumere expedit, veluti ab eo quod recipit aluminis partes duas, corticis mali punici partem vnã, decocti lentium. q. s. Quæ verò valentiora sunt, recipiunt cadmiam, calcem, alumen scissile, salis fossilem, cartam combustam, trochiscos etiam quibus barbari medici sapius vtuntur, qui recipiunt ammoniaci, sandarache, anna. 3. j. calcis viua. 3. iij. Cartæ combustæ, acaciæ anna. 3. j. misce & cum succo arnoglossæ fiant trochisci, quibus etiam placet ex narcothiis non nihil semper addere, vt minori sensibilitate & noxa huiusmodi

C medicamenta suas exercent vires. Verùm cum vlceris eò magnitudinis peruenerint, vt crustiferis egeant auxilijs, hoc vtor securissimo clystere, quod recipit florum rosarum, liquoris papaueris, acaciæ, gummi, balauftij, succi hypocistidis, singulorum partes tres, gallarum, seminis plantaginis, cuiusq; partes duas, licij indici partem vnã: leuigentur omnia, & cum succo plantaginis formentur trochisci, quibus postea decocto aliquo dissolutis tutò vti possumus.

Clysteria quæ lumbricos interficiunt (nam quæ temperiem conciliant, vt quæ de se conspicua sint, consultò prætermittò) haud manifestam habent indicationem, nam quædam lumbricos ad partes infernas euocant, dum in ventriculo & primis venis immorantur, vt facillius internecari possint, quædam internecant, quædam rursus expellunt. Quæ verò euocant, ex rebus dulcibus ac boni saporis conficiuntur.

tur, veluti ex aqua mulsa, ex lacte cum melle & sale, ex iure gallinarū A
 saccharo, & vitellis ouorū: vt allecti lactis & mellis dulcedine, in par-
 tes infernas irruant, vt præmissa huius clysteris iniectione, quæ amara
 sunt, & acida, ingratumq; habent saporem, facile administrari pos-
 sunt, nā hæc promptè lumbricos interficiunt, & educunt, acida enim
 internecant, amara verò interfectos expurgant: quò fit, vt supra dictis
 addere oporteat oleum, in quo abstinthium, abrotanum, cuminum,
 menta, aut lupini incoquantur, ex quo solo oleo aut ex succo absinthij,
 mente abrotani, sisimbrij, pulegij probè etiam clysteria confici pos-
 sunt: quibus addere expedit ea, quæ non solum amarore, sed etiam vt
 lumbricos extrahere queant, vt aloes, agaricus, cartamus, rhabarba-
 rum, hiera, S. & composita, pillulæ etiam quæ conficiuntur ex aloë,
 croco & myrrha, & pillulæ de absinthio, & trochisci dissoluti etiam B
 in liquore aut decocto aliquo ex supra dictis, adiectis etiam puluis-
 culis qui parantur ex cornu cerui vsto, ex centauro, menta, pulegio, si-
 simbrio, aloë, & lupinis, quibus addi potest muria, & centauri deco-
 ctum. Cæterum ascaridas appellatos lumbricos abstergunt clysteria,
 quæ ex aqua, ex cinere feruifacta cum melle cōficiuntur, dum modo
 instrumentum quo inijciuntur non sit recta perforatum, sed per late-
 ra, vt rectum intestinum horum lumbricorum sedem abluant, & de-
 tergant promptius. Et tandem clysteria parare decet ex ijs quæ dixi-
 mus, additis, hiera aut benedicta ad pituitam expurgandam in lexi-
 uo, vrina aut muria, vel ad pueros hoc affectu laborantes in mulsa.

Hæc itaq; sunt clysteria quibus intestinorum affectibus mederi li-
 cet, quibus quæ rectum intestinum obsident, mala curari desiderant,
 etiam si proprius per suppositoria huius partis vitia auferantur, quam
 per clysteria, vt suo loco dicemus. Verum in tenasme ex vlcere, aut C
 inflammatione, aut facuum duritie, eisdè oportet vt clysteribus, quæ
 superioribus intestinis prodesse diximus: & simili prorsus modo, si ex
 flaua bile, aut erodentibus humoribus eis, quæ abluendi & attempe-
 randi habere facultatem docuimus. Verum si frigida distemperies
 huius affectus causa fuerit, calfacientibus vti oportet, vt vinum est, aut
 decoctum aliquod ex ijs quæ flatibus discutiendis proficiunt, si verò
 pituita falsa aut viscida causa fuerit, vinum cum rosaceo melle, & vi-
 tellis ouorum, ac oleo communi incoctum, vtiliter administratur: in
 quem vsu etiam tutò adheri potest decoctum lentium cum melle,
 aut decoctum ficuum cum myrrha & aloë: præter id quod omnia alia
 quæ detergendi vim habere diximus, prodesse plurimum possunt: in
 cuius auxilij administratione mihi magis placet, aut syringa sapius re-
 ctum

A ctum intestinum abluere, aut perforato tantum per latera instrumen-
 to, clysteria iniicere, quam communi instrumento vti.

CÆTERVM tam est vtile vulgatumq; hoc præsidium, vt
 nullum ferè morbum reperies, qui in eo suum non habeat auxilium,
 suamq; medicinam: nam quo tempore partes intestinis vicinæ labo-
 rant, nihil æquè symptomata mitigare, aut morbis earum pro-
 desse eompertum est: quò fit, vt hoc præsidio expediat vti, in vesi-
 cæ, renum, & vteri affectibus, & in ijs etiam qui meseræon, iecur
 & splenè obsederunt, ac deniq; in omnibus, qui per viciniam eo-
 dem beneficio frui possunt: licet in omnibus, & in singulis, diuersa
 longè ratione, iuxta morborum differentias, quibus hæ partes affici
 possunt.

Sic in affectibus vteri, quibus menstrua purgatio largior est, vt
 B expedit eis quæ vires habent in frigidandi, & agglutinandi: nam in
 calidis temperaturis, aut tenuibus humoribus, aut quibus viæ admo-
 dum sunt patulæ, nullum aliud commodius auxilium adhiberi po-
 test: hoc enim solum frigiditate vias coarctat, humores tenues co-
 git, ac densat, calorem compescit, ac si quid ictu, aut casu dilace-
 ratum est, conglutinatur: conficiuntur autem clysteria hæc ex draga-
 chanto, gummi arabico, mastichæ in aqua frigida chalybeata, aut suf-
 fumigata mastichæ, dissolutis. Prodest etiam mirum in modum suc-
 cus radicis filipendulæ, clystere iniectus, præter id quod potui data
 commodior est. Cauendum tamen est ab ijs rebus, quæ comprimendi
 vim obtinent: nam cum hæc, partem cui adhibentur comprimere
 habeant, repellent necessariò in affectum & fluentem vterum, humo-
 res inibi morantes, ac per cōsequens, maiorem incitabunt fluxionem,
 C sicuti & calida omnia actu vel potentia: quò fit, vt vtilius sit in prin-
 cipio frigidis, mox verò vacuato corpore, quæ agglutinandi vim obti-
 nent vti.

Quæ verò calidæ & mollis sunt naturæ clysteria, suppressam pur-
 gationem (dum ex plenitudine non sit, aut ipsa iam deposita) conci-
 tant, etiã si calor siccas suppressionis causa sæpe sit. Inquit enim Gal.
 calida menses euocant, si valenter non desiccant, sic calida cum pluri-
 mum humectant, quales sunt decoctiones, quæ emolliendi aluum
 virtutem habent, præsertim si eis addatur nepetha, aut tanacetum, ca-
 lamintha, fabina, dictamum, assarum, costus, cassia cinnamomum.
 aristolochia, iris & huiusmodi alia, quæ dum frigida causa fuerit, mi-
 rum in modum profunt: nam eorum decoctum, præter id quod calfa-
 cit, ob hoc citius etiam humectat, ex quibus quæ homectiora sunt; ca-
 lidis



lidis causis sunt proficua, quæ verò calidiora cum humiditate, frigidis, A
nam hæc frigidos infartolq, humores diffundunt, liquant ac dissol-
uunt, aut per vterum expurgari cogunt, sicuti corrugatas partes calo-
re, ac densos humores, sua humiditate laxare, & emollire valent: præ-
missis tamen, quæ totum corpus, sanguine aut humoribus minuunt,
ne plus ad affectam partem, euocante id calore, trahatur.

IIS verò fœminis, quæ ob laxitatem ex humiditate inundante,
frequenter abortiunt, ea sunt adhibenda clysteria, quæ leues habeant
corroborandi, & comprimendi vires: quibus addere licet quæ exiccā
di vim obtinent: nam hæc consumptis qui inundant humoribus, cor-
rugationem efficiēt, quæ tutior est discussis humoribus. Quapropter
incoquere cum his quæ superius comprimere diximus, oportet, ori-
ganū, thymum, sabinam, ameos, anethum, chamæmelum, epithymū
saluiam, rosamarinum, mentham, maioranam, & alia huius naturæ, B
quibus qui ibidem morantur humores, discutiantur, & parte corro-
borata facilius onus sibi commissum continere queat.

Verum si ob siccitatem fœmina non conceperit, quæ abluendi &
humectādi vim habere diximus clysteria, inter alia auxilia plurimum
præstare possunt: vt quæ corrugatas & siccitate densatas partes laxare
aperire & humectare valeant, quibus ad mediocritatem redacto vte-
ro, deinceps semen facilius suscipit & amplectitur.

At si ob flatum qui ab vtero mox semen pellat, aut ob frigidum
humorem inundantem sterilis fœmina fiat, ea oportet adhibere cly-
steria, quibus diximus inesse discutiendi, calfaciendi, & exiccandi vi-
res: addito in principio melle rosaceo & agarico, & ijs quæ modicè ir-
ritent, vt quodammodo humores euacuent, & per aliam regionem
diuertant: quibus addere oportet, quæ vterum ipsum ex propria natu C
ra, respiciunt, qualis mercurialis est, artemisia, matricaria, flos anethi,
stœchados, chamæmeli, & huiusmodi alia.

Vltimò verò eis oportet vti, quæ corroborādi, densandi, ac constrin-
gendi partes vtero vicinas, vim habeant: vt continui ratione, vterum
etiam ipsum hac lege tenatiorem, & fœcundiozem efficiant. Quæ pa-
rare facile erit, inspecta quam superius id præstare materiam diximus,
quæ etiam prolapsos ob eandem causas vteros in pristinum locum re-
digunt, consumpta & exiccata, quæ resolutionem efficiebat materia,
præsertim si decocto addatur saluia, maiorana, mētha, stœchas, & alia
huius generis. Post quorum omnium administrationem, quæ roborā-
di, & adstringendi cum siccitate vires obtinent, administrare oportet.

det.

Arcent

A Arcent verò ac mitigant vteri inflammationes clysteria, quæ ex ca-
lido oleo, pinguedine anseris aut gallinæ, aut butyro conficiuntur:
præsertim si dissoluantur in decocto seminis lini, fœnu græci, & simi-
lium, aut in lacte: pariq; pensu debent administrari, ac in intestinorū
inflammationibus. Eodem prorsus modo iuxta vteri distemperiem
parari possunt clysteria, sic in calore, & pruritu, ex aqua tepida, aut
lacte, aut hordei decocto, & expressione feminum frigidorum: velu-
ti in frigida, quæ mox diximus.

Renes item affecti iuxta varias affectiones, varijs iuuantur clyste-
rium formis. Nam inflammationes consimilem exposcunt præcedē-
tibus formam, aut quæ ex maluæ decocto parantur, semine lini, fœnu
græci cum oleo & melle: aut ex hordei succo cum oleo & saccharo,
addito etiam melle: quibus sanè indurata excrementa emolliuntur,
B & ad excretionem parantur, à quibus ad anodina clysteria deuenire
oportet, quæ conficiuntur ex oleo anethino cum butyro, quibusdam
adipibus eliquatis, ex folijs etiam violarum & maluarum decoctis,
ex oleo item violaceo, chamæmelino, & anethino cum melle, &
pulpa cassiæ fistulæ, quibus addere aut pinguedinem aut butyrum
oportet. In quibus omnibus obseruare decet, ne copia multa infun-
datur, nanq; repletis intestinis, facile est renes comprimi, & maio-
res concitari dolores. Oportet tamen hunc ordinem seruare in ini-
ciendis huiusmodi clysteribus: vt post ea quæ anodina sunt & al-
uum soluunt, quæ attemperandi & modicè pellendi vim habent, præ-
mittantur: ac dum malum creuerit, eis oportet vti, quæ modica emol-
litione, & resolutione profiunt: vt quod in parte continetur, facilius dis-
solui possit. Cauendum tamen ab ijs, quæ repellendi vires obtinent,
C nam hæc facilius in renes transmittunt, sicuti ab ijs quæ trahendi, aut
irritandi plurimum vires habent, plus enim cōcitabitur natura in ex-
pulsione, ad huiusmodi partes. Cum verò renes ob distemperiem do-
lent, facile erit iuxta rationem distemperiei, ex ijs quæ diximus cly-
steria vsui idonea conficere.

Verum cum ex lapide dolent, finitima exposcunt clysteria ijs quæ
colico dolori prodesse diximus: qualia sunt anodina & quæ flatu dis-
cutere valent, & ea potissimum, quæ emolliendi, & laxandi partes
vim obtinent, nam hac ratione fit, vt quod in angusto loco cōtinetur
facilius defluat, minoresq; pariat cruciatus: etiam si expediat eorum
(vt diximus) paruum esse quantitatem, ne renes compressi plus do-
leant, quò fit, vt multis displicuerit in nephritico dolore clysteribus
vti, Galeni testimonio decepti, qui colicorum cruciatus, multò magis

quàm nephriticorum refert, lenientibus mitigari clysteribus. Quo lo
co iudicio nostro, non negat clysteria nephriticis prodesse, sed colicos
plùs iuuari affirmat. Est enim hoc præsidium nephriticis tam utile, vt
si decenter euacuentur, dolore statim careant: qua quidem ratione
motus Hippocrates dixit, cibo & potu impleti plùs grauari, sicuti le-
uiore fieri à vomitu & alui subductione. Verùm ratio & ordo inijciē-
di est, vt præmittantur quæ excremeta euacuant, quibus quod in vjs
intestino proximis continetur, facile & citra maximam turbationem
excernatur, ne in particulam dolentem irruat: mox infundere oportet
quæ partium vicinarum inflammationes lenire possint, ac dolores
mitigare, ab ijs verò, ea quæ discutiendi humorem in inflammatione
contentum, vires habeant.

Renibus verò exulceratis clysteria ea profunt, quæ ex lacte, aut aqua
mulla, aut decocto hordei torrefacti, glycirizæ, emulsione seminum
frigidorum, & aqua lactis cum melle, aut saccharo cōficiuntur: quæ
quodammodo calorem, qui facile exulceratis his partibus oriri solet,
compescant, & vlcera etiam siccent. & siquid ad renes permeare pos-
sit, etiam extergant.

At si vesica inflammatione aut vlcere laboret, ea clysteria sunt adhi-
benda, quæ vtero & renibus inflammatis, aut exulceratis prodesse di-
ximus. Quod si viarum angustia vrina supprimatur, quæ calculosis &
colico dolori profunt, adhibenda sunt: nam hæ & partes emolliunt,
& suo calore dilatant, ita vt vrinæ exeunti cedant. Verùm si vesica re-
soluatur, ob idq; nec morsum, nec pondus vrinæ perferat: irritanda
est ad expulsionem facultas ijs quæ morsum inuehant: veluti est aloes
non lota, ciclamini succus, aut siclæ & rosarum cum sale, melle & ni-
tra, & alijs quæ diuretica sunt. Sic cū fluore laborat, ob muscoli clau-
dentis eius osculum resolutionem, ea profunt medicamenta per cly-
steria iniecta, quæ prolapsum vterum in pristinum locum reducere
posse diximus: qualia sunt, quæ calfaciendi, & exiccandi cum adstri-
ctione vires obtinent. At in stillicidio vrinæ ex acrimonia, ea medica-
menta profunt, que attemperandi & compescendi malam vrinæ qua-
litatem vires habent: nisi in animo fuerit, acrioribus medicamentis ad
intestina trahere acres & mordaces humores, quibus vrina vitatur:
nam eo tempore diuersionis gratia tutò fieri potest, alioquin mini-
mè.

Ac ne longius abeam, in omnibus affectibus aliarum vicinarum par-
tium, eadem methodo licet clysteria conficere: nanq; in hydrope, ven-
triculo affecto, iccore, splenæ, melsæ, simili omnino modo expedit,
aut

A aut flatus discutere, aut trahere, aut emollire, densare, corroborare, mi-
tigare & alia officia peragere, iuxta cuiusvis indigentiam, additis etiã
medicamentis, quæ quodammodo partem affectam respiciant, vt ieco-
raria, splenetica, & alia huiusmodi quæ breuitatis studio prætermitto.

Non solū clysteria, ea quæ nuper diximus possunt, sed tantæ etiam
sunt utilitatis, & efficaciz, vt distantissimis adhuc partibus citra dubi-
tationem opitulentur. Nam quædam ex his, præstantius reuellunt,
quàm quoduis aliud auxilium. siquidem ad naturales corporis caui-
tates, per quas humores solent pelli, eos vi & efficacia maxima trahūt
alimoniam etiam, si quando opus est, corpori præstant, somnum con-
ciliant, corpus ab assumpto veneno vindicant.

Verùm tamen clysteria quæ irritandi, trahendi, atq; ob id reuellē-
di, & euacuandi potentiam habent, maxima egent consideratione, &
B maturo consilio, cū hæc omnia vim non paruam in naturam infe-
rant. Cuius gratia expendere decet, quibus ea modis operētur, & qui-
bus profint affectibus, & qua ratione. Duplici itaq; via compertū est,
acria clysteria suas vires posse ostendere, aut irritata nimirum & lacef-
sita expellente natura, aut attractis & selectis humoribus, propria &
peculiari medicamentorum facultate. Quæ verò acria sunt, ex nitro,
succo siclæ, rosarum, mercurialis, cucumeris asinini, & huiusmodi a-
lijs confici possunt, dommodo vim habeant acrem, & mordacem qui-
bus virtus ad consuetum munus excitetur. Hæc nanq; medicamenta
ijs profunt, quibus facultas consopita est, aut alio quouis modo deten-
ta & impedita: ac ijs etiam qui medicamento purgante accepto, nihil
purgare queunt, & vltimò omnibus ijs, quorum conamur naturam
distrahere ab aliqua fluxione, quam per superiora mouet: aut dum in-
C tendimus humores sursum irruentes, ad inferiores partes reuellere,
per easdem irritata, & coacta natura, & ad infernam aluum euocata.

Quò fieri solet, vt consuetam fluxionem, aut dolores, sæpius ipsa in-
tercipiat, ad aliam distracta regionem: nam hac potissimum ratione,
ab inceptis operibus natura sæpius desistit, quia aliud denuo longè di-
uersum aggredi cogitur, aut saltem quia minor est ad singula, cū
pluribus est intenta. Quæ verò attrahendi, & eligendi humores, pote-
statè habent clysteria, ijs medicamentis constant, quæ præter id quod
naturam irritent, humores ipsos etiam eligant, vt ab alijs separatos na-
tura facilius pellat. Neq; enim desunt qui asserant, id nulla ratione
posse fieri, cū hæc medicamenta desiderent prius in vetriculo actua-
ri, quod ad eorum actionem est veluti causa sine qua non, & vt ipsi cē-
sent, minimè intestina huiusmodi actuatione præstare possunt, neq;

adhuc ad ventriculum trahuntur imo ipse ea omnia renuit: ergo nulla ratione videtur posse intestina hæc iniecta trahere: præter id quod neq; Galenus neq; ex Græcorum familia quisquam ex professo hæc dixerit, licet nullus id posse fieri negauerit. Quapropter vt ex Arabum constat sententia, & etiam ratione quodammodo probari potest, id citra dubitationem certum est fieri, quia vt medicamenta hæc in actum redigantur, sat est, vt calore intestinorum calefiant, & liquescant, vt suas vires suscipiant, & vndiq; fundant, qua ratione quas attingunt partes, ab humoribus sibi familiaribus vendicant. Nam quemadmodum cum hæc in ventriculo & iecore incalescunt, humores ad se trahere possunt, eodem modo indubitanter fieri in intestinis est possibile, etiam si ventriculus ad se non trahat huiusmodi medicamenta: quod etiam dogma facile confirmat quotidiana experientia. Habent huiusmodi auxilia etiam maximam in varijs morbis vim, & efficaciam, licet in omnibus non vnica solum ratione, sed gratia reuellendi, atq; attrahendi peccantes humores ad contrariam aut diuersam regionem, ac nonnunquam euacuandi. Quod verò reuellendi efficaciam habeant, ex Galeno licet probare, qui ex Archigenis, & propria mente, summoperè laudat euacuationem, quæ per clysteria fit, non tantum eo nomine quod excrementa in intestinis contenta extergant, sed reuulsionis gratia, quod ea quæ ad caput efferuntur, subtus alui deiectione diuertant. Atque subdit idem Galenus in tali clystere plurimum reuulsionis est, ad hoc quod non solum ventriculum & meseræon euacuet, sed etiam ima hepatis expurget. Qua ratione credendum est, medicos omnes in grauioribus & ægrè curabilibus affectibus. huiusmodi clysteribus iuxta optimam rationem vti, in his præsertim corporibus, in quibus crebris vacuationibus est opus: Virtus tamen, aut ægri voluntas, aut morbi tempus, accidens ve aliquod, id ex toto renuunt. Profunt hæc etiam mirum in modum in laterum doloribus, vt fluentem materiam distrahant, ac impactam euellat. Capitis item doloribus, gingiuarum fluxibus, lippitudini oculorum, & hebetudine laborantibus, vlcerebus, & eruptionibus quæ in capite fiunt extuberantibus item in summitate erumpentibus, lethargycis, & comitialibus, difficulter spirantibus ob flatum & crassæ materiæ copiam. Opitulantur eodem modo febribus inordinatis, quæ non habent vehementes & ordinatas inuersiones, quibus grauitas præsertim in intestinis adest, venterq; humidus & molle hypochondrium existit. Valent etiam in quotidiana febre, & in ijs omnibus, quæ cum suffocatione fiunt, & nimia ad somnum propensione. Etiam si Galenus solum

L. lib. 1. Phar. loc.
cap. 10.

alum oleo & melle vsus fuerit in febribus: quod factum esse existimamus in ijs quæ citra vllum accidens procedunt, gratia emolliendi aluum. Profunt etiam hæc in morbis pulmonis, angina, tetano, inflama, verri gine: habentibus etiam in ventriculo adhaerescenem pituitam, & in id male coquentibus omnibus deniq; articulorum & coxendicis affectibus: Ceterum in omnibus hoc licet expendere, quod nonnulli huiusmodi clysteria exposcunt ad reuulsionem, & distractionem humorum quod præmissa aliqua communiori vacuatione, in principijs morborum potest fieri, aut citra ipsam, si morbus urget, vt apoplexia, & comitialis & alij huius census. Alij verò qui crebram euacuationem etiam si expediat, non sustinent, vt paulatim per eam regionem, quæ minus incommodi afferat, redundans humor expurgetur, veluti in febribus diuturnis, & alijs huiusmodi malis licet videre. Alij verò id exposcunt ad vtrunq; adimplendum scopum, vt in omnibus morbis in quibus aliquod accidens periculum minatur: medicamentum verò expurgans, aut sumere aut perferre laborans nequit, vti in febribus sincopalibus, in lethargo, apoplexia & alijs huius farinae, in quibus facultas tam est sopita, vt medicamentum laborantes ingerere non possint. Præstant tamen hos vsus clysteria, quæ recipiunt salnitrum, brassicæ marinam, centaureæ succum, polypodij decoctum, senæ, & epithymij cucumeris agrestis succum, iridis etiam: aut colocynthidem, veratrum agaricum, turpetum, scamoneum, & ex electarijs quodlibet iuxta ideam, & rationem humoris peccantis, aut particule affectæ: namq; si humores crassiores fuerint, toleraueritq; laborantis facultas, quæ valentiora sunt adhibere oportet: sicuti si pars ab intestinis plurimum distauerit: quibus omnibus addi possunt ea medicamenta, quæ aut affectibus ipsis, aut partis naturæ respondeant. In his enim quibus flauâ bilem purgare conamur, adijcere trahentibus medicamentis oportet pitifanæ cremorem, lactis aquam, aut hordei decoctum: quibus etiam dum adustæ bilis naturam humores sapiunt, addere oportet senam, epithymum, polypodium, decoctum foliorum maluarum, & borraginis. At quibus pituitam, mel, oxymelitem. S. saluiam, satureiam, thymum, & anethum, & alia quæ passim ad huiusmodi vsus reperiuntur. Eodem prorsus modo capiti affecto, quæ caput respiciant, vt decoctum stachados, maioranæ, chamæmeli, & anethi: sicut ventriculo origani decoctum, pulegij, absinthij, hyssopi, & methæ. Thoraci etiam passulærum decoctum, prunorum, florum cordialium, ficuum, cardus benedicti, capillorum Veneris, iuiubarum, & tormentillæ. Atq; hæc vt expulsum dixisse sufficiat. Quæ omnia dum acribus medicamentis comp

miscentur, mirum in modum profunt; quia quæ talia sunt, naturam ipsam irritant; quæ postea irritata pellit quod sibi est molestum, nimirum quod ad manum habet, sunt verò expulsionem promptiora, quæ medicamenta feligentia ab alijs humoribus iam separantur. Habent insuper acris clysteria hoc peculiare quod corpus vniuersum ab afflictis venenis, mirè tuentur. Nam ijs qui taurinum sanguinenti biberunt, opitulatur brassicæ decoctum in infusum cum nitro & sale, & brassicæ ipsius succus aut semē cum aceto. Ijs verò qui mortiferos fungos comedunt, nitrum, absinthium, & raphani succus, ac tuthæ decoctum utiliter iniicitur. Ijs autem, quibus lac ebibitum corruptum est, grauiaq; ob id symptomata concitantur, lac asininum iniectum, cum mellē & sale, aut aceto prodest.

Sunt etiā inter hæc clysteria, plurima, quæ toti corpori profunt, quæ vnica & eadem vi & ratione plurimis & diuersis affectibus opitulantur: veluti sunt qui somnum & coctionem præstant, & alia quæ varijs accidentibus subueniunt. Conciliatur autem per clysteria somnus aut sedato per proprium contrarium accidenti, aut sopita animali potentia. Primum fit ijs clysteribus, quæ è directo pugnant cum causis vigilie, veluti si siccitas præsit, ea conferunt, quæ humectandi vim habent, si caliditas, quæ refrigerandi & attemperandi vim obtineant, & sic de alijs causis quæ vigiliam præ dolore, aut alteratione, inducere valent. Quæ verò somnum conciliant, ea sunt clysteria, quæ narcotica recipiunt medicamenta, quorum superius meminimus, quibus tutissime addi possunt trochisci omnes, qui opium recipiunt, decocto aliquo dissoluti iuxta affectus naturam confecti.

Clysteria etiam vltimò toti corpori suam gratiam impertiuntur vbi ea materia conficiantur, quæ alimoniam præstare possit, si quando id usu venerit, etiam si hoc clysteribus donare, maximè sit apud plerosq; graue. Cæterum quia locus hic non est disputationi aptus, sat est nosse, hæc maximum posse præstare usum in reficiendis corporibus, quibus alimentum est odiosum: namq; si neruus aut vili ipsius gulæ ex defluxu catharri, aut frigida potu, aut epidemiali putrefactione, aut narcoticis sumptis, ita laxi facti fuerint, vt æger potum iuscula, & cibum deglutire nequiverit, aut vbi fastidians admodum fuerit, imbecillus ve aut alio quouis symptomate, quo cibos deglutire non detur, affectus, nullo alio præsidio custodiri laborantium vita potest. Nam præter id quod quæ in intestinis continentur, vt ex Galeni testimonio constat, per ventriculum aliquando reijci contingat, etiam si plurimum ventriculus ea abhorreat,

mirum

A mirum non erit, si quæ familiaria, & nobis amica sunt, exurens vltro trahat, præsertim, cum non parua meseraicarum portio ad tenuia intestina, & colon vsq; perueniat. Quò fit, ut et si Galenus ad ieiunium tantum peruenire posse clysteria fateatur, non ex eo sequitur necessum esse, deuenire non posse alimentum vbi alar, si quidem per dictas meseraicas hepatis facile communicari potest. potissimum quia & si intestina secundum naturam sursum non pellant, nihil impedit præter naturam fieri posse: quemadmodum venter necessitate compulsus, sursum etiam, quod sibi est familiare trahit. Præstant verò hunc usum clysteria, quæ conficiuntur ex iure aliquo, aut stillatitio, aut ex carnis liquore, ex vitellis ouorum, ex vino, in ijs præsertim, qui plurimum sunt ex frigiditate imbecilles, ex ptyfana etiam, aut tritici cremore, aut farina, & amyli ablutione: deniq; ex ijs conficiantur, quæ nobis familiarissima fuerint, & boni odoris, vt auidius natura consuetum alimentum ab infueto loco arripiat: huius etiam notæ sunt quæ ptyfana, & ouo conuassato cum albumine & vitello conficiuntur, & ea etiam, quæ ex succo portulacæ cum ptyfana, aut ex iure aliquo pingui, & emulsione seminum frigidorum, & mucilaginibus ptylidij, feminis citoniorum, & huiusmodi alijs.

NON minorem in re medica glandes vtilitatem præstant, nam aliquando aluum irritant, nonnunquam à distantissimis partibus trahunt, sæpius dolorem sedant, aut pruritus: ex ulcerationes item curant: quædam & ascarides interficiunt, præstantque sæpe usum vt clysteria iniecta reddantur, vel vt medicamenti ruetur actio, aut acceleretur, dum rectum intestinum à frigore nimio contractum sopitumque fuerit: glandibus etiam vtimur, cum ægri clysteria non admittunt, præsertim ad æmorrhoidas irritandas, ad inflammationes, ad sedis & penis resolutionem, prouocationem etiam maxisum, & quando offenduntur partes clysterium iniectione, vel in febporosis affectibus, in quibus somni profundi suspicio adest. Sunt etiam instituendæ glandes, cum clystere non est vtendum, aut quæ morbus vt enderoccele, aut temporis breuitas non patitur clystere parari, aut quia stercora indurata iniectiones non sibi penetrare.

EXPENDERE hæc in parte oportet, inutilem esse vulgarem glandium extensam longitudinem, cum facultatem expulsiuam non irritent, nisi qua parte tangunt podicem, aut recti intestini extremitatem: quæ quidem ratione fatius est minorē effingere longitudinem: et si brassicæ efficere, quæ nimirum digitum vtrinq; acuti effigiem emulcet.

N 3 Quæ

Quæ verò aluum irritant glandes, suum munus impertiuntur ijs, A quibus alui excrementa in recto sunt intestino, quibus clystere nō est opus, præsertim dum facultas ad expulsionem sua sponte non excitatur, cuius occasione aluus adstricta reddit, vt in pueris & foeminis præcipuè menstruantibus, facillè conspicitur. Fiunt quidem in hunc vltim glandes mille modis, prout ætas aut laborantis sensibilitas exposcere videntur: ex picenimirum, cera, sapone, sepo, felle alicuius animalis, ex pinguedine porci cum sale, ex radicibus etiam raphani, caulium, althææ cum melle aut oleo & butyro, ex ficu etiam pinguisima trita, ex vua passa acinis detractis, ex folijs mercurialis viridibus, ex nucleo pini, ex plumis, ex butyro ex axugia, alumine, sale, allio, aut cæpa, quæ omnia excipi possunt oleo, lana, aut melle cū pilis leporinis. Sed cōmuniore quidē fuit ex melle sale, aut nitro, aut ex melle & hiera. S. ac alijs huiusmodi medicamentis iuxta rationē affectus, cuius gratia vētrē irritare intēdimus, quibus semper miscere oportet, quæ etiam aduersus morbi causas aut symptomata pugnet, veluti si flatus discutere est necessum, puluerem ex cumino, ruta, thymo, aniso, camo, anetho, & ex baccis lauri, sic dum mensium suppressione, aut diminuto fluxu aluus supprimitur, addere oportet tanaceti, aut mercurialis succum, puluerem ve, aut cinnamomi, casia & huiusmodi: vbi verò vterus immodicè fluit, picem, thus, aristolochiā & alia huius naturæ: & eodem prorsus modo ad alios affectus, quibus alui adstrictio coniungitur, commiscere expedit quæ illis profutura existimantur.

Quæ verò attrahendi vim obtinent, ex toto corpore purgant, & ex distantissimis etiam partibus reuellunt, ac ex propinquis deriuat. Sopitam item facultatem excitant, & ab humorum incurribus liberant: quod fit, vt profint huiusmodi glandes febribus quibusdam acutis, angina, & cæteris suffocationibus, doloribus etiam capitis, lippitudini, vertigini, ac tenebrosos perturbationibus, soporosis item affectibus, apoplexiæ, paralyti, & morbo comitiali. Ad quos quidem vsus acriores glandes parari solent, quæ irritandi, & lacerandi sensoriam, & expellentem facultatem vires obtineant: quibus sæpè est ex vsu medicamentis commiscere, quæ præter hoc quod irritet, humores etiam trahere possint. Primi quidem generis sunt ex pyrethro cum resina, aut sinapi & melle, aut centaurea cum pice & cera: ex grano etiam ignidio, ex panace, ex hiera Logodij. Secundi verò generis sunt quæ conficiuntur ex pulpa colocyntidis, turpeto, & scamoneo, ac alijs validioribus medicamentis, iuxta affectus cui adhibentur vrgentiam, nā hæc quæ validiores immittuntur, his tantum sunt ex vsu quibus aut sopita graui

A graui somno, aut alio quouis modo est facultas, aut quibus graue aliquod imminet periculum, ac deniq; vbi à distantissimis partibus humores diuertere conamur. In alijs verò quibus tantum per vicina loca deriuare intendimus, mitioribus benignioribus quæ vti oportet.

Verum dum necessum est, intestinorum dolores sedare, si ex flatu concitentur, ex ijs quæ flatus discutere diximus, debent cōfici: quibus addere expedit quæ anodinam habeant facultatem, vt butyrum, axungia, sebum & huiusmodi. Sic in hæmorrhoidum doloribus conficiuntur ex sepo vel oui vitello indurato, vel cocto cum butyro, vel oleo amigdarum dulcium. Vlcera verò dolores sedantur pauillo opio leuiter torrefacto & myrha castigato, addito emplastris, vt illud est, quod ex cerusa componitur. Pars enim illa facillè resoluitur & malū B contrahitur appositione narcoticorum. Glandes vlcerebus, & ano determinatæ duriores esse debent, quàm quæ ad hæmorrhoidum dolores, & alios tumores parantur: quo quidem modo pruritus & tenemus curari glandibus possunt, inspecta semper causa, quæ affectum excitat, nam hæc medicamentorum materiam veluti digito demonstrat, sicuti pars affecta, narcoticis maxima cum præmeditatione esse vtendum, quæ mox ab adhibitione, præsertim vbi profuerint, auferri debent, & partem vino oportet abluere, ne quid mali superfit in particula.

Quæ verò recti intestini vlcera curant, ea methodo construi debet, qua clystera ad intestinorum exulcerationem confici diximus. Nam vbi ex materia benigna glans conficitur, inungenda est linimentis, vnguentis ve, quæ aut abstergant, aut siccent, aut cicatricem inducant: C Quæ quidem omnia medicamenta valentiora sint oportet, quàm ea quæ alijs partibus exulceratis debentur, quia huiusmodi pars qua glandes immittuntur, sordidior, & humidior cæteris ferè est.

Lumbricos, ascarides appellatos, interficiunt glandes, quæ amarissimas, aridas, & horribilibus conficiuntur medicamentis: quales sunt quæ conficiuntur ex resina, & pulueribus absinthij, hyssopi, panacis, bituminis, ne, lupino, & aloe, quæ quidem iuxta vsus rationem variè parari possunt.

Consilium circa clysterium, admi- nistrationem.



Ille quidem in rebus humanis tam vtile: tam delectabi-
le aut necessarium est, quod ipsa rei frequentia & plu-
rimus vsus, tædium contemptumq; non pariat: quod
clysteribus euenisse suspicor, quæ etsi vtilia admodum
sunt ac necessaria, ita vt nullū ferè reperias morbum, qui
suum præsidium suamq; medicinam in eis non inueniat, cum hoc ta-
men, vulgata eorum frequentia cōtemptum atq; infamiam apud vul-
gus peperit. Nanq; nihil corpori ac naturæ infestius, nihilque despe-
ratis in rebus tritius & inutilius existimat. cum sit contra, omnibus se-
culis nihil inuentum mitius, nihil benignius, nihil vtilius, ac nihil æ-
què omnibus morbis communius: sed errores hi hominum, à malis
medicis primùm orti sunt: qui in medicamentis, plus quæstus sibi,
quàm commodi laborantibus, intendunt, quia passim dum alijs præ-
sidijs destituuntur, ad hoc vt fors tulit, confugiunt: cum præsidio hoc
neq; passim neq; omnibus, aut quibusuis vti.

Quaratione nosse oportet circa huius auxiliij administratione pin-
guia clysteria, quæ communia appellantur, cōfecta à Barbaris ex mal-
ua, blitha, beta, ficla, prunis, semine lini, & scœnu græco, non omni-
bus esse vtilia, licet plurimis conferre compertum sit, vt aluus quoti-
diano vtiatur vsu: eorum nanq; nidore scœnularum vterus commo-
ueri solet: viris etiam nonnullis graue olentia caput tentat, alijs os
venitiosè afficit, quibusdam item spiritus & humores corrumpit: vn-
de, sæpè est, vt præter illa etas: mulla & oleo tantum in clysteribus
vtili contenta fuerit, veluti Hippocrates & Galenus, qui verentes (vt
credendum est) aliorum medicamentorum scœtorem & inutilem sar-
cinam, his tantum vtili sunt: respexisse mihi videtur Veteres illi sapien-
tiæ professores, in omnibus ea, quæ cum minore noxa actiones perfici-
unt. At in his quibus diu alui excrementa detinentur, non licet pro-
tinus efficacem (ni purgationem respuat affectio) aut acrem præmit-
tere clysterem, ne plus trahat ad obstructa intestina & maioris mali sit
causa, sed sæpe quæ emolliendi vim habeant clysteria præmittere oportet,
mox iniicere quæ aliquantulum naturam irritent: vt quod præce-
dit molle & liquidum factum est, promptius expellatur. Quod
si omnino formidauerit laborans clysteribus vti, fomentis res agen-
da est,

Ada est, vt apertè consulit his verbis Hippocrates, Si verò clystere nō vo-
luerit, humectum hominem facere oportet, fomento humido admo-
to: fortassis enim sic stercus subeuacuari poterit, nam à ciborum ni-
mia desiccatione hæc patitur.

Clysteria verò quæ flatus discutiendi vim habent, maiores sæpius
solent excitare cruciatus, ob sinistram adhibendi rationem. Nam si
flatuosus spiritus, crassus, densusq; fuerit, aut materia multa & densior
quàm quæ carminantibus medicamentis euinci possit, eisdem potius
flatus multò plures generantur, & qui præfuerant tenuiores euadunt:
fit itaq; vt distenta dolensq; pars amplius distendatur, noua flatus pro-
pagatione & attenuatione. Quare consultius esse existimo, eisdem
admiscere ea medicamenta, quæ emolliendi partes dolentes vim ha-
beant, vt facilius ac iocundius distendi possint. Quapropter non pla-
cet, in principio ea adhibere medicamēta, quæ discussoria appellantur
sed multo ijs, quæ nuper diximus, donec morbus augeatur, materia te-
nuiori facta ac flatibus dissolutis.

Considerare etiam in dysentericorum clysteribus oportet, nūquā
licere ijs quæ adstringendi vim habent admiscere, (nisi vbi materia
multa fluxerit) antequam aut corpus medicamento purgetur, aut in-
testina abluantur: nam cum huiusmodi comprimendi vires obtineant,
pressius adhærere cogēt intestinis ipsis humores acres & exedētes, ex
quo maiores exulcerationes, intēsioreq; dolores oriri est necessum.
Quemadmodū ex Licij commentarijs videre licet, qui inquit. Si vlce-
ra sint inflammationis expertia, idem genus ablutionum erit accom-
modatum. verum vis adstringendi erit parum intendenda, non tamē
multò maior esse debet, quandoquidem in his quoq; adstrictio mo-
dum excedens, mordicationem adfert, & vlcera proritat. & cōadigit
vt vel inflammentur, vel humectentur: ex quo euenit, vt hisce dysente-
rijs, ablutiones huiusmodi conuenerint: quibus verbis apertè mon-
strat, quæ diximus. Nec dubitandum etiam est, in dysenteria, ex inor-
dinata clysterium administratione, hæc & maiora mala oriri posse: nā
crebra refrigerantium iniectio, per intestinorum continuitatem ve-
triculus quoq; refrigeratur, quod & flatuum multitudo, & cruda ex-
crementa commonstrant. Quod quidem malum adaugent qui po-
tiones, electaria, mixturas ex his quæ refrigerando adstringunt, con-
cinnant, & passim dysentericis exhibent: non aduertentes, dimi-
nutum assiduo fluxu, ventriculi calorē amplius obid extinguui, & cō-
ctionem interturbari: Quò fit, vt non expediat frigida hæc dysen-
tericis temere adhibere, nisi calfacientibus, ac concoctorijs castigata,
quod

quod veteres illos sapiētissimos in suis ad dysentericos medicamentis, fecisse constat: in quibus vel mentham, vel absinthium, vel hyssopum, anethum, fœniculum, anisum, daucum, nardum, cinnamomū, cassia crocum, thus, vel myrrham aut malthicem adiunxerunt, quæ naturā calorem frigidis extinguere prohiberent. Cæterum in abluentiū frigidorum & adstringentium medicamentorum administratione expendere oportet, quò plus vlcera computrescunt, eò adstringentia ad augere æquum esse, vt partis substantia firmetur, roboreturq; cum modica ablutione. Conficiuntur ad huiusmodi vsum clysteria, ex vino maximè adstringenti, in quo rhu coriariorum decoquatur, & rubi ramusculi, aut myrthi, galla, aut punici cortex, vel rhois vino dilutus.

Quò fit, vt plurimum aberrant medici, qui in huiusmodi dysenterijs oleosis ac crassis frequenter vtuntur, nam hæc & ouorum vitella, dū plurimum dolor non vrget, vitari debent, quoniam vlceris curationē sua sorditie impediunt, ita vt pro benefico remedio sordium experiantur nocumētum, quod ad cacoethias & nomas planè deducat, satius etenim esset, ab abstergentibus auspicari; & paulatim ad adstringentia & glutinantia gradum facere, nam pinguibus illis solum vtimur, symptomatis mitigandi gratia: quod Galenus expressit his verbis.

In dysentericorum deiectionibus, vbi vehementer rodunt, vel tragi succum, vel hircinum seuum, vel rosaceum ceratum per inferius indimus: quibus utiq; præsi dijs ipsa exulceratio intestinorum non sanatur, maximè si putrescens aliquid habeant: sed vires interim conquiescunt. Atq; id est contra symptoma instare, morbo interim neglecto.

Quo sermone non solum taxantur, qui purè pinguibus vtuntur, verum etiam qui seuum hircinum, vbi dolor non infestat admiscent. Manifestant enim verba illa Galeni seuum non siccare, quod Arabes putarunt nihilominus tamen prohibendæ abrasionis gratia, sæpe seuo vti cogimur, differentes vlceris curationem, donec fluxio quiescit. Verum si vlcus tātum creuerit, quòd nec adhuc his quæ diximus cedat medicamentis, sed fibræ quædam aut tunicæ intestinorum simul abscedant, cōiectabile eo tempore est, internam intestinorum tunnicam abradi. Nam intelligens natura imminens intestinis periculū, ex delata per ea vtraq; bile, & ea magis impura & acri, subuenit primum, membranam intestini (licet vna bilorum specie constantem) in duas separans, eodem scopo quo partes omnes geminas constituit, ne facile vitium separaret, & erosio si acciderit, sed vna exesa reliqua in columis feces contineret: quin etiam sensu donauit illa non vulgari, ne sola natura duce ad excretionem moueretur, sed sensatæ bilis acrimonia

A nia tandem muniuit quoad potuit internum intestini sinum, pingui concretoq; humore, qui & lenitate obtunderet, & crassicie prohiberet, & lubricitate promoueret bilis descensum, sed pingue id, non idē obtenditur crassis & tenuibus intestinis: crassa quoniam amplitudine sua, adipis crassiciem & molem ferebant, obtinuerunt: tenuia ne forte obstruerentur à fæce, non tolerarunt: quare commutauit in illis pingue, in solidius quoddam tenue magis, sed concretum, quod non aliter cavitates illorum induit, quàm figulina vasa vitreo vnguine obducuntur: ex quarum substantiarum quibus intestina constant, excretionē, & dysentericæ species & periculum rimari oportet, quamobrem, dum solidiores fibræ iam excernuntur, quæ crustas inducunt, præter ea quæ nuper diximus, sunt adhibenda: in quibus cautè admodū procedendum est. Plerunq; enim, cum vnà cum putredine coniuncta sit

B inflammatio, à medicamentis nimium vehementibus magnopere in suauit augeri. Ideo fit, vt non statim ad ea sit confugiendum, sed solum cum malum eò tendat, quò summa necessitas nos talibus vtī cogat: quo tempore à leuioribus quæ antea diximus, initium sumere expedit: nam medicamentis, quæ maiorem habent efficaciam, cautiùs est vtendum, quia si quid præter sententiam accidat, noxa grauis cōsequitur, satius quidem est liberalius adstringentibus vtī, licet hæc non omnino sint tuta. Monendus etiam in dysentericorum clysteribus lector est, ne liberalius aridis vtatur medicamentis, qualia sunt sanguis draconis, corallum, trochisci albi Rasis, & de spodio: nā hæc dolores maiores concitant, & sæpe nouam fluxionem. Quòd si quis talibus vtī velit, malim vnguentum aluum Rasis detineri, quàm trochiscis vtī: aut vnguento ex pompholyge, vel ea eligere, quæ sicca & lenta sint,

C qualia ex terra sigillata boloarmenio, rubrica fabrili, amylo, cerusa lota, conficiuntur, quæ in cotem iniicere & miscere oportet, vt pictores solent ad colores parandos. At si quando narcoticis cogamur vtī, ea neq; frequentius, neq; diutiùs, neq; in magna quantitate esse oportet, quibus semper antidotum aliquod miscere decet, quo eorum vis frænctur, ac mitiùs tutiùsq; operari possit. Quapropter laudavi semper addere, & id veteres medici docent, oleum chamæmeli, anethi, castorei, de vaccis lauri, theriacam etiam, aut vinum, & huiusmodi alia, quæ vim narcoticorum quodammodo frænent.

De acribus verò clysteribus nosse oportet, non conuenire acutis & vehementibus febribus, neq; his quibus ventriculus, aut intestina, aut his vicina membra imbecilla sunt, quorum etiam vsus fugiendus est, in his quorum vesica, aut renes, aut vterus malè afflicti sunt, & quibus aluus

nota

Li. i. Ad gl. c. 14

Li. 2. Phar. lo. c.

alius per se humecta est. Item nec in ardentissimis temporibus conueniunt, neq; in corporibus imbecillimis, vt puerorum & foeminarū neq; in pestiferis febribus, propter calida medicamenta & acuta quae recipiunt, quibus animi defectionem inducūt: vt Galenus refert, quoniam dissoluunt spiritus, & ob id labefactāt membra principalia, vt hepatis & illi vicinas partes. Nam vt idem Galenus refert, euacuatio alui per clystera, quantum ad reuulsionem attinet, vltra hoc quod non solum ea quae circa ventrem, & mesenterion sunt, euacuant, etiam quae circa hepatis ima haerent. Acutum etiam clystere iniiciendum non est nisi cruditate e primis venis depulsa, & materia iam cocta, aut in morbis longis, in quibus paulatim fit coctio, aut si quod praecipuum periculum imminere videatur, debitam curandi rationem euertere cogens. Praeterea vbi acres humores superuacui sunt, ab eisdem fugere oportet, ne tractis per intestina, exulcerationem moliantur, vt saepe in exquisitis tertianis euenit, in quibus raro acibus vti licet.

In omnibus tamen clysteribus, ex vsu est expendere (praesertim in his quae ad alui subductionem iniiciuntur) consuetudinem hominū, si quidem alij, duobus tribus ve, aut etiam pluribus interpositis diebus, nihil deiciunt, nonnulli nisi semel aut bis defideant, caput ventremq; sibi grauari videntur. Quare pro ratione consuetudinis, aut paulo vterius clystera infundere oportet, nisi quid obstiterit, veluti in pueris in quibus retentrix facultas admodum est imbecilla, & ob hanc causam non sistent frequenter clystera, sicuti in his contingit, quibus retinens intestinorum facultas debilis est, aut expultrix admodum acris & sentiens. In omnibus tamen, nullum eorum, quae dicta sunt, clysterium exhibere admodum copiosae conuenit, vt expressis verbis, Galenus docet, inquit enim: Siquidem nonnulli in praesens gaudent, si copiosius defecerint, verum quanto magis sunt vacuati, tanto his vter sequentibus diebus magis adstringitur, quod fit, vt ipsi (si qui sunt) quibus in diuturnis morbis venter sistitur (qualis potissimè hyeme contingit, quibus post longam infirmitatem inconualescentia similis affectus incidit) his aluum ducunt, non acibus per inferiora infusis, sed tantum oleo, quod etiam sanis quoq; vbi venter adstringitur, securus interdum infundas, quippe quod & ficius excrementum maledescit, & transitus efficitur lubricus, & corpus ipsum senis emollitur, duris aliàs pellibus similiter rigens. Praeterea idem praecipuum obseruare oportet, cum purgatio partium thoracis superna vrget, nam purgationes huiusmodi, facile horum vi retrahuntur, & seditiones excitant ab externis auxilijs aucta, his anxietas, inquietudo, & varia laborantibus

Arantibus suboriuntur symptomata. Cauere etiam oportet nimium clysterium vsu, quoniam haec segnia faciunt intestina, & proprii muneris negligentia, praeter id, quod cibum etiam detrahunt ante debitum tempus a ventriculo & mesentericis, ita vt saepe animalalitione & repletione priuent, quod fit, vt clystera suscipientes, sequenti die nihil eiciant, ideoq; ignarum vulgus existimat ea aluum adstringere. Praeterea, clysterium quantitatem conijcere oportet, ad tenuium intestinorum melam maiorem longè debere esse, quam ad crassorum, quae postea quam iniecta sint, continere se aeger in lecto debet, nec primae cupiditati ventris statim concedere, sed abluentia horae vnius spatio continere, mitigantia verò longiori, longissimo tamē quae glutinandi vim habent: nam quae purgatoria sunt, ea per se cum necessum fuerit, excident, ac si quando morentur, glande excitare licebit. Vltimò tamen aduertisse oportet, in fluxibus ventris, qui ex vermium erosione, aut putredine, suboriuntur, nulla ratione adhibenda esse, quae adstringendi vim obtineant, quare detergentibus amaris vtendum est, ne vermes occisi retineantur, & putrescant. Expendere etiam conuenit, quantum de cocti & aliarum rerum clystera capere possint, nam amplo corpori & vacuo, plus exiguo aut repleto, siue aqua intercutem, siue foetu, siue recrementis, siue flatibus, siue cibo, minus conuenit, alioquin ingētes saepe dolores excitare solent.

Nutritoria verò clystera quae iuribus & pinguis constant, parua tenentur quantitate constare, nam in magna potius aluum solunt quam nutriant, quibus ex iure cremore hordei & similibus coactis, si febris non adsit, vinum addere est necessum, aluo prius recrementis purgato ne eisdem admixta facile conspurcentur.

De communi & peculiari mittendi sanguinem indicatione.

Cap. 4.



NTER multa alia, quibus hominum animus difficilia quaeq; audacter aggreditur, vnum & efficacissimum est exemplum de quo verba haec Plato refert. Arduum est, inquit, o beate, absq; exemplis res magnas ostendere. Qua ratione antiquorum omnium sapientissimi intemphis depingebant, scriptis quae posteris mandabant

L. De Regno.

O facino

facinora quæq; ac difficilia ab aliquibus prosperè exarata, vt omnibus A esset ad maiora calcar. Exempli enim generatio & efficacia est, vt Plato loco adducto refert, cum quod idem est, in alterutro seiuncto, rectè opinione conceptum, & vtriq; accomodatam, vnam amborum cōmunitè opinionem parit. Itaq; Plato exemplis frequenter vtebatur ad res omnes maioris momenti, intelligens tutum esse & certum, eadem in omnibus sequi. Pari quidem ratione, multa exemplis antiquissima illa fidissimaq; rerum naturalium nutritrix natura consulit, quæ aliter docere possit minimè. Quis enim sanguinem dilectissimū vitæ thesaurum fundere auderet? quis vomitum rem alioquin spurcissimam & ingratiā mouere vsquā tentaret? ni sagacissima hæc natura exemplis docuisset, tutò vtiliterq; id posse fieri. Fertur quidem obesum hippopotamum naturam docuisse, sanguinem sauciato acutissimis iuncis corpore sibi fundere, ac humorum sarcinam vtiliter deponere: exemplo monstrans, quanti sit momenti sanguinem aperto vase extrahere, dum corpus humorum abundantia premitur. Atqui cum corpus hoc nostrum, quod mille premitur miseris, non minùs le datur ex abundantia, quàm ex defectu, (his enim duobus modis suos morbos acquirit: id asserente Hippocrate, qui medicam artem definiens inquit: Medicina est adiectio deficientium, & redundantium subtractio) necessum est, exemplo sumpto ab his quæ natura vtiliter fieri monstrat, artem nostram necessitate coactam, naturæ vestigia sequi, vt quod in corporibus redundauerit, pari ratione demat: quod quidè fluente sanguine aperto vase facilè consequimur. Curus gratia expendisse priùs decet, quæ istac sit corporum plenitudo, cuius occasione venam tundere oporteat: insuper ex quo vacuantium auxiliorum genere venæ sectio sit: præterea quibus modis sanguinem è corpore fundere detur: vltimò quos vsus præstet sanguinis missio: quibus v conditionibus ac indicationibus fieri, metiriq; eam oporteat.

Quibus enim modis corpus nostrum humoribus abundare possit multis in locis apertè docent Hippocrates & Galenus. Verùm cum nostrum sit institutum breuitati consulere, sat est id ex Galeno elicere, libro aduersus Iulianum: quo loco plenitudinem, seu (vt rectius loquar) redundantiam duplicem esse fatetur: quarum altera est qualitatum, altera verò humorum. Hæc rursus subdiuiditur in plenitudinē & corruptelam, vt apertius ostendit duorum baiulatorum exemplo, quorum alter grauissimum onus sustineat, alter verò leuissimas spinas, acutissimas tamen. Quibus verbis insinuat, & corruptelam, seu cacochymiam, & appellatam plenitudinem. Hanc rursus, quæ no-

Li. De Flac.

Li. de Pleni.
Li. 3 de San. tu.

Astro instituto necessaria est, partitur eisdem locis in plenitudinem quo ad vasa, & quo ad vires: quæ vt mea fert opinio, eisdem sunt rationis, & vtraq; ad vires pertinet, si quidem impossibile est, vasa humoribus tā esse plena, vt præ distensione periculum insit ruptionis, quin facultates etiam grauentur, si quidem instrumenta illis donauit natura pro viribus capacissima. At cum plenitudo horum capacitatem excefferit, non capit intellectus, qui fieri possit, facultatem non grauari: quò fit, vt in vtraq; plenitudine bonum habitum statim soluere expediat, non vt nonnulli censent, solum ne vasa rumpantur, sed aut vt corpus rursus nutriri incipiat, aut in corruptelam & cacochymiam non degeneret. Ea nempe plenitudo quæ quo ad vasa dicitur, vasorumq; capacitatem replet plus nimio, fit omnibus humoribus æqualiter adauētis, & appellatur simpliciter plenitudo: aut solo sanguine copiosius redundante, & appellatur plenitudo sanguinea: eodem profus modo, quando alius humor à sanguine sua quātitate symmetriam excedit, ac omnes alios exuperat, ipsis etiam adhuc adauētis, illius humoris appellatur plenitudo. Verùm tamen cum vnus humor tantum redundat, illius nuncupatur redundantia, quæ rectius cacochymia dicitur. Sanguis enim absq; vitio qualitatis, potest citra dubitationem augeri, alij verò humores nequaquam. Quæ verò dicitur ad vires, ea est, quæ omnes nostri corporis facultates sua mole premit, licet præcipuè in naturalem potentiam vim inferant, etiam si sæpius contingat omnes labefactari, propter venarum contexturam & arteriarum viciniam. Nam vt apertè docet Galenus, inferuntur in venis ipsis fibræ quædam arteriarum & neruorum: vt ex conspiratione & consensu illo Hippocratis, facilè licet probare. Quod ita sagacissima natura decreuit formare, vt omnes nostri corporis facultates sibi consentirent, & in communem passionem traherentur. Ex quo euenit vt in plenitudine illa, quam distinctionis gratia ad vires appellamus, sensus quidam grauitatis in toto corpore præsit, animali potentia plus iusto grauata. Fit etiam quòd licet plenitudo hæc absq; corruptela incipiat, non possit diu in eodem statu persistere, propter innati caloris laborem ac defectum, vt Galeno placuit. Vnde cum regulari ac deuinci nequeat, fit vt in corruptelam protinus de generet. Verùm plenitudo illa cuius primo loco meminimus, triplicem sui præstat considerationem: nam aliquando adeo leuis est, vt medio exercitio, aut frictionibus curari facile possit. Cuius & plurium huiusmodi aliarum, meminit multis in locis Hippocrates, quas citra sanguis missionem curare iubet. Næ omnes fere pertinent ad primam aut tertiam regionem, quarum ex-

Li. i. 6. de vi. par. c. 12.

Li. 2. Aph. co. 17

Li. 3. de dicta.

crementa rarò per sanguinis missionem curari desiderant, licet mala A
quæ in tertia regione sunt, causæ antecedentis ratione, sanguinis de-
tractionem iure optimo expostulent. Secundò, peccat in ea aliquan-
do solus sanguis: ita ut licet alij humores adacti sint, ille tamē supra
omnes creuerit, quo tempore, licet sanguinem detrahere expediat, nō
tamen sufficit, ut aut plenitudo subsideat, aut affectus delitescat, absq;
naruræ ope aut artis alio instrumento, quemadmodum videre est in
his, quibus adhuc sufficienter sanguine misso, scabies, furunculi, aut a-
lij tumores per corpus erumpunt: ac deniq; sanguis è naribus, vtero,
aut hæmorrhoidibus profluit. Rei quidem huius ratio est, quia
cum sanguis reliquos humores superet, & missio sanguinis ex æquo
omnes euacuet, necessariò in his qui remanent, etiam adactus supe-
rerit sanguis, quæ natura in hos furunculos & huiusmodi eruptiones
transmittit, ac fluxibus alijs consumit. Tertio item modo plenitu- B
do se habet, nimirum quando omnes humores ex æquo redundant,
quo tempore sanguinis missio veluti vltimum est præsidium: quo il-
lud quod superat, æqualiter etiam euacuatur.

Ex euacuationibus equidem quibus pleno corpori medemur, quæ
dam sunt sensibiles, quibus materia euacuatur sub sua forma, aliæ ve-
rò insensibiles, quæ fiunt humore mutato in vaporem, quomodo in
edia, vigilia, motus animæ & corporis nostrum corpus euacuant. Alia
rursus est æqualis, inæqualis alia: æqualis vocatur, quæ ex omnibus
humoribus aliquid educit, ut facit venæ sectio inæqualis verò euacua-
tio est, in qua vnus vel duo, aut plures humores, sed non omnes edu-
cuntur, huiusmodi est purgatio & euacuatio quæ fit per vrinas, & cly-
steria. Alia deniq; est euacuatio vniuersalis, alia particularis. Illa quæ à
toto corpore extrahit humores: hæc verò quæ ab vna aut pluribus, sed C
non omnibus euacuat. Ex quibus diuisionibus facillè constat, cuius ge-
neris vacuationum sit sanguinis missio: est quidem eius quod æquali-
ter omnium humorum educit aliquid.

Extrahitur enim ex humanis corporibus sanguis multis modis,
quorum singuli propriam & peculiarem habent in morbis indicatio-
nem & præstantiam, per venarum videlicet incisionem, per scarifica-
tionem cutis, per hæmorrhoides, ac vltimò per hyrudines. Cæterum
venæ sectione vtimur sæpe, ut per se profit: nonnunquam verò, ut per
accidens. Per se quidem, cum solum vacuationis gratia exercetur, ut
in vtraq; plenitudine intueri licet. Per accidens verò, quando aliquid
præstare volumus, quod sine euacuatione fieri nequit, ut contingit in
principijs febrium ardentium, quibus neq; frigida potio neq; balneū,
nec

A nec aliud ex cæternis auxilijs, aut internis prodesse possunt.

Præstat quidem nobis hoc salutare præsidium suam gratiam, qua
druplici ratione, iuxta quadruplicem humoris dispositionem aut for-
tem, vtrāq; tamē sub ratione præexistētis plenitudinis, eòquod pleni-
tudo, aut totum corpus occupat, aut partem: si primum, vacuationem
sibi iure optimo exposcit: si secundum, aut futura est plenitudo, quæ
ex motu humorum ad partem quauis, facillè præcognoscitur & time-
tur, cui reuulsoria vacuatio citra dubitationem debetur, aut siens est,
hoc est, quod pars incipiat maiorem humorum copiam susceperare.

Quæ quidem plenitudinis conditio deriuatoria euacuatione cura-
tur. Aut facta iā est, permanensq; in particula aliqua huiusmodi pleni-
tudo, quæ per vacuationem à parte appellatam, curari desiderat. Mira-
bitur profectò quispiam, me quatuor vacuationū per sanguinis mis-
sionem meminisse, cum trium tantum Galenus meminerit, & præsci
omnes autores. Verum expendat lector oportet, totā huius diuisionis
rationem pendere ex humorum diuersa sorte. Nam dum inhærentes
fixiq; iam sunt in particula aliqua, nihil aliud quam per eandē vacua-
ri desiderant. Cum verò nondum in spatia particulæ non naturalia
delapsi sunt, sed adhuc in eiusdem particulæ venis vagantur, deriu-
atione per proximas venas, particula ab eisdem vindicatur.

Atqui cum ad particulam aliquam humores mouentur, illis com-
petit reuulsio retractio ve, quæ Græcis antispasis vocatur, quæ quidem
fluentem aut mox fluxurum humorem sistit, ac aliò reuocat. At licet
hæc mihi non displiceant, utpote quæ à medicinæ parētibus diu sunt
probata, illis tamen meritò videtur quartum genus esse addendum, il-
lud nempe, quod nos primo loco posuimus. Nam quo tempore, tan-
tum creuerit humorum plenitudo, ut timor sit, ne vasa aut vires peri-
clitentur, aut aliud graue malum immineat, licet nullum certū, neq;
determinatum morbum designet, ut intueri licet in corporibus athle-
tarum, in quibus nec reuellere, nec deriuare nec à parte affecta (quæ
nulla est) quicquam euacuare oportet: tum quidem aliud vacuationis
genus exposcere videntur, quod ego vacuationem simpliciter (ad dif-
ferentiam vacuationis ab affecta parte) appello, secundum illud Hip-
pocratis eo loco quo inquit. His de causis bonum habitum statim sol-
uere expedit. Idem docet expressè Galenus, confirmans Hippocra-
tis sententiam. Hac etiam ratione, nimirum qua simplex vacuatoriū
est auxilium, exercetur venæ sectio in febribus putridis, in quibus
multis rationibus fit huiusmodi vacuatio: nempe ad demoliendā mul-
titudinem, ut foeliciores postea fiat concoctio, ut Galeno placet, hæc ver-
ba

ba referenti, quò minorem iam factam materiam, natura facilius possit residuum conficere. Itemq; vt facilior paretur via aperientibus, aut refrigerantibus medicamentis. Item confert ad refrigerationem quæ fit ob transpirationem & emissionem vaporum, nam hac ratione, sanguinis missio omnibus putridis paulò grauioribus conuenit, quòd potentissimum sit ad perspirationem iuuandam auxilium, quo vniuersæ huiusmodi febres maximè opus habent, cuius ratione in omnibus febribus putridis sanguinem esse mittendum præcepit Galenus, etiam si in eisdem ob alios per plures vsus frequentius fiat. Ex hac etiã indicatione elicitur, sanguinis missionem, quatenus simplex auxiliũ vacuatorium est, nullis morbis per se conuenire, neq; magnis (vt vulgò fertur) neq; paruis, sed quatenus dependent ex plenitudine, secundum plenitudinis ipsius modum. Nam vt ex Galeno constat, tantum ad sanguinem mittendum, sat est nosse plenitudinis tum quantitatẽ, tum qualitatem: auxiliij etenim species, non ex morbi accidentibus, sed ex ipsius specie exquirere docuit Galenus. Deniq; cum morbi magnitudo, per se magnum auxilium ac vehemens tantum in agendo, exposcat, superflua sanguinis missionem non nisi plenitudini deberi, siue magnum siue paruum efficiat morbum. Ad hanc etiam simplicem euacuationem pertinet, sanguinem extrahere, in his qui singulis annis, in febres, aut vniuersales alios affectus decidunt: dummodò morbus, qui quotannis venire solet, non sit alicui membro proprius ac peculiaris. Nam eo tempore, nõ propter simplicem vacuationem, sed reuulsionis gratia extraheretur sanguis. Itaq; hæc simplex vacuatio solos respicit humores aduectos, citra alicuius morbi aut particulæ affectus respectum. Atqui cum affectus hic vniuersalis, vacuatione nuper dicta sit sanandus, aptissima est cubiti ex vena sectio: quoniam ea vena iecori & venis omnibus ab ea ortis, in quibus plethora intelligitur, omnium est vicinissima, & magis consentiens. Atq; hæc de simplici vacuatione sufficiant.

IN particulari verò plenitudine, tria quæ diximus meritò separanda sunt, & seorsum expendenda. Primum quandiu in parte non est superflua plenitudo, siue corpore adhuc sano, sed in quo ob consuetudinem veremur, ne parti affectio aliqua ex plenitudine superueniat, siue iam a gro, defluente iam ad partem humore, sed non ita obsidente eandem, vt signum aliquod abundantia in ipsa præ sit. Secundum; vbi hærens iam parti humor est, simplex tamen est affectus, citra aliquam defluxionem, siue quoniam paulatim creuit, nulla defluxione præuia, siue quia præcessit quidem, sed cessauit, quæ quidem omnia

A tantum in curatione præstât indicationes, prima sanè est ad corpus ipsi ne fluat ad partem abundantia: Secunda, ad partem solam, vt eius innaturatur plenitudo. Tertia compositam requirit indicationem (sicut affectus ipse compositus est) ex retractione & partis euacuatione. Verum quia hæc paulo sunt communibus difficiliora, necessum est, vnamquãq; partem seorsum considerare:

Reuulsionis quidem natura, quæ primo loco in examen subit, duplex est: nam altera citra vacuationem effectũ dignã, frictionibus, ligaturis, balneis, & huiusmodi alijs præsijs exercetur: altera quidem (cuius naturam, mens est in præsentia docere) conspicuis vacuationibus, suam præstat gratiam, & præsertim sanguine misso. Hanc enim Græci illi sapientissimi antispañ appellarunt. Præstat quidem hæc ad cohibendos humorum fluentium incurfus, ne confertim atq; immoderate, in partem aliquam irruant, quia ad contraria retrahit, compescens, retrahensq; humorum impetum. Verum cum verbum hoc, antispañ, attractionem ad contrarium significet, nosse hac in parte oportet quibus nominibus eius naturam exposuerit Galenus, nam sepe tractionem ad distantes partes eam esse affirmat: aliquando recursum ad originem fluxionis ipsius: sapientissimè verò ad contraria retractionem. Quæ omnia licet oscitanter à plerisq; excutiantur, non sine magno consilio & incredibili vtilitate, à Galeno dicta existimo. Præstat enim vsum maximum in re præctica, ad distantissimas partes fluxus retrahere, quem ad contraria retractio præstare nequit, & si suum præstet auxilium, quod eodem modo ad originem deducere, afferre non valet: etsi in affectibus sui census, maximi sit momenti: quibus constat, quantum distent inter se re & vtilitate huiusmodi Galeni tria verba.

Retrahere quidem ad distantissimas partes ei quæ laborare assuevit, aut ad quam fluxio delapsura speratur, præcipit quidem mille in locis Galenus, docens dum pars superior laborat, ad infernas: dum vero inferior, ad supernas reuellendum esse. Veluti dum sanguinis missio, præcautionis gratia innitur, vertigini, & epilepsiæ obnoxios, ex cruribus, podagræ verò ex cubito euacuat, in his enim & eis similibus ad quam distantissimas partes oportet fluxionem auertere. Cuius rei ratio potissima est, vt assueta natura distantissimæ parti mandare, discescat a priori, prauaq; consuetudine, vt consuetudo consuetudine facile pellatur. Assuescit autem ad sectam partem mandare natura, duplici nomine, & quia exinanita pars eò magis à toto trahit, & quia ad partem secari assuetam, exonerat se corpus facillimè, vbi simili pleni-

De Reuulsionis.

Retractio ad distantes partes.

Li. de san. mil. ca. 19. Li. 14. Meth. c. 10. Lib. 1. Art. med. c. 95.

tudine grauatur. Quod apertè Æthyopum experimento probari potest, qui frequenter sibi frontem scarificant: ac vbi sanguine redūdāt, frontis pruritu infestantur. & pari ratione, qui magis affluuerunt scapularum scarificationi, in scapulis, sicuti qui cubiti sectioni, cubiti pruritu vrgentur. Quod quidem præsidium, dum reuulsionis gratia solum exequimur, citra alicuius affectus complexum, in præcautionibus frequentius, propriusq; locum habet, vt in his quibus totum corpus fluxioni cōsentit. qualia sunt plethoricorum corpora: & his quæ diutiùs se exercuerunt, aut ceciderunt ab alto, aut percussi fuere, in quibus siue adsit, aut desit plenitudo, propter motum ac impetum humorum, ad affectam aut imbecillam partem, expedit semper ad distantissimas partes humorum impetum reuellere, quemadmodum etiã in his, quibus præcautione, ineunte vere, sanguis mittitur, quod quidem aperta sententia probat Hippocrates per hæc verba: Venæ igitur sectiones iuxta prædictum sermonem facere oportet, nam sectiones quàm longissimè à locis faciamus, vbi dolores fieri & sanguis colligi solet, sic enim mutatio magna minimè de repente fiet. Quibus verbis ostendit manifestè, ad distantissimas partes fluxiones esse reuellendas. Quod etiam pari modo fieri decet in leuissimis affectibus, quorum accidentia, aut magnitudo nullum facessit negotium. Verùm quod futurum est, impensius timetur. Expendere item hac in re oportet, in eisdem affectibus quamuis leuissimis, sectionem venæ, quæ è directo parti affectæ respondeat, plus commodi præstaturam, quam eam, quæ à distantiori fiat parte, nulla comunione præhabita.

Probat quidem Galenus fluxiones ad suam originem esse reuellendas, nam sic illarum impetus faciliùs compescitur. Quod quidem non solum à distantissimis partibus, sed sæpius etiam à propinquis commode fieri potest, vt idem docet Galenus, falsos humores quos caput in pulmonem transmittit, cohibendos esse monstrans, ad motis capiti, tapsia & alijs acribus medicamentis. Id etiam ex eodem Galeno colligere licet. Nam cum humores fluunt ad genu, secari præcipit venam in cubito eiusdem lateris, & non in cubito aut crure opposito. Hanc eadem sententiam videtur insinuare Hippocrates his verbis. Multum interst considerare (inquit) occasiones à quibus quisq; ægrotare cœperit, quæ vt rectius interpretatus est idem author, intelligenda sunt hoc modo. Perpendenda sunt, & dies in quo cœpit morbus, & principium ex quo. Probat non minùs hanc sententiam peritissimorum authorum vsus, qui in epilepsia per consensum, à crure affecto, & nõ ab alio, neq; à contrario brachio reuulsionem moliuntur: sicut neq; in pleuritide,

neq;

A neq; in peripneumonia, cum ex capite plùs iusto excalesceto, aut refrigerato proueniunt, partes enim sinistra in sinistras sese exonerant, & dextra in dextras: non tamen è contrario, quod experientia quotidiana fit conspicuum: siquidem fluxum sanguinis narium compescit curbitula hypochondrio è regione partis per quam fluit affixa, & fluxum mensium eadem mammis apposita sistit. Probat etiam id Hippocrates, nam in doloribus inquit, proximum ventrem aperire oportet. Deniq; videtur esse tanquam firmum & stabile præceptum, fluxiones reuellendas esse ad suam originem. Nec obstat varium fuisse Galenum in huiusmodi sectionibus, nam renibus inflammatis, à cubito aut cruribus venam secare iubet: in sanguinea coxendice malleolũ secat, nonnunquam cubitum addit: quod quidem dixisse suspicor, aut quia renes ambigere refert, & iecur medium collocat inter superiora membra & inferiora: quò fit, vt ex vtraq; parte sanguine missò, facile ad originem retrahatur fluxio, siquidem membra hæc medium obfident locum: aut (quod verius mihi videtur) primùm præcipit in recenti potius renum affectu, propterea quod ad renes possunt per venam cauam, quod probabilius est, à superioribus potius defluere humores, quàm à communi trunco inferiorum partium. Secundum verò præcipit, cum malum iam est inueteratum, vt quod in parte affecta & vicinis est receptum, faciliùs euacuemus, nam partes hæc ad id promptiores sunt. Verùm ne videar à tanto authore discedere, aut eum calumniacarpere, expèdere oportet, reuulsionem duplicem esse: vnã, quæ simpliciter, aliã, quæ localis appellatur. Ea verò quæ localis est, ad fluxionis originem perpetuò retrahit fluentes humores, iuxta Galeni præceptum. Nisi enim à fluxionis origine ad fontem retrahas, parum in reuellendo promoueris. Illa verò quæ simpliciter dicitur, ad distantissimas partes, aut oppositas ei quæ afficitur, fluxiones auertit, vt superioribus probauimus. Appellatur enim localis reuulsio, ea quæ fit in fluxionibus, quæ designatum habent fontem & originem. Simplex verò reuulsio ea iure optimo dicitur, quæ in his fluxionibus exercetur, quæ à toto delabuntur corpore. Et hac lege licet Galenum subintelligere, cum variam profert in hac re sententiam. Nam si hæc quis diligentius pensitet, nullum reperiet in Galeno contrarietatis vitium. Nec obstat non omnibus dari semper, fluxionis originem rimari, siquidem rarò membrum mandans à medico cognosci potest, quod quidem si verum esset, absurdum profecto fuisset. Ignorare quidem particulam transmittentem, artificis potius suæ artis ignari est, quàm artis defectus. Itaque suam præstat gratiam & utilitatem reuulsio ad

originem

Lib. 2. de Nat. hu. me.

Recurfus ad originem. Li. 3. Art. me.

Li. 5. Meth. c. 13. Li. 2. ad Gl. c. 7. Li. 2. Ep. 1. c. 40. Libr. 6. Ep. p. 3. com. 18. Li. 4. Acu. c. 57

Li. 11. Locca. 22

Li. de San. c. 18.

Li. 6. Ep. pa. co.

Li. 6. Apb. co. 39.

originem, quam præstare vllam ex cæteris reuulsionibus minimè A
vælet.

Retraçtio ad
contraria.

Li. 11. Meth. c. 10
Li. Art. me. c. 98

Non minorem præbet in re practica vtilitatem ad contraria retra-
çtio, quàm reliquæ omnes reuellendi rationes: quinimo maiorem sa-
pe: quapropter paulo diligentius eam expendere oportebit. Licet Ga-
lenus in hac re sæpe eligat ad vtiliorem reuulsionem distantiam, mul-
tis tamen in locis addit necessariam quandam determinationē: ea ni-
mirum est, distantissimum esse locum eligendum, contrarium ita nõ
nũquam: seruata tamen eum affecta particula rectitudine & commu-
nitate, siquidem reuulsionem diffiniunt, nõ solum Gal. verum & pri-
sci alij authores, illabentis humoris tractum in contrarium, vt idẽ Ga-
lenus probat, ad oppositas & maximè distantes partes: docens eiusmo-
di reuulsiones efficere, veluti dum pars superior laborat, ad infernas,
dum inferior, ad supernas reuellendum esse: seruatis etiam alijs oppo- B
sitionibus, dextrorum ad sinistra, & ecõtra. Nil enim citius fluxionis
impetum cohibere potest. Nam e directo reuulsio hæc quæ ad contra-
ria molitur, fluxionis potius quàm affectus est remedium: quapropter
vt eius vis & natura satis elucescat, expendenda sunt tria hæc verba,
contrarium videlicet, rectitudo, communitas.

Ad contrarium retrahere concitatas fluxiones, vt nuper diximus
impetus ipsius fluxus præsidium potius est. Quapropter qui rectè ve-
lit impetum compescere, ad contrariã partem retrahat humores oportet.
hoc tamen perpendendũ est, minus commodi parti affectæ succre-
scere ex prædicta reuulsione, quàm ex quauis eius specie. Nam longius
distat contraria pars ab affecta, quàm quòd illi possit gratiam præsta-
re aliquam, licet fluxioni vnicum sit remedium: quia motus fluentiũ
humorum, contrario motu excitato compescitur: quò fit, vt natura & C
humores simul ab incepto motu subsideant, & qua parte nouiter euo-
cantur vergãt. Quapropter ad cohibendos impetus, ad contraria retra-
çtio vnice est utilis. Cæterum non est ita facile dirimere, an liceat per
contrarium intelligere, ad contrariã partem, ei quæ laborat, an po-
tius ad contrarium motum humorum. Verum vt breuitati consulam
vt mea fert sententia, vtrũq; est verum, & probare licet ex Galeni &
Hippocratis decretis, sed potissimum designat contrarium humoris
motum: ita vt si quis sectionem affecte partis (licet distans sit) moliat, non
mereri reuulsionis nomen, sit compertum: cum oporteat tota fluxu
xus tempore nõ absolute vacuare, sed cum reuulsione. Itaq; vt vera sit,
& exquisita reuulsio, aliquam tenetur implere earum contrarietã,
quas reuulsionem includere in Aphorismis Galenus scribit, sursum
nimirum,

A nimirum, deorsum, dextrum, sinistrum, ante, retro, licet nõ omnes eo
loco recensuerit, sed in Methodo duas priores, in Aphorismis tertiam
& libro de Reuulsione adiecit quartam, vbi ab interioribus ad exte-
riora reuocatio fit, dum intra eãdem quadram seruatur oppositio. Ve-
rum ne ab huiusmodi instituto facile discedamus, dirimere oportet le-
uisculam quandam cõtrouersiam, quæ ex Galeni dictis (dum reuul-
sionis naturam exponit) videtur oriri, nempe reuulsionem fieri debe-
re, seruata semper rectitudine & communiõne. Quæ verba si quis re-
ctè expendat, incompatibiliã esse facile inueniet, nã in reuulsione, quæ
fit seruata oppositione, quæ est dextrorum ad sinistra, nulla nec venarũ
nec fibrarum reperitur vsquam rectitudo aut communitas. Ego tamẽ
vt breuiter me ab hoc nodo expediam, existimo illud præceptum re-
ctitudinis, aut debere tantum intelligi in his oppositionibus, in qui-
bus est reperibilis, aut maius aliquid designare, in alijs verò frustra est
& inutile rectitudinem exquirere. sed vt hæc magis innotescant, audi
cuius sit naturæ rectitudo, & quem vsum præstet.

Commendat quidem Gal. in huiusmodi reuulsionibus, rectitudi-
nem seruare multis in locis, sed præcipue libro de Fracturis, quo loco
inquit: Chatixin semper Hipp. pro e directo ponit, vt idem interpreta-
tur, dextrorum cum dextris, & sinistrorũ cum sinistris. Verum quid
per hanc rectitudinem venarum, quam Græci chatixin appellant, li-
ceat intelligere, adhuc non satis cõstat: Nam Fernelius vir in omni di-
sciplina, & in re medica præsertim magnæ authoritatis, per chatixin
Hippocrates & ephcioriam Galeni, rectitudinẽ fibrarum venearũ in-
telligit, docens recta venarum filamenta ad euacuationes per sangni-
nis missionem moliẽdas, vniuersum præstare negotium. Sed quantũ
hoc figmentum à rei veritate disideat, iam constabit, si probauero vil-
lorum rectitudinem impedire potius vacuationem, quàm præstare.
Cuius gratia nosse oportet, triplici fibrarum genere venarum tunicas
contextas esse: quarum maxima est vtilitas in quauis euacuatione per-
ficienda. Quum venæ sanguinem contineant, non more vasorum ani-
ma carentium, vt per illas veluti per lapideos canales huc & illuc di-
stribuatur (quod in Erasistrato reprehendit Galenus) sed aliorum in-
strumentorum vita præditorum modo, quæ facultatibus suis natura-
libus vtentia, attrahere possunt, atq; expellere: sic venarum fibræ rectæ
attractionem moliuntur, obliquæ retinent, transuersæ expellunt, idq;
naturæ quodam instituto: quibus sic (vt verè res se habet) pensatis, ma-
nifestum esse arbitror, quantum distet fibrarum rectitudo ab expulsio-
ne, siquidem hæ attractionem potius quàm expulsionem præstant: ex-
cretiones

De reuulsio-
ne seruata re-
ctitudine.

Li. de vtu pul.

cretiones enim & quævis sanguinis eruptiones expultricis facultatis A
(quæ transuersis tantum fibris agit) opera sunt. Quid igitur recta fi-
lamenta præstat obseruare, si transuersis debetur excretio? Nanque do-
lentes ipsæ partes ad rei, quæ infestat, expulsionem sese contrahunt, cō-
prensus elabatur humor, & vel nolentibus effluit, quæ ex continuitate
etiam dolere possunt, & continuo successu alius elabatur. Ridiculum
enim esset dicere, ad vulneratam, & ligatura dolentem particulam, tra-
ctu potius quam pulsū sanguinem deuenire, quin ex sententia Hipp.
videtur posse colligi pulsū fieri, nam inquit: Quapropter etiam deliga-
tiones, in venarum sectionibus impetum faciunt, fortes verò sanguinē
impediunt: impetus etenim ex pulsū potius quam ex tractu fieri con-
stat, siquidem quæ trahunt, similitudine potius quam dolore aut liga-
tura, moueri debent, vt trahant: nobis quidem illud videretur absur-
dum, quippe qui persuasum habemus, præ dolore humores nō trahi, B
sed defluere, cum partes vicinæ ei, quæ læsa est, veluti opem adferre, co-
gitant. Iuuat etiā ad id impetus delationis, aut successio ad id quod va-
cuatur. Atqui vt rem exactius attingam, ex Galeno id licet colligere,
qui ex professo docet dolorem instigare, irritareq; membra, quæ circū
iacent, ad immittendum. Præstat etiam ad id totius venosi generis
expulsio, quam moliuntur venæ ipsæ, vt sese exonerent per partem,
qua sanguis ad fluxum euocatur. Ex quibus sequitur, fuisse multò sa-
tius, excogitare aliam rectitudinis rationem, qua fluxiones certius in
idem latus fieri possit: quam quidem apertè monstrat Gale. dicens:
Ostenfum nobis sæpius est, ab Hippocrate dictum fuisse, quòd partes
secundum rectum sitæ plus inter sese communicant, & fruuntur. Quā
vlterius exponit idem Galenus, dicens. Si in parte dextra locorum pas-
sio sit, à dextra manu aut crure detraxeris sanguinē. si verò in sinistra, C
à membris, quæ illi è directo sunt. Quod libro de sanguinis missione,
clariùs adhuc ostendit: asserens, quæcunq; sanguinis eruptiones secun-
dum rectum fiunt, maximam ægrotantibus commoditatem adferunt,
quæ verò contra sanguinem excernunt, nil iuuare aut etiam nocere,
potius natę sunt. Quod exemplis ex naturæ actionibus desumptis to-
to capite probat, sicuti in pleuritide, quæ è directo laborantis lateris fa-
cta est venæ sectio, manifestam sæpe vtilitatem ostendit: quæ verò ex
manu contraria, omnino obscuram, aut longo post tempore. Eandem
sententiam confirmat idem Galenus, dicens: secundum rectum colla-
rum hypochondriorum tensio, & splenis extuberationes, & ex nari-
bus eruptiones perficiuntur. Idem Hipp. approbatis vacationibus, quæ
seruāt rectitudinem, dānat prorsus, ceu mali alicuius præfagium eas,
quæ

A quæ contra fiunt: quod Gal. etiam mille in locis probat. Mōstrat itaq;
rerum omnium natura, & frequentissimus euentus, rectitudinem ef-
se summopere in rebus necessariam, & ad veram reuulsionē proficiū.
Sic vteri dextra pars calidior, vt mares frequētius generet, ob iecur se-
cundum rectū constitutū, perpetuò apparet. Dexter etiam testis ob ean-
dē rationem, sinistro est calidior: item idē monstrant resolutiones me-
dicatis corporis, reliqua manente illaesa: quod fieri nequisset, ni maxi-
ma cuiusuis lateris esset rectitudinis communitio. Hepar etiam inflama-
tum sanatur facilè, si ex dextra nare fluat sanguis: è cōtrario nusquam
sic ipso calidiore factò, dextra manus incaluit. Itē sanguine misso ex
sinistro latere cordis, venter sinister inanitur: dexter si ex dextro. Ma-
nifestius etiam id monstrant morborum permutationes, quæ per re-
ctum fiunt. vt apertis verbis probat Hipp. Ita etiā si caput ex vtero do-
let, vertice dolet: quoniam è regione recta supra ponitur vtero: si ex ve-
triculo frons: ex iecore dextrum latus vrgetur: sic partes dextræ robu-
stiores calidioresq; sunt, præ iecoris vicinia. Quibus ratioibus & alijs,
quas breuitatis studio prætereo, facilè cōstat, quæ sit rectitudinis ratio
sed mirandum profecto est, quorsum in rectitudine hac tanta sollicitu-
do: ratio quidē est, quia sagacissima natura prouidēs indiuiduorū ca-
ducitati, non solum semina produxit, quibus noua quotidie propaga-
rentur, sed & gemina, sicut in animalibus ipsa efficit: vt dum infortu-
nio vnus oculus, aut quoduis ex membris periret, altero cōtrario vita
seruaretur. Quò fit, vt latus vnum, maiorem secum consensum coler-
tiūq; obtineat, quàm cum reliquo, quod probat frequens experimen-
tum. Repente enim ex dextro pede in dextrū brachiū permutantur af-
fectus: ad sinistrū verò, vel rarissimum est, cum nullam habeat per ca-
nales cōmunes transumptionem. Verum si quis diligentius quæ dixi-
mus pensitauerit, reperiet facilè, totā vtilitatis rationē ex sectionibus
per rectū factis, pendere ex vasorum communitate: quæ maior est cu-
iusq; lateris in se ipso, quàm cum altero. Quapropter cōmodissimus
his videtur locus differendi de venarum communitate, quæ huius cō-
modi præcipua ratio est.

Quanti sit momenti in sanguinis detractioe, venarū quæ scindū-
tur cōmunionē cū affecta parte, (cuius gratia sanguis extrahitur) nos-
se, nemo sanæ mentis ignorat: pauci tamen sunt, qui eam exactè perpe-
dant. Quapropter vt omnibus innotescat, aperto sermone eam oportet
monstrare. Cōmunicantur enim venæ, prima sui cōmunionē, per
proximas venarū diuisiones, quæ vni trūco sunt communes. Nā venæ
exēpli causa, dextri lateris interna, geminationes in partes vicinas cir-

P cum

L. 5. & 13. mef

L. 6. Epi. p. 2.
tex. 22.

Vobis I

L. 1. de Iud. c. 1.

De Reuulsi-
one quæ sit per
venarum com-
munionem.

cum distribuit: à quibus latus illud, secundum partes suas minimas fo-
ueatur, & alimentum recipiat, & quum fluentes humores, inter initia
fluxionis, in venis adhuc manent, truncus ille magnus, interna videli-
cet vena, à quo prædicta germina fuere disseminata (& in quo etiã om-
nes eiusdem lateris comunicant) scalpello apertus retrahit sanguinem
continui ratione: & facile inflammata partem, exanguem efficit per mi-
nimas venulas, quæ minimis quibusq; illius loci particulis inseruntur,
fit itaq; vt secta vena basilica sinistri brachij, partes sinistrae præsidium
protinus sentiant, neq; obstat disseminatio venarum à vena sine cōi-
uge, quibus vtriusq; lateris costæ aluntur. Quo argumento nititur, Fer-
nelius confirmare suum de rectitudine fibrarum figmentum: quò etiã
tenetur asserere, misso sanguine ex brachio dextro, æquale fieri reuul-
sionem ab utroq; latere, patientibus præsertim octo costis inferioribus
quod esset adhuc absurdius, quã filamenta effingere. Deniq; propriè
& verè dicuntur illæ partes, communicari per venas, quæ eas habent
ab eadem proxima concauitate & trunco venarum deductas. Quod
apertè docet Gal. cum ait optimã fieri euationem, per venas deductas
ab his quæ in partibus ipsis sunt sitæ. Igitur cum pars quæ afficitur, &
illa cui vena scinditur, venas habeant à cōmuni trunco proximo dedu-
ctas, illæ inter se venarum cōmunitatem habere dicuntur, ideoq; altero
crure malè habetè, reliquum scarificari iubet Gal. propter communi-
nem venæ quæ bifurcatur in lumborum regione, à qua ad vtrumq; crus
ramus descendit. Secunda tamen venarum cōmunitas inuenitur lō-
gè ab hac diuersa: quæ tamè nec huic cōtrariatur, nec omnino est post-
habenda: fit etenim cum venæ eiusdem lateris ascendentes & descen-
dentes comunicat per sua orificia: nam oscula osculis venarum eius-
dem lateris coniunguntur & coeunt: cuius his verbis apertè Hippo-
crates meminit, inquit enim: Comunicat autem omnes venæ & cō-
fluunt inter se mutuò, & aliæ quidem sibi ipsis per se committuntur,
ac concidunt, aliæ verò per venulas à venis extentas: quæ autem car-
nes nutriunt, ea parte inter se confluunt. Ex quibus manifestè colligi-
tur, in pleuritide expedire semper ab eodem latere sanguinem extra-
here, tum propter alia quæ superius diximus, tum verò propter cōmunionem
hanc, quæ in venis reperitur, licet vtrumq; latus à vena sine cōiuge re-
cipiat alimentum. Qua etiam ratione existimo dictum fuisse à Gale-
no. Altera manu malè habente, scarificato crus, propter communem
hanc, quæ ex venarum osculis suboritur. Ex hac etiam cōmunionem
& diuersa eius natura fit, vt quædam sint partes, quæ ob peculiarem
venarum deductionem, nulla seruata rectitudine, aut distantia, solum

Li. de Ven. sect.

nota

Li. de Loc. in ho-
ming.obliuio
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200

A venarum cōmunitate contentæ exposcant suas reuulsiones, vt postè-
riora capitis dolenti, recta vena frontis incisa, iuuat: & similiter affe-
cto vno ex temporibus, venæ quæ sunt in alio, aut in occipite & sincipi-
tate incisæ iuuat, propter solam cōmunitatem venarum, per quam
le exonerant partes in caput affectum: nam à vertice ducuntur venæ,
quæ in cerebri partibus inseruntur secundum omnes situs differentias,
alioquin nullo modo sectionem quæ fit ex vena frontis, reuulsio-
nem liceret appellare. Præstant quidem hæc reuulsionum species
diuersam inter se vtilitatem & gratiam: nam ad originem reuelle-
re, his affectibus ex usu est, qui ex peculiari aliquo membro originem
trahunt, ad distantes verò tractio, his qui ex toto corpore fomentum su-
sceptant: ad contraria verò vtriusq;, nimirum ad contrariam partem ei
à qua fluit, & ei ad quam fluit: & tertio id habet peculiare, vt præcau-
tionis gratia, maximum præstet usum, euocata natura, vt diximus, ad
contrariam partem, ei cui incubuit: neq; obstat in præcautione & cura-
tione, easdem venas incidendas esse: siquidem hæc reuulsio humorum
motui & consuetudini potius, quàm affectui & humori debe-
tur: Quamobrem qui his reuulsionibus vti volet, hac lege easdem
distribuere tenetur. Itaq; cum pars fluxione periclitatur ob humores
motos, aut moueri solitos, fluxionem primò auertere oportet, secta
vena in distantissimis partibus: vt lōgè à parte affecta distrahatur flue-
tes humores, aut ad fluxionis originem, aut prope ipsam, si haberi ea
nequit: vt qua parte prodeunt, ad eandem reducantur, euellanturq;
aut secta in cōtrarijs & maximè oppositis, vt facilius sistatur impetus
fluentiū humorum, cōmoto cōtrario impetu: nam hæc præstat ad cōtra-
ria retractio, nimirum exquisitã reuulsionem: aut in ea etiã parte secta
ubi rectitudo seruetur, vt non solū reuellatur fluens humor, sed ab affe-
cta quadra aliquid euacuetur. Verum quia vt ostensum est, pluri-
mum defluxiones à locis communibus fiunt, sectiones ex commu-
ni vena, reuulsionis naturam, etsi non exquisitè, optimè tamen
complant. Ex quibus constare iam arbitror differentiam indicatio-
nis, quam quæuis harum reuulsionis specierum præscribit: vt dum
usu venerit, facile quis ea vtatur, quã magis profutura existimauerit.
His habitis, superest modò docere, cuius maior habenda sit ratio
in reuulsionibus, quod paucis verbis monstrabo. In valida quidem,
fluxionis causa, vtictus, casus, aut plenitudo insignis, quia conso-
num est rationi à toto confluere, secare oportet, non solum in recto,
sed in distanti, ac sæpe in contrario. Præterea vbi larga vacuatio exer-
ceri non potest, quæ fluentem & fluxum humorem, qui iam ad parti-

culā confluit, extrahere sufficiat, ex proximo loco exercenda non est, A
quia maiorem cōcitāt defluxum vicini loci insufficiens inanitio. Quo
nomine, crura ad hēmorrhoidas & menses ciendos scarificātur: vt ex
L. de Morbis in Hipocrate apertè constat. Sed dicet fortasse aliquis, quid ad reuulsio
L. 6. E pi. p. 2. cō
mento. 8. nem moliendam, quod in affecto loco iam cōtinetur? Nam id deriuat
ione potius aut vacuatione, quàm reuulsione inaniri desiderat. Cui
dicimus, Galenum summopere commendare præceptum quoddam
vtilē (haud omnibus cognitum) nimirum, vt non insistamus toto flu
xionis tempore, reuulsorij auxilijs: sed interponatur mediū tempus,
aptum vacuationi noxij humoris in parte cōtenti: Ita enim fluxio ces
savit, si è longè reuellentibus auertatur confluens humor: & dolor,
calorq; partis (sæpe fluxionis causæ) euacuata per communes venas
proxima materia, auferantur. Præterea defluxus quos securius auerte
re conamur, potius quàm citius, per distantia ac diuersa vacuentur, est B
necessum: quos vero velocius magis quàm securius in recto cōmuniq; se
ctiões fiāt, oportet. Quæ omnia iuxta affectuū vrgētā metiri oportet.
sic in pleuritide, qui vrgētissimus est affectus, frequētius reuellimus
ab eodem latere, contenti tantū venarū communione, per quam nō
solū humor reuellit, verū & ab affecta quadra & parte plurimū
extrahitur, etiam si sæpius ex vsu sit, a contrario latere sanguinem mit
tere, nimirum vbi humor à toto corpore defluit, aut præcautionis gra
tia in annua pleuritide: nisi dum à membro aliquo signato, fluxio con
citatur: in qua & similibus semper seruire conuenit communitatem
venarum: tum eam quæ ex trunco prodit, tum verò eam quæ osculorū
ipsarum venarum, aut cohærentiam & contiguitatem (quæ maximi
etiam est momenti ad huiusmodi reuulsionem) obtinet. Fingunt qui
dē ex authoribus plures, in sectionibus pleuritidis mille monstra: que
consulrō prætereo: quia ea est quorundam ingeniorum cōditio, vt cō C
cepta semel falsa opinione, malint à veritate quàm ab ea recedere.

De reuulsionis etiā natura est, vt dum fluxio impetuose in aliquod
membrum irruit, maiores venas incidēdas esse velit, nisi dum loci af
fecti natura aut situs id nō permiserint. Cōtendere enim auxilia oportet
de celeritate, cum præcipiti humorum, qui morbum pariunt, mo
tu. Verū si tantū vt hēmorrhagiam sistamus, sanguis mittitur,
satiū est minores venas eligere: quoniam sæpius iteranda est sangui
nis missio, que per minores venas facta, minū dissoluit spiritus, ac pro
pterea sæpius secari possunt. Nam plures obturata vena ac ad aperta,
vehementius reuellit: quia natura assueta crebris motibus reuulsorij,
eo mittit humores, & alium cui consueuerat, deserit locum: quæ qui
dem

A dē indicatio à fluxionis loco facilè desumitur: nā si fluxiones extra cor
pus sūt, vt sanguinis fluxus, longè diuersa ratione sunt cohibēdæ, ab his
que in tra corpus in aliud mēbrū irruūt. Nec videtur plurimū in hac re
aberrare Celsum qui in quavis defluxione, ex p̄p̄inquo loco reuulsione
L. 1. c. 10. cōtēdit fieri: ob id quod per partē affectæ vicinā, sanguine extracto, flu
xio sistitur, præpediturq; quominus ad affectā partē irruat. Quæ sen
tentia, licet omnino vera non sit, commodi tamen non nihil obtinet:
nimirū quod in sanguinis profusionibus tutior quidem est ea reuul
sio, quæ à distantissimis sit partibus: at in particularibus affectibus, tu
more videlicet, aut quouis alio ex defluxione affectu, nō est semper ci
tra rationem prope affectam partem reuulsionem tentare: vt paulo su
perius de pleuritide retulimus. coincidit tamē hæc opinio cum ea quæ
reuulsionem & deriuationem ex eadem parte fieri contendit, hæc di
B ximus ne Celsum prætermisissē videremur: quid verò sit agendum fa
cilè hoc capite disces.

Illud etiam in hac parte considerare oportet, licet aliquando Gale
trium vacuationū occasiones diffiniat, reuulsionis quidem per recen
tem fluxionem, deriuationis per antiquā, vacuationis ex parte per nul
lam: nihilominus tamen hæc eius sententia non constat perpetuum ac
fixum aliquid, quod perpetuò fieri debeat. Fit enim sæpe vt recens flu
xio quia vehemens est, reuulsionē desideret, diuturnæ verò, quia lāgui
dior satisfaciāt deriuatio. Verū fit nōnunquā, vt antiqua fluxio, quia re
bellis, in habitumq; versa retractio ad remota sananda sit: Ita enim
Hippo. scribit, Diuturnum ventris profluuium vomitu sanari, & anti
quas oculorū fluxiones occipitis sectione. Cuius ratione nosse decet
reuulsionem tunc vtendum esse, quando fluxiones sunt vehementes, &
humorum magna copia: quò fit, vt in apoplexia & paralyfi nō liceat,
C ad plurimū distantia reuellere, nec plurimum sanguinis extrahere.
Primum quia humores non mouentur admodum impetuose: secun
dū quia hi solēt esse maiori ex parte frigidi: quare per vicina solū de
siderant deriuari, vacuato prius vt par est vniuerso corpore: nam dum
reuulsiones, aut non expediunt, vt in nuper dictis affectibus, aut nō suf
ficiunt, tūc decet deriuationibus vti, quæ nō veniūt exercendæ donec
corpus sit plenitudine destitutū: antea enim securū nō est, per vicinos
canales humores adducere: quippe cū periculū sit, circūstātes partes
humore repleti, nec sperādū est humores silti posse, sed potius excitari.

In cutaneis quidem affectibus, plures medici pertimescunt (ipsis iā
apparentibus) ex venis sanguinem mittere, veluti in variolis, scabie,
& maculis, quas in febribus malignis Hispani Tabardillo appellant,
existimantes à membro illo ignobiliore, ad principaliora trahi humo
7

res, sanguine misso exvenis: fit itaq; vt solūm scarificationibus vtantur, A
 aliquando non sine magno laborantium dispēdio. In qua quidem re
 expendere oportet, quōd si adhuc apparentibus maculis, venæ fue-
 rint humore noxiō relectæ, eas præstat aperire, & per latas vias sub-
 tō humorem educere, ac protinus plenitudinem deponere, antequam
 natura per occultas vias se se frustra exonerare tentet, grauiſſimis sym-
 ptomatibus concitatis, ac in prospero morbi successu. Damnauerat nan-
 que Galenus vacuationes apparentes & euanescentes: quales esse solēt
 L. 1. 1. Proleg. c. 1. quas nuper diximus, inquit enim. Quæcunq; tubercula & exathema-
 ta, ad cutem ex profundo florentia decurrunt, omniū pessima sunt,
 & sudores incipientes & statim cessantes, & hi prauī, & deiectiones
 similiter, & quæcunq; per sanguinis eruptionem aut ex utero in mu-
 lieribus euacuantur, omnia enim hæc deteriora sunt his, quæ nullatenus
 apparent, cum incipientia cessauerint. Non unquam enim euenit, B
 naturam concoquentem quæ contristat, nondū ad eorū excretionem
 excitari: In illis verò quæ cœperunt quidē, sed statim cessarunt, tanquā
 quidā impetus apparet naturæ properantis excretionem eorum quæ
 cōtristat, & ob imbecillitatē nequeuntis perficere quod proposuerat.
 Quæ obrem optimi est artificis, prout vires tulerint, opem naturæ fer-
 re, vt inceptum opus perficiat, deonerata ipsa per maiores venas, aut si
 plenitudo antea deposita fuerit, præstato illi auxilio per cucurbitulas,
 si maiorem non tulerit vacuationē. Nā quemadmodū quæ euanescent
 L. 1. 5. Apho. tex. 69.
 L. 1. 2. Prog. tex. 69.
 excretiones, eo loci à Galeno dānantur, & sæpe ab Hipp. ita & omnes
 aliæ, quæ nec perficiuntur inceptæ, nec à morbo liberant. Quapropter
 quod illis deest, arte adimpleri, vt inceptū opus perficiatur, natura desi-
 derat, deonerata ab illato humorū pondere. Quō fit, vt longe à verita-
 tis scopo aberrant, qui maculis aut variolis erumpentibus, mox à se-
 ctione venæ subsidēt. Expendisēt enim prius oporteret, an plenitudo C
 deposita sit satis, vel eruptio illa potius ex morbi malitia prodeat, nā si
 primū, citra dubitationē, vltius plenitudinē deponere oportet, post-
 habitis apparentibus maculis: si secundum (aut plenitudine iam depo-
 sita, vel viribus imbecillibus) tutius est cucurbitulas affigere, è regione
 cordis præsertim, vt virus illud longè à partibus internis & præcipuis
 distrahatur: sæpe tamen citra scarificationem, aliquādo cum ipsa. Nos
 se etiā cōuenit, in variolis adhuc apparentibus, audaciū licere sangui-
 nē mittere, quia maioris plenitudinis soboles sunt, quā in morbillis,
 qui potius ab humorū malitia & tenuitate prodeunt. Qua ratione in
 variolis aperta vena præstat (dum atas permiserit) sanguinem mittere.
 In morbillis verò scarificationibus vtī, nisi in adultis fuerit corporibus,
 in quibus etiam sanguinem mittere necessum erit. Considerare etiam
 in hac

A in hac re decet, vt sanguis tutius in his affectibus mittatur, an tempus
 apparationis macularum completum sit, an tantūm id opus cœperit
 natura. nā id quoq; maximi est momenti, sæpe enim in huiusmodi ma-
 culis præstantissimū est, mediocriter deposita plenitudine, quō natura
 vergit, cō etiā vergere auxilijs artis, cucurbitulis nimirū, frictionibus,
 inunctionibus ex Hydræleo & modico nitri, tū per eas partes, quibus
 apparent, tū verò per vniuersum corpus. Hoc tamen in hac re animad-
 uertas velim, quod licet sanguinis missione, ex toto nō fuerit deposita
 plenitudo, tutissimū cū hoc est cōsiliū, vltius sanguinē nō extrahere,
 donec cōpleatur integrū apparitionis tēpus: interim tamen expedit au-
 xilijs nuper dictis, ad cutem euocare, & non nihil humoris deponere:
 mox tamen si plenitudo superfit, licebit eā per venæ sectionē deponere
 (vt cōmento illius sententiæ Hipp. Simō qui latas pustulas habebat
 B expresse Gal. docet) si vires permiserint, alioquin minimè. Cōiectādū
 enim est malitiā morbi maius facessere negotiū, ob idq; expedire ma-
 gis ijs vtīq; uæ ad externa euocent, & quæ virtutem robovent, & alijs
 etiam quæ libro de Curatione febris malig. abundè diximus.

In bubonibus etiam considerādum est plurimum, qualiter fieri de-
 beant venarum sectiones: nā si totum virus iā in parte collectum est,
 nullus datur reuulsioni locus. Verūm si adhuc aliquid superesse cog-
 nouerimus, quod ex symptomatis & febre deprehēdere licebit, reuul-
 sionem moliri oportet. Cæterū in bubonibus qui ex morbo gallico
 fiunt, cum motus vehementia humores careāt, nulla reuellendi super-
 est necessitas: quin potius præstat ad locū affectū totum humorem tra-
 here (vt in bubonibus pestilētibus fieri solet) vt tota veneni vis per bu-
 bonem expiret, nam cum aliter fit, grauiora symptomata, grauioref-
 C que morbi pullulant. Quō fit, vt mihi persuasum semper habuerim
 eos grauius errasse, qui in huiusmodi gallicis bubonibus resolutio-
 nem tentarunt. Nam licet tutior vacuandi modus sit, in his tamen
 grauioris mali causa sæpe est: Siquidem in resolutionibus, ea so-
 lum materia quæ intra bubonem continetur euanescit, ex quo fit,
 vt quum nihil materiæ peccantis in toto corpore, & præsertim in
 partibus circa iecur, & iecore ipso minuatur (quemadmodum in
 suppuratis bubonibus solet fieri, per quos vniuersi corporis materia
 defluit, & expurgatur, ita vt purius superfit deinceps corpus) quod
 materia intus relicta alopecias, pustulas, talpas grauiſſimosque do-
 lores concitet. Qua ratione consultissimum esse cenſeo, in his om-
 nibus suppurationem tentare, tanquam huius pessimi affectus præ-
 sentaneum remedium: in quibus tamen cum necessum est sanguinem
 mittere, seruare hoc præceptum oportet, nimirum fluxiones transfer-

*Nota hec
 de curat. morbi
 gallicis
 bubonum in
 ipso*

re ad eas partes, quæ nullum habent principatum, aut ad eas quæ vicinæ sunt parti mittenti: atq; ideo fit, vt in fluxionibus quæ fiunt ad ignobilis partes à capite, ex cubito sanguinem mittamus, qui si non est origo mali, origini tamen est propinquus, & ignobilis pars, ad quam sine periculo humores trahuntur.

Superst adhuc in reuulsionis natura nosse, eam non solum conuenire humoribus fluentibus, verum & quietis, sed qui fluere in aliquam partem solent. Iubet namq; Galenus, easdem venas secare in præseruatione, quas in principio affectus: sed in principio iubet ad distantissimam reuellere, ergo & in præseruatione: quod clarius adhuc ostendit, cum idem sit humor qui in præseruatione, & qui præsentem affectu reuellit.

L. 1. de Ven. sec.

L. de Nat. huma.

De Deriuatoria vacuatiōe.

Vt quis rectè deriuatoriam vacuationis naturam intelligat, expedit primò oportet, humores dum in corpore superabundant, tripliciter ad morbum gignendum concurrere, præter plenitudinem quã efficiunt, B vno modo cum in partis substantiam impactus humor est, citra fluxionis complexum: alio cum in venis illius partis humor continetur, antequam ex toto in spatia non naturalia partis quæ afficitur, decidat: tertio verò modo cum ad affectum locum humores mouentur, ac nisi sistantur, affectum generant & augment. Quibus omnibus triplex remedium genus iure optimo debetur: nimirum ei qui in motu est, reuulsio: ei qui per partis affectæ substantiam dispersus est, euacuatio à parte affecta: ei verò qui in venis partis affectæ, aut illis proximis continetur, deriuatoria vacuatio ex usu est, cuius efficacia extractis contentis humoribus ab affecta parte per vicinas partes aut prope ipsas, ab affectu particulam liberat. Inquit enim Galenus: Deriuationem solet Hippocrates nominare, quando humores qui per non conuenientem regionem in ceperunt ferri, ducimus, non per eam, neq; per distantissimam, sed per aliam propinquam. Quibus verbis facile diluitur controuersia, quæ ex C dictis Gal. videtur oriri: nam libro secundo ad Glauconem. impactu humori & partem obsidenti, deriuationem cōsulit: quarto verò methodi duram repauro tenuiq; fluxu, deriuationem esse moliendam docet. Quod intelligi debet, dum pars quæ afficitur cōmodè secari non potest: quo tempore cōfugimus ad vnam ex vicinis, in qua affecta sese exoneret. Sic affectis oculis aut lingua vomitoria negat, deiectionis verò commendat: è contra verò in priapismo, nephritide, sciatica, podagra, vomitoria deiectionis præfert: quod factum esse suspicor, quoniam vniuersales illæ vacuationes noui fluxu ciendi potestatem habent, vt merito vitari debeant etiam cessante in totum fluxu, quo tempore per proximam partem humorē deriuare necessum erat, ni id vetaret, quæ nuper diximus. Itaque deriuationem cōsulit Galenus, in impactis humoribus per vicinam, dum per partem

L. 6. Epid. p. 2. cōm. 7.

C. 1. & 6.

A partem non datur humorem euacuare, in fluxionibus verò tenuibus, & citra maximum impetum, deriuationem molitur, ab ipso sic appellatam loco nuper citato: sed per paulo distantius à parte affecta, ne fluxionem maiorem cōcitemus per propinqua loca, quam ego reuulsionem appello, vt in exemplis nuper adductis videre est: verum dum fluxiones debiles sunt, & veluti cessantes, citra dubitationem eas per vicina deriuari tutissimum est. Itaq; debetur huiusmodi deriuatoria vacuatio, & debilibus fluxibus, & diuturnis, & quiescentibus humoribus, sed fluere assuetis, dum impetuose fluere non assuescunt. Prodest etiam in his affectibus, qui alijs vacuationis generibus non cedunt, idq; duplici ratione, tum vt quod in venis affectæ partis continetur, per partes vicinas tutius educatur: tum verò vt quod in mandante membro in dies aggregatur, paulatim antequam cōgregetur, per partem sibi proximam decidat. Hoc tamen prætereundum non est, nimirum ad deriuationem moliendam solum esse necessariam venarum cōmunionem, qua ratione incisio saluatellæ dextræ in febribus & alijs viscerum inueteratis affectibus, mirè præstat deriuationem, in quibus par est existimare, aliquid esse impactum in venis illius visceris, cuius ratione morbus factus est diuturnior, quod deriuationem postulet, quam rectius molitur incisio huius venæ (vt quæ minorem pariat imbecillitatem, ob id quod sine magno spirituum dispendio fiat) quam maiorum venarum. Eandem etiã venam incidere in ardentissimis febribus, morbo progrediente ac præmissa alia vacuatione, maximum præstat beneficium, præsertim cum feruentes humores in profundiores nostri corporis partes & prope membra principalia sitos, ad extimas studemus deriuare, potius quam vacuare: hanc enim deriuationem exquirat etiam Gale. vbi qualitate nocens sanguis, nature nutrimento factus est inutilis.

saluatella dextræ in febribus & alijs viscerum inueteratis affectibus, mirè præstat deriuationem, in quibus par est existimare, aliquid esse impactum in venis illius visceris, cuius ratione morbus factus est diuturnior, quod deriuationem postulet, quam rectius molitur incisio huius venæ (vt quæ minorem pariat imbecillitatem, ob id quod sine magno spirituum dispendio fiat) quam maiorum venarum.

L. 9. Meth.

C Quãobrem mihi experientia compertum habeo, scissionem saluatellæ præmissa copiosioris sanguinis detractio, maxime esse momenti in malignis febribus, & his quibus maculæ illæ vulgares apparent. Sic in interiorum partium squalore, eadem vena scissa, præsidium reperitur, præsertim, cum copiam sanguinis detrahere non est in animo. A capite etiam humorem peccantem deriuamus, nasi venulis incisis, & ab angina loco, sectione venarum quæ sublingua sunt.

Simplex quidem à parte affecta vacuatio tantum debetur his affectibus, in quibus post reuulsionem aut deriuationem, aliquid parti impactum hæret, quod maius imminet periculum, quàm suppuratio sit, vt videre licet inflammatis particulis, quæ in gangrænam minantur de genere aut in carbunculis, aut pestilentibus tumoribus, aut moribus venarum

De Simplicia a parte affecta vacuatione.

anima-

animalium: in quibus mens est, quod adhuc in parte fixum continetur, per eandem extrahere: nanque in his graue est, & periculo plenu, quod semel in porositatibus continetur, iterum ad venas remeare: preterquam quod id efficere per difficile est. Quo etiam utimur praesidio in gingiuis humore tumentibus, aut in maculis ac foedationibus aliquius particulæ. Hoc tamen habet proprium id vacuandi genus, quod cutis scarificatione maiori ex parte fiat, nisi dum in pus sanguis degenerauit, quod decisam cutim desiderat.

Ante tamen quam hinc discedere, vtile esse existimaui docere, quantum saepe facessat negotium, quid agendum sit differere, cum omnes tres indicationes in vnum coeunt: quod saepe in maximis affectionibus & his qui grande minantur periculum, aut alijs quibus fluxio vehemens irruit, vsu venit: in quibus eam venam tundere expedit, quæ vtranque adimpleat intentionem. In qua quidem re monitum velim lectorem, ne in vulgarem errorem dilabatur, existimans reuulsionem si simul & deriuationem ex eadem vena posse fieri. Nam respectu eiusdem loci affecti, idem locus nequit esse propinquus & remotus, nec eadem materia potest esse reuulsioni & deriuationi apta: Inquit enim expressè Galenus, In principio inflammationum reuellendum esse quod influit, quod verò influxit, deriuatiōe tolli per vicinas partes, aut ab ipsamet parte affecta vacuandum esse: quibus constat quantum errent, qui secta eadem vena existimant, simul deriuationem (quæ a parte propinqua & materia quiescente fieri desiderat) & reuulsionem (quæ a distantissimis partibus & mota materia perficitur) fieri: etiam si passim apud Galenum reperiatur reuulsio & euacuatio simul, quæ non a parte affecta facta debet intelligi, dum deriuationem ei coniungit sed a toto.

nota
De Sanguinis detractioe per scarificatione.
Haud secus, aut paulo morosius sanguis per scarificationem extrahitur, quam per venæ sectionem, hoc vno excepto, quod hæc vnico illato vulnere sanguinem extrahit: illa quidem cutis est ac subiectæ carnis per scalpellum dissectio, multis tamē foraminibus illatis. Ea enim non minorem præstat (in his quibus ex vsu est) vtilitatem, quam venæ sectio: a toto enim euacuat, plenitudinem deponit, per vicina etiam deriuat, ac rursus a parte affecta præstantius educit. Quæ omnia quauis vena scissa ocissimè consequamur, multum tamen frequentia nocere solet, vt ex Apollonio refert Oribasius: Ideo ea omiſſa, tutius est scarificationes moliri, quod hæc citra validā totius molis corpore commotione, eadem cōmoda ac venæ sectio præstare valeat. Primū itaq; præstat maximū vsum in tollendā plenitudine, siue eam cōsuetæ excretionis suppress-

A suppressio, vt menstruorum aut hæmorrhoidum, siue ocium, siue alia quauis causa induxerit: præsertim debilibus & pueris, scarificatis nimirum scapulis, brachijs aut cruribus. Nā vt Celsus refert: Ad hoc auxilium est confugiendum, vbi opus est mittere sanguinem, vires tamen non toleant: est enim minus vehemens, sed magis tutum, etiam si in medio febris impetu aut existente cruditate, adhibeatur. Quod licet verum sit in omnibus, in pueris tamē secus res se habet: quia æque in illis vehemens est hoc auxilium, ac grandioribus sanguinis missio. Nam quemadmodum sanguinem mittere ex vena præcente cruditate, periculosum est, quia vereri oportet ne crudus humor in venas irruat: & quemadmodum in ipso febris vigore venam secare, contrariū parit motū ei, quæ natura molitur, quia eo tempore humores noxios ad extimas partes trudit, & misso sanguine ex vena aliquādo retrocedunt. Ita in pueris verendum est, ne hæc mala succrescant, licet in vtrifq; cucurbitulis vti in febris vigore, æqualem præstet gratiam. nam hæc eum motū quem natura molitur, potius iuuant, euocatis ad extimas partes humoribus. Cum hoc tamen crudis existentibus pueris, nulla ratione eas oportet administrare, quemadmodū neq; in adultis sanguinem mittere. Reuellitur etiā hoc præsidio humor in his corporibus quæ superius diximus, ad distantes, aut extimas partes, & ad eas quæ cōmunionem habent. Itaq; si crura fluxione vexentur, si phlegmone laborent, manus scarificare conueniet, vt e contratio crura, si manus malè affectæ fuerint. Similiter si dextrum crus doleat, aut dextra manus, sinistrum crus aut sinistram manū scarificari est æquum: Sio altero crure malè habente, ob eam quam diximus cōmunionem, alterum scarificare iubet Galenus. Cōducit etiam huiusmodi præsidium ad moliendam reuulsionem ex humoribus aut inflammationibus in profundo sitis: Sic quibus caput dolet ob ascendentes ad ipsum humores, scarificamus crura, & tandem si quid intus lædit, extra facile scarificationibus trahitur, si quid etiā sursum deorsum, & sic de reliquis corporis positionibus. Quæ omnia præsertim in adultis dū parti adhibetur, accidunt, sub tus tamē cute prius scarificata. Quibus antiquitas etiā ad casum vtebatur, vt ex Hippocratis testimonio facile probari potest, inquit enim Qui in Ceramicæ ab æquo lapsus est, cui nō statim cucurbita affixa est vltus est intro, & vigesima die recruduit malum. In pueris vero saepe fat est cutem scarificari, citra cucurbitarum appositionem, etiam dum capite laborant, scapulis eas affigere, ex vsu est. Humores etiam parti affixos deriuatorie per scarificationem vacuamus, vt saepe vsu venit in mensium & hæmorrhoidum suppressione, in quibus

bus suras ac femora scarificamus, gratia deriuandi quod suppressione redundat: in quibus etiam sanguinis missionem repetere, haud tutum esset, quia periclitaretur corpus refrigeratione & lagore, & potentia imbecillior redderetur ad suppressam vacuationem excitandam cuius indicationis gratia, varias in corpore partes scarificamus, iuxta partis cui mederi intendimus naturam & situm. A parte etiam ipsa mirum in modum quod impactū est, & adhærens, reuulsioni aut diuisioni & alijs topicis auxilijs non cedens, euacuat. Hac enim ratione in inflammationibus cerebri, laterum & aliarum partium scarificationibus quoque vsi sunt veteres, coniunctæ materiæ attractione & resolutionem exequentes, impositis tamen ante & post scarificationem cucurbitulis. Pari lege humoribus propter crassiciē fortiter impactis, & tum resolutioni, tum suppurationi renitentibus, scarificationes plurimum proficiunt, à quibus discutientia vel suppurantia cataplasmata, B vnguenta, aut emplastra ad mouere solemus. Verum vacuata hoc modo particula, ante eorum appositionem detractis cucurbitulis, spōgia scarificata loca tergenda, & oleo rosaceo mulcenda sunt: Præterea in maculis ac defecationibus cutis, præmissis totius corporis vacuationibus, ut quod in cute adhuc hæret viscosi humoris euacuetur, ipsam scarificamus: etiam cutis inciditur quibus venenosi aliquid sub calaret. Verum ne quis ut fors tulerit, scarificationes in quouis affectu aut corpore citra distinctionem efficiat, expendat oportet, quod licet diuisio ipsa multas possit habere differentias, omnes tamen ad tres tantum referri possunt, ut ex Gal. mente aperte constat: nam aut tenuis & superficialiaria est, aut è contra magna & profunda, aut longitudine & profunditate inter eas media: quibus omnibus Gal. in abscessuum curatione se vsu fuisse prodit. Præstat enim quæuis harum differentiarum longè in re practica diuersum vsu: nam quæ in superficie fiunt, non trahunt è longinquo, non reuellunt, non deriuant, aut saltem morosè, sed à summa cute, qua vlcuscula facta sunt, hærentem humorem educunt, nec magnis morbis opitulantur. Quæ verò longiores & profundiores sunt, plurimum sanguinis exhauriunt, cuius rei Gal. testis est, qui scarificato sibi crure, cum pestilentia laborasset, duas ferè sanguinis libras inde extraxit: quò fit, ut animi deliquium aliquando inducant, & à partibus etiam remotissimis, ut à capite in crura, à crure in manum reuellant. Quæ verò ambarum mediæ sunt, earum pariter incommoda verant, ideoque, alijs præferri debent. In quem vsu suspicor Hipp. dixisse terminum scarificationis tantum esse cutim ipsam: cæterum quisque hæc quæ nuper diximus, exactè expendat oportet, antequam scarificationes

Ll. 2. Ad gl.

Ll. de Cucurbi.

Ll. de Med. offi.

Ationes moliantur, ne ab scopo facile aberret, nã incisio cutis correspondere tenetur quantitati sanguinis educendi. Rursus si qui debet extrahi sanguis, tenuis fuerit, aut corporis substantia (qualis puerorū est) facile labilis, leuiore sunt scarificationes oportet: si verò concretus aut crassus, profundiores. Cæterum ut monet Antilus, pars quæ scarificari debet, prius si fieri potest, lauanda est. sin minus, aqua tepida quousque rubescat, perfundenda, aut spongijs fouenda, aut frictionibus rubificanda aut Soli, igni ve exponenda. Incisiones autem fieri oportet in cruribus, abdomine, thorace, dorso, ceruice, brachijs & capite, secundum capillorum positionem, in fronte autè per tranuersum: adde quòd scarificatio quæ reuulsionis gratia instituitur, aut vacuationis à toto corpore, haud temere alijs in partibus quàm in cruribus vsurpata est à veteribus medicis: nos tamen in pueris, brachia aut scapulas, nates ve præter crura scarificamus. Debent tamen scarificationes dum fiunt, magnitudinè æquales esse, & paribus distare interuallis. Scarificationis autè principium ab infernis partibus sumendum esse, ratio suadet: ut sanguis ad superficiarias partes decurrens eam non obscuret, quæ postea scarificanda venit. Vltimò tamen expendere oportet, plus sanguinis extrahi posse cucurbitulis affixis parti scarificatæ, & plus etiam reuellere, quàm citra ipsas:

Hirudinum quoque vsus multiplex est in re practica, siquidem totum corpus inanire citra dubitationem valèt, quemadmodum & vena scissata: sicut reuellere ab altis & distantissimis corporis partibus, & sæpe efficacius quàm quoduis aliud ex reuulsorijs auxilijs: sed potissimum præstant deriuationem, aut ab affecta parte vacuationem. Quæ quidè officia omnia dupliciter moliantur: vno modo dum cuti adhibentur: alio C verò quo tempore venarum extremitatibus affiguntur: dum vero venis ipsis, aut osculis earum (ut hæmorrhoidibus) adhærent, totius plenitudinem, præsertim melancholicam, omnibus alijs auxilijs præstantius deponunt: aliquando suris affixæ idem moliantur opus: ex eisdem etiam partibus, reuulsionem præstant humorum, qui ad caput, cor, & alia viscera confluunt. Deriuant quoque, ex eisdem locis, præsertim hæmorrhoidibus hærentes, & à mesaræo, ab splene & iecore: idè quoque, officium præstant venulis nasi affixæ, angulis oculorum, venis frontis & occipitis, aut post aures in affectibus oculorum & capitis, quibus mirum in modum profunt humore deriuato à parte affecta per sui vicinas. Eodè beneficio opitulantur pueris dysenteria laborantibus, vbi brachijs adhibeantur; & grandioribus etiam vbi manibus iuxta venam saluatellam appellatam, quod existimo præsentaneum esse auxiliū. Præstatq; vltimò hæc

De Sanguinis
detractioe per
hirudines,

7 nota

7 nota

Q suam

suā gratiā incutis sceditatibus, vt quod in parte cōtinetur, sugendo eua
 A cuent. Habent etiā maximā efficaciam, dum ani venulis admouentur,
 non solum in febribus ipsis diuturnis ad coctionem iuuandam, &
 f. inbleuandā naturā, atq; ad corporis transpirationē, si post venæ sectio
 r nē & alia præsidia adhibeantur: verū etiā in omnibus alijs, dū naturam
 cognoscimus opprimi, aut tardiū vincere, & concoquere noxios hu-
 mores. Quod quidem præsiidiū nō solū in validis corporibus, sed in de-
 F bilibus ac exolutis tutissimū est. Habet adhuc hirudinū vsus maiorē ef-
 ficaciā, in diuturnis capitis doloribus, & alijs inueteratis & ægrè cura-
 bilibus affectibus, veluti in mania, melācholia, & soporosis omnibus
 affectionibus: ac ferē in alijs quibus humores fæculenti aut crassi, qua-
 les hæmorrhoides continent, caput infestant, mesenterium, aut viscus
 r aliud. Prodest quoq; plurimū fœminis: quæ propter aliquod vterivi-
 tiū, symptomate quouis corripuntur: nā vacuo prius corpore, deriu-
 r tionis gratia, per hæmorrhoidas vterū à corruptis humoribus liberāt.
 Præstant etiam beneficiū his, quibus varices plurimū intumuerūt, aut
 ne intumescant, præcautionis gratia. Manifesta etiam vtilitate profunt
 ijs, qui patiuntur hæmorrhoidarum tumores, aut dolores, præsertim à
 corporis vacuatione, & sedato quodammodo doloris impetu.

De Quantita-
 te sanguinis
 extrahendi.
 l. De opt. fec. ad
 tra.

Quantū in medicina negotiū facessat auxiliōrū quantitas, nemo sa-
 næ mētis ignorat, præsertim in sanguinis detractio: hæc nanq; cōie-
 ctricē reddit artē, nō quidē (vt optimē Gal. aduertit) à præceptis conie-
 ctricē denominatur: nā hæc perpetua sunt. Sed ab actione & medentiū
 opera; hæc enim nec certū euentū habens, cōiectricē artē reddit: nā om-
 nū artium præcepta perpetua sunt, & stabilia: verū quoniā nō omnium
 artium finis semper attingi potest, fit, vt ipsarū nōnullæ cōiectrices ap-
 pellentur. Quare cū in curatione morborū nō solum videndum sit, C
 quid morboris affectibus cōueniat, sed quid etiam natura ferre possit:
 maxima ob id opus est prudentia, ne plus aut minus naturæ tribuas,
 quā ipsa exigat, aut permittat curatio. Nā vbi ipsa valida est, omnia au-
 dacter præstare possumus, quæ præscribit curatio: vt apertè his verbis
 docuerat Gal. Ipsa nanq; per se auxilia causas extirpare nequeunt: sed
 naturæ adminiculū requirunt, & fermē solum impetum motusq; ini-
 tium naturæ adiiciunt: reliqua per se natura administrat ac perficit. Igi-
 tur valida cū sit, remediorum violentiā perfert, & bonæ ingenitæq;
 substantiæ detractioē facillē sustinet, atq; ipsa diuexantia excutere po-
 test: vbi verò vires labuntur, illis potissimū succurrendum est: ac si
 nec planè debiles, nec firmæ omnino sint, sed permittunt cum quadā
 moderatōne fieri, quæ dicitur curandi ratio, ita moderari rem oportet,
 vt

A vt nec morbū nec virtutē contempisse videamur. Cæterū huius rei
 distinctio indicatio ve peti debet ex plenitudinis magnitudine, aut
 affectus vehementia (præsertim si ex his fuerit, qui sanguinis missio-
 ne expostulant) & ex viriū robore, quod semper in vacuationibus præ-
 oculis habere tenemur. Est tamen in hac re distinctio apprimè necessa-
 ria: nam si sanguis mittitur solum præcautionis gratia, nō decet extra-
 here quantum plenitudo expostulat, secundum illud Hipp. neq; com-
 pressiones ad extremum ducendæ, sed qualis natura fuerit eius, qui de-
 bet perferri, ad hoc ducere cōuenit, verū si plenitudo iā in affectum
 aliquem proruperit, ex arte est, plurimum sanguinis extrahere: quan-
 tum verò hoc plurimum futurum sit, non satis constat: nam licet Hip-
 po. præcipiat in ardentissimis febribus & vehementissimis doloribus,
 vsq; ad animi deliquium sanguinem mittere, id ego his nostris tempo-
 B ribus minimè esse tutum existimo: Inter alia multa, eò maxime quia
 incerta admodum est huiusmodi mensura: neq; enim omnes laboran-
 tes protinus animo delinquant, etsi plurimum sanguinis illis extraha-
 tur, in quibus vltra procedere, esset potius hominem iugulare: neq; rur-
 sus omnibus qui animo delinquant, sat est sanguinis extractum, vt
 quotidiana monstratur experientia. Præterea neq; omnino tuta est illa
 Gale. mensura, quæ de fluxionis impetu profertur: quia solet impetus
 sæpe multis de causis subsidere, antequam debita quātitas sit extracta:
 sicuti & vltra procedere impetu delationis, & viriū robore, atqui li-
 cet laborantes tunc vacuationem tolerent, postea tamen difficiliter cō-
 ualescunt ac reficiuntur: & fortasse morbus ex eo sumpta occasione, diu-
 tior redditur, ac laborās deinceps accidentia quæ superueniunt, mi-
 nus bene tolerare valet. Illud etiā mihi suspectum videtur, nimirum,
 C mutationem coloris in sanguinis detractioe spectandam esse: nā quo
 tempore fluit, difficulter cognoscitur huiusmodi coloris mutatio: cū
 verò iā fluxit, inspicere adhuc inutilius est, siquidem multoties bis ter-
 ve sanguine misso, q̄ in alta putredinis minera reconditur, vltimo loco
 extrahatur, in parua tamen quantitate, ita vt parum prodesse possit
 vltiorem tamen sanguinis detractioem (etiam si summopere nec-
 saria sit) laborans citra noxam tolerare nequeat. Quò fit, vt ea quanti-
 tatis mensura mihi certior videatur, quæ ex conferentia & tolerantia
 præcipuè desumitur, quibus fidem etiam adauget, harum rerum quas
 nuper diximus consideratio. Atqui licet conferentia statim non appa-
 reat, hoc tamen habet egregium tolerantia, quòd si remedium ex arte
 factum sit, profuturum promittat, ac reiteratum patiat, donec mor-
 bus virtuti cedat. Qua ratione mihi placuit plurimū hodierna con-

fuerudo, qua Hispani misionem sanguinis partiuntur, vt singulis diebus diligens medicus rimetur conferentiam, & tolerantiam, in ordine ad quas, expendat satis progrediendum ne sit vltra, an subsistendum: tutius enim mihi semper visum fuit, infra subsistere: nā euacuationes quæ ad extremum deueniūt, graues sunt: rationem enim reddit Gale. cum inquit. Ne conantes morbum dirimere, facultatem ipsam perdamus, aut ipsa impotentior reddatur ad morbi reliquias consumendas. Sic in pleuritide probatum semper habui, non pro ratione doloris ac magnitudinis affectus sanguinem extrahere, sed paulo infra subsistere, ne vires quibus ad coctionem & expulsionem opus habemus, ante integrum & perfectum tempus labantur. Quod quidem nō inspiciere multorum interitus causam suspicor citra dubitationem fuisse. Deniq; conferentia & tolerantia metiri certius possumus sanguinis extrahendi quantitatem: tolerantiam tamen docet Gal. rimari ex pulsu, quia vitalis roboris certū est inditiū, cuius quidem imperio aut consensu, hęc aut illam quantitatem extrahere licebit: seruato vt diximus huius virtutis tenore. Sunt tamen quædam, quæ nonnunquam debitam quantitatem permittunt extrahi, sæpius verò diminutam, vt regio & tēptus æstiuū, aut brumale. puerilis ætas, aut iā declinās, sexus fœmineus habitus obesus à natura, crudorū succorum copia, vigilia aut inedia diuturna, affectus etiam syncopim inducens, & adhuc multa alia quorum Gal. subinde varijs in locis meminit. Ad cuius enodationem placuit Celsi sententiam huc transferre. quæ ex professo videtur nostram sententiam confirmare: inquit enim, Sanguinem incisa vena mitti nouum non est, sed nullum penè morbum esse, in quo non mitratur, nouum est. Item mitti iunioribus & fœminis vterum non gerentibus, vetus est: In pueris verò idem experiri, in senioribus & in grauidis quoq; mulieribus vetus non est: siquidem antiqui primam, vltimāq; ætatē sustinere non posse hoc auxiliij genus iudicabant: persuaserantq; sibi mulierem grauidam, quæ ita curata esset, abortum esse facturam. Postea verò vsus ostendit nihil ex his esse perpetuum, aliasq; potiùs obseruationes adhibendas esse, ad quas dirigi curantis cōsiliū debeat. Interest enim non quæ ætas sit, neq; quid in corpore intus geratur, sed quæ vires sint. Ergo si iuuenis imbecillus est, aut si mulier quæ grauidam non est, parum valet, malè sanguis emittitur: emoritur enim vis, si quæ superat hoc modo erepta est. at firmus puer, & robustus senex, & grauida mulier valens, tutò curantur. Ex quibus verbis & alijs, quæ breuitatis studio prætereo, facilè constat vires solum hoc auxilium renuere, cætera verò minimè, sed quatenus viribus carent, quæ quidem tantum

Li. De sang. mis.
l. 2. c. 10.

A tantum sanguinis detrahendum esse docent, quantum ipsas permittere visum fuerit: condonantes semper non nihil ætati, regioni, & alijs quæ superius diximus.

Præter virium considerationem, quæ primas tenet in metienda quantitate, sumpta etiā ab affectus magnitudine indicatione, eandē metiri certò possumus: nimirum si magna vehemēsq; inflāmatio, aut affectio quæuis, ex maligno humore, cuius præceptus sit fluxio, contracta fuerit, & locus in quem decūbit insignis eximijq; sensus, plus sanguinis extrahi est necessum, ob idq; grādis vena loco vicino incindi debet, cō q; hęc plus sanguinis citiùsq; & validiùs ab affecta parte euocet. Si verò leuior extiterit affectus, angustior vena longinquioreq; eligēda est, quæ minus sanguinis, tardiùs & leuiùs extrahat: ratio vtriusque dogmatis est, quia præterquā quòd fluxionem sistit, priùs etiā ex parte affecta sanguinem vitiosum & putridum, quàm benignum & purum, alioquin necessarium, è reliquo corpore citra nouum defluxum educit: quando enim pars ægra, magis quàm reliquæ exinanita fuerit, vt eo rursus quasi indigeat, nō facilè alio humorum fluxu infestabitur, nisi id ex nouo victus errore eueniat: quæ enim distant, alimenti cupidæ proprium sanguinem non sinent abstrahi. Neq; pars affecta, nisi dolor, aut calor vehementior super sit, ab illis quicquam abducit, cum sit imbecilla, neq; multo egeat alimento: Ita necessum est, æquale esse auxilium vehemētiae & magnitudini affectus, præsertim dum ex fluxione & humorum abundantia dependet. At pensatis rectè viribus, & cum affectus cōditiōe collatis, quātitatē etiam sanguinis extrahendi certò metiri possumus: verū quomodo conferri debeāt iam audies. Si prius dixerimus triplicem esse inanitionis differentiā:

C Primā quidem esse integram & perfectam, quæ totam aut certè maximā morbi materiam adimit: secundam vtilem sed non integrā, quæ portione quadā humoris detracta, reliquā efficit leuiorem: tertiā verò adeo exiguā, vt nihil ægrū leuet. Itaq; vires pari lege in tres partes secare oportet: in integras nimirū, mediocres, ac infractas & deiectas: robustæ quidē vires integrā & perfectā, mediocres imperfectā quidē sed cōmodam. Infractæ verò ac deiectæ nullā exinanitionem ferunt. Porrò omnes morbi vehemētes ac magni, largam sanguinis detractiōnem necessariò postulant, vt qui citra illam nullo modo, aut non tutò curentur: mediocres moderatam, quæ rarò necessaria, sed utilis tantū censetur, qua morbi celeriùs securiùsq; sanantur: paruus verò morbus exiguam aut profus nullā. Semper autem morbi magnitudo cum virium robore conferenda est, si tutam curationem exequi velimus: nā

si vero dogmati semper & in omnibus doctrinis inueniendum est, dum A vires prorsus integræ & morbus mediocris fuerit, venæ incision non adeo necessaria, sed utilis tantum existit: sanguinis enim quantum morbus exigit, tuto mitti potest: non quidem periculosum est, vires constantes & firmas non nihil debilitare, donec morbi materia radicitus exhauriatur: quia ipsa propius sine mora restituuntur. Si vero mediocres fuerint & vires & affectus, mediocriter educere copiam decet: verum si vires labetes fuerint, & affectus grauis, parum & iterato sanguinem extrahere licet, nisi vires ita contracta fuerint, ut nil ferant, quibus omni studio incubendum erit, ut cibis boni succi recreentur reficianturque paulatim. Postquam vero refecta fuerint, tunc commodè aliquid sanguinis emitti poterit, ut in diurnis morbis vsu venire plerumque solet: Inspicere itaque oportet temperaturam, corporis habitum, aetatem & reliqua quae diximus. In quibus omnibus quantitatis mensuris, vires non solum praesentes, sed futuras aestimare B oportet: nam oscitanter praetermissa huiusmodi consideratione, solet ex conuenienti, iuxta praesentem statum, sanguinis detractio, tam subitus inopinatusque fieri virium lapsus, ut & laborantem & medicum perdat: Id quidem ob accidentia & casus quae superueniunt: quorum etiam medicus ediscere providentiam tenetur, nam quemadmodum vires, quales in morbi statu desideramus, considerare docet Hipp. & iuxta id victum instituere: ita & sanguinis detractio, eadem lege metiri est necessarium, ne virtus sanguinis missione & accidentibus quae superueniunt, aetate deficiat atque hebetescat.

De occasione extrahendi sanguinem.

Tempus vero vacationi aptum, necessitas vrgens, & tolerans facultas praescribunt, nulla habita de morbi tempore ratione: secus res se habet in incrementis accessionum: in quibus nulla lege licet, per venae sectionem sanguinem mittere: nam eo tempore vitiosi humores, ab internis partibus, in quibus maius malum efficiunt, ad externas, a quibus facile euanescent, pelluntur. quod fit, ut non liceat vena scissa, huiusmodi motum interdiceret: fat enim est, eo tempore scarificationibus uti. Verum in doloribus, contrarium semper licet efficere (secus res se habet in expurgantis medicamenti exhibitione, ut ex Hipp. constat, qui tempus ab accidentibus immune, ad expurgationem praescriuit) nam in ipsa doloris vehementia expedit sanguinem detrahere: Ratio quidem est, quia in his, quod utile est ex humoribus truditur a partibus, quibus necessarium erat ad proprium alimentum, transmittiturque ad partes, in quibus vehementiores coeunt dolores. Qua ratione, saltem reuulsorie, in vehementia doloris sanguinem oportet extrahere. Itaque, etsi Gal. asserat, sanguinem posse extrahi, & usque ad vigesimum diem, & qualibet hora diei aut noctis cum hoc tamen, & in omnibus corporibus & affectibus iuxta leges addu-

li. De morb. mu.

A adductas, tempus idoneum exquirere oportet, quae omnia, in consilio huius capituli latius & clarius reperies: nam intempestiva sanguinis detractio spiritum simul cum illo exhaurit, calorem nativum eripit, principes autem animae partes adeo refrigerat, & torpidas efficit, ut proprias actiones obire nequeant: unde cruditates, malus corporis habitus, a qua inter cutem, aliaque, incommoda subsequuntur, quod plerumque, medici imperiti ignorantes, multos ex sanguinis missione in mortis discrimen deduxerunt.

Praeter has mittendi sanguinis indicationes, superest adhuc considerare, an semel tantum liceat sanguinem mittere, an iterato conueniat cum extrahere: quod docet Gal. consideratis conuenientia & tolerantia, ac praesentia eiusdem necessitatis, cui non satisfactum est semel sanguinem misso. Sed partiri vacationes & per epicrasim afficere, saepe magni est momenti: praesertim ubi aut vires periclitantur, sicut in debilibus & conualescentibus, & his qui recidivam patiuntur, aut in quibus animi deliquitum veremur: pari ratione in angina, difficili respiratioe, aut quavis alia suffocatione: namque in his nil profecto esset deterius, citius enim ob id suffocaretur, si conuertim sanguis extraheretur, aut vltimo in particularibus affectibus, ut tantum quod in particula vagatur, aut ad ipsam confluit (quod proprius est) citra totius noxam extrahatur. Nam particulares euacuationes causam potius ex ipsis locis affectis elidunt: Cumulata enim, vniuersimque facta vacuatio, animi defectionem excitat. Quamobrem tutissimum est, in huiusmodi affectibus, licet sui natura maiorem exposcant vacationem, eandem partiri: & ob id quod directius a parte trahitur, selecta decenti vena, & quia citra periculum animi deliquit fit. Itaque in laterum & aliarum partium inflammationibus, quorum materia C est valis ad locum aliquem confluit, iteratio detractiois vtiliter in diem posterum, vel etiam ultra differtur. ut materia vitiosa interim ex affecta sede, in venas exhaustas subeat: quam inde repetita sanguinis missio promptius eripiet: eoque illa omittenda non est, etiam si dolores conquieverint: quod etiam fieri est necessarium, vitium reparandarum gratia. In tumoribus vero & bubonibus pestilentibus reiteranda quidem sanguinis detractio est, non crastinanda, ne virulenta contagio venis diutius inhaereat. Superest etiam adhuc in huiusmodi indicatione scrupus, nimirum, an ubi reiteratione sanguinis opus est, venae sectio secunda copiosior esse debeat. Nam videtur, quarto de Sanitate tuenda Gale. secundam copiosiore efficere: libro autem de Venae sectione in reiteratione dimidium adijcere iubet: dictio certe amphibologica, ex qua multi intelligunt esse vacuandum dimidium, respectu prioris: 251

De Iteranda sanguinis missione.

ego verò intelligo Gal. voluisse supra priorē quantitātē adijciendū esse dimidiū, nimirū prima vice sex vncias esse extrahēdas, secūda verò nonē: quāquā aduersus me est Gal. qui prima detractiōe, tres libras extraxit, deinde post horā librā vnā: sed illic res vrgens vt arbitror, coegit, priori sectione plus detrahēre. Res tamen hoc modo venit expēdenda nimirū q̄ vbi nihil impedit, & necessitas plurimūm non vrgēt, satius est à pacua incipere quantitate: præsertim vbi vires ægri nō habemus expertas: Cæterūm vbi eas cognouerimus, & ipse consenserint, vrgente necessitate, plus oportet in prima vice extrahere, non obstante Gal. dicto, quo præcipit secunda detractiōe dimidium addere.

Pauci hoc tēpore arterias scindūt, q̄ nō admodū cōspiciuæ sint, neq; facile sit illas consequi, verū tamē in tēporibus frequenter secari solēt, vt calidæ acresq; oculorū fluxiones inhibeantur: iuxta aures item secātur in vertigine, & diuturnis capitis doloribus, præsertim ex calida & spirituosa causa: in alijs etiā capitis inueteratis affectibus, & in rubore faciei: arteria item quæ inter pollicē & indicē sita est, tūditur in diuturnis laterū doloribus, inter viscera & diaphragma positis. Quæ iuxta malleolū sunt arteriæ secātur etiā in vetustis coxēdicis doloribus. Monendus tamen hoc loco lector est, vt eas (si quādo vsu venerit) reseret arterias, quæ è directo sunt sedis affectæ: dū modo ex minimis sint: grādes enim secare arterias pertimescendū omnino est. Ego tamen in omnibus his & alijs affectibus tantū arterias secarē, in quibus diuturnus reperitur dolor, hisq; pulsatorius (nā hæc est vera huius auxiliij indicatio) in alijs vero, aut minus tutum, aut parū vtile esse existimo. Quas si opus fuerit, ferro cādenti tutius est diuidere, aliter enim periclitatur in copescibili fluxione laborās. Neq; silentio prætereundū est, hac in parte, nō licere chirurgis in arteriarū vstione, his quæ scarā protinus auferāt (vt in alijs vstionibus) vt, antequā ex toto coalescāt arteriarum foramina: nam butyro & alijs quæ hunc vsum præstant, facillè scarsa dilabitur, ante arteriarum reclusionem, & sanguis inuitabiliter profluit, cauendum igitur est, tanquam à maiori malo.

Tanti est momēti in re medica hoc auxiliū, vt sæpe locū sanguinis missionis vtiliter adimpleat: quo quidē frequētius Itali in febribus & multis alijs affectibus vtūtur, loco vacationis quæ per venæ scissionē malitur. Nam vbi corpus imbecille est, tempus ve scissionem venæ renuit, aut symptoma aliquod eā interdicit, vel dum corpus vacuatū iā est, miro modo quod superfluit, aut morbū efficit, minuit. Reuellit etiā ad longissimas & distantes corporis partes: trahit itē ab altis abditisq; corporis sedibus ad extimā cutim: sanguinis eruptiones cohibere va-

let

let, menses item mouere & leuare, ac resiccare fluxiones. Cum hoc tamen non desunt qui in febribus vereantur eo vt, existimantes maiorē posse concitare calorem attractionis vi: ego tamen existimo ob eandē causam maius in febribus præstare beneficium: nā calorē & fuliginosa excrementa, ab internis partibus ad extimas euocant: eò igitur fit vt partes interiores facilius euentari possint, ac maximum inde susceperit præsidium. Sic in malignis febribus, præsertim in his in quibus in cutē maculæ apparent, vnicūm est præsidium: nā cum maior ferē curationis pars in huiusmodi consistat, in extinctione venenosorum spirituum in correctione ve, aut extractione ad extimas partes, hæc vltima solum perficitur hoc præstantissimo auxilio: præsertim dum è regione cordis in dorso adhibentur: sicuti dum caput periclitatur delirio aut phrenitide, prope ceruicem, aut in brachijs iuxta humerum. Itaq; tā est tutū & vtile hoc præsidium, vt dum à toto vacuare intendimus, corpore existente debili, aut aliter vacuato, deriuare ve, aut à parte affecta aliquid extrahere, eo vtimur. Quæ omnia simul præstare nequit, ex alijs auxilijs vllum, siquidem aut maiori virium dispendio, aut minus tutum, quoduis suum præstat munus, vt experientia constat vena scissa, aut vtcunq; sanguine extracto. expurganti ve medicamento exhibitto. Rectam tandem vtendi rationem, eleganti quadam sententia, primus omnium docuerat Hipp. dicens: Cucurbitarum porrò duo modi, cōmodi existunt. Quando enim fluxus, procul ab apparente carne compactus fuerit, circulum ipsius breuem esse oportet, ipsamq; nō vtrosam, sed prolixā, parte ad manū vergente, non grauem, quæ enim talis est, in directum trahet, & serosos humores separatos ac distantes probè ad carnē attrahet, maiore autē dolore per carnē disperso: in reliquis quidē cōsimilē cucurbitā esse oportet, sed circulū magnū. sic enim è pluribus partibus id q̄ dolorē facit, educere cōperies ad locū cōbeniētē: neq; enim magnū esse circūculū putant, si non ex pluribus locis caro cōprehendatur ac cōtrahatur. At si grauis sit, ad supernos locos reperit, infernè autē magis detractiōem facit, vt sepe morbi relinquatur. Lati itaq; circuli vnā cū incūbentibus fluxionibus, & lōgè distatibus, à supernis locis, niulta simul attrahunt de alia carne: Contingit igitur humiditatē inde detractā, apponi colecto infernè sub cucurbita seroso humori, & quæ quidē infestāt, relinquunt: quæ verò nihil molestant, de trahi. Magnitudinē porrò cucurbitæ quæ cōmoda sit, iuxta corporis partes quibus admouere oportuerit, cōiectare oportet. Vbi verò scarificationē subter cucurbitā adhibere velis, sanguinē scarificādorū locorū cōspiciū esse oportet, aliās neq; circulū attractū scarificare ac pertūde-

re

2. De venæ sectione. no. c. 17.

De Arteriarū sectione.

De Cucurbitarum scarificatione.

re oportet: debilior enim est caro loci dolore affecti. Scalpris autem in A
 curuis in summo non valde angustis utendum est. aliquando enim se
 xosi, ac saniosi humores, viscosi ac crassi veniunt, periculū igitur est, ne
 infilluris subitent, vbi arctæ fuerint incusæ. Quam quidem sententiã
 placuit ad verbum transferre, vt, quis intelligat quanta solertia Hipp.
 docuerit vsum huius præstantissimi auxiliij. Leuis itaq; cucurbitula in
 fationes discutit, distillationes in stomachum suspēdit, sanguinem at
 trahit, & profluentem rursus sistit, obiectis partibus admota: quippe
 vt inquit Paulus, dum scarificatione adhibetur, efficaciorē causis per-
 spiratum præbet, sensibiliter ex alto ea quæ nocent alliciens, quippe
 non modo sanguinem, sed alios quoq; humores vacuat. Cauere tamē
 oportet, ne prope mammillas grandis cucurbitula applicetur: nã elap-
 sã cucurbitulas nonunq; mãmẽ, & inturgescētes vehementer, haud
 facilē ipsas relinquunt. Vtitur etiam cucurbitulis Auic. non citra mag-
 nam rationem loco sanguinis missionis, & in quibusdam particulari-
 bus affectibus: quos ipse recenset & curat hoc potissimo præsidio. Nō
 desunt quoq; qui in ea anginae specic, quæ ex colli vertebra intrò luxa-
 ta, suboritur, cucurbitis etiam vtantur, credentes luxatã vertebrã pos-
 se trahi cucurbitarū tractione: quod expressè dānauerat Hipp. his ver-
 bis. Quin etsi magnæ cucurbitæ affigantur attractionis nimirum gra-
 tia, verticulorum intrò repentium, magno hoc mentis errore contin-
 git: propellunt enim magis quàm attrahunt, & neq; hoc animaduert-
 unt hi, qui ipsas affigunt. Quanto enim magis ipsas quis adigit, tan-
 tō magis repandi fiunt hi, quibus affiguntur, cuti simul fursum coar-
 tata: quã obrẽ ablegandas esse ab huiusmodi curatione censeo. Præ-
 terea scarificationibus vtimur, vbi corruptus & vitiosus sanguis, in par-
 te aliqua inflammata post venæ incisionem remansit, aut in alio quo-
 dã tumore naturæ molestus superfuit, vt in Scyrrho, gãgræna, spha-
 celo, & similibus inhaerescit: siue is venam distendat copia, siue acri-
 monia excrutiet: atq; in his non antea hoc genus detractionis tentan-
 dum est, quàm fluxio iam constiterit, & alius fuerit demolita.

Consilium circa sanguinis detractionem.



V M ingenium non sit in rebus necessarijs, neq; in his
 quorū notitia casualiter se habet: sed in his circa quæ
 consilium versatur & prudētia. atq; hæc sit apprehen-
 sio agendorū & nō agēdorū, necessum est, in rebus quæ
 aliter accidere possūt, prudētia & maturo cōsilio, prius
 quid

A quid agere aut non agere expediat metiri: etsi non certa ratione, saltē
 coniectura quadã artificiosa veritati propinqua: siquidem ars medica
 de his est, quorum euentus sæpe fallere solent: nō quidem ex artis prin-
 cipijs, sed ex variã ingeniorum cōditione. Qua quidem ratione nō sat
 est nosse, sanguinis detractionem morborū omniū, quicunq; ex sangui-
 nis affluentia & vbertate, vel ex quauis illius eruptione, ortum accepe-
 runt, propriã cōuenientemq; medelã esse: siue præsentēs hi sint, siue dū
 taxat immaneat. Sed expēdisse adhuc decet, multos superesse affectus,
 in quibus venã incindere, & vtile est, & necessarium: nãq; solū mor-
 bi magnitudinē inspiciere, aut sanguinis copiã, nō carere calumnia &
 periculo, semper mihi persuasum habui. Fit itaq; vt necessum sit, & cau-
 sarum & symptomatum (quæ morbis in dissolubili nexu perpetuò ad-
 hærent) vim atque inpetū diligenter inspiciere: est nanq; vbi tria hæc
 B in vnum idemq; vacuandi genus cocant: est vbi disiunctissimam ma-
 ximēq; diuersam exinaniendi rationem exposcant: In quo quidem re-
 rum statu, necessum est vrgentiori animum adijcere, & in illius expul-
 sione omnem operam locare. Quocirca periculi rationes ferunt, vt
 aliã causã, aliã symptomati opem feramus.

In primis quidem expēdisse decet, an sanguis mittendus sit, viri-
 bus languidis existentibus: quam difficultatem, præter ea quæ paulo
 antea diximus, sub distinctione dirimendam esse censeo: nã aut humo-
 res redundāt, aut moderati existunt, his quidem minimē licet sangui-
 nem mittere, illis verò quauis neq; vasa distenderē, neque dirumpe-
 re, neque calorem natium obruere possunt, tamen quia vires imbec-
 cillas premunt, venæ apertione tantū minui ex his potest, vt ei quod
 reliquum manserit, natura facilē dominetur: ne quis forsam humor
 C putrescat corrumpaturq;. Atq; licet hoc sit authorum decretū, tutius
 tamen extrahetur q; superat (nisi morbus fuerit admodum vehemēs)
 abitinētia & ciborum parsimonia. Dubitatur præterea an sanguis mit-
 tendus sit, cum copia non adest: cui dubio dicimus, eodem modo debe-
 re fieri, si ille quacunq; de causa, in partem aliquam decumbat, aut si-
 quid fauces difficultate spiritus strangulet, si vocem subito supprimat
 si ex superiore parte aliquis decidat, si contusus sit, si ex aliquo subito
 casu sanguinem vomat, si ruptum aliquid intus atque collisum sit, si
 intolerabilis dolor aut ardor similiaq; infestent. At si exigua quidem
 humorum collectio affligat, abstinētia & exercitio moderato, melius
 quàm sanguinis missione id perficietur.

Præterea dolēdum profecto est, quot viros quātumq; cruditas fefelle-
 rit, plenitudinis, aut magni morbi absentia: qui quidē posthabitis causa
 & sym-

& symptomate, in grauiora pericula maluerunt potius laborātes per-
mittere delabi, quā aduersus leges sibi statutas sanguinē mittere: qua ra-
tiōe, attēto animo totisq; viribus expēdere oportet, ne nimia audacia te-
meritate ve, sanguine frustra misso, laborantes inaniamus: aut præter
rationem trepidantes, plurimos hoc auxilio destitutos perdamus. Nā
que inspecta causa in quibusdam morbis (quos medicorū vulgus san-
guine misso curari nititur) venam scindere, pertimescendum est, vt vi-
dere licet in tertiana exquisita, quā aut bilis flauæ educatione, aut al-
teratione, curare docuit Gal. cum hoc tamen morbi ratione, ex vsu est
sanguinem mittere: nimirum quatenus ventilationem præstat, quam
obrem parcè mittendus est. Contrarium tamen fieri expedit in frigi-
do morbo, in quo solius causę gratia venam incindimus. Qua ratione
siue in tremore, siue in aqua inter cutem, siue in alio quouis frigido
affectu, in viro ex hæmorrhoidū suppressione, aut in fœmina, ex mē-
struis detentis oborto, citra cōtrouersiam sanguinem extrahere ex-
pediet, dum præsens adhuc causa fuerit, hæresq; in venis sanguinis co-
pia, à quo affectus ipse quamuis frigidus foueatur: atq; id audaciùs qui-
dem in vini potoribus. Quòd si affectus iam factus fuisset, nulla ratio-
ne fieri id esset tutum: nam eo tempore aut morbum augeret, aut calo-
rem (vnicum horum morborum præsidium) minueret. Dysentericū
etiam aut lientericum alui profluuium cohibuit sæpe cubiti dextri ve-
na secta: præsertim cū causa in iecore præsit, à quo calidiore facto, bi-
lis effusa ventriculū aut in coctione inturbat, aut ad deijciēdum
lacsit. Nonnunquam item magna adeo vi symptōma vrget, vt tum
morbo tum causa prætermisissis, ipsius tantū gratia, venā tundamus,
quod apertè conspicitur, cū ruptis, apertis aut exesis venis, sanguis
per nares, per vterum aut quoduis aliud corporis foramen immodicè
prorumpit, sicuti & incruentis sputis, quemadmodum etiam in febric-
bus ardentissimis cū sitis præest, æstusq; vehemens, aut vigiliæ agro-
tatem affligunt, etiam si nulla plenitudinis, sed sanguinis pauci & im-
puri nota existat, sanguinem mittimus: vt inde compresso ardore, atq;
relincto, symptomatum sæuitia mitescat. Ad id etiā nos cogunt acer-
bi dolores, respirandi difficultates, & huiusmodi accidentia, quibus iu-
uamenti gratia, sanguinis detractioe mederi licet. Verū ne quis, is
quæ diximus, licentiosior plus iusto factus, intrepidè in omnibus sym-
ptomatis audaciter sanguinem extrahat, etiam si sæuissima sint, vt coli-
cus dolor: attentius pensitet oportet, hoc præceptum semper esse verū,
cū ex plenitudine initium sumpserit symptōma, vel ex cacochymia
quæ nequeat medicamento purganti protinus & conueniter detrahi,
aut

L. i. Ad glau.

A aut ad contraria reuellerē, sit necessum. Itaq; vasorum simplex cacochymia, quæ purgationi cessura non est, vrgente symptomate secta ve-
na demum potest. quæ quidē licet eo tempore, viribus magis quā pur-
gatio incommodet, ab impendenti periculo citius liberat. Duo tamē
obstant tunc temporis quominus cacochymia facile expurgati medi-
camēto auferatur; vnum cū corpus minimè est ad purgationem ex-
peditum. alterum verò, cū humor longè distat à purgandi ductibus.
Corpus enim tunc ineptū est purgationi, cū noxius humor crassior,
viscosiorq; fuerit, aut cū tanta iecoris, intestinorum, venarūve ob-
structio adest, vt vix pateat via per quam possit humor à venis per aluū
expurgari: tunc equidem venæ sectione agendum est: ne illi furore
turgens humor, in aliquam partem nobiliorem irruat, aut ibidem ma-
ius efficiat malum. Pari etiam lege cū humor longè distat à commu-
B ni emunctorio, venæ incisione minui desiderat, vt dum frigida pitui-
tæ distillatio, ex cerebro per ceruicem & humeros hincq; in latus dela-
bitur, & interiora aut exteriora permeans, grauissima symptomata ac-
pene suffocantia excitauerit, nulli dubium est, quin (etiam si humor
frigidus sit) secta vena eiusdem lateris à periculo vëdicari ocissimè po-
sit. Ac licet humori huic euacuando propria idoneaq; foret purgatio;
partis tamen situs & venarum societas causa est, quòd venæ sectio tu-
tius promptiusq; hæc mala caueat. Vterius etiam expēdere oportet, in
paralyti (nisi incipiēte) in cruditate ventriculi, in hydrope & huius cē-
sus affectionibus, etiam si vehementissimæ sint, minimè licere sangui-
nem extrahere: neq; in torpida refrigeratione, quam tātōpere vulgus
pertimescit, & Hippocrates primus omnium præcauet, inquit enim,
Sanguinis detractio, in perfrigeratione torpida mala est. Nāq; frigi-
C dorum effectuum sæuitia potius purgatione, quā secta vena leuatur,
præterquam quòd ex illis sedibus nulla vena defertur, per quā humo-
res noxij commodè trahi, deriuariq; possit:

Secundò animaduertisse oportet, quo tempore fieri possit præseruās
vacuatio, quod pronūciauerat Hipp. his verbis: Quibuscunq; venæ se-
ctio aut purgatio conuenit, hos vere vacuare expedit: ratio quidem po-
tissima est, quia aëris temperamentum vacationem foeliciorem red-
dit, vires robustæ bene ferunt, hyems antecedens auxit humorum ge-
nerationem, æstas sequens multò magis fusione replet: quare vna cau-
tio in vacatione per ver sita est. Ita si res non valde vrget, ver solum ap-
tum est, si amplius vrget, etiā autumnus: sed multò cautiùs agendū ma-
ximè in sanguine mittendo: quæ omnia ita monstrantur: temperamē-
tum, licet nonnunquam etiā autumno cōcedatur, est tamen inæquale;

R & in

L. de Coacis præ-
no.L. i. 6. Apho. text.
48.

& in solis aëtiuis: nam siccitate labitur à moderat̃ia. Vires in autumno A quibusdam infirmis, præsertim in parum abstinentibus, & in victu in temperantibus: reliquis roborantur, sed secundo loco & minus quàm in vere: quod Gale. mille in locis videtur cōfirmare. Itaq; ver̃ sequitur plethora præfusione: autumnū excipit diminutio, humorū concretionē. Ita apparet multis cōmoditatibus, ver̃ aptius esse vacationi, autumnū ineptū. Accedit quòd humor est adustione crassus per autumnū, leni purganti non cedit, à valido vitur magis & inflammatur: quod in trorsum ex tempore vergit, extrorsum à medicamento retrahitur, repugnante natura. Præterea medicamento ope miscentis, si quid in corpore relictum est sanum & incolume, exusti cōmercio vitiatur fugiēda his de causis est per autumnū vacuatio, quia incipiūt eo tēpore humores per æstum vitiati, introrepere in nobilia loca. Quibus nō obstantibus, præstaret purgatione ad exteriora ignobiliaq; eiere, eò quòd B comparetur autūnus cacochymia morbis, in quibus vel opportunissima purgatio est. missiōne verò sanguinis, exhaustis per æstatē, nec dū in autūno reparatis, prohibet, & aëris inequalitas offendens imbecillū corpus, & frigida & sicca temperatura sanguini aduersans: vitanda igitur ambo, & magis missio sanguinis. Instante autem hyeme præcautioni per vacationem nullus locus est: nisi forte eo tempore morbus per intervalla adoriatur: imminēte enim accessione, commoda est per vacationem reuulsio. Extollere etiā hac in parte decet, sed præcipue in purgationibus, cōsiliū quorundā, nimirū exteriores morbos vere & æstate medicandos esse: internos verò hyeme & autūno. Curare enim affectus oportet, quādo urgent: præcauere vbi nōdū cōsistunt, sed in autūno consultissimū est, ne ante pluuia descēsum vacationē aggrediamur, vt deponatur humorum cruditas, & meatus purgatorij laxetur. C

Præter hæc quæ in vniuersum hucusque monuimus, in particularibus quibusdā affectibus nōnulla oportet perpendere: quæ aut necessaria aut summopere vtilia fore existimamus, initio sumpto ab ardēti febre: in qua vt necessariū est sanguinē mittere, ita summè est graue in eò delinquere. In primis, nemo sanè sine euidenti periculo, in acuta febre huiusmodi præsidium prætermittet, cum hoc tamen id temere aggredi, grauius adhuc est: quapropter per febrem acutam, seu quemuis aliū ex acutis affectum, sanguinem mittere paulo liberalius oportet: quia rarò solent vires in his deesse, verū si morbi sæuitia, alijs ve ex causis, vires deiectæ fuerint, ab extrahendo sanguine abstinendum, cenfeo. At vbi eadem afflictæ potiùs quàm languidæ fuerint, attrito nimirum antiquo robore, nequaquam omittere sectionem de-

cet

A cet: verū neq; affatim, neq; multū vacuare licebit: sed iteratò sanguinē detrahete, & vires interim reficere: intervalla tamen hæc pro viriū robore præfinire oportet. Tātū enim in hac re, vires inspicere docuit Gal. vt non dubitarit vbi aut deficiunt, aut ferre hoc auxiliū nequeunt, pro ferre (contrariū asserente Celso, qui anceps potiùs experiri docet oportere auxiliū, quàm nullū) parcendū semper remedijs esse, quæ & vitæ custodes vires delent, & medico pro gloria dedecus calūniāq; conciliat. Cum hoc tamen Celsi sententia in neruorum resolutione, & subita vocis priuatione, & alijs grauissimis affectibus in quibus nulla superest, nisi sanguine misso spes, certa & inuolabilis manet, iuxta Aëtij cōsiliū: qui in desperatis, vsq; ad experimentum iubet procedere. Verū in sanguinis missiōne, haud ita liberè subaudire oportet huiusmodi præcepta, vtpote quæ maximū inferat vitæ thesauri dispendium. Sed B monere hac in parte lectorem oportet, quas vires inspicere teneatur ad sanguinis detractionem, animales ne, an vitales, an naturales: si quidē quæuis suā expostulat custodiā, suā etiā renuit vacationis quantitātē. Atqui ne in graui hoc dubio inutile quicquā miscere videar, monstrabo breuiter quæ vsui proficua fore existimo. In omnibus quidē euacuationibus inspicere oportet, quæ facultas morbū sit debellatura finituraq; vt eius robore seruato id minus facilius cōsequatur: Cauentes ne immodicis & inordinatis vacationibus, vis illius facultatis, cuius in illo morbo opus est, succumbat, ita vt deinceps nō possit cū morbo perdurare. Sic in euacuationibus, quæ in acutis febribus vtilis esse speramus, vitalis roboris firmitudinem attento animo inspicere, & tueri oportet: quòd si cōstiterit, confidentiùs sanguis extrahi potest, finaliter, iuxta leges quas nuper diximus. Acutæ enim febres vtpote quæ exiguuo tempore, magna vehementia corpus oppugnant, & maximis vacationibus finiuntur, robur spirituum vitaliū maximè prosternunt: quò fit, vt id maximè requirant. Nā licet hi morbi, veluti & ferè omnes acuti, maximè coctione finiantur, verū quia id natura breui tēpore suffectura est, ob id posthabita eius indicatione (quia qualiscunq; fuerit, breui tempore pugnare sufficiet) in his vitale robur inspicimus, ne crebris vacationibus & magno sanguinis dispendio, spiritus vitales ita dissipentur, vt etiā apparēte optima coctione animal intereat. In vetustis verò & diuturnis affectibus, naturales vires potiùs inspicere oportet: Nō q; hæc sua sponte quicquā ad vacationē per sanguinis missiōne habeant præstare, sed q; tantū vitale robur seruare oportet, quantum naturā cū morbo pugnaturā cognouerimus. Atqui cum morbis diuturnis, longū texat natura certamen, tantò minus sanguinis extrahere

R 2 oportet

oportet, quanto natura longius habet iter, ne defectu vitalis roboris A quod a principio morbi largam sanguinis detractionem optime toleravit, laborans in medio deficiat: namque vires in morbis diuturnis non sunt inspiciendae, quales praesentes sunt, sed quales futurae. Ob id igitur in diuturnorum morborum principijs, non tantum sanguinis extrahere oportet, quantum vires tolerare posse constiterit, sed quantum tardas coctiones permittere visum fuerit. At in omnibus alijs morbis, in quibus omnes facultates aliquid ad morbi propulsione[m] efficere constat, omnes consulere oportet ad sanguinis detractionem, ut in pleuritide quotidiana monstratur experientia: quae vitale robur ad sustinenda huiusmodi vacatione[m] propter gravissimos dolores, & maximu[m] spirituum vitalium dispendiu[m] desiderat: naturale quidem ad coctione[m], discussione[m] & materiae, intra pleura[m] contentae: animale vero, ad eiusdem expulsionem, cuius quidem defectu non minus periclitatur laborans, quam deficiente B praestatore. At qui licet Gal. solius vitalis virtutis ad sanguinis detractionem meminerit, eod[em] quod ea custodita, ferè incolumes reliquae supersint, & ea deiecta omnes facile collabuntur, ob id quod ex calore naturali (cuius fons & origo mediatis spiritibus vitalibus, cor est) omnes suum recipiant stabilimentum & robur: Cum hoc tamen pro cuiusque morbi differentia, singulas vires inspicere oportet, ne postea sibi & illis sufficere nequeat vitale robur.

In quartanis vero febribus expressè Auic. fatetur sanguinis missione[m] prodesse, eod[em] quod humores trahantur ad corporis exteriora: nam suspicatur, humores in eo affectu redundantes, in primis venis inesse, & ex venae sectione ultra iecur duci: quod quidem non est admodu[m] a ratione alienu[m]: & Fernelio viro doctissimo adeo hoc placitum arridet, ut omnes intermittentes febres in prima regione causam habere fateatur: & ob id in C illis venae sectionem semper esse necessariam refert: ego tamen censo sanguinis missione[m] plerumque esse in quartanis necessariam, ratione autem Ferneli non approbo, siquidem ratio accessionum in febribus interpollatis ea est potissima, nimiru[m], quia tradit natura humores noxios extra vasa non igitur necessarium est, ad medelam harum febrium, eos ad maiora vasa deferre: siquidem coniectabile est, naturam deinceps plures facturas accessiones, quare alia ratione credendum est, sanguinis missione[m] prodesse quartanis.

Non est etiam minoris momenti nosse, qua morbi parte seu occasione liceat sanguinem in febribus extrahere. At qui licet variae sint in hac re sententiae, nos tamen breuitati consulentes, & innitentes solu[m] veritati, asserimus: In acutis febribus tutissimu[m] esse consilium primis diebus san-

guinem

A guine[m] mittere, ante videlicet quam natura moueat, concoquat conficiatque humores ipsos: ac esse etiam alienu[m] a ratione, in grauescentibus symptomatis properanteque morbo ad iudicatione[m], sanguine[m] extrahere. ut timidis quibusdam medicis passim contingit, qui perterriti symptomatu[m] vehementia, deceptique urinae colore, ignorantes id esse ex naturae pugna cum morbo ortu[m], sanguine[m] eo tempore extrahunt, non sine magno laboratu[m] dispendio. Quapropter necessarium est, protinus sanguine[m] mittere, incipiente nimiru[m] morbo, ante quam critica accidetia superueniat. Quod si id ea ratione fieri nequit, aut ob alias causas quas consulto praetero, transactis primis diebus, non semper supersedendu[m] est a sanguinis missione, nisi dum critica vacationes instat, quae etsi maxima adduxerint symptomata maximosque labores, non ob id cogere nos debent ad sanguinis detractione[m], etiamsi antea missus non fuerit, aut urina rubicundior apparuerit. In alijs vero accidetibus & in alijs morbi temporibus alienu[m] est ab omni ratione, a sanguinis missione supersedere. Ratio haec est potissima, quia eo tempore natura, etsi materia aggrediatur, pugnaque cum morbo ineat, nequit tamen aut probe conficere, aut optime morbu[m] soluere, praenimio onere pressa: quod sane onus, quouis tempore sit, tutius est deponere, quam sinere laborante[m] misere in perniciem tendere: praesertim cum quod sanguinis superest, nec potu aquae, nec expurgati medicamento neque quouis alio auxilio auferri potest: monstrat enim quotidiana experientia, leuata hoc onere natura, proptius quam antea nequiuerat, coctionem conficere, urinam mutare, pulsum ex intermittenti, in continuu[m] & ordinatu[m] vertere, & tandem veluti sopita, iam in lucem suu[m] opus praestans edere. Quapropter non immerito dixit Gal. usque ad vigesimum diem sanguinem licere extrahere: quod quidem praecipit non minus in acutis & continuis febribus, quam in diuturnis & interpollatis, ipsa ratio intelligere docet, licet tutius sit primis diebus id efficere. Veru[m] necessitas deonerandi natura, cogit nos potius id aggredi extra debitu[m] tempus, quam timor turbationis naturae retrahat a necessaria vacatione. Maius enim periculum imminet ex effraeni plenitudine in acutis morbis, quos cito breuique tempore finituros speramus, nisi protinus auferatur, etiamsi paulo tardius debito sit, quam naturae turbatio, quae ex sanguinis missione intempestiua oriri potest. Quapropter posthabito rustico timore, dum recrudescere urinam praenimia plenitudine cognouimus, pulsum intercidere, respirationem citatam esse, praesertim non praegrussa sufficienti vacatione, audacter oportet sanguine[m] mittere, iuxta Gal. celebratissimum illud praecipitum, qui constantibus viribus & exposita necessitate, citra dubitationem eum extrahit. Nam qua ratione cruditas & ventriculi ex acutus sensus, & alia pleraque, sanguinis missione[m] re-

morantur, & ars in his casibus permittit eā fieri adulto iā morbo: nō ca-
 pit intellectus qua ratione, dum ob aliquod aliud incōueniens præter-
 missum fuit debitum vacationi tempus, mitti deinceps nō possit: præ-
 ferrim cum maius sæpe imminet periculum morbus perperā in prin-
 cipio curatus, quā hi qui ob iustā causam poposcūt procrastinatā san-
 guinis missionē: ob id præsentib⁹ aut in statibus criticis accidētibus san-
 guinē nō mittes: in alijs verò tēporibus, aut accidētibus, poscēte vsu, &
 facultate cōsentiēte, liberē id facies. In reliquis verò affectibus, sat est in-
 spicere & robur & venarū plenitudinē, aut periculi imminentiā. Sic in
 interpollatis febribus, quouis tempore mitti sanguis pōt: præterquā in
 duplici tertiana: in cuius principio id fieri necessum esse docet Gale-
 nus: quia his febribus frequenter comes it plenitudo, ac ne vires onere
 deficiant, vt quę diu sunt cū morbo pugnaturę, mox à principio sangui-
 nē extrahere tutius est: licet tēporis tractu id secūdō efficere, nō sit abre-
 quin potius sæpe vtilius est, præsertim dū malū ex crudis humorib⁹ or-
 tū duxit: quos in morbi pcessu natura fortasse in sanguinem mutauit.
 Quæ potissimū ratiōe in pituitosis febrib⁹, à principio sanguinē mitte-
 re nō oportet. nā quò morb⁹ à principio recedit, & coctionē susceperat,
 quod coquitur & superatur, venas irruit, & plenitudinis sæpe in medio
 morbi est causa: quapropter, eo tempore commodiùs ea deponitur, quā
 in principio, vbi crudorum humorum copia corpus innundat.

Impertitur etiā suā gratiā hoc salubre præsidium siccā tussim patienti-
 bus, (quod difficile videtur) verū nō omnibus, sed ijs tantū, qui ex testiu af-
 fectu, aut inflammatione, aut inguinū tumorib⁹ tussiu: quod egregiè do-
 cuit Hipp. dicēs. Tussim siccā tussire, qui testes affectos habēt, & ex
 tussi, vena secta, ad testes solatio fit, & inflāmati tussiu, & in febribus
 ex inguinū tumoribus insuper tussiu. Itaq; tanta est inter has partes
 cōmunio, vt hoc fieri posse ex professo idē Hipp. fateatur, dicens: Neq;
 tusses diuturnę, quoniam vbi testis intumuit, cessant: & testis tumor
 à tussi cessat, & alleuatur. Quę res cōmonefacit nos cōmunionis pecto-
 rum, mamarum, geniturę, vocis. Falopius verò huius cōmunionis ve-
 nas ad inuenit: quarum vna à vena sine cōiuge apertē ad renes deuenie-
 bat, altera ad hepar descendeat, quę inflatę calamo facillè percipiebā-
 tur: itaq; ex natura sumpta indicatiōe, quę huiusmodi permutationes
 solarefficere, constat, in tussientibus tutum esse, sanguinem mittere
 ex venis, alicui prædictarum partium cōmunibus.

In nephritide quidem, siue ex calculo, siue ex renū inflammatione pde-
 at, nūc ex talo, nūc verò ex brachio, venā tūdere docet Gal. Quod suspi-
 cōdictū esse, quia incipiēte affectu, aut in præcautione, pbabili⁹ est, per
 venā cauā ad affectā, aut afficiēdā partē, quā per aliā delabi humores:

A quò fit, vt etiāsi Gal. renes ambigere dicat, nihilomin⁹ tñ, sunt quidā af-
 fectus, aut certę quædā corporis dispositiones, quib⁹ potius medemur
 sanguine misso ex brachio (plenitudinis auferendę gratia) vt recenti-
 bus inflātionibus, & alijs huiusmodi affectibus. Alię verò sunt, qui-
 bus ex talo sanguine misso, prōptiùs sequitur cōmodū, veluti in uetera-
 tis iā & adherentib⁹ humorib⁹, deriuatiōis præsertim gratia. Sed dicet
 fortasse aliquis, quē vsū præstare potest vena ex talo scissa in nephritico
 ex lapide dolore? Cui dicim⁹ id esse vtile, quia euacuato sanguine ex ve-
 nis, renibus & vteribus vicinis, apertior superst locus lapidi expe-
 llendo.

In vrinæ difficultate venā secare interiorē apertē Hipp. præcipit, ex
 quo loco duplex oritur dubitatio: altera quidē an ex brachio fieri debe-
 at: altera verò quorsum potius ab interna quā externa pedis vena. In qua
 B quidē re, ego vtrūq; verū esse existimo, nimirū existente toti⁹ plonitudi-
 ne, ex brachio pri⁹ esse sanguinē mittendū: quo quidē factō aut absen-
 te plenitudine, ob rationes à me sæpius adductas, satius est ex venis tali
 sanguinē mittere. Iubet tñ ex interna potius quā ex externa sanguinē mit-
 teri: etiāsi vtraq; vena ab eodē trūco originē ducat: (qua ratiōe Gal. su-
 spicatur sententiā illā nō esse Hipp.) quia licet Gal. cōtēdat ratiōe sum-
 pta ex anatome nil referre, hāc aut illam secare, experimentū docet nō
 esse parē vsū sectionis ambarū. Nā etiāsi ab vnico trūco vtraq; pdeat,
 cū hoc tñ malleolus extern⁹ maiorē habet cū coxendice cōmunionem,
 quā internus, & is cum vtero magis quā externus, ob tenues ramorū p-
 pagines, quę communes sunt coxendici & externe tali venę. Quod
 etiā in internavena vtero affecto eodē modo cōtingit. Et ob id in mor-
 bis vteri secamus venam internam malleolorum, & in morbis coxen-
 dicū externā: qua ratione dixit optimè Auic. Ad coxendicū dolores cō-
 ferre missionem sanguinis de vena sciatica, quę externa est. Et alibi
 C rationē subdēs inquit. Et ratio quidē facit oportere, vt sciatica & sciatia
 similis existant iuuamenti, sed experimentum facit, vt operatio sciati-
 cę plurimū cōueniat dolori sciæ, sicuti si hoc esset debitū. Itaq; in ves-
 cæ affectib⁹ nō plurimū præualēte plenitudine, ex interna tali vena san-
 guinē mittere est necessum, vt in vteri affectionib⁹. Nō tñ in quouis ve-
 sicę affectu, aut in lapide eius, sed vbi aut ardor, aut inflātio, aut qui-
 uis ali⁹ humoris defluxus ad ipsam repit, cui necessum sit sanguinem
 demere (etiāsi in toto non abundet) aut partem refrigerare, aut quos-
 vis alios humores deriuare.

In mensium verò suppressione, magnifeci semper illud Aëtij consi-
 liū, quo iubet, sanguinem prius ex brachio, quā ex talo mittere: quod
 esse intelligendum censeo, nō simpliciter & vt iacet, sed dū plenitudō

L. i. de Art. cura.
ad Gl.

L. 4. Popu. text.
vltim.

L. 2. Pop. par. 1.

L. 6. Apho. text.

167

F. 2. 1. 3. li.

L. 1. F. eno. 4. ca.
de F. laborioia.

7

obstructionis est causa. Quapropter expendere oportet, plenitudinē A
præstare duplicem indicationem: alteram dum plenitudo causa est
obstructionis & suppressionis mensurā: quo tempore tutissimum est cō
siliū, ad mensuram prouocationē, sanguinem ex brachio mittere, vt ple
nitudine deposita, etiā & obstructio auferatur, ac protin^o menses fluant:
alterā verò dum obstructio aliqua meatuum, per quos menses profluūt
impedit quominus fluant, & plenitudinis causa est, quo tempore, ob
structioni medentes & humori eidem parti inundati, tutius est & vti
lius, protinus sanguinem extalo mittere, vt impetu delationis sangui
nis, per infernas consuetasq; partes menses etiam profluant.

At in sanguinis ab utero immodica profusione, nullo alio in loco vti
lius, tutiusq; vena tundi^r, quàm in altera manuū, ea nēpe quā saluatel
lā appellamus: nam cum reuellere tantum eo tempore sit in animo, cā
venā scindere oportet, quæ minori spirituum dispendio, & maiori ha
bita, cum præcipuo venarum trunco cōmunionē, ad distantes partes
citius reuellat, nā grandes in hoc affectu venas aperire, haud tutum est.
Verum dum ex huius immoderate vacationis intempestiua suppress
sione morbus aliquis aut plenitudo suboritur, ei quidem medebitur
venam maiori aperta, nequaquā, tamen in talo, ne euocato denuo in modi
co fluxu, malum maiori malo curemus.

In hæmorrhoidibus suppressis, vt quæ graues capitis affectus efficere
mimentur, ex talo tutissimū est sanguinē mittere, euocato nimirū san
guine ad infernas partes, & retracto per distates ab his quæ affici solēt
licet in robusto & valido corpore, citra alicuius mali suspiciōnē, ex bra
chio sanguinem mittere, haud absre sit, præsertim dū ex plenitudine
tument, aut dolent. Sic influentibus immodicè hæmorrhoidibus, san
guis ex altera saluatella missus, securum præstat auxilium:

Præterea nolui silentio prætermittere, in angina & difficili respiratiō
ne, parcissimè esse sanguinē mittendū, licet affectus copiosiorē expo
stulet quantitatem: ratio potissima est, quia periclitaretur laborans animi
deliquit, quo nihil est in his affectibus deteri^r. Quamobrem vbi idū
momens, tutius est parcè & per interualla sanguinem mittere, quam
vnum fugientes periculum, in aliud grauius præcipitare.

Idem monitos velint hui^o loci lectores, ne roboris viriū effigie decepti,
plus illi tribuat, quā par est, & succato innitētes fundamento, turpiter
decipiant: aut pusillo animo deuicti ac timidiores iusto facti, necessariū
auxiliū, vires formidētes, prætermittāt. Quapropter hoc esto de viriū
firmū & inuiolabile præceptum, quod si validæ quidem hæ sunt, auda
cter in anitionē aggredi sinunt, si verò pusillæ & deiectæ, pænitus nul
lam: verum si mediocritatem seruauerint, diminutam quidem, sed
vtilē

A vtilē sustinent. Variat tamen viriū robur hōminis temperamen
rum, habitus, ætas, anni tēpus, regio, consuetudo victus prætermissa, vi
tæ genus mutatum, prægressa vacuatio, & accidentiū sæuitia; quæ prop
ter id quoq; aduertit oportet: nam si calidum temperamentum sit,
cum partibus corporis humidis fluxilibusq;, qualis in pueris & diu
turno morbo confectis reperiuntur, parcè quidem vacuari desiderat.
Quod si calidum solidumq; fuerit, quale athletarum corpus est, id om
niū copiosa vacationi idoneum est. Verum calidum moderatèq; sic
cum, quod latas habet venas, liberalius quàm frigidum humidumq;
aut frigidum & siccum inaniri potest, quia vtrunq; exiguas obtinet
venas, & caloris parum. Sic quæ habitu sunt corpora densa, firmitori
ac pleno, liberaliter vacationem sustinent: quæ verò cōtrariō constat,
vt quæ tenuium sunt venarū, & pauci sanguinis, quàm fieri potest, mi
B nimum extrahi patiuntur. Cæterum habitus fallacem quidem ad
sanguinis missionem notā præbent, quapropter viriū robur attentius
inspicere oportet, & venas ipsas à quibus melius quàm ex ipso corpo
ris habitu viriū robur elucescit. Id quidem docuit rimari Celsus, nam si
latæ fuerint venæ, in habitu etiam pingui aut laborioso, facilius missio
nem sanguinis corpora ferunt: sin verò tenues, quāquam gracillia sint,
gravius id genus vacationis ferunt.

Sic etiā per ætates cōsiderare licet: nā cuiq; suū robur est, suas quisq;
vires habet. Pueris enim propria inest naturæ vis, haud exigua, quæ &
si fluxu rarèq; corpusculo indita, facile labascit, admittere tñ qualem
cunq; sanguinis missionē potest, cauentes antiquorū vbertissimas illas
sanguinis detractiones. Robur nāq; nō absolute cōijcere oportet, sed
iuxta cuiusq; naturā & cōditionē: nā q; vni robur est, alijs vt imbecil
C litas iudicat: quod verò in alijs languidū apparet, multis quidem firmissi
mū est robur, quæ ppter in sanguinis detractionibus ad hæc respexisse
oportet, & per tēpora anni obseruare robur cōuenit, vt ætæ monitū sit.

Sic per labores idē cōsiderare oportet: nā qui parsimonia vite vsi sunt
& multis sese laborib^o atq; sollicitudinib^o extorserūt, ijs min^o sanguinis e
rit extrahendū: nisi velim^o Hip. cōsiliū sequi, qui in biliosis sanguinē de
trahere ex vā splentide iubet, sicut etiā Gal. nā facili^o lien tecur^o ve refri
gerat, & min^o euanescit viriū robur, si è directo mēbri affecti scissio fiat.

Pari quoq; lege metiri oportet sanguinis missionē, iuxta symptomatū
vehementiā ac sæuitiā, quod quidē abundè docuerat Gal. cauens ne in im
modicis vacationib^o, cuiusuis generis sint, & in alijs accidentib^o quo
rum vis est nās dissipare, sanguinem vt morbus exigit, extrahamus,
sed tātum remittere à iusto docuit, quātum facultas accidentiū vi dissi

patur, etiam si vacuatio pro multitudinis ratione non sit. Cuius celsus A etiam sunt vtero gerentes, quas ut affectus exigit inanire non decet: nā et si hæ quoq; suas vires ad vacuationem sustinendam obtineant, cum hoc tamen foetus gratia non nihil à debita quantitate detrahenda oportet, nam rectius est parum extrahere, & reliquum naturæ permittere, quàm iusta quantitate extracta, foetum & matrem perdere, quapropter nec formidandum est in ijs sanguinem mittere, dum necessitas vrget, primis & vltimis etiam mensibus, minus tamen quàm medio gestationis tempore: primis quidem mensibus, ob foetus leuissimos nexu, quos facillè sanguinis commotio dirumpit: vltimis verò, ob ipsius foetus alimentum, nam quò grandior est, eò plus exposcit, & magis deficiente læditur.

Neq; eò quòd vacuationes ad sanguinis extractionem considerandas esse dixerim, credendum protinus est, in febribus & alijs affectibus B quibus sanguinis fluxus adiungitur, supercedendum deinceps esse à sanguinis missione. Nam quanuis largius sanguinis profluuium è naribus prodeat, interior tamen cubiti vena etiam incindenda erit: quia sanguis frequēter & purus & colore laudabilis è naribus defluit, ex cubito autem impurus sordidusq; detractus apparet. Qui verò ex venis ani aut vteri copiosè fertur, quanuis multo melior existat, eò quòd proxime ex vena caua iuxta lumbos effluit: non tamen febris ipsius radicem, quæ in venis cordi proximis consistit, plerunq; euellit: fecus tamen res se habet in alijs affectibus, qui à iecore & venis proximis foventur. Ideo sæpe etiã cum menstrua profluunt, & puerperæ benè purgantur, sanguis ob febris ardorem è cubiti vena detrahi solet, cessantibus tamen purgationibus illis, alioquin ex vena tali. Sunt etiã alij affectus, quibus sanguinem è cubito mittere necessum est, & si sanguis C erumpat, nimirum qui supra iecur & septum transuersum consistunt nā etiã si in his antea sanguis ex vtero aut ani venis profusus fuerit, nil tamen eorum aut minimum remittitur, ita neq; inferiorum partium morbi, ex sanguinis nariū profluuiio delitescunt, nisi cubiti quoq;

venæ incendantur: sicut neq; sanguis ex dextra nare profusus, si nostros affectus leuat, neq; ex sinistra dextros: quam ob rem id etiam expendisse oportet, vt cum prudentia & parum infra quàm affectus postulat, sanguinem in his profusionibus extra-

hamus.

De

A De communi & peculiari Preparatio nis humorum indicatione. Cap. 3.



Nuenies quidè apud Platonem, geminas esse circa omnia quæ fiūt, artes: vnā quidem generationis cōcausam veluti quæ rem ipsam non fabricat, sed fabricatibus organa subministrat: quibus absentibus institutum opus nequaquam perficietur. Alterā verò causam potissimā ipsius artificij, quæ principaliter opus ipsum perficit, quam verè actionis causam appellamus. Quod equidem huic nostræ arti in proprijs actionibus pari lege accidere, omnibus esse cōspiciū arbitror. Siquidè in ea parte quæ purgationes moliri docet, duplex reperitur artis potentia: altera quidem quæ subministra est, & viam purgationi & paratos humores externit: altera verò quæ præparatos humores per se expurgat. Sic cum tota ferè ratio recuperandæ sanitatis, circa noxios humores (in morbis quos ipsi excitarūt) versetur, operæ pretiū duxi, de eorū præparatione non nihil agere, sine qua omnis actio quæ circa eos versatur minus prosperè procedat est necessum. Cui vsui præstat humorū vitia quæ à Gal. recensentur, huc transferre. Peccant enim hi quātitate aucta vel (quod addendū est) deficiēte: qualitate itē prima frigoris aucti, vel caloris (adijciendū est) vel humoris vel ariditatis. Secundæ verò qualitates sunt lentor, crassities, & consimilia. Postrema vitia substantiæ sunt, & ea vel vniuersalis mixti, qualis putredo est, vel particularis deleteria quæuis facultas. Ita vitia omnia in suas classes distributa, constant quātitatis, qualitatis & substantiæ vitio.

Includitur quidem vniuersa humorū præparatio tribus capitibus, C primū docet humores præparare, vt intra corpus maneat. Secūdū viā præbet ac rationē, qua possimus eos disponere, vt promptius faciliusq; coquantur: tertium humores expulsionem aptos reddere cōmōstrat.

Quòd verò humores præparentur, vt intra corpus maneat, duplex indicatio cōmōstrat: altera ab humorū motu: altera quidè ab eorū natura deducta. Nā aut humores prolixiores cōcitant fluxiones, dū plus iusto sua spōte euacuatur: aut (vt insuper purgationibus contingit) vni medicamento. Quo tēpore sicut ars docet ad corporū purgationē humores fluxui paratos reddere, ita cum fluxionē sistere conat, eos de fluxui ineptos efficere studet. Verum cū humores qui fluere possunt, longè inter se differat, eodē prorsus modo præparandi rationē diuersā esse oportet. Quò fit, vt licet omnē hæmorrhagiā sistat potus frigida, nō tñ seper pdesse possit. qz aliquādo exesa vena è plastica potius desiderat me-

Li. 3. Artis medi.

De humorum præparatione vt intra corpus maneat.

di

dicamenta, quàm ea quæ prorsus frigida sunt. Verùm nobis hac in A parte nõ est in animo fluxiones sistere, sed humores fluxui ineptos red-
dere. Euenit itaq; vt sanguis fluxui aptus, his ineptus debeat fieri, quæ
ipsum frigidiorẽ (nam frigiditas mobilitatem compescit) crassiorẽ
ac densiorem reddant medicamentis, quæ huiusmodi potestatem ha-
beant. Quibus miscere consulit Galenus calida & tenuium partium,
quod tantum penetrationis aliorum gratia fieri, intelligendum est.
Præstant autem huiusmodi præparationem multa, vt quæ ex myrto,
radice symphyti, rosis, sigillo beatæ Mariæ, terra lænia, bolo armenio
lapide hæmatite parantur medicamenta. Verùm quia acris materia,
sæpe fluxionis causa existit, humorem præparare oportet ijs, quæ le-
niendi & mulcebrẽ reddendi humorem vim habeant, qualia sunt quæ
ex portulaca, tragãtha, amylo, violis, nymphaea, papauere, buglosa, hor-
deo, saccharo præsertim rosaceo, quod mille laudibus extollunt neoteri-
ci, & similibus facile parari possunt. Quod etiã fieri potest stillatio li-
quore albuminis ouorum, vel cum ipso oui albumine, aqua rosacea,
& modico aceto permixtis: licet hoc vulnere potius quàm humori
prodesse existimem. Cauere tamen oportet, ne refrigeratis spiritus in-
strumentis sanguis fluat, nam eo tempore interdicerẽ oportet, vel ex
Galenii præcepto, frigida hæc ac densantia medicamenta. tunc enim cir-
ca humores nihil esse agendum ratio consulit, præterq; eos transferre
ad distantes à loco fluxionis partes. Eadem prorsus methodo alios hu-
mores cogere ac incrassare oportet, hoc vno addito, quod secundum
qualitatem, qua ad concitandos fluxus præualuerint, sunt alterandi:
Nam si calidi fuerint, refrigerare, si acres & mordaces, retundere, si syn-
ceri ac nimium exuccati, alimentis & potibus permiscere oportet, ve-
luti in superpurgationibus, præmissis medicamentis, quæ ventrem a C
bluant, & vim medicamenti superpurgantis retundant, agere neces-
sum est, vt latius suo loco dicemus.

Cogimur secundo, humores vt intra corpus maneat, præparare,
nimirum cum propter illorum nimiam tenuitatem laborantes facile
exoluuntur, quo tempore eos solidioris substantiæ efficere tenemur,
medicamentis quæ densare ac cogere eosdem possint, ac eisdem etiam
miscere quæ difficilioris sint resolutionis & crassioris substantiæ, sicut
alios longè à parte per quam fluunt, distrahere vtile est & necessarium.
Cæterum omnes hi humores (quos ineptos fluxui reddere conamur)
facilius tutiusq; id consequentur somno concitato: nam quæ somnum
conciliant, vtrunq; possunt præstare, somnum nimirum & crassitiem
ac stabilitatem, nec non & hebetiorem sensum, cuius præstantia sæpe
fluxus

Li. 4. Meth.
L. 7. Loca. phar.

Li. 5. Meth.

mutonius
sno:stags
-103 s:ini
stias:ia:ia:u

A concitari solent.

Verùm quo tempore naturalis potentia in perficiendis coctio-
nibus, aut pigra aut inepta est, tutissimum omnium medicorum est
consilium, certis quibusdam instrumentis illi opem ferre, quod equi-
dem miro quodam artificio ars nostra efficere docuit, sumpta prius, ab
ipsa naturali potentia indicatione, dum quæ difficiliora sunt, conatur
concoquere ac euincere. Prius enim humores fundit ipsa ac tenuat (nã
hoc est primum caloris opus) vt tenuiores facti facilius calori cedant.
Quo etiam artificio vtitur natura in chylificandis cibis, nam eos primo
comminuit, fundit, ac tenuat, mox verò coquendo eosdem ad medio-
crem crassitudinem iterum reducit, eodem modo chylifera materia in te-
nuiorem substantiam ope iecoris reducta, crassior coctione redditur:
ac demum sanguis efficitur. Pari prorsus ratione res se habet in tertia co-
B ctione, cuius gratia sanguis & humores in certas quasdam humidita-
tes degenerant: ex quibus coctione solidorum membrorum substantia
regignitur, quod omnibus compertum esse existimo. Nam in cæliaca
palsione & alijs, in quibus chylifera substantia semiconfecta excernitur,
eam quidem & alimentis & chilo tenuiorem esse, inficiabitur nemo.
Cæterum quia non desunt qui hoc referant ad potus permixtionem,
aut ad crassorum excrementorum separationem, idem prorsus videre
licet in hepatica dysenteria, in qua excrementa similia loturæ carnis re-
center mactatæ, excernuntur: quæ quidem tenuiora longè sunt ipso
chilo, & adhuc sanguine, cuius speciem referunt, quæ postea coctione
crassiora euadunt. Ratio tamen huius rei est, quia natura vt concoquat
prius comminuit, ac tenuat humorem (vt facilius vndique superetur)
quàm coctione, in convenientem & similem rei coquantis substantiã
C commutet ac conuertat. Sic alimenta in ventriculo, ante chylifera
coctionem comminuit, & attenuat: rursus eundem chylum, antequam
in sanguinem optimum commutet, in aquosum & tenuem sanguinem
vertit: denique nullam vsquam natura coctionem molitur, donec hu-
mores ad certum quendam apparatus, coctioni aptum reduxerit:
quod etiam insinuas videtur Galen: Ex quo factum esse existimo, fa-
cilius iudicari morbos, ex tenuibus humoribus concitados, quàm eos
qui ex crassioribus ac solidioribus fiunt. Denique indicatione sumpta
ab operibus ipsius naturæ, quibus perpetuò procedit ad molendam
coctionem, oportet humores ipsos attenuatione præparare, vt facilius
munus suum subeat natura: quod insinuauerat etiam Gal. dicens. pri-
mo extenuare & incidere, deinde coquere oportet. Quò quidem fit,
vt in omnibus morbis, qui ex crassa densaq; materia concitantur, atte-
nuantibus

De humorum
præparatione
ad coctionem

Li. de Opt. sec.
Tra.

L. 4. de Sani. tu

S nuantibus

nuantibus incindentibusq; sit procedendū: atq; id, nō solū vt humores A fluxui paratos (vt nonnulli censent) reddamus, sed vt mea fert sententia, vt coctioni reddatur paratiorēs: quid enim præstaret humores hos parare ad euacuationem incindentibus & attenuantibus (non solū non apparente perfecta coctione, verū neque manifesta, siquidem in huiusmodi citra apparentem saltem, non expedit purgare) nisi id iuuandæ coctionis gratia fieret. Qua ratione in morbis qui coctione debent finire, vt eidem promptius obediant, hac ratione procedendum esse consulit ipsa rei ratio. Nam si quo tempore natura secundum rationis legem se habens, hac incedit via ad coctionem, quanto auidius id desiderabit, à morbi vehementia defessa, defatigataque, saltem vt minore labore ab inimico sese expedire possit. Secundò inter præsidia, quæ coctioni humores aptiores reddunt, vnum est, eorum quantitatis imminutio, quod & præsentaneum & sufficiens sæpe esse solet: nã B que materia quæ nimia copia exuperat, aut penitus interdicit, aut certe tardat coctionem ipsam: quapropter incipientibus crescentibusque morbis, si multitudo subest (& adhuc vigentibus, dum crisis non inflet) prodest mirum in modum ad iuuandam coctionem, sanguinis de tractio, præsertim vbi symptomata sæua fuerint, ac propter vrinæ cruditatem non licuerit optimam crissim expectare. Hinc quidem est, quod sæpe cogamur vbi lingua apparuerit arida, dura ac nigra, & vrina admodum flaua ex abundanti bile, leui aliquo medicamento nonnihil humoris extrahere. Hoc etiam est quod optimè docuerat Galen. dicens. Circa initia verò illorum morborum in quibus speramus ægrū conualiturum, tentandum est maiora afferre remedia, de quibus Hippocrates dixit. Si quid tibi videretur mouendum, moue. sunt autem hæc maxime quidem venæ sectio, nōnunquam & purgatio, quorum neutrum oportet morbo iam consistente adhibere: coctiones enim morborum tunc maxime fiunt. Vt igitur hæc citius eueniant, melius est circa principia euacuare, quò minorem iam factam materiam, facilius natura concoquere possit. Ex quibus constat quantitatis diminutionem coctioni esse apparatus: præterquã quod ventilationi etiã plurimum prodest, quæ quidem coctioni solet esse potissima concausa: quemadmodum & eiusdem prohibitio, humorum vitium protinus infert. Verū sicut humores huic vsui parantur, attenuata materia, & imminuta quantitate, ita tertio modo qualitatibus eorum attemperatis, & ad naturalem statum reductis. Pugnamus etenim aduersus humorum qualitates, coctioni refragantes, per contraria: nam impediunt ac morantur coctionem caliditas, frigiditas, humiditas, ac sic-
citas

A citas humorum putrescentium, aut aliter peccantium. Sic pituitosos humores putrescentes calfacientibus, incindentibus, extenuantibus, ac exiccantibus paramus, melancholicos verò humectantibus & modicè calfacientibus: quemadmodum & biliosos tenues, & acres, refrigerantibus, ac humectantibus, aptos coctioni reddimus. Sicut Auic. optimè dixit, & aqua frigida facit illud. Sic in melancholicis ac pituitosis febribus (vbi nihil sit quod prohibeat) vinum porrigere vt par est temperatum, semper expedit: in biliosis verò, ratione coctionis humorum nusquam: qua ratione in eisdem frigida & acida omnia mirum in modum profunt: illa quidem quæ aduersus calorem, hæc vero, quæ aduersus putridinalem calorem pugnent. Docet etiam Hippoc. bilis flauæ aut cuiusvis eius speciei præparationem, his verbis: Nō sedantur autem hæc (loquebatur de malis quæ ex bile effræni suboriuntur) prius quàm eadem expurgetur, & prosteratur, & alijs miscatur (& subdit vt expurgari possit, hæc verba) concoqui autem & permutari attenuariq; ac crassescere, & in humorū speciem per multas & omnigenas species contingit. Ex qua sententia aperte constat, quibus modis flaua bilis præparari debeat: ex qua etiam fortasse colligi potest, bilem aliquando in crassandam esse, sicut re vera sæpe necessum est, vt palam probant medicamenta frigida, quæ aduersus eam adhibemus: id tamen non ad euacuationem moliendam, sed ad motus effrænes compescendos, & vt à natura attemperetur ac veluti coquatur: nam hoc importat verbum illud Hippocratis, concoqui. Cum hoc tamen varias recipit præparationes, iuxta varias eius species: nam dum meraca est, miscenda, dum mota & elcuata, in crassanda, dum acrior, mitescenda, dum purganda, vel si alicui parti impacta sit, attenuanda. Itaque attemperatis humorum qualitatibus, quibus coctio interdicitur, scrapijs & potionibus id præstantibus, eos obsequio naturæ tradimus, quos ipsa domitos facilius euacuat ac superat: nanque cum coctio de qua modo loquimur, per assimilationem secundum qualitates potissimum fiat, id facilius consequi habet, attemperatis quodammodo ipsis humorum qualitatibus, per ea quæ materiam reddunt assimilationi aptam. Quarta via & ratio perficiendi coctionem ac iuuandi naturam, per ea fit, quæ calorem augent: qua ratione vt longè est dictis difficilior, ita eadem vt maturiori consilio oportet: nam si in humoribus febrem succedentibus, coctio eodem modo iuari possit, quo in tumoribus præter naturam, quorum suppurationem intendimus, haud ita esset difficilis, ea nanque per emplastrica & obturantia medicamenta quæ calorem ad viscera pellat, augentque, perficitur: Siquidem coctionis author calor est halituosus, &

spiritibus plenus; qualis in corporibus huiusmodi auxilijs excitari solet. Cæterum quia suffocari periclitaretur cordis & interiorum viscerum, atque arteriarum calor, si perpiratione destituantur (id quod non fit in suppuratione humoris contenti in vnica particula, puta in tumore præter naturam, quia vicinarum etiã partium trãspiratione temperatur) fit, vt nulla ratione hac via illis opem ferre possimus, quia non est vnde corpus vniuersum & viscera ita facile possint perspirare. Quæ ratione, in particulis etiã, adhibitis illis medicamentis, vbi aut maxima fuerit humorum copia, aut medicamentorum quantitas, ita vt partes hæc perspiratione priuentur, putredo omnino vincit, ac in gangrænam affectus degenerat. quo tempore non licet ampliùs suppurationem moliri (licet necessaria foret) sed conseruationem tantum caloris ipsius, & partis substantiæ, hoc per exiccantia, illud verò per ea quæ trãspirationem iuuent. Itaque in generatione puris, calor idoneus fiet ad coquendum, si cõclusis intus spiritibus, halituosior reddatur. Cæterum in coctione putrescentis humoris in febribus, longè aliter res se habet: requirit nanque calor mediocrem temperiem, pro ratione qualitatis & quantitatis humoris coquendi: Sic flaua bilis obtusior, pituita acriorem, melancholia calorem cum humiditate coniunctum iure optimo expostulant. Qui quidem calor iuari tantum potest eis serapijs & medicamentis, quæ aliquid calori nostro addere possint. Quod quidem cautè fieri debet in humoribus ac temperaturis biliosis, & in vehementibus ac æstuantibus temporibus & febribus. Periclitaretur certè eo tempore laborans, propter incendium, quod medicamenta hæc solent in huiusmodi corpora inferre. Quæ ratione tutius semper existimauimus esse, opem ferre facultatibus, quæ necessariae sunt ad coctionem obeundam (qualis concoctrix est, ac retentrix) contrario enim modo ei, quo ipsæ labefactantur. Vitiantur enim hæc duæ potentia vno è duobus modis, aut mutato quidem partis temperamento, aut dissoluta spirituosa substantia, quæ ad illarum robur plurimum conducit: temperamentum porrò vitiatum restituitur per contrarias qualitates: spiritus verò consumpti cibis, potionibus, & odoramentis idoneis reparantur. Interim tamen cauere oportet, nec cum debili virtuti subuenire studemus, calorem (coctionis instrumentum) aut materiam quæ coquenda est, deteriore reddamus, natura ipsa ad coctionem alimenti reuocata. Hinc nanque constare arbitror, errasse Manardum, qui tenet, coctionem iuari tantum à calido & humido: nisi id de coctione quæ fit in mediocri & temperata materia, & à mediocri & temperato calore velimus intelligere: nanque vbi humores

praua-

A praua sunt qualitate affecti, adhibere ea præsidia oportet, quibus eorum vitia emendari possint. Quæ ratione Galenus, ad coquendos pituitosos humores porrigit piper. & alibi frigida potum biliosos humores posse coquere docet. Quò factum est, vt merito dixerit Hippocrates, coctionem fieri per contraria: & sæpe multis alijs in locis calida, frigida, extenuantia, humectantia, exiccantia, quietem, inedia & alia multa coctionem iuare scribit, pro diuersitate coquendæ materiæ, & caloris coquentis: nam coctio fit, cum natura vincit & assimilat materiam, quæ renitebatur & erat dissimilis: Ob id igitur non vnicum debet esse genus eorum quæ coctionem iuare possunt: siquidem non est vnica repugnantia & dissimilitudinis modus.

QUOTIDIANA experientia compertum est, non sat esse humores coctos & à natura euictos iam esse, vt commodè à corpore expellantur, sed egere adhuc præparatione quadam vt faciliori negotio id fieri possit: quam equidem docuerat Hippocrates, pulchra quadam sententia dicens. Præ humectare verò antea corpus ipsius oportet per fermenta, quò magis pharmacis obediat, at verò statim curam adhibere oportet. Verum quia expellendi eos à corpore non est vnica ratio, nec vnica locus, item nec vnica erit præparandi via. Nam alio modo parantur humores, vt per infernam aluum, alio vt per supernam excernantur: rursus alio vt per thoracem, per sudorem, per vrinas, ac longè diuerso vt per vterum excerni facile possint, parari desiderant.

Quæ ratione cogimur docere, vnica esse omnibus communem præparandi formam, aliam verò singulis propriam. Communis quidem bipartita est, quemadmodum & potentia quibus expulsiones fiunt, bipartiantur. Nam quæ à pulmone & pectore prodeunt, vt quæ vi & impulsu animalis potentia excerni debent, mediocrem desiderant consistentiam inter crassitiam & tenuitatem, vt commodè expellantur, quæ enim nimis crassa aut viscida sunt, vt pix aut resina, difficulter posse proijci manifestum est: quia impulsui animalis potentia tenaciter resistunt. Eodem prorsus modo quæ leuia aut tenuissima sunt, qualis aqua & oleum, quia facile dirumpuntur & peruia fiunt, vt difficulter pelli possunt. Quò fit, vt in quavis vacuatione quæ impulsu animalis potentia fieri debeat, necessum sit, humores ad mediocritatem reducere. Verum vacuationes quæ vi naturalis potentia fieri debent, quò minus humores resistunt, cò faciliùs secerni possunt: quò fit, vt succi qui venarum compressione vacuantur, mediocri attenua-

S 3 tione:

L. 4. de Sani. tu
L. 2. de Gl.
L. 6. Metho.
L. 6. Pop. patt. a.De Humori
præparatione
ad expulsionemL. de Internis af
fectibus.

tionem. qui verò virtute trahente, attenuatione maiori perpetuò egeant: A quod equidem omnibus partibus, omnibusque vacuationis speciebus commune est, præmissa hac facultatis distinctione. Est tamè haud facile intelligere, qua nam ratione, cum natura vacuationem aliquam moliri tentat, semper coctione præmissa (quæ crassiores humores reddit) procedat, si vacuatio commodius humoribus extenuatis perficitur? Cui dubitationi respondemus, artem & naturam in humorum vacuatione motibus planè contrarijs operari: natura nimirum, motu expulso, siue impulsorio euacuat, impetu quodam in humorem excernendum facto, qui vt rectè fiat mediocritatem materiæ & quodam modo crassitiem requirit: si nanque tenuis nimium esset, facile motui in ipsum facto cederet, & irritus fieret naturæ conatus: vt quæ illud non posset apprehendere. Qua ratione decepti Arabes medici existimarunt, humores omnes esse ad mediocritatem reducendos: cū B tantum id esset necessum in vacuationibus natura factis, aut vi animalis potentia. Medicamentum autem motu attractorio purgat, quo perficiendo, nulla materiæ crassities seu renixus est necessarius: quare humor à medicamento euacuandus, quanto tenuior fuerit, tanto facilius à facultate illius trahetur, expurgabiturque. Nam medicamentum in ventriculo subsistens, humorem ex omnibus corporis partibus ad se trahit, nō ad illas accedit, ac per consequens quò tenuior fuerit & facilior, eò promptius trahetur: ergo humorem, quem natura euacuauit, mediocriter crassum fuisse oportet, illum verò quem medicamentum, potius tenuem quàm mediocre. Atque hæc sunt, quæ breuiter de modo quo medicamenta purgantia operantur, præmissa præparatione, docere potui.

De præparatione ad purgationem quæ fit per infernâ aluum.

QVÆ per infernâ aluum excernenda sunt, vt quæ à medica- C menti vi trahantur, iuuante etiam virtute expellente per compressionem, citra vllam dubitationem perpetuò attenuari desiderant: quod non solum in humoribus crassis videtur posse fieri, verum & in tenuibus, in quibus occasionem adhuc exquirat Galenus exhibendi decoctum origani, tragorigani & pulegij. quod quidem decoctum præter corporis quam molitur, præparationem, vltèrius adhuc extenuat. tenues ipsos succos, nam hac lege facilius cedent & trahenti medicamento, & expellenti virtuti: quòd ex his quæ insuper purgationibus contingunt, facile videre licet: medicamentum enim postquam funditus humorem sibi familiarem extraxit, eos protinus facilius allidit, qui tenuiores fuerint, licet dissimiles, quia natura eosdem mi-
nor

A nori negotio fluere permittit, monendus tamen mihi hac in parte lector est, circa occasionem præparandi ad huiusmodi purgationes. Nam tantum licet eos humores præparare, qui turgentibus sunt, vt qui iam ad expulsionem gliscant, aut coctos euictosque ac separatos, quos natura proprio motu conatur expellere, aut denique eos, qui citra coctionem expurgari debent. nam eos præparare qui adhuc coquuntur (vt medicorum vulgus passim nititur) omnino caret ratione. Præparatoria etenim medicamenta, præter id quòd humores turbant ac mouent, facultatem etiam ante debitum tempus laceffunt, vix latioribus factis: & quod deterius est, coctionem interturbant, quæ quiescentibus humoribus potius quàm ipsis motis fieri debet. Qua ratione, quo tempore natura coctioni est intenta, illi præsto esse opus est, postea verò, vt quòd coctione crassius factum est, expulsionem aptum reddatur, his oportet vti medicamentis quæ extenuent, ac incendant huiusmodi humores. Crassos tamen ac denses non oportet vnica ratione tenues reddere, siquidem crassities varijs suboritur de causis: nam dum crassus fit humor ex abundantia terreæ substantiæ, qualis succus melancholicus est, humida extenuant: dum verò ex concretionem vt pituita, calfacientia & fundentia facile id munus præstant: at si ex aduersione consumpta liquidiori parte, humor crassus factus sit, vt atrabilis, flaua & pituita in febribus ardētibus, quæ refrigerant & humectant sunt extenuantia: at verò si crassum est ex multitudine substantiæ, quo modo dicimus hominem crassum quòd multam molem substantiæ habeat: & humores etiam crassos vocamus, quasi multos intelligamus: præter ea quæ tenuibus constant partibus, vt possint facile penetrare, vacuationem quoque illius molis donec ad naturalem habitum corpus reducat, id efficere posse constat. Itaque non oportet citra distinctionem hanc humores attenuare, & incindere, nisi maximo cum laborantium d'ano, & medicæ artis dedecore, & ob id necessum est prædictis vti distinctionibus, si cupimus rem ex voto accidere.

L I C E T quatenus pertinet ad extenuationem humorum, vomitus cum alui deiectione conueniat, disidet tamen plurimum præparandi ratione: Nam quo tempore per vomitum purgare intendimus, exhibito vomitorio medicamento trahente, quale ex elleboro conficitur, satis est ad præparationem vti his quæ incidunt & attenuant humores: præsertim si totum corpus laxius reddatur prius molli aqua, inunctione, balneo calido, aut modicè calido & humido aere, quibus fa-

De humorum præparatione ad vomitum.

cilius humores fluant ad partes, vbi est medicamentum. Cæterum Adum vomitum mouere conamur ijs quæ blandè eundem excitent, nauseam ac leue irritamentum excitando (vt frequentius solet fieri, siquidem vehementiora vomitoria, vt quæ minùs tuta sunt, recesserunt iam ab vsu) præter ea quæ extenuandi vim obtinent, medicamenta illa sunt adhibenda, quæ humores suo calore fundant, leuioreque reddant, & ad superiores ventris partes alliciant. Veluti tepida omnia, quale est decoctum ex semine raphani, fœniculi, aut erucæ cum modico oxymellite: blandè etiam mouet aqua tepida, aqua hordei, oleum commune, aut sesaminum, aqua mulla cum oleo, oxymel simplex, aut compositum, hydrelæon, oleum cum melle, aut cum aceto: radices etiam, semina, succi atriplicis, melonum cucumeris, vetonica raphani, asari, nasturcij, erucæ, & mulla cum aceto & oleo: quæ omnia dum tepida sunt, præter id quòd humores tenuare & fundere valent; ebullire etiam ac supernatare eosdem cogunt, & suo tepore concentricam facultatem labefactant, ac expellentem sua vi lacescunt & irritant: præter id quòd totum, corpus & ventriculum laxant, & effœminant, quod maximi est momenti, ad vomitus ciendos: sicuti & ventriculum sæpius fouere vt Hippocrates videtur consulere, quæ admodum latiùs docebo Capite de Purgatione per vomitum. Expedit etiam eosdem humores plurimis ac varijs commiscere cibis: tum vt eos ventriculus fixiùs possit vndique complecti: tum verò vt cibus commixtos faciliùs pellere possit natura. Verùm cibaria hæc non quæuis sint oportet, sed falsa, amara, acria, incindentia, tenuantia aut tergentia, quæ vt refert Galenus, biliosam habeant naturam, & eius officio vtantur, nimirum vt ventrem abstergant, & mudent: nam hæc omnia præter id quòd expulsionem profunt, humores etiam ipsos ad eandem parant. Contrarium tamen prorsus fieri debet in ijs, quibus cruditates in ventriculo abundant: tunc enim sat est, solùm vti potibus supradictis, absque ciborum ingestione, quæ in crudis vetriculis suspecta & perniciosa sæpe est.

L. de Morbis muli.

L. 3. de Vfu. esp.

De Preparatio-
ne ad expurgā-
dum per vrinā.

Eodè prorsus modo quæ per vrinā debent excerni, extenuatione egent: quæ tamen longè disidet ab alijs præparandi rationibus. tū quia corpus aliter ad huiusmodi vacuationem præmuniri desiderat: tum verò quia præparationis modus longè diuersus est. Cuius gratia expedere oportet, humores huic vsui duplicem exposcere præparationem: vnam vacuato corpore, non solùm per sanguinis missionem, verùm & per expurgans medicamentum, quia faciliùs hac lege, qui

superfunt

A superfunt humores huic fluxui paratioris redduntur: quod multis in locis docuerat Gal. præcipiens ne ante id diuriticis vtamur: quia & corpus redditur apertius, & humores medicamentis tenuantibus faciliùs cedunt: Altera verò via humores parantur ad huiusmodi excretionem multiformiter, iuxta variam medicamentorum, quæ vrinam mouere nata sunt, naturam. Triplex nanque est diureticorum conditio: prima quæ ex eo mouet vrinam, quia magnam eius copiam medicamenta suppeditant: quæ rursus triplicia sunt: nam quædam protinus in aquosam substantiam commutantur, veluti aquosa vina, semina melonum, plantaginis & multarum rerum, quas consultò prætermitto: trahunt tamen renes huiusmodi aquosam materiam, ex familiaritate protinus: qua & viæ patentiores fiunt, & humores quos expurgare nitimur, tenuiores. Quædam etiam idem præstant abstergendo humores, qui in vasis & renibus continentur: quod mirum in modum præstat terebinthina: cui etiam vsui, radicem ononis Galenus commendat, quoniam abstergit. Quædam rursus vtrunque præstant, absterisionem nimirum, & plurimam aquositatem: id quod faciunt aquæ sponte nascentes nitrosæ aut falsæ. Secunda autem diureticorum conditio eius est naturæ, quæ noxios humores familiaritate substantiæ, per vrinarios meatus trahere valet: quale est rhabarbarum, & cassia, quæ biliosos humores per vrinam pellunt. Tertia verò & vltima conditio, & qua præstantiori modo medicamenta dicuntur vrinam mouere, eorum est medicamentorum, quæ pituitosos humores & quosuis crassos in venis contentos, extenuare queunt, vt latiùs Capi. de Purgantibus per vrinam dicturi sumus. Quibus planè intellectis, duobus modis, ad expurgationem, quæ fit per meatus vrinarios, ijs medicamentis corpus & humores præparare oportet. Primo exhibitis medicamentis, quæ multam suppeditare vrinam diximus: hæc enim miro quodam modo humores & corpus præparant ad alia medicamenta, quæ propriè diuretica dicuntur, licet minorem quantitatem eorum portigere oporteat ad præparationem, quam dum eisdem vrinam mouere intendimus. Secundo quæ verè diuretica esse diximus, etiã sibi humores præparant, dum in minori quantitate exhibentur: constat tamen eis tantum esse vtendum medicamentis, ad præparationem, quæ citra exiccationem ac mordacitatem, humores tenuent ac fundant: quæ licet non nihil per vrinam pellant, plurimum tamen præparant: vt adhibitis acrioribus, copiosius deinceps vrinam excernatur. Vtitur tamen nos præparandi gratia, decocto apij, petroselinæ vulgaris, adiatii, endibiæ, & earum radicum;

syruo

syropo etiam acetoso, cichorij, cum lupulorum decocto, quibus misce-
re oportet, quæ aut fundat humores, aut aqueam substantiam augeat,
idque iuxta rationem humoris peccantis. Consulo tamen ne vsquam
ijs vtamur, crudis existentibus ventriculo & primis venis, neq; adhuc
in principijs morborum, nam his temporibus maioris sæpe mali solet
præstare causam.

De Preparatio-
ne humorum
ad mouendos
sudores.

Licet in præparandis humoribus ad sudores prouocandos, opus
etiam sit attenuatione (siquidem vna est & sudoris & vrinæ materia)
cum hoc tamen, quia sudor & vrina plurimum tenuitate dissi-
dijs quibus vterque expurgatur, longè gaudet diuersis: & ob id diuerso
modo humores extenuare oportet. Nam sudor secundum naturam, ex
excremento quodam quod transmittendi alimenti fuit vehiculum,
planè superfluum quod quidem officio functum, pellitur per porositates
totius corporeæ molis. Ac cum tenuissimum quidem sit huiusmo-
di excrementum, facilè sane eijetur, partim in speciem halitus abin-
sito calore solutum: partim violento motu confertim in aquæ speciem
prorumpit. Quod profecto, à calore fit, non illo qui ficcandi vim ha-
bet, sed qui humidus sit & vaporosus, vt per habitum corporis diffu-
sus, sudoris materiam calfaciat, fundat ac tenuet, cutimque simul
emolliat & laxet, quò fit, vt sumpta à natura ipsa indicatione, iam
omnibus constet, qualis futura sit huic vsui præparandi ratio. In pri-
mis nanque corpus tribus modis, vt sudori reddatur pronum, parari
debet. Primò diminuta humoris quantitate, nam immodicam medi-
camenta non poterunt per sudorem digerere, qua ratione frequenter ex-
hibitis sudorificis medicamentis, fluxiones aut alia mala plurimum
exacerbantur. Nam cum sudorificum medicamentum nequeat tan-
tam humorum copiam tenuare, fluxibiliores eos reddit, citra vterio-
rem resolutionem, & malum hac ratione exacerbatur: humores etc-
nim & si tenues sint, vbi multitudine vias replent, neque permeare
neque digerere facile poterunt: quò fit, vt eorum imminutio duplicem
ad præparationem præstet vsum. Primum, quod qui supersunt humo-
res, euacuatione facta, facile tenuari possint. Secundum, quod tenu-
iores iam redditi, meatibus factis laxioribus, promptius per minimas
quasuis corporis cauitates prorumpant. Secundò necessum est, vt pro-
spert sudores profluant, vniuersum corpus molle ac laxum reddere, &
peros etiam aperire, mollibus quibusdam frictionibus, & inunctione
ex decocto saluæ, chamæmeli, aut serpilli & modico oleo, & in con-
clauis cuius aer calidus existat, recondere. Cæterum cum non sit sit, a-
perios

A apertos meatus laxumque corpus esse, vt sudores commodè profiliant,
tertiò adhuc oportet crassos humores adeo tenuare, vt per quosuis an-
gustos meatus facilè permeent. Docendum tamen est, qua via id com-
modè fiat, siquidem frustra per plures laborantes misere torquen-
tur, sudorificis apparatus & cooperimentis, quibus plus fatigatur
ac lauescit facultas, quàm quòd quid vtile illa præstare possint: atqui
medicamenta quæ id efficiunt, eadem esse oportet, quæ & sudores
prouocant: quæ quidem calore & humiditate humores calfaciant, fun-
dant ac tenuent. Hæc tamen interest differentia, quòd sumptis his me-
dicamentis, solùm præparandi gratia, laborantes nullo modo sunt co-
gendi ad sudorem: sed aut ad quietem, aut ad somnum citra sudorificum
apparatum. Sunt autem quæ id possunt, veluti mulsa, serpillum cum
mulsa, decoctum tormentille, casia lignæ, squinanti, radicum ca-
narum nostratium cum calamo aromataico, chamæmeli, etiam de-
coctum, saluæ, chamepyteos, vetonicæ, sabinae, & florum papau-
ris erratici, quæ omnia sicut multa alia quæ consultò prætermitto li-
cet aliquam siccitatem obtineant (quod summopere in sudoribus vi-
tandum est, etiam si siccis exterius adhibitis sæpius liceat sudorem
mouere, vt proprio capite docebo) aquis quibus coquantur attempe-
rantur, præsertim si addideris radices, aut flores cordiales appellatos.
Quibus equidem hac lege ego vtor, quod accepta ex quauis harum de-
coctionum sufficienti quantitate supra teporè calida, eâ summo ma-
ne laboranti porrigo, ac sudare interdico: similemque potionem, multò
post leuè cenâ iterum exhibeo, & sequenti die summo mane sudatoriū præ-
beo, laborantè linteolis ac tegumentis ad sudorè præmuniendo. Misce-
re tamen eisdè decoctis frequenter placuit, syrupum fumaris, lupulo-
rum, florum papaueris erratici, capillorum Veneris, de quinq; radici-
bus simplicem aut compositum, mel rosaceum, aut syrupum de buglosa
aut quemuis alium iuxta humoris peccantis ideam. Persuasum tamen
in hac re mihi semper habui, optimū esse consilium, semel tantum in die
laborantes sudare: eos nanque bis die ad sudorem cogere, graue esse &
periculosum sæpe experiētia monstrauit: quum labore & resolutione,
facultas plurimum labatur, cuius in sudoribus opus habemus, ad hu-
mores tenuandos, fundendos ac expellendos: præsertim cum huiusmo-
di actiones, proprius pertineant ad naturam, quàm ad medicamenta,
Quò fit, vt eius defectu, sæpius laborantes nihil aut parū sudent, idque
potius ex vtili quàm inutilli materia prorūpat, defectu facultatis nō valē-
tis nobis adminiculari. Præstat tamē hæc præparandi ratio suā gratiam
indies

indies magis ac magis: cum ex quotidianis sudoribus, materia ipsa tra-
ctu temporis, resoluta eius tenuiori parte, crassior, solidior ac densior
fiat: qua ratione, quò plus sudauerit laborans, eò diligentius his præ-
parationibus uti oportet. Vtortamen in lue Gallica hoc præparato-
rio, quod non placuit subtrahere, quia mihi semper fuit ex usu, adhuc in
desperatis illius morbi laborantibus, præsertim cū sudoribus inepti exi-
stūt. Quod recipit decocti primi guayaci paulo dilutioris solito facti.
lib. iij. s. foliorum fenæ. ʒ. iij. rhabarbari electi. ʒ. v. epithymi. ʒ. iij. radi-
cum borraginis, buglosæ, liquiritiæ. ana. ʒ. s. seminis anisi. ʒ. s. florū cor-
dialium singulorum. ʒ. s. santhalorum alborum & flauorum. ana. ʒ. j. s.
coquito simul omnia, seruatō coctionis artificio ad tertias, deinde addi-
to sacchari quod sufficiat, ad cōciliandam dulcedinem. Ex quo semel
in die porrigo. ʒ. v. Vtort etiam ipso guayaci decocto, aut spartæ pallelæ
aut radicis chinæ eadem mensura, atq; in ea diei parte, qua laborantes
a sudore vacant. At in febribus longè aliter licet materiam præparare,
ac sudorem ipsum prouocare, præsertim in intermittentibus ac rigenti-
bus omnibus: nam in his, duabus horis ante accessionem, expedit ca-
lamenti decoctum cum castorei scrupulo adhibere, aut apij semi-
nis, vel aristolochiæ obolum cum vino, aut capillorum Veneris deco-
cto, iniecto modico anethi: quod equidem commodius fiet, si an-
tè cutim illinias oleo amygdalarum dulcium, vel alio modicè ca-
lido, tepidisdq; panis modicè fricueris. Atqui si tenaciter hæreat bilis, vel
non sit exquisita tertiana, incindentia commodè admiscebis, cum li-
quore aliquo humectante, cuiusmodi est iulep violaceum, additis oxy-
mellitæ, & spica. Quem usum etiam præstat syrupus de visantijs, deca-
lamétho aut radicibus cum aceto, à quibus quiete & fotu calido præ-
cordiorum præcipit Galen. coctionē ac extenuationē humorū iuuare. **C**
Optimè quidem Galenum dixisse constat, nihil præstare ad cura-
tionem affectuum determinationes, ni prius totum corpus parare no-
uerimus. Pari quidē lege non sat est, humores parare nouisse, nisi prius
qualiter debeat ad euacuationem moliendam corpus præmuniri, no-
tum sit. Cuius rei gratia, primò per quos meatus quæque pars expur-
ganda sit nosse oportet: quod multis quidem locis Galenus docuerat.
Ventriculus nimirum vomitu deiectioneque purgatur: Intestina, ie-
coris, traua & lien, per inferiora: hepatis gibba, renes, vesica & ve-
næ omnes, per aluum, si multo vitioso succo sint referta: sin modico,
per vrinas: Cerebrum per palatum, nares & aures: thorax & pulmo per
asperam arteriam. Quibus præmissis ad singulas vacuationes pecu-
liaris tentanda est præparatio, vt Galenus aperte docuit. His enim que
per

De Præpara-
tione corpo-
ris ad quam li-
bet vacuatio-
nem.
L. 6. Loca. phar.
ca. 1.
L. 1. 7. 11. & 13.
Metho.
L. 2. ad Gl.

L. 9. Metho.

A per aluum maiori pharmaco sunt educenda, viam paramus mulsa, ci-
bis humidis, pinguibus & dulcibus, qui aluū lubricēt. Clysterib' itē, ba-
lanis, & assumptis leuiorib' pharmacis, vt cassia, māna & ceteris huius
census: quod etiā expedire dixerat Celsus. Diximus tamē maiori phar-
maco, nam ad leues purgationes, haud magna prærequiritur præpara-
tio: simili modo ad copiosorem vomitum præparamus leuioribus
præmissis vomitorijs, vt aqua hordei, mulsa, oleo & ficibus recētibus
copiosis ingestis: calfacimus etiam manus & pedes, & partes circa os
ventris. Sic quæ per vrinas educenda sunt, vt superius diximus, leuiori-
bus medicamentis paramus: cibis etiam mitioribus & vino aluo ac
tenui, & ferè alijs quæ alimentosam habent naturam, vt mulsa, deco-
cto cicerum cum radice pretro selini & alijs huius nature. Quæ tussi &
spuito educenda sunt, simili ratione arteria humefacta, & vechicis le-
B uioribus adiuuamus, locareq; ad huiusmodi medicamenta corpus o-
portet supinum, vt consulere videtur Galenus multis in locis, quibus
colligēdum est, supinum situm in deglutitione eclegmatum thoracico-
rum, commendatum esse plurimum: quoniam ita constituto homine
ociatibus etiam musculis, qui gulæ præfunt, dilabitur promptius me-
dicamentum (eò quòd antestat gulæ) in arteriam ipsam, estque patē-
tior multò meatus: gula enim nisi musculorum deborantium ope, in-
gesta non admittit. Quæ ratione is est optimus præparandi corpora
modus, præter eum quem arteriæ conuenire diximus: suboritur tamē
dubitatio quædam ex dictis Galeni de expurgando liene. Libro enim
secundo ad Glauconē. Intestina per inferiores excretiones purgari re-
fert, quemadmodum & splenem & renes per vrinas. At libro decimo
tertio Methodi, aperte mōstrat lienem per inferiora purgandum, nō
C per vrinas, cum nulla ab eo in renes via pateat, nisi quid in hepar ex eo
regurgitet, quod vrinis possit excerni. Cui dubitationi respon-
deo, Galenum non docere oppositum, sed quòd interpretis
iudicio nostro male collocauit puncta, deberet equi-
dem describere: intestina autem per inferiores excre-
tiones, quemadmodum & splenem: & renes
sanè per vrinas. Quæ quidem inscriptio
vtraq; sententia vera manet, & monstra-
tur etiam, quas vias liceat præparare
ad quamuis purgatio-
nem.

Li. 2. cap. 12.

L. 5. de locis aff.
ca. 4.
L. 1. 5. Metho. ca.

T. Egrecie

Consilium circa humorum præparationem.

Li. De Opti. sect.
ad Tra. in prin.



Gregiè refert Galenus, singula medica præcepta & vniuersim omnia, in primis vera esse debere, secundo vtilia, tertio iactis principijs consentientia: Inquit enim. Ex his tribus principijs legitimum præceptum diiudices. Qua quidem ratione, vt quæ diximus his legibus metita, vera & perpetua sint, moneo quidem ne quis indistinctè & intrepidè humorum & corporis præparationem aggrediatur: nanq; non minus damni eo modo laboratibus inferet, q; vbi vacuationes citra vllã præparationem aggressus fuerit. Qua ratione necessum est, considerationes quasdam hic præfigere, quibus medicus huiusmodi prouidentiam tuto aggredi possit. Prima quidem sit, circa modum præparandi humores immodicè fluentes, quos non licet protinº ad retentionem præparare, nisi inspecto prius corporis apparatu: nam si præ nimia copia grauatam corpus eos deponere tentauerit, quiescèdum eo tẽpore est donec deposita sufficienter abundantia, aut viribus plusculum labentibus id tuto fieri possit. Præterea coctionem iuuare per ea quæ calorẽ augment, nec omnino est contemnèdum, nec in omnibus morbis est tutum: ob id igitur eis vtendum esse censeo in diuturnis malis, atq; longis febribus: In acutis verò minimè, nam in eis alia vrgent magis, vt victum extenuare, aut causam ipsam tollere, à qua coctio impedita est. Itaq; in omnibus frigidis affectibus, maximam habent vim huiusmodi concoctoria auxilia, eò quòd omnia triplici esse conditione prædita vt coctionem præstet, oportet: vt de nardo scribit Galenus: prima quòd tenuantia sint, secunda quòd calorem augeant, tertia verò quòd adtringant: extenuatio enim vt diximº coctioni viam parat: caliditas coctionem efficit: adstrictio quidem vim confirmat. Quas omnes ferè conditiones præstant, vt Galeno placet loco citato, syrupus ex succo cotoneorum cum pirere & mētha: ex corticibus citri, additis coriandro croco, nardo & alijs quæ odorata sunt. At si in febribus & alijs acutis affectibus coquedi necessitas plurimùm vrgat, somno, quiete, frictio nibus & labacris vtetur: in diuturnis verò, cibis & potibus modicè calidis. De in frigidantium verò vsu nosse etiam oportet, in crassiore & obstruente bile miscenda esse, quæ attenuent, aut humectent: in tenuioribus verò humoribus, solum quæ humectet: vtor enim in quibusuis febribus

Li. 9. De compo.
phar. lo.

A febribus dum ex adusta aut obstruente bile ortum duxerint, syrupo violaceo, addita aceti octaua parte, quibus etiam superinjicio aqua aut decocti alicuius quantum sat sit, vt sine noxa ventriculi aut vteri bibi possit. Verum licet humoris & morbi ratione sæpe frigidis medicamentis agere oporteat, adeo hæc solent purgationi obfiteri, vt aliquando pertimescenda sint, præsertim cum purgationis tempus instat. Qua ratione in biliosis etiam & acutis morbis occasionem exquirere oportet, exhibendi calida medicamenta, quale est decoctum origani, tragorigani & pulegij. Quapropter maturo opus est consilio, in frigidorum adhibitione: non enim sunt penitus contemnenda, neq; temere semper admittenda, quia indicatio à viribus sumpta, vt eis prouideamus, suadet: indicatio verò prouidentia quæ à causis sumitur, vt futura incommoda præcaueamus. Cum igitur facultatis imbecillitatem & humoris acrimoniam veremur, syrups frigidis iuxta prædictas indicationes vtetur: sicut contra, extenuantes & incindentes perpetuò imperauimus, vbi corpora fluida tantum intendimus reddere, præsertim vbi frigidis prius vsi fuerimus. Nec ineptè quidem fiet mea sententia, si vtroq; præsidio quis vtatur, humidam nimirum victus rationem, & frigidos syrups (si febrilis calor vrgat) prius adhibens: instante verò purgatione, incindencia & attenuantia: aut si ijs eo tempore vti formidaueris, humidis vtaris consulo, iuxta Galeni decretum: quæ quidem & crassa attenuant, & viscida etiam mixtione & rarefactione incindunt, aut saltem fluidiora reddunt, simul & totum corpus: quod iuscula mirum in modum præstare possunt. Indomitos enim purgare humores antequam mitescant, periculosum est. Sæpe quidem dysenterias, car-

B diacum affectum, & grauissima alia mala oriri conspiciamus, ex purgationibus quæ citra præparationem fiunt, etiam si leuissimis clementissimisque id moliamur medicamentis. Quapropter vereri oportet, ne aliquod ex ijs malis contingat, ex humoris indomiti malitia, quod quidem postea in medici errorem aut medicamenti fatuitiam reieratur. Aliud quoq; in hac re non est omittendum, nempe incindentium medicamentorum usum nusquam statim ab initio morborum competere, sed post quietem ac relaxationem quandam, vt incindencia melius permeent, & laxantia materiam elidant, quod Galenus, manifestum fecit in quotidiana febre, incindencia post primos dies imperans. Quod etiam breui ratione probatur: nam extenuamus, vteductio seu bona coctio sequatur, quæ nulla ratione in principio commodè fieri possunt: merito enim non mox extenuamus, sed

Li. 5. Simpli. c. 12

relaxantia cum quiete præmittimus, quæ extenuantibus viam parent, A
sicut extenuantia ipsa coquentibus. Quò fit, vt solis extenuantibus
& leui alui subductione seu vomitu, per plures febres notas liceat cu-
rare Galeni testimonio.

De communi & peculiari indicatione euacuationis quæ fit per anum ventrem. Cap. 6.



ST quidæ apud omnes ferè nationes antiqua natiuaq;
consuetudo & animus, vt dum ædificia magnifica
ac sumptuosa efficere parant, maius in eis exquirant, B
artificium, & omnem artis perfectionem, intelligen-
tes artis cuiusq; id esse proprium, vt in materiam quæ
sponte sua pteq; natura prodijt in lucem, affectionem quandam & fa-
cultatem inserat, quæ sine hominum aut mente, aut manu per se ip-
sa non accederet. Non enim ars materiam, sed artificium in mate-
riam extrinsecus confert. Itaq; quò ædificium pretiosius & gran-
dus quis struere nititur, eò maiori vtitur artificio, sciens ob id opus
fieri perfectius, & mirabilius: hæc enim est artis conditio & natura,
vt ex rudi & humili materia, mirabile struat opus. Pari quidem & præ-
stantiori ratione in re medica, quò artifex maius aliquod nititur moliri
præsidium, eò cautiùs, diligentius & artificiose id tenetur efficere.
Sunt autem in medica arte duo maxima auxilia, quibus frequenter
vtimur: nimirum sanguinis missio, & expurgatio: quapropter hæc C
artificiose expendere oportet, rimariq; sedula diligentia, quid ad vni-
guem in quouis fieri expediat, vt opus quod intendimus vtilius, iocun-
dus, & citius perficiamus: magnum quidem opus purgatio est,
& quæ dum prospere celsit, pulchram amabilenq; parit sanitatem: e-
contra verò & opus & materiam perdit. Quapropter à primis princi-
pijs eius naturam expendisse oportet: præsertim cum corporis & hu-
morum vitia per victum non nisi longo tempore emendari possint,
ob idq; alijs auxilijs pugnandum esse iubet Galenus. Ideo ars hæc ex na-
tura indicatione sumpta, quæ ab his humoribus sese exonerat per va-
ria loca, docet modum quo medicus possit corpora ab eisdem vendi-
cari, his transmissis per destinata naturæ loca. Sunt autem hæ partes
per quas natura & ars suas moliuntur euacuationes in humano corpo-
re

Li. 3. An. mod.

Are, variæ in præfenti tamen capite tantum eius vacuationis meminisse
est in animo, quæ per anum ventrem fit.

Indicant autem locum per quem debent expurgari vitiosi humo-
res, quantitas & qualitas humoris lædentis, & læsionis ipsius mo-
dus, nec non & locus in quo continetur humor, partis item præstan-
tia, ægrique proprietas ac voluntas, & vltimò naturæ motus. Scri-
bit nanque Hippocrates melancholicos per inferiora vacuandos esse,
& biliolos per superiora: verum præstantia oris ventriculi & exqui-
situs illius sensus, quæ non ferunt contactum acris materiæ, admo-
nent, securiorem esse per intestina vacuationem. Sic vbi multi con-
tinentur in venis humores noxij, nec per vrinas, nec per sudorem fa-
cile purgari possunt, sed quæ per aluum fit purgatio, tutior est. Eo-
dem modo locus in quo continentur humores, ob innatam confor-
mationem & cōnexionem cum alijs membris, ostendit vias per quas
commodè educantur: hac ratione ventriculus se exonerat per aluum
& vomitum: hepar per vomitum item, deiectionem, vrinam & su-
dorem. Sunt etiam ex hominibus plures, qui ad certam vacuatio-
nem, etsi commodior sit, non sunt cogendi, sed ad eam quam ipsi
expetunt, & nouerunt sibi commodam esse: Verum si natura ir-
ruat per aliquam partem, per eandem licet moliri vacuationes,
nisi locus sua sponte ineptus fuerit ad illius humoris expurgationem.
Ex quibus omnibus si compertum habuerimus anum ventrem esse
vacuationi quam conamur moliri, optimam regionem: protinus li-
cebit conijcere quot sint humorum vitia, quæ huiusmodi vacuatio-
nem exposcere possint.

Cuius gratia præstat considerare, corpus vniuersum tribus om-
nino regionibus contineri, quæ proprijs limitibus & terminis cir-
cumscriptæ, humorum distribuendorum quasi viæ sunt, & quædam
receptacula. Vna quidem & verè prima, à gula in medias iecoris
partes dirigitur, in qua ventriculus, venæ meseraicæ quæcunque ad-
portas conscendunt, caua iecoris & lien includuntur. Altera à me-
dio iecore in tenues partium singularum venas porrigitur, cōprehen-
dēs cōuexa iecoris, venam cauā & quicquid illius incidit inter axillas
& inguina. Tertia verò regio reliquas venarum propagines, & om-
nem corporis molem, quæ in singulas partes & summam cutem
profertur, citra dubitationem complectitur. Hæc tamen regio-
num varietas, cognitu quidem necessaria est: nam quæuis earum
humorum aut excrementorum vitia quædam propriæ suppeditat.

*Nota nel Sum-
ma Nauatio
per anum de me*

*Remem-
berare*

Regio itaque prima vt quæ corporis sit sentina, magna scatet excre-
 mentorum quantitate, subiectaque est quâ plurimis humorum vitijs.
 Nam ex proprio instituto, præter alui excrementa, alios gignit &
 suscepat humores, crudam nimirum lentamque pituitam, bilem
 etiam flauam ac melancholiam, si istorum aliquid præter modum in
 creuerit, vt iam nequeat proprio receptaculo contineri, sed redundas
 in alias sedes irruat. Quæ sanè excrementa & etiam ventriculi vitium
 alimenta corrumpunt, ac in intestina postmodum delabentia dolores coli
 cos, in tenues verò, mesenterij & iecoris venas, obstructions inferunt.

Bilis etiã pallida & atra è folliculo fellis & splene diffluēt in iecur,
 in venas & habitum corporis, ac in ventriculum, mesenterium &
 intestina diffunditur, ac irrepit: quibus modis hij humores quos
 Neoterici superuacuos appellant, corpus labefactant quantitatis vi-
 tio. Contrahunt etiam hi humores labem in qualitate, cum immo, B
 dicè tenues aut crassi redduntur, aut cum bilis exurit & efferuescit:
 ac pituita & melancholia plurimum perfigerantur. Solet enim fla-
 ua bilis in iecoris caua in vitillinam, porraceam, eruginosam & ceru-
 leam migrare: sicut in ventriculo etiam ex ciborum corruptela com-
 parari porracea solet, in liene item melancholia in atram bilem red-
 ditur. Sic excrementitia pituita in suas quatuor differentias degene-
 rat, nempe inaqueam, mucosam, vitream, & gypseam multis in lo-
 cis genitam, aut in alia transmissam: quæ omnia huius regionis vitia
 aliàs cum putredine, aliàs citra ipsam contingere solent.

In secunda verò regione quæ maiorum est vasorum, maximè &
 propriè solet plethora concipi, quæ ipsorum vasorum plenitudo est,
 pariterque in ea cacochymia procreatur: quæ quadruplex esse potest,
 leuis nimirum, quæ ex vnus humoris redundantia fit, nam quiuis C
 omnium fit (sanguine excepto) qui redundat, neque laudabilis ne-
 que naturalis sanguis esse deinceps potest: sicut dum nimis dilutus
 redditur, immodico sero commixtus. Altera fit paulò deterior vena-
 rum cacochymia, quum adhuc stante æquabilitate omnium, vnus
 aut plures succi vel substantiam vel temperiem immutant, dum cras-
 siores aut tenuiores aut intemperatiores redduntur. Tertia cacochy-
 mie species fit, cum è prima illa corporis regione, humores illi quos
 superuacuos nuncupamus, iecur prætereuntes, in maiora vasa dela-
 buntur: quod in morbo regio, arquato nigro, & leucophlegmaria vi-
 dere licet. Quarta adhuc multò deterior cacochymia est, in qua hu-
 mores aliquo modo vitiosi redduntur, vt per morbos exitiosos contin-
 git

Agit, in quibus ex vitellina bile, porracea, & ex hac eruginosa, & demum
 atrabilis oritur: quæ quidem omnia vitia aliquando cum putredine ali-
 quando sine ipsa contingunt.

In tertia ac vltima regione ea succorum vitia reperiuntur, quæ ex ma-
 ioribus venis tantum deriuantur, ita vt hæc vitia finitima sint ijs, quæ
 in secunda regione contingunt: licet cacochymiam tertiæ regionis non
 nunquam appellemus vitiosos humores alicui parti impactos. Cõstat
 itaq; ex dictis omnium humorum vitia trimembri diuisione includi:
 peccant enim omnes qualitate, quantitate & tota substantia: quibus om-
 nibus iure optimo debetur expurgatio, quæ nil aliud est, quàm euacua-
 tio humorum sua qualitate infestantium: quæ non indifferenter humo-
 rum quolibet, sed certum quendam, aut plures selectè trahit. Neq; obstet ex-
 tribus humorum vitijs id tantum sub diffinitione includi, quod qualita-
 te fit, nam hoc verbum omnia alia vitia videtur complecti: siquidem
 vtunque humores alij à sanguine redudēt, necessum est qualitate pec-
 care, ita vt expurgatione necessariò egeant.

Expendere tamen hoc in loco prius oportet, huiusce vacationis
 hoc esse institutum, vt redundantes humores, alios videlicet à sangui-
 ne, vi medicamenti è corpore pellat: quò fit, vt sanis merito Hipp. pur-
 gationem interdicit: nam cum medicamentum purgans familiarè hu-
 morem ab alijs extrahat, dum non redundauerit, certum est, natu-
 ram in eius extractione maximam vim passuram. Quod tamen non
 vetat in corporibus paratis in morbum incidere, præcautionis gratia id
 efficere, vt idem Author & Galenus aperte docent, nisi quid aliud pro-
 hibuerit.

Sed ne quis in consultò in quibusuis humorum vitijs, huiusmodi
 C aggrediatur vacationem, expendere oportet, quò aduersus vitio-
 sos humores duplici remediorum genere pugnamus, alteratione
 nimirum, & vacatione: neque opus quidem vacatione est, vbi ea
 sufficit alteratio, quæ minus naturam afficit. Nam intemperies sæ-
 pe nascuntur ab animi affectibus, à quibus etiam fouentur: & cu-
 tis spiratio dum prohibetur, febris succendit diarias, ac sæpe sy-
 nochas sine putredine, quæ potius rarefactione quàm euacuatio-
 ne curantur. Suboritur etiam calor ex obstructione ob crassitiem
 & visciditatem: cui subueniunt citra euacuationem incidencia
 & extenuantia: quod videre licet in exquisita tertiana: cui vel Ga-
 leni testimonio medetur magis alteratio, quàm euacuatio ipsa.
 Qua quidem ratione antequam hinc discedam perdiscere oportet.

*Si in inter-
 uis regis na pte in
 2. ex maiori
 vassij or tum dnu*

Li. 2. Apho. text.
 36. 37.

Li. 6. Apho. cõ.
 47.

*quom. p. ant. eff. p. r.
 l. 2. n. 5. in mesente
 r. 2. n. 5. in mesente*

cau. h. m. 17

cau. h. m. 17

tet : quod cum intemperies nascuntur ab humoribus, quorum A
euacuatio requiritur ad intemperiem auferendam (quales sunt hu-
mores putridi, aduerti aut praua substantia affecti, qui sola alteratio-
ne emendari non possunt) eo tempore purgatione est agendum,
quæ peculiare est horum vitiorum præsidium. Sin aliter minus aut
caute.

Quo quidem præstantissimo auxilio ut quis rationabiliter utatur,
inspicere primò tenetur, nūc humores qui in corpore præsentantur, faciles
sint an difficiles, tenues an crassi: acres rodentesque aut lenes, synceri an
languini aut alijs quibusque permixti. Deinde nūc copia naturæ mole-
sti infestique existant: postremo vtrum diuersis locis agitentur, an-
quieti sint, item cocti ne, an crudi adhuc & coctionis prorsus exper-
tes: nam iuxta has etiam humorum condiciones purgandi rationem
variā instituire est necessum.

De Blada pur-
gatione.

DIVIDITVR itaque hæc vacuandi ratio prima sui diuisione
in leuem purgationem (quæ mitissimis fit medicamentis). Et in se-
ligentē ac plenā, quæ per electoria medicamenta perficitur: quæ qui-
dem diuisio ex loco seu regione in quo humores peccantes vagantur
desumitur. Denique si in prima illa regione consisterint (utpote
quæ ex vijs ductuum constructa est) lenissimis medicamentis sunt
educendi, quæ absque vi & electione quicquid eorum offenderit, le-
niendo educere valeant. Quæ quidem vacuandi ratio, præter id quod
ferè in omnibus morbi reponibus locum habet, potissimum in mor-
borum principijs fieri desiderat, præsertim si febrilis fuerit affectio, in-
dicatione sumpta à cuiusvis naturæ humoribus primam regionem
obsidentibus. Neque obstat illud Hippocratis, Concocta medicari,
& alia eiusdem & Galeni testimonia: quoniam humores, quos per C
leues expurgationes educimus, superuacui sunt, & magis naturam
excrementorum præ se ferentes, præterquam quod in primis illis ve-
nis continentur, & nullam vterius gratiam à natura recipere pos-
sunt: quia illæ partes non sunt coctioni humorum destinatæ, cum
si dum humores in eis putrescunt, aliquod ab eisdem & medicamen-
tis beneficium exposcuerint, ut paulo inferius docebo. Est tamen hæc
vacuandi ratio sepius necessaria & proficua in febribus, in qui-
bus necessum est in principio fiat, cum is humor non sit qui morbum
efficit, neque qui putredinem concipit, quin potius necessaria ob id est in
principio huiusmodi purgatio, præcauens ne hi humores maiores ve-
nas intrantes, materia fiant maioris mali. Nec mirū quidem videri de-
bet,

A bet, si antiquitas tantum vetuerit purgationes in principio, cum
illis fuissent occulta clementia hæc medicamenta, quibus nostra
ætas fruitur, nihilominus tamen blanda hac purgatione frequen-
ter usus fuit Hippocrates: nam primo fœminas vtero affectas iubet mer-
curiali purgari, inquit enim. In purgationibus autem mercurialem
ante cibos edat, & cibis mollissimis utatur, & acria edat. Sed aper-
tius adhuc constat leui hac purgatione in principijs morborum usum
fuisse. Nam in historia filij Cidis hæc refert verba. Sexta die alui
egestio à mercuriali, & calor & dolor cessasse videbatur. Rursus eo-
dem loco in historia Andreæ inquit. Sexta à mercuriali probè egessit
aluus. Et alibi etiam in hæc prorumpit verba. At si nuper cibato
cibus prior non descenderit, virtusque valida fuerit & floruerit ætas
subluere oportet: si verò virtus imbecilla fuerit, glande est utendum,
B nisi aluus sua sponte probè deiecerit. Quibus constat Hippocratem,
primum fuisse harum purgationum authorem, etiam si nostris carue-
rit leuissimis medicamentis. Has itaque interdicerè purgationes,
in morborum initijs, eorum est, qui nequeunt discernere succos à ve-
nis penitioribus emanantes, ab humoribus, qui peculiari ac proprio
ventriculi aut primarum venarum vitio in his colliguntur. Nanque
huiusmodi purgandi via, solum indicatur ab illis humoribus, quos su-
peruacuos appellamus, qui in prima illa regione vagantur, & ibi-
dem morbos procreant, aut parati sunt efficere, aut in alias partes
consequo trahuntur, transmittunturque, & vicinia, ac transmissione
lædunt. Qua fit ratione, ut in omnibus ferè morbis huius regionis,
citra controuersiam vacuatio hæc plurimum sit ex usu ac tuta. Licet
bitque usum probare, ac securitatem ex potentijs medicamentorum
C quibus eam molimur: nam quædam euacuant leniendo aluum, quæ-
dam lubricando, quædam rursus comprimendo. Ex quibus omni-
bus operandi modis nulla vis nullaque violentia inferitur natu-
ræ: quod esse commodissimum in omnibus vacationibus omnes
fatentur. Ex quo etiam elicitur, quod neque feruentissimus aëris
status hanc prohibere possit, cum materia non pauca consistat frigi-
da atque humida: neque ætas vel puerilis, vel decrepita, cum vires
aut nihil aut minimum offendant. Nec obstat consuetudo aliena
ab euacuationibus, cum horum medicamentorum materia familia-
rissima sit, ut quæ ad alimentorum naturam propius accedat: nec
sexus adhuc repugnat, nam hæc etiam gravidis tuto propinantur.
Quibus constare arbitror, quæ sit tuta hæc purgatio, ita ut omnib' mor-
bis

bis, dum eius necessitas præsit, adhiberi citra periculum possit. A
 Cæterum ut tutius rationabiliusque id fiat, hac decet uti distin-
 ctione: quod in morbis qui non oriuntur ab his superuacuis humo-
 ribus, quales putridæ febres sunt, & huiusmodi alij, licebit in prin-
 cipijs citra delectum ea uti, quo quidem tempore tutior est, quam
 dum natura aggressa est aliorum humorum coctionem. Quò fit,
 ut ea abutantur quamplurimi huius tempestatis medici, qui præ-
 missa vacuatione per sanguinis missionem, ex tempore se fecisse ar-
 bitrantur, si ante integram purgationem ea usi fuerint. quod solet
 (præsertim in malignis febribus, & his quibus maculæ per cutem e-
 rumpunt) in grauiora pericula præcipitare laborantes, quia aut mo-
 tum naturæ, aut coctionem inturbant: idque pulchra quadam
 sententia his verbis dixerat Hippocrates. Quod si non ab initio
 agrum curandum susceperis, sed signis iam in lingua existentibus, B
 finire oportet, donec iudicationes præterierint, & linguæ signa mi-
 tiora facta fuerint, & neque medicamentum dederis, neq; ad purga-
 tionem faciendam clysterem adhibueris, prius quam iudicationes
 prætereant. Quo loco signa præbet, quibus metiri huius purgatio-
 nis aut alterius tempus, quis facile noscat. Quò fit, ut sine vlla præ-
 paratione, primis diebus fieri desideret, ut quæ (præter alia quæ præ-
 stat bona, viam etiam externat sanguinis extractioni, ac rursus per-
 timescentibus clysteria, eorum necessitatem auferat, cum hoc tamen
 dum aut medicus primis morbi diebus accersitus non fuerit, aut sangui-
 nis mittendi necessitas plurimum vrget, non est extra rationem &
 mentem Hippocratis, ante septimum hac uti purgatione, licet vtilior
 longè foret primis statim diebus: verum quia ipse refert se fecisse sex-
 ta die, dum necessitas vrget, fieri conceditur. Verum quo tempore C
 morbus ab eisdem superuacuis humoribus, aut in propria regione,
 aut in quavis alia concitatus fuerit, non licet eos absq; præparatio-
 ne educere: id tamen cum distinctione fieri debet. Nam aut hi pu-
 trefcunt delapsi in maiora vasa: aut in propria regione, quo tempo-
 re non nisi præmissa coctione sunt educendi: aut citra putredinem ali-
 quam morbos pariunt, vbicunq; fuerint: qua profecto occasione, eos
 præparare expediet ijs medicamentis, quæ pugnant aduersus ma-
 nifestas qualitates, ut si crassi, viscosi tenacesque fuerint, attenuan-
 do, extergendo & incindendo eos præparare licebit: sicut si fri-
 gidi, calfaciendo, ac si calidi, refrigerando, in quibus duobus vlti-
 mis casibus, ea medicamenta licet alijs, quæ blandè purgant, ad-
 miscere, quæ hos humores eligant, & ab aliena regione trahant.

Ex

A Ex quibus iam constare arbitror, quæ sint quæ huiusmodi vacuatione
 indicent, quibus in morbis, & quo tempore, ac quibus medicamentis
 id fieri debeat.

Monendus tamen lector hac in parte est, ne dum hæc medicamen-
 ta exhibet, aut cibis indistinctè & citra considerationem permisceat,
 aut mox cibos exhibeat: verendum nanq; est, ne qui medicamēto mo-
 uetur vitiosus humor, alimentis permisceatur, mixtusq; venas eodem
 vitioso succo repleat: quò fit, ut experientia iam probatum habuerim,
 assumptis illis summo mane, ac super epoto iure pulli leuiter cocto,
 vtrunq; rectè procedere, nimirum ut & vires suas promptius commu-
 nicent, & neq; alimento vitiosos succos permisceat. Aliqua enim par-
 te ius illud alimentum est naturæ magis q; casia aut manna familiare:
 alia verò ex parte vehiculum est, ut medicamentum citius dissoluatur

B & agat, nec sperandum est hoc iure vires medicamenti posse extingu-
 nisi ex his fuerit, quæ comprimendo agunt. Cæterum consulenda
 est in hac re laborantis natura: nam si plurimum fuerit sicca, hoc iuscu-
 lo uti licebit: si verò humida, neq; hoc neq; alio alimento, donec medi-
 camentum operari desierit: nisi peculiarem ventriculi conditionem
 id postulare visum fuerit: siquidem multi sunt homines, quibus medi-
 camentum nihil agit, donec cibos sumpserint: alij verò sunt, qui ita aui-
 dam habent ventriculi facultatem, ut facile huiusmodi medicamenta
 conficiant, & velut alimentum commutent, in quibus non erit ab-
 re, non nihil alimenti admiscere, tum ut natura id promptius ex fami-
 liaritate complectatur: tum verò ut natura in coquendo immoretur,
 & medicamentum eo tempore suas vires exerceat, ac mediante illa
 mora aliquid à ventriculo expellat. In alijs etiam alimentum misce-
 re oportet, his nimirum, in quibus in animo est, à meseraicis & in-
 testinis aliquid educere, ut auidius attracto medicamento illo suc-
 co, facilius eius vi quod in eisdem immoratur, excerni possit: quod mi-
 re præstare diximus iusculum illud leuiter confectum, in alijs ve-
 rò longe à pastu consultius est huiusmodi medicamenta exhibere.

Expendere etiam oportet, an aliqua officinarum quæ continentur
 in hac prima regione, ita sit distemperata & malè affecta, quòd perpe-
 tua generatione ob sui vitium eosdem humores congerat, nam eò tē-
 pore per epicrasim (hoc est paulatim & per interualla) eos educere
 oportet, antequam aut corrumpantur, aut alicuius grauioris mali cau-
 sa sint: quemadmodum frequenter contingit in diuturnis affectibus,
 qui ab eisdem fouentur, & diuturniores ac ægrè curabiles fiunt, ni
 medicus id arte vetuerit.

Inter-

Plenior pur-
gationis diui-
sio.

Li. 3. De morb.

⊕

⊕

Plenior Pur-
gationis diuisio.

Interdicere etiam in leuibus purgationibus somnum oportet: quia A rationi consonum est, nullam posse fieri excretionem, sopita sentiendi potentia, quæ leuissimam huius medicamenti alterationem vigilans vix perferre valet, nedum dormiens. Quod equidem optimè confluuit Hippocrates dicēs. Sed & mali punici dulcis vinosi succum lacte caprino modico & melle admixto, paulatim & sæpe dato & noctu, & interdium, & somnum quam maximè prohibeto, quo purgatio & citius & copiosior fiat.

Seligens illa purgatio (quæ electorijs molitur medicamentis) inquam diuisimus superius vacuationem per expurgans medicamentum, ea est, quæ primùm abundeque intestina, ventriculum, viscera & primas venas, deinde venas maiores, postremò minores & habitum corporis euacuat. Cæterum in venarum cacochymia siue vnus siue plures humores vitiosè se habeant, id perpetuò medentis consiliū est, B eum ipsum qui viribus incommodat, eripere: alijs qui nihil peccant, si fieri potest, asseruatis in naturæ robur & vsum. Qua ratione illa dicitur propriè purgatio, quæ medicamento molitur, sibi proprium & familiarem humorem eligente. Quæ quidem purgatio, quo tempore humores eligit, in tres purgationis species diuiditur: in plenam videlicet, in minoratiuam, & in paulatinam seu per epicrasim factam: quæ omnes à blanda illa purgatione dissident, quia in ea humores superuacui citra delectum excernuntur: in illis verò omnibus, certus quidam humor (vnus aut plures) eligitur. Differunt tamen inter se, ratione maioris minoris ve quantitatis humoris, quam vnaquæque expellere habet. Sed conueniunt omnes, quòd à seligenti fiunt medicamento: & quòd à venis maioribus ac minoribus, & rursus à toto corporis habiturum humores alliciant ac pellant, necnon & à quibusdam corporis, signatis particulis vt à capite, articulis & huiusmodi alijs. C

De plena pur-
gatione.

Plena hæc purgatio maius facessit nogitium, quam vulgus omnino imperitum, & medicorum maxima pars existimat, licet nil audacius ab imperitis fieri reperiat, quod summum est ignorantia genus. Namque cognoscere qualis sit peccantis humoris natura, quali medicamento debeat excerni, quanta rursus medicamenti quantitas sit adhibenda, qua etiam temporis occasione, quo ve præmissio corporis aut humoris apparatus, indocta plebecula rectè iudicare nequit: præterque quòd his omnibus adhuc cognitis, non sat erit, ni adamussim medicus caluerit hominis naturam, conditionem ac vires, & multa alia quæ breuitatis studio, consultò prætermitto. Quòd si ita res se habet, haud quaquam decet citra maximam considerationem, medicamentum

L. de Affectio-

A tum expurgans porrigere: Inquit enim Hippocrates. Quæcunq; verò pharmaca purgant bilem aut pituitam, in his pericula fiunt, & culpa medentibus imputatur: quam maximè igitur ea vitare oportet, Cuius grata præstat expèdere, hanc plenam seu eligentem purgationem expellere vitia humorum, qui mediam illam corporis regionem occupantque humores qui à debito recedunt modo, soli è massa sanguinaria desiderant excerni, alijs secundum naturam existentibus, superstitibus. Debetur etiam huiusmodi vacuandi ratio superuacuis humoribus, in venis maioribus & in toto ambitu existentibus. Verum vt vno verbo quæ huic vacuationi sunt propria, complectar: ea citra controuersiam debetur humoribus quibusuis huius regionis, aut turgentibus, aut coctis: Cruda verò nulla ratione medicari licet, tum propter alias quas medicorum schola vulgatas habet rationes, tum verò quia medicamentum purgantia quorum ope debent expelli non habent cum huiusmodi crudis humoribus similitudinem eam, quæ inter medicamentum & humorem requiritur, vt actio prospere fiat: putredo enim dissimiles reddit humores. Neque obstat, in humorum turgentia ijs medicamentis licere vti, antequam coctione humores reddantur similes: nam in turgentia habemus naturam adminiculantem, & minori medicamenti negotio humores expelluntur. Itaque hæc vacuationis species perpetuò desiderat humores turgentes aut coctos. Quapropter decreui hoc loco docere, quid verè sit turgentia, & quid coctio, & quomodo semper necessaria sit similitudo hæc inter humores & medicamenta, & tandè quæ sit vera cruditas, qua humores medicamenti redduntur dissimiles.

De Turgentia itaque natura longè diuersa mihi est à vulgari sententia. Nam turgere apud vulgus medicorum dicuntur humores, cum ve C hementi motu agitantur, ac ab vno loco ad alium confluunt, & dolores ac titillationes inferunt, quiescereque agrum non permittunt: denique tota ratio turgentia apud eos, pendet ex humorum varijs ac inordinatis motibus: fit itaque vt cum non quiescant, neque coqui possint, vacuari tantum desiderent. Ego verò (nec deest in hac re doctissimorum etiam sententia) existimo turgentiam non posse pertinere ad humores ipsos, sed potius ad naturam nostrum corpus gubernantem. Quod iam probare aggredior, initio sumpto ab acceptione huius vocis. organ. id est turgere, qua vsus est Theophrastus, vbi refert plantas turgere, & per hoc verbum intelligit habere appetitum, & impetum seu cor. citationem quandam naturalem germinandi, & producendi fructus ex materia quam hyeme contraxerunt: cuius facta collectione magna, ineunte vere concitatur naturalis plantarum appetitus ad germinandum:

Turgentia
quid sit.

L. 1. de Cau. plan-
ca. 6. 14.

L. Eodem. ca. 11 dum: qui quidem actus appetitus dicitur apud Theophrastum turgentia, & sic inquit, plantas turgere ad partum. Et rursus appellat illam vocem organ. id est, surgere ad expellendum. Apud Aristotelem etiam reperitur passim metio huius vocis, turgere, ubi loquens de quadrupedum foeminis, refert ad concubitum eas turgere, ex prominentia genitalium partium, sumpta ad id cognitione, nec non & ex frequenti mictu. Vnde & apud Aristotelem etiam, turgere, naturale significat desiderium & insitum appetitum, quo foeminae concubitum quaerunt, ad sobolem propagandam. Hippocrates etiam usus est hoc nomine organ. eadem significatione: nam loquens de fracturis, quibus os propelli debet, inquit. Si ossium recessio in hoc curationis modo futura est, nota haec erit. Pus copiosum ex ulcere emanat, turgereque pars affecta videtur. Galenus etiam in comento inquit: Quod si gliscere quoque videatur, quod organ. vocat: ad excretionem festinare ac incitari pars quae laborat, tunc pro certo id haberi potest. Ex quibus utriusque authoris verbis confirmare licet, hanc vocem, turgere, non ad humores, sed ad partem ubi continentur, proprius pertinere: siquidem ut inquit Galenus, quando os abcessurum est, inuertuntur labia ulceris, ac intumescunt veluti turgentia ad expellendum. Igitur turgere apud Hippocratem, Theophrastum & Aristotelem est, quando pars aut totum corpus gliscit, ac ferbet expellendi desiderio, quod sibi molestum est. Eodem prorsus modo in humanis corporibus coniectabile est naturam turgere, cum aut onere premitur, aut acrimonia & malitia lacessitur, & ad vacuandum gliscit & mouetur. Quam sententiam confirmat etiam Hippocrates in foeminis, quae non probe purgantur a partu, & hac occasione succrescunt illis febres aut alia mala, quae eo loco idem author refert. Inquit enim, cum sic habuerit, leues cibos exhibeto: & si turget, pharmacum infra purgans bibendum dato. Quibus verbis apertius adhuc monstratur, hoc verbum, turgere, non ad humores sed ad corpus aut particulam referendum esse. Quotidiana etiam experientia hac sententiam nostram corpora confirmant, siquidem plurimum turgent, & inquieta manent, quo tempore aut alui excrementa aut vrina plus iusto detinentur: insurgit enim tum natura ac turget, ut ea e corpore pellat, licet nullo motu excrementa sua sponte moueantur. Quo etiam manifestum fit, verbum organ. tantum pertinere ad naturam, cui proprium est appetere: minimè verò ad humores, quibus neque appetitus neque mouendi potentia inest: licet Galenus, eandem vocem humoribus dederit, cuius sententia perperam fortasse intellecta, decepti medici ferè omnes, humores turgere

L. 6. De histo. az. ni. ca. 18.

L. 3. de Fract. ex. 18.

L. de Mor. muli

**L. 1. Apho. cō. 22.
L. 4. Apho. cō. 1.
L. 5. Apho. cō. 29**

A gere existimant, aduersus omnem ipsius rei naturam & rationem.

Ego tamen cenfeo non fuisse id temere & in consulto à Galeno dictum: legerat enim Hippocratem, Theophrastum & Aristotelem: sed ut ostenderet qualis futura sit natura humorum, qui nulla praemissa coctione, debent pharmaco extrahi, quod clarius existimauit se docuisse, ex irritamento & conatu, quae in naturam ipsam totius corporis aut partis humores huiusmodi inferunt. Qui quidem cum tantum lacefferint expellentem facultatem, ut turgere ipsam efficiant, tunc eos nulla spectata coctione protinus extrahere licet: nam eo tempore naturam ipsam habebimus adminiculantem, ut quae ad expulsionem irritata turgeat: differre enim in his vacationem, malum est, tum propter vim quam ab humoribus natura sustinet, tum verò quia verendum est, ne ad principaliorem aliquam particulam eos lacessita pel-

B lat. Cum enim natura concitata est, & appetit excretiones, tunc quidem vacuare expedit, etiam si materia cruda sit, siquidem dum se exonerare conatur, minimè sperandum est, coctionem efficere posse. Potissima nanque ratio propter quam in morbis spectare licet coctionem, est, ut naturam habeamus expulsionem adminiculantem, id autem fit, cum prius cocoxerit, aut dum irritata turget. Quò fit, ut ad expurgationem quam citra coctionem moliri intendimus, non semper expediat hos humorum motus rimari, quos medicorum vulgus ineptè considerat: sed in quamplurimis alijs morbis purgare etiam decet, ubi aut propter abundantiam aut aliam humoris deterrimam qualitatem, natura appetitu quodam concitatur irrita, ac insurgit ut se exoneret, frustra tamen quia aut impotens sua sponte, aut grauata id perficere nequit. Sed proh Deum immortalem, quoties id miser-

C rima natura desiderat, ac medicorum ignorantia aut rustico timore, pondere grauata obruitur, aut dissipata & defessa labascit. Egregie enim videtur Hippocrates exortari medicos omnes dicens. Nihil temere, nihilque negligenter agendum: quare bifariam videntur deliquisse medici, tum quòd temere & inconsulto purgationem anteuertant, tum verò quòd nescio quo pernicioso timore perterriti, eandem praeter rationis leges, non sine magno laborantium dispendio, differant, ignorantia decepti, aut experientia destituti. Quapropter toto animo expendere oportet, turgere naturam posse, non solum à calidis tenuibusque ac malignis humoribus lacessitam, sed & à multis & à frigidis, quemadmodum docet Hippocrates, qui turgere foeminam refert, pituitosorum humorum copia. Quò fit, ut saepe natura varias incipiat vacationes, & ab inceptis mox subsistat, & impotens auxilium

L. 1. Popu.

L. de Mor. muli.

L. i. De Arte.

L. i. i. sermone. 3
cap. 23.

exposcat, & monstrat: quibus adhuc non mouentur inexorabiles me-
dici, sed tantum ut symptomaticas damnant, futurum periculum præ-
dicentes, præcauentes autem minime, cum sæpius consuluerit Hippo-
crates, quod natura vergit, eò oportere ducere: quæ sententia præter lo-
cum quem vacuationi aptum commonstrat, quid etiam agendum sit,
natura tanquam medicorum magistra insinuat. Quod pulchra qua-
dam sententia his verbis dixerat Hippocrates. Natura autem stimula-
ta & impulsã artis peritis quæ faciendã sunt, demonstrat. Idẽ etiã re-
tulerat Aëtius ex Antilo, nam inquit. Quũ igitur purgare volueris,
præattenuare oportet, ac secare crassos ac viscidos humores, & meatus
aperire, per quos humores transferuntur ac trahuntur à purgatorijs
medicamentis (ac subdit) & serosos quidem ac tenues humores in prin-
cipio morborum euacuare oportet: in crassis verò ac viscosis cõcoctio
spectanda est, qualis est pituita & bilis atra: sed & in omnibus diutur-
nis morbis semper coctionem expectare conuenit: in acutis verò, cum
commotã fuerint materiã, etiam in principio pharmacum exhibe, &
tamen cum multa cautione. Quibus verbis manifestè docet, quos hu-
mores turgentium vice in principio extrahere oporteat, ut latius paulo
inferius monstrabo. Nam quorsum obsecro naturam potius cogere
oportet ad coctionem, ipsa renuente, quàm ad euacuationem iuuare,
vbi ipsa ad eam irritata turget. Ego quidem indubitanter existimo
defatigari magis ac exolui, quo tempore cogitur ad coctionem inui-
ta, quàm cum ipsa ad vacuationem est propensa, illi opem ferre, cruda
existenti materia. Neq; obstat, nusquam expellere, quin prius concoxe-
rit, nãq; id semper fit, cum animal naturæ legibus gubernatur. Verum
quo tempore pugnat aduersus noxios humores, non tenetur seruare
legem & consuetum ordinem, sed quàm primũ se ab eisdem libera-
re: quod fit, ut sæpe turgeat, & vacuari desideret.

MER. V. M. ne quis vulgi errore decipiatur, credens in quavis
materia furenti protinus esse vacuandum, expendat oportet, non
semper id esse verum, neque tutum: veluti quando corpus cras-
sis repletum cibus, aut crudis humoribus grauatum fuerit, aut quan-
do obstructione magna & præcordiorum tensione laborat, aut si ve-
hemens calor illud affligat, aut si denique inflammatio vrat. Quare
etiam Hippocrates, quosdam pestilentia laborantes, purgatione, quæ
nimium furenti materiæ conuenire videbatur, offensos fuisse com-
memorat, eò quod præcordia ipsis intenta fuissent. quare & hæc om-
nia obseruasse decet.

Quid turgere sit, dictũ est hucusq; quæ verò coctio debeat præparari
humores

A humores, ut feligenti pharmacho excernantur, docere nunc superfluum
quod quidem difficile est nosse, nisi prius quid liceat per cruditatem in-
telligere nouerimus. Cruditas namq; multis dicitur modis: primò;
pro inconfecto alimento, siue in ventriculo, siue in iecore, siue in venis
quarum cruditatum nulla ratione licet expectare coctionem, quia v-
nius membri defectus nequit alterius ope emendari, saltem ex toto:
quod fit, ut statim liceat euacuanti auxilio uti, præmissò tantum ad va-
cuationem apparatus. Secundò accipitur pro superuacuis humoribus
dũ aut crassiores, tenuiores, calidiores, frigidiores ve facti sunt, quàm
par est: quo tempore præmissa eorum præparatione per contraria, citra
coctionem purgari possunt. Tertiò accipitur cruditas, pro humorum
redundantia, vtriusq; nempe bilis, aut pituitæ, modò vnus ex his, mo-
dò plures redundent, modò crassiores, tenuiores, aut distemperatio-
B res facti sint: quo etiam tempore nullam ad expurgationem licebit
expectare coctionem, sed tantum aut extenuare, aut attemperare, ex
quo elicitur, humores synceri, tenues, acidi, falsi & adhuc humores
naturales, dum supra modum creuerint, nullo modo posse concoqui
cum eorum vitia coctione minimè emendari possint. Quod fit, ut præ-
paratione solùm præmissa ad expulsionem, eos expurganti medica-
mento extrahere liceat, nisi velimus coctionem expectare, ut alij
concoctis, vitiosos facilius pellat natura, quod paulo inferius latius
monstrabo. Quarta & vltima cruditatis species per putredinem
contrahitur: nam putredo quæ corruptionem molitur, in re quam in-
uadit, dissimilem eam in substantia reddit, & in qualitatibus. Quæ
dissimilitudo verè cruditas dicitur, siquidem coctio est assimilatio,
seu similitudo rei quæ coquitur. Neq; obstat, quod Aristoteles frigidi-
C tatem solam esse cruditatis authorem asserat, nam in viuentibus aliter
res se habet, quia calor etiam cruditatem quodammodo parit, ut in
humoribus putrescentibus conspicuum fit, qui crudi fiunt ac dissimi-
les, aucto ex prohibita transpiratione calore, & ab eodem melius po-
stea transpirante, assimilantur, & concoquuntur: hæc enim est illa
cruditas, de qua inquit Hippocrates, Non mouere cruda. Nam cum
humores dissimiles facti sint per putredinem, nullam habent cum me-
dicamento trahenti similitudinem, & sic non cedit cruda passio, neq;
naturam habebimus adminiculantem: Quæ ratione tantum tur-
gentia licet medicari, aut cocta, hac significatione accepta, modò
crassa sint, modò tenuia, serosa, viliosa, melancholica, pituitosa, super-
uacua, intra venas contenta, modò putrescant, in quibus omnibus in-
uio labile est præceptum, coctionem expectare: sicut in eisdem humo-

L. 4. M. ethico.

ribus vbi non putruerint, frustra & erroneum est, eandem expectare ad purgationem, quia non sunt naturæ dissimiles, nisi per qualitates solū, quas expedit suis contrarijs corrigere, & absq; coctione expurgare: at in putrescentibus humoribus secus res se habet, quia putredo corruptio est substantiæ & qualitatum, ab alieno calore: qua quidem dissimiles redduntur naturæ operibus res quæ putrescunt, vnde natura rursus eā materiā aggreditur emēdare, ac euincere, quod assimilando cōsequitur per coctionē. Putredo nāq; corruptio quædā est, & ea fit per diuisionē humidi à sicco. Coctio verò quæ illi est cōtraria, assimilat ac vnit separatas partes. Cuius gratia meminisse oportet, tres esse in nobis ex Gal. mēte alterationes: vna est, in qua fit perfecta assimilatio secundū substantiā & qualitates, quæ tantū tendit ad nutritionem: cuius vitio pullulant illæ tres cruditatis species, quas diximus non posse amplius coctione emendari. Alia verò est alteratio, in qua nulla fit assimilatio, & illa est verè putrefactio, quæ ad corruptionē omnino tēdit, dissimilitudine intermedia. Alia vltimò est, in qua similitudo fit per qualitates, dissimilitudo verò manet in substantia, quā quidem Gal. aliquādo vocat coctionem, ob eam partem in qua fit assimilatio, aliquādo verò putredinem, ob substantiam quæ relinquitur inutilis. Quò fit, vt meritò dixerit Galenus: Coctio est quæ facit cessare putredinem manente substantia: quod alijs verbis dixerat Hippocrates, nam inquit, Fit autem coctio ex permistione temperaturaq; mutua, & quasi coctura. Sed dicet fortasse aliquis, coctionem non esse putredini oppositam, cum contraria non sint: quo igitur modo facit cessare putredinem? putredo nanq; simplici opponitur generationi. Cui dubitationi dicimus, duplicem esse oppositionem, alteram ex natura essentia ve putredinis & coctionis promanantem, cuius ratione putredo & coctio non opponuntur: alteram verò ex causis, qua mediante opponuntur. Nam coctionis causa robur est innati caloris, putredinis verò robur extranei, cum innati debilitate. Itaq; coctio hæc non potest ad nutritionem tendere, quia nequit assimilare substantiam, sed solū qualitates: quibus euictis cessant putredinis causæ, vt confecto purè cessat omnis putredo. Eodem prorsus modo in febribus, putrescentes humores à natura coquuntur, & post coctionem relinquitur in venis substantia humoris putrefacti, siue concocti, qui veluti cinis est, & puri proportionē respondens, quem per seligens medicamētū euacuare docet ipsa artis ratio. Cæterum si omnino corrupta putrefactaq; fuerit materia, protrinus si fieri possit, est euacuanda (id enim semper in morituris reperitur) ratio quidem est, quia coctio tantū facit cessare pu-

L. De Veteri. med.
di.

De morbis

Atredinē quæ fit: nā quæ facta iā est, & in corruptionē de generauit, emēdari minimè potest, ac per cōsequens, neq; coctione cessare. Rectè igit Gal. scribit, humores in quibus ascēsa est putredo, coquēdos prius esse deinde euacuādos: nā coctio facit vt substantia quæ euacuari debet, facilius ab alia separetur, & actu fiat quod prius erat potentia: siquidē humores putrescētes cū tota massā (vt aiūt) sunt cōmixti, atq; natura coquēdo totū illud efficit excrementū, quod vincere potuit. Qua ratione cum expurgans medicamētū iā habeat excrementū sibi familiare, biliosum videlicet, pituitosum aut melancholicum, & natura ab eodem infestetur, tanquā ab excremento, mutuo auxilio euacuatio fit, trahente nimirum medicamento quod sibi est familiare, & expellente natura quod illi est excrementum. Quibus iam cōstare arbitror, quid verè dicatur turgere, quid crudū, & quid coctum, ac deniq; qualis debeat esse natura humorū qui hac plena purgatione vacuari desiderāt.

Ex quibus etiam manifesta fit occasio, seu tempus exhibendi seligens hoc medicamentum. Quod quidem vt refer Galenus, nulla ratione à numero dierum capi debet: sed in humorum turgentia, quo tempore apparuerit periculum alicuius partis præstantis: in humoribus verò qui vrgent, nō licet moliri plenā vacationē, nisi præmissa coctione: quod licet intelligere (vt sæpius diximus) de crudis humoribus per putredinem. Quòd alio signo monstauerat Hippocrates dicens: medicamentum tandem donec corpus floridum est, ne propinato: non enim vacuantur nisi parum, vt pote corpore turgente. Quum autem gracilis ac macilentus fuerit, tunc bibendū exhibe, & euacubitur: qua sententia apertè monstrat, in febris remissione ac non in vigore, quem turgentiam appellat, tantū esse purgandū. Quod alijs verbis dixerat, nimirū, Quū verò impetu fertur morbus, & ægrū & medicū à curationibus quiescere cōuenit, ne quid mali inducatur: Ac ne nos decipiat naturæ errans motus, necessum est expēdere, in febribus mali moris in quib' maculæ illę in cute pullulant, aliquādo naturā aliquas moliri citra vllā coctionē vtilis vacationes, in quib' experiētia nobis cōpertū est, nō esse tutū expurgāti medicamēto eo tēpore mouere, & motū naturę sequi: nā licet aliquādo profint, sæpe tñ fallere solēt. Quia cum plurimū sit venenosa materia, vtcūq; moueatur, magis lædit, vt videre licet adhuc in his vacationibus quas natura molitur. Quapropter nō decet medicamēto vti purgāte, in huiusmodi febrib' donec morb' inclinauerit, alioquin grauissima suboriētur symptomata. Pari lege cauendum esse à diebus imparibus in pharmaci exhibitio- ne apertè consulit Hipp. dicens: quicumq; iā à febre continua correpti,

Li. 4. Acut. com.
76.

Li. De loc. in ho.

Li. 3. De morb.

Li. 4. De morb.

pharmaco vsi sunt in dieb⁹ paribus, hi nimirū purgati nunquam sunt: A
 qui verò in diebus imparibus medicamento forti vsi sunt, nimirū
 purgati sunt. Multi verò etiam perierunt nimium purgati: proinde
 priores medici in hoc maximè peccarunt, nescientes quòd hæc res se
 ita habeat, humor enim in corpore egroti magis turbatur in impari-
 bus diebus, nimirum corpore humorem ad ventriculum transmit-
 tente. Et si quis iam turbatum adhuc magis perturbet medicamen-
 to immisso, nil miri est, ex talibus hominem perire. Quamob-
 rem, huius quoq; rei maxima prouidentia habenda est: nam pluri-
 ma expurgantibus medicamentis accidunt mala, quæ proculdubio
 huic occasione reduci possunt. Qua quidem occasione inspecta, facile
 vetari possunt.

Verum quia non sat est, hæc omnia nosse, vt citra periculum li-
 ceat pleniori vti purgatione: plura adhuc licet considerare. Nam de B
 bita rerum omnium dispensatio, quibus vita sanitasq; humani corpo-
 ris aut custoditur incolomis, aut restituitur amissa, in debita earum
 qualitate & quantitate inuenienda, potissimum constituitur. Qua-
 litas equidem seu Idea medicamenti purgantis vsu experientiaq; ma-
 iorum nostrorum probata, debet nobis vsurpari, iuxta humoris
 peccantis naturam: quod Hippocrates consuluit dicens: Oportet
 igitur primū biliosis dare quod bilem expurget, pituitosis quod
 pituitam: ea nempe quæ magis regioni & vitæ moribus familiaria
 sint. Quantitas quoq; medicamenti comprobanda experimento est,
 licet de hac re nulla traddi possit certa sententia: tã enim est varia cor-
 porum proprietas & conditio, nec non rerum non naturalium & præ-
 ter naturam, vt frustra ac periculofum sæpe sit, in practicis operibus
 doses medicamentorum purgantium assignare. Dixit enim Hippo C
 crates, Incerta est coniectura eorum qui ad quantitatem in purgatio-
 ne cautè procedunt. Qua ratione interrogare oportet, num aliquan-
 do laborans medicamentum sumpserit, & an obedierit satis & pro-
 votis, an obstiterit purgationi alius: quòd si nimis ad ventris solutio-
 nem facilem cognoueris esse, mollioribus agendum est medicamentis,
 aut in minori copia. Si verò nihil excreuisse, aut perquam parum, for-
 tioribus, metita prius medicamenti quantitate, in ordine ad corpus
 temperatum. Deinde quòd præsens homo fuerit facilius aut difficilius
 ad ventris solutionem: ita medicamentum tenetur esse exacutum, aut
 debile. Verum si nusquam expurgatus fuerit homo, perdiscere oportet,
 quantum habeat aluum siccam aut humidam, vt inde sumpta in-
 dicatione, doses medicamenti certius metiamur. Vltimò verò certò
 meti

L. De Med. purg.

metitur quantitatem exhibendi medicamenti, morbi vehementia ac
 virium robur, adhibita inconsiderationem materiae copia: cuius indi-
 cationis meminero latius paulo inferius, & abundè etiam diximus in
 Methodo vniuersali.

Minoratiua purgatio ea est, qua materia morbi minor redditur cir-
 ca ipsius principia, moliturq; feligenti medicamēto, ac debetur humo-
 ribus in secunda corporis regione existentibus, quorum tanta est quã-
 titas (siue putrescant aut secus) vt timor sit, ne natura succumbat, atq;
 ante integram eorum coctionem deficiat, aut hebetescat: quò fit, vt
 minori iam facta materia, natura reddatur potentior supra residuum,
 illiq; securius dominetur ac imperet. Sed est circa huiusmodi vacuatio
 nis speciem inter authores, nō leuis cōtrouersia, quã potius existimo
 ex opinione ortam, quàm ratione aliqua probabili promulgatam.

B Quidam enim tenaciter asserunt, nulla lege esse in morbis minoran-
 dum, fulciantes suam opinionem quibusdam Hippocratis, & Galeni
 locis, iudicio nostro perperam intellectis: alij verò contrarium sentiunt
 & tuentur: à quibus tam est hæc difficultas pro vtraq; parte agitata, vt
 fatius esse existimauerim, quid in hac re agendum sit, constanter asse-
 rere, quàm in aliorum nugis ac futilibus rationibus respondendis, tem-
 pus contere. Sed restat adhuc Hippocratis expressa sententia, quæ vi-
 detur omnino minorantē purgationē interdiceret: quæ se habet in hūc
 modum. Quicumq; igitur à febribus fortibus corripuntur, ijs medi-
 camenta purgatoria dare non oportet, donec remiserit febris: sin mi-
 nus saltem non intra quatuordecim dies. Quæ quidem sententia iu-
 dicio nostro, non debet vt iacet intelligi, & primò patet, quia videtur
 oblitus illius præceptionis, qua medicari in valde acutis si expedierit
 eadē die, tardare enim in talibus malū esse, admonuit: necnō illius quæ
 opportunissimū tēpus præsidiorū putat morbi principii: inchoantibus
 inquit, morbis, si quid videtur mouendū moue. Quæ quidē exposito
 re Gal. luce ipsa clariùs prodūt, principio morbi anteq; vires successerūt
 poris collabantur, & morbus augeatur, debere humores febris aut al-
 terius morbi authores extra corpus pelli, potius q; transacto principio
 vires tū morbi vehemētia, tū necessaria ciborū parsimonia diminuat
 neutiq; remediorū vim sustinere valeant: morbus quoq; indies exau-
 ctus magnitudine, multò magis exasperabitur medelis, quàm si quo
 tēpore debilis erat, profigaretur. Quod etiā Gal. cōfirmat dicens: Prin-
 cipiū morbi esse tēpus in quo si quid vrget, aut purgare, aut secta vena
 vacuare licet: nam Gal. hac sola ratione iudicauit nullū artis præceptū
 esse inuiolabile, quando instat periculum vitæ. Præsertim cum pur-
 gandi

De minorati-
ua purgatiōe.Li. De Med. ex
pur.Li. De opti. feci
adtra.

L. De tēpo. mor.

Li. 4. Acuto. cō. 46. **A** gandi scopus eodem Galeno authore, nulla ratione à numero dierum capiendus sit, sed aut à coctione, aut in ipso statim principio; antequam in loco aliquo firmati sint humores, qua sententia augmentum morbi excluditur, præsertim quum accidentia quæ superueniunt, ratione coctionis materiæ proueniunt, quo tempore vicè gerit status, quod tolerabilius esset, si aut leui pharmaco uteremur, aut accidentia ex humorum motu aut malitia quâritate ve prodierint, qua occasione vicè principij gerit augmentum, & minoratiuam aut blandam purgationem facillè admittit. In principio nanque naturam sentimus onustam nimis, & ceu nauseabundam, quod ex magnis & paruis, seu ex horum inæqualitate constantibus pulsibus (quo signo nil pulchrius ac certius vires onere fessas esse ostendit) manifestatur. Nam hac ratione dixit Hippocrates, natura autem stimulata & impulsâ artis peritis quæ faciendâ sunt demonstrat: loquebatur quidem de his quæ medicus tenetur agere, dum natura coacta nequit perficere quod conatur. Itaque tantam præbet natura suæ indigentia demonstrationem, vt pulchrè Hippocratem dixisse constat, Dū inquit. Adhuc idiotis subnerare naturâ quod faciendum sit. Quamobrem contingit sæpius, vt natura humorem semicoctum propter eiusdem malitiam conetur expellere, quem tamen ex vberissima copia nimio onere pressâ mouere nequit. Quod cum ita sit, cur purgatio non fiet principio morbi febrilis, vehementia aut multitudine grauantis ac dissoluentis vires? siquidem imminuta materia, minuetur obstructio, consequenter que putredo ipsa. At ego existimo Hipp. sententia illa, qua falsiuntur suam opinionem, qui contrariam tenent, non vetuisse omnino purgationem, præsertim vrgèti periculo, sed consuluisse potius id esse rarò agendum, quemadmodum ipse inquit in Aphorismis. In acutis rarò, & inter initia purganti medicamento vti. Nam alibi in acutis tantum prohibet integram purgationem, haud quaquam eam simpliciter explodit, dicens. Oportet rarò in acutis multos educere humores, in lassitudinarijs autem, omnes. Quæ sententia docet apertissimè, humores lassitudinem inferentes, vt pote qui turgere naturam faciant, in vniuersum fore vacuandos: eos vero qui absque turgentia magnum constituunt morbum, non quidem omnes, sed paucos, quo minorem factam causarum molem, natura vincat promptius & tutius: ac etiam quia purgantia medicamenta vt pote quæ calida sunt, non sustinent acuti morbi, calidi etiam, nisi in parua quantitate, & in principijs: aut si maior necessaria est medicamenti quantitas, dum remiserit febris. Itaque iuxta optimam rationem censeo, hanc Hippocratis sententiam debere tantum intelligi de

A gi de plena purgatione, & nō de minoratiua: aut dum nihil est in morbis, quod cogat anteuertere plenioris purgationis debitum tempus. Præsertim cum idem Hippocrates primus omnium, fuerit minoratio nis author, refert enim ipsemet hæc verba: Hos si ab initio purgare volueris, id ante diem quintum facito, vbi venter murmurauit, si non, à medicamento abstineto: verū si murmurauerit, fuerintq; excrementa biliosa, scamoneo mediocriter purgato. Quibus verbis apertè monstratur, Hippocratem vsum fuisse minoranti medicamēto. quod apertius adhuc confirmat Galenus in commento, dum inquit. Purgat igitur in morbis qui ante decimam quartam coqui non possunt. Sed clariùs adhuc idem Hippocrates paulo inferius, in hunc modum prorumpit. Nā vel statim ab initio prius quàm in partem aliquam confirmetur humores, medicadum, vel postea cum ad maturitatem perducti fuerint: quā ob causam & prima interdum die, & secunda, & quarta, & interdum **B** quinta, medicamēta dedimus. Quibus equidem rationibus persuasus existimo, vsq; ad quintam diem licere vti minoranti medicamento, postea verò minimè, nisi aut humore cocto, aut saltem decima quarta die transacta, vt sententia illa Hippocrates iudicio nostro præcepit, & Galen⁹ etiam insinuare videtur. Neq; obstet illud, quod apud vulgus medicorum communiter fertur, nimirum quod omnibus illis locis quibus Hippocrates, & Galenus loquuntur de purgatione in principijs, eorum sententia debet intelligi de humoribus turgentibus: iudicio tamen nostro longè à veritate distant, ratio est: quia turgentes humores non solum in principijs, verum & in omnibus alijs temporibus protinus sunt expurgandi: quò fit, vt aliud docere videantur illæ omnes sententiæ. Ex quibus manifestè elicitur, licere in acutis morbis, vbi **C** veremur ne citra maximum damnum, morbus ad statū peruenire possit, indubitater minoranti vti medicamento: sic profectò in pleuritide præcautionis gratia prima, secunda, quarta die & interdum quinta, licet purganti medicamento vti: Postea verò, aut cum fluxio iam cessauerit, haud quaquam, sed cum ad maturitatem peruenerit humor. Quamobrem Hipp. dixit: Quicumq; autem ea quæ inflāmantur, statim inter initia morborū, medicamēto soluere conantur, hi nō solū ab intensa inflāmataq; parte nihil adiunt, cum non cedat cruda passio obsequaturq; verum quoq; & quæ morbo aduersa & quæ sana sunt, absument. Quibus verbis insinuat fluxio iam humore in particulam, non licere ante maturitatem medicamenti irritare: Nō tamen negat, antequam firmetur, præcautionis gratia, primis diebus medicamēto purgati vti, nihilominus tamē experientia mihi est cōfirmatū, apparentibus tamē coctionis signis

L. 4. Acutorum text. 64.

L. 1. Aph. cō. 24.

L. 4. Acuto. text. 22.

signis, non tamen perfectis, in pleuritico in quo plurimū humoris re-
 A dundare cognouerimus, ac periculum est, ne si in particulam decidat
 maius efficiat malum. prodesse plurimū parum casia præbere, cōmix-
 tis agarico aut rhabarbaro.

In morbis verò diuturnis si multa fuerit materia, vt periculū sit suf-
 focationis, consultius quidem est, medicamento vti minoranti, quā
 ægrum mori permittere. Verū etiam si huiusmodi periculum abesse
 cognouerimus (quod in acutis fieri non decet) in his eodem minorati
 uo expediet vti, apparente tamen coctione, quam in his in quibus peri-
 culum adest, expectare non decet: ratio est, quia cū humores tam sint
 crassi & multi, vis medicamenti, ante principium coctionis, permeare
 non valebit, ac per consequens, neque quicquam trahere, præter ea quæ
 in vijs ductuum repererit: quapropter præcipua minorantis medica-
 menti occasio est, in diuturnis periculosis protinus, in non periculosis
 B incepta coctione: in acutis verò citra coctionem, aut incepta etiam, cæ-
 terū non præferuante. Nam in his morbis in quibus coctiones delite-
 scunt, & occultantur, triplici ratione, tenemur minoranti medica-
 mento vti. Prima, vt id quod semel coctum est, è corpore excernatur,
 nam quod excrementitium iam est factum, etiam si euictum sit, vbi
 diutiùs detinetur, plurimū lædit. Secūda, quia alternatiua coctio, cui
 dens est argumentum facultatis onere pressæ, siquidem inæqualiter
 ipsa in propria actione mouetur. Tertia quia materia aliquod minatur
 accidens, quod præcauere necessum sit. Itaque in his minorare oportet
 expectato tamen coctionis principio, iuxta Traliani præceptum, qui
 hanc sententiam his verbis cōfirmat: Verū laborādum est, vt humo-
 res ad coctionem perueniant, neque in vetustatem venire sinendi sunt
 sed purgandi. Cū enim in corpore diutiùs insident, magis adhuc ex C
 omnibus præsidijs quæ calfaciunt & extenuant, crassi fiunt. Deniq; iu-
 bet quavis coctione apparente, adhibere medicamentum materiam
 minuens: nam si purgatio differatur ad plenam (etiam inquit) assump-
 to medicamento, quod copiosius purget, magnam corpori intempe-
 riæ conciliari, & potius nocere, quā iuuare. Cæterū si morbus fue-
 rit citra febrem, nec verēdum est in ipso morbi principio humores pur-
 ganti medicamento minuere. Quod etiam iuxta optimam medendi
 rationem fieri potest, in quibusdam febribus affectibus, in quibus præ
 humorum abundantia periculum aliquod imminet, vt in febris syncō-
 pali humorosa, amphimerina & alijs huius census: quid enim stultius
 esse poterit, quā vbi conspexeris multis humoribus premi vires, &
 inæquales apparent pulsus, diutiùs velle differre curationem, & pericli-
 rantibus

L. 12. c. 7.

A tantibus viribus dare verba, donec oneri succumbentes concidant. Ne-
 que obstet dixisse, in febribus coctionis principiū expectare oportere:
 nam illud intelligitur de his quæ non cogunt debitum tempus purga-
 tionis anteuertere. Ex quibus iam constare arbitror, licere vti minuen-
 te purgatione & in acutis & in diuturnis morbis, pensatis prius quæ
 nuper diximus, quapropter non video cur non debeat extolli, & maxi-
 mo haberi pretio huiusmodi purgationis vsus, ac nō solū in his quæ
 diximus, verū & in multis alijs, in quibus loci præstantia & doloris
 vehementia plurimū vrgent. Sic enim Pauli & aliorum præcepto,
 in doloribus capitis & alijs internis passionibus, statim purgamus.

De purgatione ea quæ per epicrasim fit (quam paulatinam medici
 appellant) tempestiuū iam esset agere, ni decreuissem, integrum ca-
 put scribere de quavis paulatina vacuatione. Interim tamen intelligat
 B huius loci lector, huiusmodi vacuandi rationem, plurimi esse momen-
 ti in his corporibus & humoribus, qui neque subito ob ineptitudinem
 purgari possunt, neque rursus corpus id. ferre citra maximum damnū
 valet. In quibus hæc tam vtilis quā tuta vacuandi ratio, maximā præ-
 stat gratiam, paulatim extractis humoribus. Nam quos semel medica-
 mētum validum vix vacuare potest, nec citra damnum, facillè huiusmo-
 di purgatio extrahit: simili modo corpus patienter fert huiusmodi va-
 cuationes, cū maiores minimè ferre possit. Perficitur quidē hæc va-
 cuādi ratio eisdem medicamentis, quibus plenam & feligentem pur-
 gationē molimur, cæterū in minori quantitate, ita vt neque corpus
 turbet, neq; humores exagitet, non nihil tamen eorum excernat. Reli-
 qua verò & pulchra, quæ hic desunt, reperies facillè Capite huic vacua-
 tioni dicato. li. huius operis secundo.

C Fiūt quidem hæc omnes vacuationis species, cōmuni omnium ho-
 minum vsu, per expurgans medicamentum ore deuoratum, cuius na-
 turam & condiciones docere, non est præsentis instituti: verū dū la-
 borans sua sponte renuit expurgans medicamentum deuorare, aut ne-
 quit deuoratum retinere, aut vltimò ob inscitiam aut mentis perturba-
 tionem, non est cogendus ad huiusmodi præsidium, tenemur quidem
 id supplere per odoramenta, aut vmbilicaria medicamenta. Quæ licet
 ab vsu recesserint, eò necessitas sæpe deuenire solet, vt cogamur ad ea tā
 quam ad vltimum præsidium deuenire, in quibus omnibus, expurgan-
 tia hæc medicamenta, communicant suas virtutes, & species cordi, &
 pulmōni, ac per vmbilici arterias etiam eorum vis trahitur, qua humo-
 res agitantur, qui postmodū naturam ipsam irritant, & ipsa protinus,
 quia parata iam erat, ad expulsionē mouetur, verū expurgatio hæc

X raro

De Purgatio-
ne quæ per epi-
craim fit.De Purgatio-
per vmbilica-
ria medicamē-
ta.

rarò, per sola ad ornamenta perficitur, licet in aliquibus ita res se habeat. A
 Umbilicaria tamen medicamenta plurimis sunt ex usu, pueris nimirum & sceminis, quibus mercurialis & sicla trita cum butyro vaccino, & oleo violarum frixa, plurimum prodest: sicut succus earundem herbarum cum butyro & oleo amygdalarum dulcium, in vnguenti formam redactus. A dultioribus verò prodest linimentum, quod recipit succi radicis ebuli, fellis bouini. ana. ʒ. ij. f. Aloës. ʒ. j. salis gemmæ vtriusque ellebori. ana. ʒ. ij. Quibus mixtis facto linimento maximi est usus. Plura enim alia recensentur à veteribus, quemadmodum refert Aëtius, veluti medulla colocynthidis, semen erucae, ruta syluestris, elaterium, granum gnidium, nitrum rubrum, opopanax, semen securidicæ, fel taurinum, staphis syluestris, stercus columbinum, mercurialis herba, & plura alia quæ consultò curiosis exquirenda permitto. Cæterum non placuit subticere, quod Rasius in hac re B tanquam secretum maximum commendat: docet quidem fieri duo poma, quibus manu sæpe coagitatis, donec incalescant, venter facile soluetur: recipiunt quidem hæc scamoneæ, Aloes, myrrhæ nigrae ana. ʒ. j. quibus puluericatis cum succo coriandri formentur duæ pillulæ.

Præstant hæc omnes vacuandi formæ, modò per hæc, modò per deuorata pharmaca fiant, non minorem usum quàm ipsa sanguinis detractio: nam vitio humorum peccantium quantitate, motui etiam ac in cursibus omnium humorum, aut vnus, pluriumve resistunt. Sic etenim vbi multi continentur in venis humores noxi, quibus nec per sudorem, nec per vrinas facilis est exitus, per aluum tutius & commodiùs expurgantur: Pari ratione vbi ad aliquam partem confluent, per ventrem qui ferè mediam constituit corporis regionem facile retrahuntur: nam media regio quodammodo videtur extremis contraria, & distantissima: eodem quoq; modo dum partem aliquam obsident, si hæc sit ventri vicina, per eandem expurganti medicamento de-
 riuamus.

Consi.

Consilium circa expurgationem per infernam aluum.



V. M. nō fat sit, quæ de purgatione hucusque diximus nosse, vt ad purganda humana corpora cuius illotis manib' accedere liceat, ex arte me fecisse existimo, si pri' docuero ea, in quibus nō modo imperitum vulgus, sed & alios per plures medicos errare video. Dimitto etiā nunc quot sit contemplaturus scopos, qui absque errore quæquam sit expurgaturus, quos constat esse propemodum infinitos: locum nempe B patientem, temperamentum etiam, societatemq;, acumē sensus aut hēbetudinem, anni tempus, regionem, etatem, laborantis conditionem, humorum peccantium Ideam, præparationem, occasionem & morbi vehemētiam ac virtutis robur. Præter quæ omnia, principio accitus peritus medicus diligenter inquiret, quando in morbum inciderit, qualis is sit, ex furenti materia an quieta, acutus an diuturnus, item num febris sola affligat, an alteri morbo coniuncta: vel vtrum alius affectus absque febre profus inuaserit: deinde coctionem ne aggressa sit natura an nullæ adhuc eius notæ appareant: vel num coctio quidem nō sit expectanda, sed solū tum corporis, tum humoris præparatio tentanda: vel vtrum statim ab initio citra coctionem præparationemque humores educi debeant. Cui etiam negotio plurimum conducit nosse & cōmunem omnium hominum naturam, & cuiusque propriam: sicuti & C alia pleraque, quæ ad medicamentorum purgantium naturam concernere videntur. Corporum nanque temperies & conditio tam solet esse varia, vt vix liceat duo eadem regula metiri, vt apertè videtur ex Galeno constare. Sunt quidem inter homines, qui tam facile medicamenta capere possunt, vt ad ea sponte sint propensi, ex quo non solū quicquam incommodi non experiuntur, quin potius illa coquentes in suā substantiam penitus transferunt. Rursus alij eatenus inepti sunt medicamentis deuorandis, vt nulla ratione ad id persuaderi possint, ac exorpta ventriculus auersetur, & totus contremiscat & exoluatur. Alij quidem sunt qui à quouis leui medicamento plurimum offenduntur: sicut plures, qui neque sumptis adhuc vehementioribus, quicquam mouentur. Præterea plures reperies, qui assueti sunt quibusdam medicamentis, ita vt à quibusuis alijs facile lædantur, etsi leuissima

sint. Qua quidem ratione factum est, ut neque omnibus biliosis cor-
 poribus, neque morbis idem medicamentum neque eadem quantita-
 te præscriptum prodesse possit: sicut neque pituitosis, nam alijs vsu ve-
 nit casta nigra, alijs rhabarbarum, alijs manna, quibusdam è conuerso
 gnicon, agaricum, & demum cuique placere solet suum medicamen-
 tum, ac citra magnam corporis turbationem & virtutis iacturam, mi-
 rum in modum prodesse. Qua ratione expedit prius hæc omnia nos-
 se, & toto animo expendere, ne nobis vsu veniat, quod in alijs reprehē-
 dit Hippocrates, qui fortasse ijs non consideratis, medicamento exhi-
 bito, veluti manu, interfecerunt laborantes: Inquit enim Hippo. in hi-
 storia Scamãdri. Videbatur autem multo tempore morbum ferre po-
 tuisse, ni ex pharmaci vi periisset. Itē in historia eius qui ex Euboëa ve-
 nerat, inquit: Deinde cum putaret se purgatione sursum versus opus
 habere, non validam radicem veratri bibit, & post potionem quarta
 die mortuus est; & nihil est purgatus. Idem refert de serua illa, cui à ca-
 tapotio sursum quidem pauca prodibant, deorsum verò multa, no-
 cte mortua est. Etiam eodem libro inquit: Mulier sana crassa à catapo-
 tio conceptus gratia accepto, post varia symptomata mox mortua est.
 Antandri quoque historiam idem author refert, qui à catapotio acce-
 pto inquit; Cætero sanus erat, verum nō multo post mortuus est. Qui-
 bus equidem & plerisque alijs, quæ quotidiana monstrat experientia
 medicus prudētor factus, formidare ac perspicere plurimum tenetur
 purgatis medicamento exhibitionem, & hæc omnia deinceps attentio-
 ri animo inspicere: nam inquit, ut nostram audaciam, Hippocrates, ne-
 dicam temeritatem in exhibendis pharmacis & alijs inordinatis præ-
 sidijs arguat: Turpe tamen est & in omni arte, & non minimè in medi-
 cina multam turbam & multam ostentationem & multum rumorē
 concitare; & deinde nullam vtilitatem afferre: nedum dum auxilium
 damnium infert. Quapropter semper mihi arrisit illa eiusdem autho-
 ris sententia, quæ talis est: Bonum enim aliquando medicamentum est,
 etiam nullum adhibere medicamentum: præsertim cum idem Hippo-
 crates hæc de purgantibus medicamentis referat verba. Quæcunque
 medicamenta purgantia sunt, aut supernè aut infernè, aut etiam vtrū-
 que præstant; ea hæc faciunt: omnia valde vrunt, & fortia quidem ex
 ipsis si partem aliquam teneram corporis contigerint, eam exulcerant
 mitiora verò turbulentum corporis motum faciunt, quamcunque tan-
 dem partem occuparint, si verò aliquod ex his medicamentis in pul-
 monem peruenerit, videtur mihi aliquod magnum malum inductu-
 rum esse. Atqui cum hæc tam perniciofa tamque varia ex inconside-

L. 5, Popul.

L. de Articulis.

agēs de L. Eodem.
 anri culq
 fractu L. 4. de Morb.
 ra videt pag
 25 et 452

rata

A rata purgantium medicamentorum administratione, passim contin-
 gat, nil mirū est, si quis eorū vsū valde pertimescat. Verum si hæc om-
 nia adhuc considerasse non suffecerit, aut laborans medicamentis non
 fuerit assuetus, ut inde medicus perdiscat quid agere oporteat. tentare
 prius purgationem cōsulo, leui aliquo subductorio, & prout alius re-
 sponderit, licebit deinceps feligenti medicamento uti, hac aut illa quā-
 titate, forma ac natura exhibito, iuxta corporis purgandi cognitā cōdi-
 tionem, ac humoris Ideā. Quod quidē tā est vtile, ut mortalium nemo
 nō efflagitet id ipsum, quando de potando pharmaco habetur illi deli-
 beratio, præsertim cum his leuibus medicamentis tentare, sit multis ra-
 tionibus proficuū: tum quia modum præbent metiendi quantitātē feli-
 gentis medicamenti: tum verò quia vias leniunt, ad humores quos mo-
 uent, & profus non euacuant, & ad expurgandum deinceps paratio-
 res reddunt. Tentare deniq; oportet, sicuti omnes qui aliquid incertū
 aggrediunt, prudenter faciunt: tutius enim est purgationem aut differ-
 re, aut partiri, quàm audacter laborantes in præcipitium defferre.

Certiorem tamen facit nostram coniecturā, quod secundo loco pro-
 posuimus considerandū, nimirum medicamentorū purgantium ex-
 actā cognitionem, nanq; cū nihil temere nihilq; negligenter sit aggre-
 diendum, medicamentorū omniū naturas prius nosse oportet: cauē-
 tes in primis inexperta medicamenta: Tutius enim est, & crimine va-
 cans, expertis potius atq; vfitatis à peritis medicis uti, quàm inexpertis,
 etiā si à vulgari & priuato quodam homine plurimum extollantur.
 Quod damnauerat etiam Hippocrates, pulchra quadam sentētia, his
 verbis: Quod enim peregrinum est, quū nondum intellexerint an bo-
 num sit, magis laudant, quàm familiare, quod iam bonum esse sciunt,
 & alienum magis laudant, quàm probe notum. Tātū enim quæ no-
 ta sunt laudat Hippocrates, ut etiam si non profuerint, eorū tamen
 prouidētiam habere commendat: Inquit enim Pulchrum enim est etiā
 ea discere, quæ in experimentum assumpta successū caruerunt, & cur
 successum non habuerint: quibus verbis aperte constat, quanti fecerit
 Hipp. quæ probata sunt, siquidem & quæ profunt, & quæ non profunt
 ad vnguem exequi docet. Verum si aliquando compulerit nos necessi-
 tas, inexpertis uti: necessum est prius ex verustioribus ac peritis medicis
 exquirere, qualiter corpora alterauerint illius modi medicamenta, ac
 quomodo eis res se gesserit: nihilominus tamen in hac re semper mihi
 habui persuasum, satius esse vernaculis uti ac proprijs cuiusvis regionis
 medicamentis: (ut quæ cum cohabitatoribus cognationem quan-
 dam

L. de Fract. in
princi.L. de Fract. in
princi.

L. de Articulis.

dam & familiaritatem obtineāt) quàm exteris, nisi plurimùm fuerint A
 experientia cōprobata: quapropter vernaculas medicinas probavi sem-
 per, & ex vsu habui. Alienū nanq; est ab omni ratione, quæ apud alias
 nationes nascuntur medicamenta, velle ijs præferre, quæ in propria re-
 gione, benigna proueniunt. Ex quibus etiam quantum fieri possit, &
 morbi natura pertulerit, simpliciora adhibere conuenit: nam præter
 hoc quòd compositis medicamētis natura exhorrescit, nocere sæpe po-
 tius quàm iuuare omnibus perspicuum est: tum quia neq; ex omnibus
 vnica semper resultat forma, quæ agere possit, neq; simplicia, præ con-
 fusione & contrariorum repugnantia, suas possunt pandere vires: quò
 fit, vt corpus moueant, vexent ac irritent, commotis humoribus incul-
 patis, aut peccantibus non expulsis.

Expendendos tertio propofui morbos, in quibus quotidie medico-
 rū vulgus deceptū, fucata quadā apparentia, indiscriminatim purganti B
 bus vitur medicamētis. Nā in exquisitis tertianis & caufonide ac alijs
 æstuantibus febribus, citra aliā cōsiderationē adhibent quæ bilē expur-
 gāt medicamēta, obseruātes præceptū illud Hipp. biliosus qui bilē, pitui-
 tosis quæ pituitā expurgant, dato: Quod summopere dolēdū est: si qui-
dem vt superius dixi, non omnes biliosi morbi, aut laborantes, expur-
gantibus sunt tractandi: nā plures docet ars ipsa, alterantibus & alijs
præsidijs curare: quemadmodū Gal. apertē docet: refert enim, in tertia-
nis bilem vehementer moueri, & per singulas corporis partes dissemi-
nari, atq; delationis impetu per se ipsam expurgari: quò fit, vt indica-
tio euacuandi non reddat nos adeo sollicitos, sicut indicatio alterandi.
 In quibus tormina & alia ventris signa ad expurgationem moliendā
 desiderat Hipp. Inquit enim: At si os non afficiatur, verū ad imum ven-
 trē tormen irruat, pharmacū deorsum purgans, bibendum dato. Qua C
 quidem lege monstrat, quando in huiusmodi vti medicamento oportet.
 In caufone etiā alteratio magis quā expurgatio exigitur: nisi vt
 ait Hipp. in valde acutis ita natura turgeat, vt medicari eadē die cogar-
 ris. At qui quemadmodum in caufone generosum est præsidium frigi-
 da copiosa post coctionis signa: ita in tertianis balneum magis cōgruit
 quia materia facile permeat extra vasa, & ad cutim vergit: vtrisque ta-
 men conuenit infrigidantium vsus. Nec verēdum plurimùm ad ea se-
 qui coctionis difficultate, eò maximē, quia vt mea fert sentētia, hæc fri-
 gida & humida præsidia (dum præ calore extraneo læguescit & dissi-
 patur innata caliditas) potius coctionem præstare, quàm impedire va-
 lent, cuius census sunt serapia & apozemata, quorum superius memi-

A nimus, præter alimenta & potus frigida, quæ id efficacius præstant
 quàm aqua frigida. Nanque in syrupis & reliqua victus ratione humi-
 da, aliud etiam efficitur, nempe humido nutrimento sanguinem ne
 vilescat, reficere: caliditati & siccitati quæ in solidas partes se infinu-
 at, occurrere, eademque roborare, quibus sæpius hæc febres tutius co-
 modiūque curantur, quàm per expurgantia bilem, quæ ferè sem-
 per in his verenda sunt: nam ob id dixit Hippocrates, In acutis passio-
 nibus rarò esse vtendum medicamentis. Pari etiam ratione in religio-
 sis virginibus, aut castis & pudicis viduis, in quibus propter feminis,
 aut sanguinis menstrui retentionem (quo tempore ætas ea non suppri-
 mit) tam sæua vt quotidie conspicitur, ex eorum corruptione oriri
 solent symptomata, verenda sunt purgantia medicamenta. In quibus
 iam dudum experientia cōpertum est, exacerbari plurimùm ac au-
 geri huiusmodi symptomata, nec non & alia denuo superaddi, medi-
 camentis acrioribus ac vehementibus: quapropter consulo in his sem-
 per vt leuioribus pharmacis (etiam si affectus grauioribus sint) qua
 methodo plures ad sanitatem conspexi, præter spem restitutas. Non
 enim est minoris momenti considerasse, nusquam caput febricitantis ef-
 se purgandum, ne turbatis humoribus vi ipsius medicamenti, caput
 feriat: quod aperta quadam sententia dixerat Hippocrates his ver-
 bis: Febricitanti caput ne purgato, ne furiosus fiat.

Est etiam aliud non minùs citra rationem apud plerosque medi-
 cos vsitatum, nimirum, in quibusuis ex flatu concitatis affectibus
 medicamēta purgantia indistinctè adhiberi: quemadmodum passim
 conspicitur in hypocondriaca appellata melancholia, & in his qui gra-
 ues patiuntur capitis aut ventriculi ex flatu dolores, aut nauseas & sub-
 C uersiones, & alia huiusmodi symptomata: In quibus vt citra noxam
 purgare liceat, distinguere oportet, an dolor aut symptoma quoduis
 oriatur ex flatu, quem potius generet imbecilla facultas, mediocri ad-
 huc existenti in quātitate & substantia materia, quam, licet mediocri
 existat naturæ, nequit ipsa vndique conficere, ac flatus ab ea elatos di-
 scutere: quod potius propter sui impotentiam fit, quàm propter ma-
 teriæ vitium. Quo quidem tempore erroneum maximè est, purgan-
 tibus vti medicamentis: & maximè etiam ab Hippocrate vetitum.
 Nam eisdem labascit vterius ac dissipatur naturalis facultas, quæ
 deinceps præ impotentia ex quauis materia plures generat flatus, vt
 passim cernitur in hypocondriaca passione, Cui necessum est facul-
 tates esse imbecillas, & humores leuibus medicamentis inobe-
 dientes,

ad bestial Soc

L. de Loc. in ho-
mine.

L. 4. Acute, tex-

115.

L. 1. f.

L. 1. f.

L. 1. f.

L. 1. f.

L. 1. f.

L. 1. f.

dientes, ac vehementioribus quidem effrænes & maligniores fieri. **A**
 Quò fit, vt huiusmodi laborantes, ab his grauius se habeant: tum quia
 hæc medicamenta neque flatus purgant, neque morbum auferunt: tū
 verò, quia virtutem prosterunt, & aptiorem ad flatus gignendos effi-
 ciunt; Verùm si flatus orientur potius materiæ crassioris vitio, quàm
 facultatis iactura: consultissimum esse arbitror, vti medicamentis pur-
 gantibus: Quamobrem, in quibus aut in ventriculo, aut quauis altera
 corporis particula, præ imbellicitate flatus generantur, tutius esse existi-
 mo, corroborantibus ac discutientibus vti, quàm expurgantibus: sic &
 in his in quibus præcipua mali causa, aut distēperies, aut eadē faculta-
 tū impotētia fuerit, etiā si aliquid humoris superesse reperiatur. Pari pror-
 sus lege fieri res debet in his capitis doloribus ac malis, quæ ex immodi-
 ca Venere oriuntur, aut superfluis vacuationibus, passionib⁹ ve animæ.
 Purgationes etiam formidare oportet in his, quibus insunt hæc **B**
 morthoides, ac mulieribus menstruis fluentibus. Item ijs, qui tenesmo-
 ne, aut alui fluore de facili tentantur, & in quibus intestinum aliquod
 exulceratur, aut inflammatione vexatur: summam tamen quandam
 eorum qui omnino purgantia renuunt, pulchrè collegit Hippocrates
 dicens: Neque medicamenta danda sunt decoloratis, rauosis, lie-
nois, exanguibus, spirituosis, & siccum tussientibus, siticulosis, flatuo-
sis & ijs qui præcordia & latera ac dorsum distenta habent, & torpen-
tibus, & obscure videntibus, & quibus aurium sonitus sunt, & vrinae
meatibus impotentibus, neq; item morbo regio laborantibus, aut ven-
tre debilibus, aut ijs qui sanguinis eruptiones aut tubercula habent.
 Et paucis interpositis subdit: Optimum autem his est, vt usus rationem
 instruere. Hanc reteri sententiam, non vt quis existimet, in his om-
 nino esse a purgationibus obstinendum, sed vt dum vsu venerit, **C**
 cautè fiat, ne periclitentur facile pharmaco sine præmeditatione exhi-
 bito. Quibus etiam accedit, pharmacum verendum esse, in his qui-
 bus aluus sua sponte admodum sicca est: periculum enim est, ne hu-
 mores medicamento moti, in aliam partem præter institutum irruant,
 remittente plurimum alui siccitate. Eadem quoque consideratione cau-
 tus esse existimò, dum totum caput purgare nitimur, paulo valen-
 tiora adhibere pharmaca, dum verò partem aliquam eius, puta oculo-
 los, nares & reliqua, paulo debiliora, iuxta Hippocratis decretum, quò
 inquit: Naque medicamenta caput purgantia quæ quidem fortia sunt,
aroto capite ducunt: quæ verò debilia, ab oculis, & hinc à vicinis na-
so partibus. Pari etiam mensura considerare oportet in fluxibus qui-
bus

L. de Veratri.
vsu.L. de Loc. in
homine.L. de Loc. in
homine.

Abusuis, ac in articularibus morbis: quo tempore doloris ac mali ve-
 hementia viget, etsi sanguinem mittere oporteat, nusquam tamen tu-
 tò licere vti expurganti medicamēto, saltem ex his quæ calidiora sunt:
 nam cum hæc habeant virtutem commouendi humores, & proprio ca-
 lore adaperiendi vias & meatus, fit facilè, vt eis sumptis, maiores con-
 citentur fluxiones ac dolores: quod etiam consuluerat his verbis Hip-
 pocrates: Quū autem (inquit) ipsi minus prodierit, & dolores debilio-
 res per longius tempus tenuerint, pharmacum deorsum purgans bi-
 bendum dato, ac finito. Quapropter donec mali sequitia quiescat, leuio-
 ribus alijs præstabit vti medicamentis, quæ paulatim materiam minu-
 ant, corroboratione aliqua facta, quibus fluxio quodammodo superse-
 deat, aut ad aliam transferatur partem, vt tutius deinceps expurganti
 medicamento fortiori humores expellantur. Quod etiam verendum
B est, corpore existenti pleno: liquantur enim vi calidioris medicamenti
 excrementa, & largius in partem affluunt, vt Galenus manifesta ora-
 tione probat. Præterea in huiusmodi particularibus morbis, duobus
 modis dum vsu venit, purgare oportet: primò medicamentis quæ hu-
 morem peccantem respiciant, quod fieri decet solūmodo in principio
 ipsius affectus, aut in medio, si dolor quieuerit: secundò medicamētis
 quæ respiciant particulā affectam, quibus prope finem affectus tantū
 vti decet: nam vbi malum ipsum aut mali originem in aliqua parte fir-
 mari cognouerimus, particulares vacuationes adhuc in febrib⁹ quæ hu-
 iusmodi sunt, plurimū laudat Hipp. inquit enim: Hoc itaq; medicamē-
 tum potare oportet, quod educat qua parte febris magis hæret, siue su-
 perne, siue inferne, & si quidem supernè hæreat, supernè: si inferne, in-
 fernè. Quamobrem, in articulari morbo longè aberrant, qui protinus à
C principio pilulis vtuntur arteticis: quod pari lege de alijs particulari-
 bus affectibus, & medicamentis subintelligere decet.

L. i. de Morbis
mulieb.

L. i. Aph. cō. 24

L. de Locis in
homine.

Præterea dum medicus pilulis vacuare intendit, hæc expendat oportet: nimirum ad ventriculi, hepatis & partium vicinarum vacuationē
 efficiendam, pilulas, modo leues sint, vna hora ante cibum præbere
 præstantius esse, eas verò quibus à capite aut distantioribus alijs par-
 tibus vacuare intendimus, longè à cœna licere porrigere, vt simul cum
 alimenti vaporibus earum vis ad caput deferatur.

Itē in pleuritide ex cōspicua fluxione orta, tutius est feligēti pharma-
 co purgare, quā plurimū sanguinis mittere, vt apertè Hipp. videtur do-
 cere: nā motos illos humores, non minus longè distrahimus medicamē-
 to exhibitio, quā sanguine misso, & fortasse minori virium dispendio.

In nephritide etiā, licet vehementibus medicamentis (quale peplio
 est)

nota de pleuritide

L. 4. de Ratione
vict. cō. 64.

est) ad lapidis commotionem purgare præcipiat Hippocrates, tutius tamen esse existimo, lenientibus uti, quæ partes potius dilatent, quam vehementioribus, quæ ad partem affectam fortè maiorem humorum copiam alliciant: quapropter sicut in præcautione lapidis renum, leuioribus est utendum, ita idem in curatione existimo.

L. de Locis in homine.

In Ictero item morbo Hippocrates consulit, nusquam licere medicamentum bilem purgans exhibere. Inquit enim: Cæterum medicamenta bilem ducentia ne propinato, ne corpus magis cõturbes. Quod profecto mihi rationi videtur consonum, nam citatius bilis flaua eotempore mouebitur: præterquam quod potissima mali causa obstructio est, quæ à crasis fit & viscosis humoribus, quos potius purgare & abstergere oportet, quam flauam bilem, quæ sua sponte referatis vijs quiescit in proprio loco, quamobrem, abuti purgatione non licet.

Est etiam rationi consonum, licet Galenus, quartanam febrem & humores melancholicos blandè tractare doceat, eosdem transacto affectu primo impetu, paulatim & sæpius purgare, vehementissimis tamen medicamentis (nã alijs nõ cedit crassissimus humor), qualia sunt, quæ ex elleboro conficiuntur: dummodo iuxta corporis purgandi rationem præparentur: modo ex infusione ellebori in aqua borraginis confecta conferua rosarum: modo eadem cõmixta ellebori ipsius præparati aut macerati tenuissimã portio, quem usum etiam præstat, peculiari quadam dote elleborismus, confectio quadam mirabilis, quã doctissimus vir Matthiolus proprio Marte adinuenit & probauit.

Alia insuper ratione, non semper vereri oportet huiusmodi purgationes in quartanarum & horum affectuum principijs. Nam cum quartana febris aut alius ex melancholia morbus ex alio affectu non purgato suboritur, protinus purgare radicatus malum oportet, ut aperte consuluit his verbis Hippocrates, Quum febris quartana ex alio morbo non purgatum apprehenderit, pharmacum deorsum purgans bibendum dato: deinde caput purgato: postea rursus infra purgato. Ex quibus constat, non semper esse abstinendum à pharmacis in initio horum affectuum.

L. 2. de Morbis.

In affectibus etiam splenicis & melancholicis, rationi consonum est (vt paulo superius docere cœperã) copiosas minimè efficere vacuationes tũ propter humoris renitentiam, qui nequit nisi vehementissimis cedere medicamentis, & his quæ corpus ferre minimè citra damnum potest, tum verò quia hæc medicamenta suapte natura grauissima sunt, nedum in magna quantitate exhibita, ea nimirum quæ copiosas habeat efficere vacuationes: Quamobrem, tutissimum est consilium, in his

A in his humoribus & affectibus eisdem validioribus medicamentis purgare (quia alijs non cedit tenacissimus humor, nam leuia nihil nisi turbationem efficiunt) cæterum in parua quantitate, ac frequentius, nam multum educetur peccantis humoris, aut frequentia, aut medicamenti robore: quod his verbis consuluisse Hippocratem, aperte constat, dicens: Si verò splenicus fuerit, ne purges, neque succis, neque lacte, neque fero, sed eo quod modicum ingestum, multum educit. Itaque constat in his humoribus purgandum esse, non leuibus, neque vehementibus medicamentis in magna quantitate, sed eisdem, verum in parua, indicatione ad id sumpta ab humoris natura.

L. 2. de Morbis.

In latica etiã febre purgationes vereri oportet, aut minutas & maximas cū cautione efficere: nã humor qui hanc efficit febrè, per totum ad minimas vsque partes dispersus est, more naturalis humiditatis: cuius coctione ac separatione natura nõ curat, sed eum ob mixtionem ad minima cū naturali humiditate seruat. Vnde hos neque vacuatione vëtris, aut fluxu sanguinis sanatos vidimus: quinimo si sponte aut à medico imperito alius moueatur, deteriores redduntur & vacuato bono simul cū malo separatione non facta moriuntur. Quapropter vt Consilio de Victus ratione diximus, rem hanc, proba victus institutione potius quam medicamenti agere oportet.

→ Ochia partiu
L. 2. de Morbis

Purgationes item plurimum considerare oportet, in malignis & pestilentibus morbis, quorũ coctionem aggredi, minimè audet natura, nam aut motu à medicamento concitato sæpe ipsa pugnam cogitur aggredi, aut subito pestilentes humores medicamento commoti, in partem aliquam principem irruunt, & citra expectationem mortis subitæ sunt causa: etiam si in aliquibus prospere aliquando successerit: quapropter rarò consulo id fieri.

→ pag 79, lit
A

Atqui ne turgentia ratio, quam vulgus in humoribus exquirat ad purgandum, nos fallat, nosse primò oportet (ne minorationis aut purgationis plenioris turpiter prætereat occasio) quòd si humorem aliquò moueri olfecerimus, in aluum videlicet, aut ventriculum aut cutim, aut articulos, conuenienti medicamento protinus purgandum est, nã necessum quidem non est, inordinata motione agitari succos, sed satis est, si minùs resides esse cognouerimus. quod ex Alexandro Tralliano aperte constat, vbi dissolutos humores, confestim vacuandos esse, imperauit: dissolutosque esse tunc cognosci, cum per initia emoti, ob præcedentem victum, aliquo modo agitari incipiunt. Quæ sanè cõmodissima (saltem ad minorandum) mihi videtur occasio.

notis Sec. Odaz

L. 1. c. 6.

Expendere etiam in minoranti purgatione decet, minorationem quæ acutis

→

*m. uulsi d. aurib. Su
mori b. n. i. utendum for
n. medicam. leni. fibo*

acutis & acerbis humoribus debetur, lenientibus potius debere fieri. A
feligentibus medicamentis. Nam sæpe humores hi ita sunt acres mor
daees ac venenosi, quod à quavis irritatione commoti, facile vberiorē
efficiant purgationem. Quapropter in huiusmodi, si minorādi necessi
tas vrget, aut mitescere & frænare eorum acrimoniam prius decet,
aut lenientibus medicamentis id agere, aut vtrunque, quod tutius est
licet aliquando contingat, lenientibus exhibitis nihil purgari: quod ob
id fieri existimo, quia humores moti, tā sunt acres & mordaces, quod
protinus pellant medicamenta hæc, antequam quid efficiāt, irritata na
tura ab humorum acredine, quod sæpe in malignis febribus solet con
tingerē, & certum est malignitatis & acrimonie humoris inditium.
Itē in exhibēdis pharmacis vti decet Hippo. cōsilio, qui in hūc modū
pferat: Medicamēta fortia à natura in debilibus morbis dare, nō oportet:
neque paucitate medicamenti debilitas ipsius faciendā est (licet cō
trarium fateatur Auicena) sed fortibus natura, fortibus pharmacis vte
dum est: debilibus verò, pharmacis non fortibus: rationem tamen hu
ius reddit, dicens. Neque partiendum est medicamentum sed singulis
secundū naturam: medicamenta enim sunt omnia quæ præsentem
statum transmouent. Quapropter cum cautione eisdem vti decet, ne
plūs minūsve quā par est, subuertatur laborantium status, siquidem
in morbis graue est & periculosum.

Placet vltimò in memoriam reuocare (vt tutius rem aggrediamur)
præceptum quodam Aëtij haud contemnendum, quod huiusmodi
est. In summa vtendum est purgatorijs medicamentis in his quibus
vires validæ sunt, & voluntas prompta est, & qui stomachum robu
stum habent, & multam inutilem materiam in corpore colligunt. At
pingues & prægraciles ad purgationem inepti sunt, in super & qui C
multo sanguine abundant, & qui assiduè animo linquntur & agrè re
uocantur, & qui citò vomunt ex omni occasione. Pueri item ac senes,
& mulieres quibus menses validè purgantur, & qui valde purum ha
bent corpus, & qui certam habēt victus rationem, & quibus alius est
natura adstricta, & qui dysenteria, & cæliaca affectione facile cor
ripiuntur. Quæ omnia peritus artifex rimari ante purgationē
tenetur: quæ quidem non solum in sanis vsum præstant,
verū & in laborantibus modum & rationem
docent, ac tutiorem viam ostendunt, dum
purgationem efficere
est necessum.

*in hunc Locis in
homine.*

*L. 1. Sermone. 3.
ca. 24.*

fil. 0 7

sup. innotantia. 2000. in quibus vniuersi videntur. 211.

De

A De communi & peculiari indicatione
vtriusq; auxiliij simul, missionis vi
delicet sanguinis & expur
gationis. Cap. 7.



ONET quidem Plato circa principium statuendum
in quavis re, multa differere oportere. Nam primo, ig
noto falsoq; existenti, reliqua de inceptis inuicem conso
nat: Debet enim (inquit) quisq; circa rei cuiusq; princi
pium statuendum, differere multa, diligenterq; confi
derare. Quapropter medicis quidem, qui rem grauissimam (morbo
rum nimirum curationem) aggrediuntur, necessum est, ex animo in
quire, quod debeat esse curationis principium, eò maximè quia an
ceps & ambiguum est, an à sanguinis missione, an ab expurgatione
in plerisq; affectibus inchoandum sit: Nam vbi vtraq; necessitas simul
sele offert, haud facile est, quid primum, quid ve secundum fieri debeat,
nosse: siquidem vicissim vtrunq; fieri posse, ex Hippocrate & Galeno
facile constat. Verū hæc vt quæ maximum in re practica faciunt
negotium, diligentius sunt expendenda. Aliter deniq; hæc duo auxi
lia considerare oportet, quo tempore prima corporis regio vacuari de
siderat, & simul sanguinem mittere necessum est: aliter verò cum à ve
nis maioribus plenitudinem deponere oportet, & cacochymiam quæ
pariter præest expurgare. In primo itaq; corporis statu, conijcere ex
pedi, an vtraq; necessitas pariter vrgeat, nec ne: nam si æquè vrget, cō
sultius esse existimo, primam regionem lenienti pharmaco primum
abstergere, deinde sanguinem mittere. Siquidem dum hæc scateret ex
crementis, haud dubiè si præmittatur venarum inanitio, quod in ea re
gione vagatur, facile venas ipsas irruet, & sua labe sanguinis massam
conspurcabit. Quod in plerisq; febribus solet sæpius esse maioris mali
causa. Verū si mittendi sanguinem necessitas plurimum vrgeat, vt
in ijs qui patiuntur anginam, phrenitidem & in ijs etiam qui ab alto
cecidere, aut percussi fuerit, vt in huiusmodi alijs, aut grauioribus af
fectibus facile conspicitur: in quibus haud tutum est sanguinis missio
nem differre, propter periculum imminens, citra vllam moram, pro
culdubio venam tundere expedit: quod Celsus egregiè docuit, dicens
de percussis, aut ab alto prolapsis loquens: Cum sit minimè, crudo san
guine

*Li. De R. est. nos
mi. ratione*

*Li. 1. popu. p. 1.
tex. 6.
Li. 4. Acut. text.
21.*

Y
guis

guis mittendus, tamen neq; id perpetuum est: neq; enim semper co-
 ctionem res expectat: ergo si ex superiori parte aliquis decidit, si cōtus
 sus est, si ex aliquo subito casu sanguinem vomit, quamuis paulo ante
 sumpserit cibos, tamen protinus ei demenda materia est, ne si subsede-
 rit, corpus affligat: idemq; etiam in alijs casibus repentinis, qui stran-
 gulabunt, dictum erit: at si morbi ratio patiatur, tum demum nulla
 cruditatis suspicionem remanente, id fiet. Placuit ad verbum scribere
 Celsi dictionem, qua monstrat adhuc in ventriculi cruditatibus (quas
 clystere aut vomitu facile est demere) non licere sanguinis detractionem
 differre, nedum in alijs, in quibus propter expurgans medicamē-
 tum, diutius immorabitur auxilium. Verum quia potest aliquando
 contingere, vtraq; necessitate simul concurrente, quod morbus cuius
 gratia auxilia desiderantur, ex his superuacuis humoribus concitetur
 existente etiam in venis plenitudine: tunc equidem expediet humo-
 res hos superuacuos à quibus affectus prodit, conuenienti medicamē-
 to expurgare, deinde sanguinem mittere: ne sanguis superabundans
 eiusdem mali deinceps fiat materia.

Verum si humoribus (vt sæpius solet) vitium insit, ex plenitudinis
 & cacochymia permixtione, vt res maximè difficilis, maturo eget cō-
 filio. Extimanda primum est, humorum qui inuenis acceuerunt, dif-
 ferentia: cum enim alterutra plethora præsit, sanguis quidem largiter
 fundetur, donec ad mediocritatem redigatur: hoc vnum subsidiū gra-
 uatas vires facile citra iacturam leuat, & recreat: neque vlla tunc pur-
 gatio ex usu est. Cæterum dū impuriori sanguine venæ implētur, estq;
 ex plenitudine & cacochymia permixtum vitium, vtrunq; vacua-
 tionis genus desiderat. Denique si qui venas implet sanguis calidior
 est, ac multa bile perfunditur, extrahendus protinus est, idque parcius
 & restrictius quam in simplici plethora: eò vsq; solum, donec plenitu-
 dinis vitia vitentur. Quod verò adhuc superest, non venæ sectione, sed
 purgatione iure optimo pelli desiderat. Quæ quidem post sanguinis
 detractionem tutius fiet: tum quia refrigeratum est missio sanguine
 corpus, tum verò quia metus perturbationis, vel obstructionis augen-
 dæ, ademptus iam est. Melancholica etiam plenitudo venæ sectione an-
 te purgationem minuenda est, parcius tamen quam biliosa: nam cum
 immoderate calida non sit, refrigerium calorisq; detractione plurimum
 incommodat, sicut biliosæ paulo plus proficit, vt quæ refrigerari sua
 sponte desideret. Pituitosa tamen plenitudo omnium maximè sangui-
 nis missionem renuit, vt quæ frigore non mediocri polleat, & viribus
 imbecillibus semper iungatur: qua ratione in eadem, venæ sectio per-
 timescenda

Atimescenda plurimum est: quod qui neglexerit, cruditatem maiorem
 conciliauit, & ægrum mortis discrimini obijciat. Verum quia (vt in
 quotidianis febribus & alijs pituitosis affectibus videre licet) sæpe eo-
 git necessitas sanguinem mittere, parçe quidem ac partitè, id efficien-
 dum est, prout vires & morbi diurnitas permiserint. Deniq; quæ
 cūq; plenitudo pituitæ aut vtriusq; bilis, aut miscella, alterius succi cōf-
 purcata, sanguinis quidē detractionem ante exoptulat, ea tamen quā-
 titate, quam cacochymia natura permiserit: deinde aluus cienda est, vt
 noxius humor qui superest, commodius expurgetur.

Verum si maior cacochymia appareat, attento animo rimari oportet,
 an febris ab ea suscendatur, an secus: nam si primum citra moram
 à sanguinis missione est auspicandum, ac purgationem donec occa-
 sio sit, præmissa nimirum coctione (nisi humores turgeant) differre o-
 portet: si secundum, licebit quidem sanguinem mittere (si quidem ple-
 nitudo, licet minor, etiam adest) largius tamen ac citius purgare. Deni-
 que eò parcius sanguis mittendus est, quò magis cacochymia inualue-
 rit: quoniam in ea corporis & affectus constitutione, parum firmæ so-
 lent esse vires: qua ratione nisi venæ supra modum plenæ sint, graue-
 que periculum impendeat, aut rer fors se habeat vt mox diximus, san-
 guinis mittendi vicaria erit leuis expurgatio, ea quæ frequenter itera-
 ta, & maximè vt Galenus refer, si æger venæ sectionem perhorres-
 cat.

At si fors tulerit, vt pares vires plenitudinis & cacochymia depre-
 hendantur, non vt nonnulli censent, indistinctè à quavis licet incipe-
 re, sed considerare eo tempore expediet, an hæc vasorum plenitudo ob-
 structionem efficiat, quæ quidem duplici ratione sanguinis missione
 præire cogit: tum quia ante purgationem obstructions huiusmodi
 auferre oportet, quod in casuposito sanguinis missione commodius
 fiet: tum verò quia hæc obstructio purgantibus obest medicamentis:
 nanq; obstructione & plenitudine stantibus, vis medicamenti per-
 meare nequit, præsertim cum expurgans medicamentum & calore &
 trahendi facultate humores exagitet, & corpus perturbet: quod cum
 plethoricum sit, in grauius discrimen decidit, quò fit, vt venæ sectio
 præmitti iure optimo debeat. Id etiam Gal. asserente, qui ab eo exordiū
 sumere iubet) sine quo alterū tutò exequi nō valemus. Neq; id adhuc
 sat est, sed excogitare etiā expedit, an ex huiusmodi plenitudine & ca-
 cochymia febris suborietur, hoc enim certius nobis præmittendi san-
 guinè indicium præstat, nisi quid obstiterit ex his, quæ Gal. recenset: nam
 imminuta plenitudine, quæcunq; putrida aut aliter inquinata super-

l. i. 4. De Sani-
 timo.

l. i. Ad gl. c. vi
 timo.

sunt, per conuenientem regionem facilius exhaurire deinceps licebit. A
In alijs verò dum par est vtrunq; vitium, & febris non adest, haud abs
re fuerit, à quouis initium fumere: dummodo alterum non sit magis
morbi causa, quàm reliquum: nam eo tempore à potiori morbi causa
curationis principium fumere oportet. Quibus constare arbitror, qua
lege liceat ab altero auxiliōrū incipere curationē, dum vtroq; est opus.

Consilium circa vtriusq; auxiliij
vsu.



MOS quidem est peritis medicis, quo tempore opus est
vtrōq; auxilio, si laborās alterum pertimescat (licet pri
mò fieri expediat) reliquo vti: veluti si sanguinis mis
sionem renuat, purgatione & alijs auxilijs præsto esse:
qua ratione decreui rem ad vnguem exequi, ac quibus
id casibus liceat fieri, & quibus periculosum sit monstrare, prout bre
ue hoc institutum permiserit. In qua quidem re, monendus mihi le
ctor est, ne deceptus Pauli & Oribasij sententia: ac etiam Galeni in di
stinctè & inconsultò substitutionem horum auxiliōrum aggrediatur
cū vtroq; est opus, & alterum renuitur. Docent enim hi authores,
quòd si cuiquam detractus sanguis non fuerit, propter metum, volun
tatem aut ætatem; oportere vel per vrinas materiæ copiam euacuare,
vel per meatuum reclusionem, vel febrem lenire, aut refrigerare, aut
aluum largius ducere. Quæ sententia hoc modo intellecta medicina
libus disciplinis (iudicio nostro) plurimum aduersatur, siquidē dum
in febribus sanguis redundat, eum purgatione demere non licet, imo C
neq; per vrinas (vt ex eodem Galeno apertè constat) neq; adhuc per su
dores, ob eandem causam: quod licet fieri aliquando possit, tardius
profecto & grauius fieret, quàm morbi postulat magnitudo: incale
cit quidem corpus indies magis non vacuata plenitudine, à cuius va
cuatione incipit semper Galenus, etiam si multi crassi ac lenti sint suc
ci, vt facilius deinceps liceat crassos & lentos detergere. Qua quidem
ratione non oportet simulare ob timorem, & præstare quæ non pos
sunt non nocere, pleno existenti corpore: nam si purgamus, æquabile
sanguinis quantitatem relinquimus: si sudores aut vrinas mouemus,
nihil magis plenitudinem demimus. Nisi Galeni, sententiam hoc mo
do velimus intelligere, nimirum quod si sanguis primis diebus non
mittitur, statim degenerat in alios humores, quos purgatione demere
æquum

L. 4. Defani. tu.
L. 1. 2. Metho.

L. 1. 7. Metho.

Lib. 8. 10. & 11.
Metho.

Lib. 8. 10. & 11.
Metho.

A æquum est. Caterum consilium hoc Galeni non intelligitur, nisi quòd
purgatio fiat, quo tempore debet fieri sanguinis missio: nam in febribus
& purgare, & sudores, & vrinas mouere necessum est, verum al
terum nequit fieri loco & tempore alterius: quare cogendus est æger
ad sanguinis missionem, cui si obstiterit, pronuntiato periculo, tutius
est ad febris refrigerationem indicationem conuertere, cibus aut pocu
lis vt Trallianus docuit, hirudinibusq; aut scarificationibus: quod si re
nuerit, ægro in salutato tutius est discedere. Verum in alijs morbis vbi
par est necessitas, quod laborans elegerit, exequendum est, nimirum
purgationem aut sanguinis detractionem: Ceterum citra alterum ho
rum auxiliōrum, sudores aut vrinæ citra noxā moueri nequeunt: hæc
nanq; minimè possunt necessitatem expurgandi, aut mittendi sangui
nem auferre. At in quib⁹ sanguis mittitur ob dolorem, casum aut per
cussionem, tutò possumus loco missionis sanguinis sudores mouere,
quod sua spē natura efficere solet maximo cum laborantium præsi
dio. Verum dum vtroq; auxilio opus est, & vtrunq; laborans renuit,
affectio eo tempore maius facessit negotium. Quo ancipiti casu con
silio Aëtij vti oportet: inquit enim. Quandoquidem verò quidam
adeo formidolosi sunt, & mollicie fracti, vt neq; nomen venæ sectio
nis aut purgationis audire sustineant: non melius tantum sed & for
tunatius est, nullum talem contingere: & tamen si ad curandos ægros
cogamur, prædicere oportet diuturnos dolores eis affuturos, & vigi
lias, articulorumque torturas, & claudicationes, præsertim si crassus
& multus sit sanguinis influxus. Abstinētia quidem igitur ciborum
illis constituenda est, & clysteres moderatè fortes iniijciendi, & phar
maca vmbilicaria imponenda, epōphalia Græcis appellata: quæ sanè
C vmbilico imposita aluum ducant: vtendum etiam ijs quæ sedi appo
nuntur, glandulis videlicet, velut est ciclamini succus, & elaterium
& similia. Vtendum (inquit) & post aluum exolutam vnguentis dif
fusiorij, & fricationibus, & omnibus quæ superfluum euacuare pos
sunt ex locis fluxu infestatis, itaque in his pronuntiato periculo,
aut discedendum est, vt dixi, aut leuissimis alijs agen
dum: nam corpore existente impuro, graue est parti
cularibus vehementioribus vti: quamobrem
in his maiori opus est consideratione, ne
aberres, quàm in vniuersalibus, vbi
necessaria sunt.

Hir

nota

Li. 3. ser. 4. ca. 27.

Fructus & nubes

De communi & peculiari indicatione
euacuationum quę per epicra-
sim seu paulatinè fiunt

Cap. 8.



ANTA est naturę solertia in generandis distribuendisq; humoribus, expellendisve ijs, qui alieni à corporis consortio sunt, vt si quis eius opera sedula intueatur diligentia, facilè perdiscere possit veluti ex fidissimo magistro, quantum & quomodo cuiusq; euacuare (dū superit) sit necessum. Conficit quidem hæc simultanea generatione humores: distribuit singulatim quenq; , prout eius est natura: Cæterum expellit diuersimodè, nunc confertim & subitò, nunc paulatim, nunc lentè & sēsīm, nunc verò vnū aut plures, prout diuerso modo ab eisdem alteratur, aut ipsa eisdem pellere nata est: Quę omnia peritus medicus attento animo rimari tenetur, ne quid contra naturę institutum vsquàm aggrediatur. Superst quidem in omni vacuationis genere, præter ea quę de sanguinis missione & ex purganti medicamento diximus, ac de omnibus alijs dicturi sumus, modum nimirum nosse, quo quæuis fieri debeat: Confertim ne & subitò: an paulatim & sēsīm. Quamobrem placuit peculiare hoc caput ijs vacuationibus, quę paulatim & per interualla fiunt, dicere, quas per epicrasim communi nomine, medici appellant: vacuandi quidem genus multis affectionibus & corporibus proficuum.

Li. 9. Meth. c. 10

Est profecto curatio per epicrasim appellata, ea nimirum vt ex Galeno constat, in qua quod vitiosum est, paulatim euacuatur: & quod salubre est, inuicem pro eo reponitur. Nam ex ipsa nominis ratione facile elicitur, epicrasim significare temperationem seu moderationem, tam in alimentorum quam in medicamentorum exhibitione: Semper enim hæc vacuandi ratio necessaria est, vbi aliquid affectui, seu vitio humorum adiungitur, quod moderationem seu temperationem vacuationi apponat, aut iungat: & ob id epicrasis valdè & intensè temperamentum significat: nam in affectibus quibus conuenit, moderatè seu temperatè est agendum, ac curandum, vt neque plus neque minus æquo tribuatur. Verum quia id ad vnguem exequi difficile est, ideo ars adiuuenit, parum ac sæpe esse agendum, vt quàm mi-

A minimum fieri possit, à debito fiat recessus. Etiam si exquisita vocabuli significatione, actio mixta ex renutritione & vacuatione paulatina designetur: ita vt corrupto humori quia vrgenter vacuationem expostulat, satisfactum sit vacuatione: & viribus imbecillimis, renutritione. Ex quibus constat, ob humorum vitium vacuandum fore, & multum: Sed quia multum fieri nequit, sapius fit, parum tamen: Vt & viribus satisfaciamus paucitate, & vitio vacuationum frequentia.

Cæterum sæpe & parum purgare, duobus modis contingit, nimirum per communes corporis canales, vtranque videlicet aluum, vrinā & vniuersam cutim: aut per proprios & peculiare cuiq; parti affecta. Quamobrem in duo capita partiri placuit huiusmodi tractationem: hoc primum continebit vacuationem per epicrasim factam per communes corporis canales, aluum videlicet, vesicam & cutim: Secundum verò, quod primum erit secundi libri, complectetur vniuersam vacuandi rationem à particula affecta, per proprium cuiq; emultorium, iuxta cuiusq; situm & naturam.

At cum procedendi methodus & ratio ac via omnis in scientiam vel per Hippocraticam demonstrationem, vel Platoniam diuisionem, vel Aristotelicam compositionem fiat, placet hac vltima posthabita, primis duabus in hac re vt: nam in re neque à veteribus, neque à recentioribus plurimum exulta, & claritate diuisionis, & demonstrationis fide proculdubio est opus. Fit autem is purgationis modus, quo tempore ea quantitate medicamento vtimur seligente, quę confertim nõ euacuet, neque rursus minorem reddat materiam notabiliter, sed sensibilem tantum moliatur vacuationem: qua quidem nota aperte constat differre à plena & minorante purgatione. Habet etiam huiusmodi vacuandi ratio aliud, quo notior fiat, nimirum quod nõ semel neque vis desiderat fieri, sed sapius & eodem medicamento, parua tamen quantitate. Qua quidem purgationis lege vsus est etiam Hippocrates nam inquit: Quum euacuatus fuerit, & corpore debilis, infernam aluum tertio quoque die deorsum commoueto, quo & corpus potens sit, & superne regiones humoris exortes.

L. 3. De Morbis

Sumitur autè huiusmodi purgationis indicatio, ex tribus potissimum ex qualitate videlicet humoris peccatis. ex ægrotantis viribus: & ex partietis particulę natura. Crassi namque humores qui paulatim coquuntur admonēt quidē sapius esse vacuandū, iuxta Tralliani præceptū. Qui verò tenues sunt, & vniiformes, quia recipiunt vnicā & vniiformē coctionem, vacuatione vnica educi desiderant, vt videre licet in calidis & tenuibus humoribus: quos, quia vnica tantum coctione conficit, con-

L. 12. c. de quatuor.

fertim & subito natura per crīsim solet excernere. Qua fortassis ratione Hippocrates scribit, rarō esse vtendum purgatione in acutis morbis: at Galenus in quartanis & quotidianis licet expressē non consulat, sæpius esse repetendas purgationes, eas tamen non interdicit. Medici tamen huius seculi eas omnino verentes, plus iusto timidiōres sūt. in quartana enim, & in quotidiana febre, non est citra optimam rationem paulatina vti vacuatione (saltem transacto principio) quæ sæpius repetita, partem humoris iam cocti extrahat, atq; ad coctionem residui, viam sternat, euacuata ea in materiæ parte quæ distillationem quodammodo impediēbat. Quapropter consultissimum esse existimo, in quartana febre legitima, singulis mensibus adhibere confectiōnem a mech simplicem, aut diasenæ debitam quantitatem, vel decoctum ex polypodio, epithymo & modico turpeto, quod singulis hebdomadis exhibitum, plurimum esse ex v̄su comperimus. Verū vt paulo superius cæperam dicere, in his & splenicis affectibus, atq; omnibus alijs melancholicis, minimē oportet copiosas efficere vacuationes: tū ob humoris renitentiam, quæ nequit cedere nisi vehementissimis medicamentis: tum quia hæc medicamenta in magna quantitate exhibitā, tolerare nequit humanum corpus. Quamobrem paulatin purgare in his oportet, & vt optimē consulit Hippocrates, non lenissimis medicamentis solūm, sed vehementioris addito modico: Inquit enim.

L. 11. De Morbis Si verō splenicus fuerit, ne purges, neque lacte neque sero, sed eo quod modicum ingestum multum educat, Qua sententia constat, in his humoribus (licet aliquando conueniat) parum prodesse lenientia medicamenta, nisi illis quid violentius admisceatur: nam sola, citra vllam vacuationem, potius corpus turbant: Ob id igitur maioris sunt momenti valida medicamenta paulatin exhibita: aut ea quæ è directo humore ipsum respiciant, quod in omnibus affectibus melancholicis mihi est obseruatissimum. Verū si quartana febris ex spuris fuerit, in quibus pituitæ plurimum ob ventriculi vitium sæpe redundat, vtilissimum fore existimo, bis in mense, vti pilulis ex hiera cum agarico: vtilius tamen est alias conficere ex agarici. 3. j. aloës. script. iij. epithymi. 3. j. colocynthidis. script. j. mastichis. 3. ij. cum succo absynthij. Monet etiam Trallianus loco nuper citato, ne quauis coctione apparente vacuationem differamus, quoniam crassi humores supercoquuntur, & præ crassitudine expulsionī fient ineptiores. Expedit tamen frequentius vti ijs purgationibus in spuris quartanis, quàm in his quæ exquisitæ sunt: Ratio est, quia quæuis spuria quartana breuior est legitima: Nam quouis humore miscetur

A ceatur melancholia, tenuior euadet, ac breuiorem efficiet morbum, quàm ipsa sola, quod in alijs morbis contrario modo res se habet. Ex quo constat, in spuris quartanis minori temporis interuallo reperiri quid coctum, quod expurgari possit, quàm in exquisita. Vti etiam eadem purgationis lege in quotidianis febribus oportet, siquidem vniuersa humoris quantitas quæ in febrium huiusmodi processu consumitur, neq; generatur, neq; coquitur simul tota: quin ex reliquia humoris residui post accessiōnem, & ex distemperie partis, quæ ex officina illius humoris, quotidiana generatione propagatur, & quotidie aliquid coquitur: & sic pari lege paulatin debet euacuari, donec ablato fomite humoris & putredinis, partes desint amplius eum humorem generare, aut iam genitum corrumpere. Præterea corruptos humores per epicrasim esse educendos Galenus docet, præsertim quando magna est eorum copia: qua ratione à similitudine sumpta indicatione, in morbo Gallico crebris vtimur purgationibus. Nam cum tota ferè humorum massa sit infecta, confertim plurimum extrahere, esset præter artis institutum, præterquam quod vires (spirituum resolutione) ex conferta vacuatione facilè laberentur, præsertim cum vbi humores sunt corrupti, vires parum constare semper compertum est. Nam quemadmodum viribus non constantibus, sanguinem mittere nō decet, ita neq; confertim purgare, eis labentibus tutum est: exoluetur enim vltius virtus. Præterquam quod alia est huius rei potissima ratio, nimirum quia in humoribus corruptis tam est necessaria renutritio, quàm corruptorumeductio & sic alternatim vtraq; debet fieri, & vt altera alteri locum cedat, & frequentiore vacuationem tolerant vires, ideo paulatin & per repetitas vices, vtrunque munus exequi

C decet.

Secunda verò indicatio ad huiusmodi vacuationem molendam sumitur ex laborantis viribus. Nam qui robusti sunt, confertim factas euacuationes facilè & sine noxa ferunt: qui verò infirmis constant viribus, tutius sensim & per interualla vacuantur. Qua ratione in diuturnis malis in quibus vires conamur præcauere, vt qui diutius cum morbo pugnare debent, tutissimum est consilium, parum & sæpe vacuare: nam ex subita & copiosa vacuatione, licet peccatis humoris, plurimum extrahatur, laborans tamen deterius se habet, quia infirmiores longè illis supersunt vires, quàm par est, vt cum prolixo affectu diu certare possit. Hanc tamen perpendere oportet differentiam, quod si in his morbis, cum virium robore plurimum sit humoris, eo tempore quidem multum est euacuandum

*morby auty ait
si raro utendū me
camentis purgantib;
m 40 quibz anis n
utendū expurgatō m
si plurimq.*

nota de quartana

dum, partita tamen vacuatione, ut nuper diximus. Verum si cum multa materia vires non constiterint, parum & sæpe purgare, aut aliter vacuare expedit: parum, quia labalbens facultas nequit ferre copiosam vacuationem: sæpe quidem, quia id exposcit causæ morbificæ magnitudo. Tanti enim est momenti virium consideratio, in molendis huiusmodi vacuationibus, ut non solum præsentis vires, ex communi doctorum consensus, inspicere liceat, sed quales futuras desideramus in statu, aut cupimus ad morborum symptomata perferenda profligandaque. Sic profecto sanguinis missionem & quamuis aliam vacuationem partiuntur, & per epicrasim fieri docent labentes vires, aut ubi casuras timemus: sicut in debilibus aut in conualescentibus, & ijs qui recidivam patiuntur, aut in quibus animi deliquium vere mur, in magna etiã ac difficili respiratione, aut quavis alia suffocatione: namque in his nil esset deterius, sicut in scemnis que hystericos patiuntur affectus, citius enim ob id suffocarentur, animo deficienti ob confertam vacuationem. Quamobrem cum lata vniuersimque facta vacuatio, ut quæ animi defectionem excitet, minus tuta est in huiusmodi affectibus: ob idque paulatim & per vices vacuationes in his moliri oportet, licet sui natura hi affectus maiorem copiosioremq; exposcant. Itaque cum tanti momenti vires sint in quavis vacuatione, necessum est, eas omni arte custodire, ac firmare, aut saltem præcauere, quo minus interceptivis vacuationibus subito dissoluantur.

Particula etiam patiens modum vacuationis per epicrasim factæ designat. Quin potius potissima vacuationis huius ratio ex particula affecta desumitur, id tamen multis adhibitis considerationibus. Nam si eiusdem particulæ actio sibi soli seruiat, audacter vacuare licebit, prout affectus suaserit: at si oportis necessarium communeque fuerit omnibus particulis, veluti ventriculi actio, iccoris, cerebri & huiusmodi, non levis habenda est de virtutis robore consideratio, ne videlicet eã subita & copiosa vacuatione dissoluamus: qua quidem ratione ab his paulatim oportet vacuare, ne cum morbo etiam facultas membri deficiat. Verum cum non sit par actionum dignitas, ad portionem dignitatis prospiciendum est robori. Quapropter conducet plurimum particularum actiones ad vnguem nosse. Nec posthabenda est indicatio, quam sensus partium suppeditat, quando omne medicamentum contemnit quæ tardi est sensus, etiam si non leuiter rodat: quod fit, ut nullo vel leui habito partis respectu, ut causa vacuationem postulauerit, adhiberi possit. At quæ acutiori sunt sensu partes, dolorem & molestiam persentiendo, viribus carent, & ob id partitam expostulant vacuationem, leui medicamento aut ac-

Acriori, sed in parua quantitate factam. Situs etiam partium quibus purgatione medemur, id etiam metiri iubet: nam partes quæ cum ipso ventre maximam habent communionem, ut quæ vijs amplissimis constant, tuto possunt purgari confertim. Verum quæ aut longius distant, aut profundius sitæ sunt, aut per angustas tenuesque vias communicantur, nullo modo ferre possunt plenam & subito factam vacuationem: ob idque semper paulatim vacuari desiderant: viarum enim angustia non capit multam humorum copiam. Quod fit ut in capitis, pulmonis, & thoracis affectibus, in articularibus morbis, in inueteratis obstructionibus, mania & alijs grauioribus affectibus purgatio per epicrasim tutior & vtilior sit ceteris omnibus: In quibus expedit singulis diebus (spatio septem aut octodierum) aliquid medicamenti sumere, ut paulatim & citra facultatis noxam, quod in penitioribus locis situm est ac infartum, facile exhauriatur. Nec placet in hac re vulgarium vsus, qui quarto aut quinto quoque die, aut semel in hebdomada præbent medicamenta hæc per epicrasim purgantia: nam hac lege tantum extrahet medicamentum prima die, quod in vijs ductuum continetur, & antequam secunda purgatio adueniat, congregabitur in eisdem vijs idem excrementum, & eodem modo continget tertio & reliquis: quod fit, ut non perueniat vis medicamenti ad partem affectam, quam vacuare intendimus. Quapropter expedit citra intermissionem purgare, ut saltem secunda, tertia aut quarta purgatio locum affectum attingat, & mali materiam minuat: qua purgationis lege plures ex grauissimis affectibus facilius curantur, quam quouis alio præsidio. Rimari etiam sedula diligentia oportet, num particula quam vacuare intendimus, quotidiana propagatione superuacuos illos humores generet: nam eo tempore consultissimum est, crebro purgare, ut quod indies aggregatur, quibusdam intervallis antequam in molem succrescat, paulatina vacuatione inaniatur: quod fit, ut in diuturnis affectibus tum capitis, tum omnium aliarum partium, in quibus vitio partis quotidiana generatione aggregantur humores, summo opere expediat purgatio per epicrasim facta, quæ semper partem ipsam immunem ab humoribus reddat, ut deinceps prodesse possint medicamenta, quæ temperamentum in melius mutandi potestatem habent, & ea etiam quæ roborandi vires optinent: namque in huiusmodi confertim vacuare, præter id quod nihil amplius iuuat, pars imbecillior redditur, ac deinceps maiorem generat excrementorum copiam. Particulares itaque euacuationes causam potius ex ipsis locis affectis elidunt, cum lata autem vniuersimque facta vacuatio, animi defectionem excitat

excitat prius, quàm ex parte affecta quidq; extrahere possit. Sic pecu-
liariter partitâ sanguinis missionem desiderât (præter vires deiectas)
quarundam partium vitia: quippe in laterum & aliarum partium in-
flammationibus, & reliquis affectibus, quorum materia ad locum ali-
quem confluit, aut saltem ad minimas partis affectæ venulas, itera-
tio detractionis maximi est momenti, vt etiam quod in particula abun-
dat, citra totius noxam extrahatur. Quamobrem in particularibus
affectibus, etiam si iuxta causæ magnitudinem & copiam, vberiorē
necessum sit moliri vacuationem, eandem tamen partiri oportet, &
ob id quod directius à parte trahit, & quia citra periculum animi def-
ectus, aut virtutis casus, suam perficit actionem.

Consilium circa partitas vacuatio- nes, quas per epicrasim appellant.



CONSILIVM quidem certum est, apud omnes ferè
doctiores, in his quæ nobis incerta sunt, cautè procede-
re: temere autem aliquid fit, quando ex inconstanti in-
certoq; iudicio collectum est. Quamobrem in his quæ
ita se habent, & quorum non est certa ratio aut conie-
ctura, satius est tentando curare, quàm temere curando laborantē ma-
iori periculo exponere. Nam dum præsentaneum remedium conie-
ctato malo adhibetur, certitudo fit, & cognitus exactè affectus mul-
tò curatur promptius. Verùm in malis non exactè exploratis, in qui-
bus ad indiuiduam vsq; speciem descendendo peruenire non datur, cu-
rationem ea moderatōne adhibendam esse consulit medendi ratio, vt
saltem obesse non possit: nam in malis quæ non satis tenemus, vtilius
est curationem incipere, quàm perficere. Hanc etiam tentandi gratiã
nobis præstant vacuationes quæ fiunt per epicrasim. Nam eum tenta-
di vsu remedium adhibetur, ex euentu, coniectura de morbo habita
scientia fit: sed tunc maximè eum speratum auxilium iuuat appositū,
aut maiori intensiōe & copia lædit. Habet etiam paulatina actio ali-
ud vtilius, quod præter viam quam præstat, ad veram affectus noti-
tiam, minus lædit, & tutius vitium corrigit: quamobrem lentam pau-
latinamq; alterationem & vacuationem probarem magis omnibus
alijs, quæ temeritate aut audacia carere non possunt, ob adductas à me-
rationes. Ob id igitur non sine magna ratione dixit Hippocrates, Phi-
lippum atq; repente vacuare, vel replere, vel calfacere, vel refrigerare,
vel

A vel vtcunque aliter corpus mouere, periculosum esse: & subdens ratio-
nem, inquit, Et omne nimium naturæ inimicum: quod verò paulatim
fit, tutum est, præsertim si quis ex alio in aliud progrediatur.

Sunt quidem quibus paulatim fieri vacuationes omnes peculiarius
conuenit, vnde cunque fiant, excepta ea quæ per anum ventrem fit: id
quidem multis rationibus. Prima, quia medicamenta quæ per vrinam,
vomitum, sudorem, & alias peculiare regiones expurgant, nequit ea
quantitate ferre natura quæ vniuersim & repente educat: ob idque ne-
cessum est minorem medicamenti copiam porrigere, vt cautius & tu-
tius vacuatio fiat, etiam si in minori copia. Secunda quia viæ per quas
ab illis regionibus sese expurgat natura, angustæ admodum sunt, ob
idque maximam humoris copiam capere, citra maximum discrimen
non valent: quamobrem in huiusmodi vacuationibus necessum semper
B est, frequentia purgationis supplere, quod semel non capit viarum, air-
gustia. Tertia verò quia humorum crassities, quæ aut per cutis poros,
aut per vrinam, aut per quamuis aliam partem expurgari debet, non
potest tā citò frænari & attenuari, vt simul & repete excernatur. Qua
propter natura nō mouet simul vrinam, sudorem aut vomitum, sed sæ-
pius: Cuius etiam vacuandi modum æmulari tenetur medicus, si eius
minister fieri cupit. Quartò quidem & vltimò quia paulatinis vacua-
tionib⁹ securius trahuntur humores à partibus, quàm ijs quæ confertim
fiunt: nam hæ potius euocant vniuersi corporis humores ad affectā par-
tem, quàm ab ea quicquam detrahere possint. Quò fit, vt in alijs vacua-
tionibus, ab his quæ per ventrem inferiorem fiunt, tutissimum sit pau-
latim & frequentius purgare. Habent præterea aliud peculiare huius-
modi vacuationes per epicrasim, nimirum vt semper fieri desiderent,
C præmissa per vacuationem totius corporis prouidentia, eo medicamen-
to quod citra partis respectum, humorem in toto peccantem educat:
ne eo commoto maius affecta particula damnum susceperet, vt imbecil-
la membra sua sponte solent efficere, nedum commotis, vi medicamen-
ti humoribus.

De communi & peculiari indicatione purgationis quæ per vomitum fit Caput. 9.



Acreuit sagacissima natura, ut corpora incolume fruerentur sanitate, multis modis ab humorum redundantium iniuria ea praeuere. tum per infernam aluum, tum uero per supernam vomitu: quod quidem miro quodam artificio exequitur. Nam oesophagum duabus tunicis constitutum fabricavit, quarum altera ut Gal. placet, ad cibi potusque deglutitionem utitur: altera uero ad eam quae vomendo fit, expulsionem: licet contrarium videatur asserere, ubi deglutitionem docet perfici posse sola membrana interna ex villis longis constare, sed deterius quam si etiam externorum circularium opere iuuaretur. Quod si ita asseratur, obijci potest, duorum oppositorum motuum idem agens esse, non posse: non ergo externa gulae membrana & vomitui seruiet, & deglutitioni. Caeterum diluetur facile obiectio, si consideremus ad varios etiam & ad oppositos motus edendos, exigi oppositionem in situ motuum villorum: quemadmodum in corporis mouendi situ facile conspicitur: nam licet musculi eodem situ operentur, ex corpore ad motum uariè constituto, modo in hac, modo in contraria parte fit motus. Qua ratione membrana gulae externa, dum orditur villorum circularium contractionem ab ore, deglutitioni seruit, à ventriculi orificio, vomitui: quod fit, ut pari ratione per superiorè ventris regionem corpus à cacochymia expurgetur, ac per inferiorem: Idque aliquando tutius atque commodius, ut Gale. placuit ex Antiquorum mente lib. 5. de Usu partium, quo loco inquit: Bene igitur ab illis sine totius noxae ventriculi purgatio est praescripta, & naturae ipsi, ventriculi quidem purgationem minimum habituram negotij iudicatum: Intestinorum tum difficilem, tum etiam noxiam non nihil occasione cacochymiae ipsi animali fore: nam cum facilis & moderata obtigerit, saluberrima est, & purgationum omnium praestantissima: noxios quippe humores ex ipsis fontibus synceros elicit, & vacuat omnem quae in ventriculi cauitate, in eiusue tunicis haeret. Illubiem in primis expurgat è praecordiorum membranis, è cauis iecoris ac lienis, & ex pancrea: omnis generis superuacuos humores synceros elicit, quos plerumque neque hiera neque aliud vehementissimum in aluum turbare potest. In ventriculum enim ex his locis viae breues ac expeditae magis quam in aluum directae sunt, per quas facilis est vomitio: quam autem primum ab interioribus euellit, consecutione tamen caput reliquumque corpus leuat: quo circa omnibus opitulatur affectibus qui à praecordiorum impuritate ortum acceperunt: languenti appetentiae, nauisae, cibi fastidio, vomitioni crebrae, ventriculo, praecordijs uel distentis, ictero, ac cachexia, febribus intermittentibus, emicranis, vertiginibus, epilepsy, suffusioni, omnibusque capitis affectibus, qui praecordiorum

Arum sympathia contracti sunt, & quos è praecordijs in reliquum corpus effusa impuritas protulit. ut in fine huius Cap. apertius docebo. In quoque igitur affectu languescit appetentia, & nauisae vomitione desiderium fatigat, si pharmaco non fit satis, vomitione curandum: nam quae purgatio non eluit, extirpat vomitio, & quae illinc non facile labatur in aluum, promptè in ventriculum remeant: quamobrem antiquitas summo opere obseruauit vomendi rationem, ut quae non solum pari, uerum etiam maiori saepe utilitate iuuet. Quod ex Galeni, uerbis paulò ante citatis apertè constat.

Id tamen prius intelligatur uelim, mihi non esse in animo hoc capite validis illis antiquorum vomitorijs uti: nam per haec vomere non esset hac nostra tempestate utile: tum quia haec inconsueta sunt, tum uero quia sine graui molestia ea laborantes perferre non possunt: quare ratione leuioribus tantum in praesenti utar, quibus crebrius, tutius atque commodius uti citra noxam poterimus. Nam ut inferius probabo, sunt nonnulli affectus, quos crebra medicamentorum purgantium adhibitione curare, esset omnino à ratione alienum: tum quia vires periclitarentur, tum etiam quia saepius malum ingrauesceret impotentiore eisdem facta potentia: quos equidem crebris ac leuibus vomitibus minori noxa pellere possumus. Expedit tamen prius, vomitoria medicamenta & eorum vim ac differentias, ad uingem nosse.

Pulchra tamen sententia Aristoteles recenset, qualia debeant esse vomitoria pharmaca: ex quo facile colligi potest, in quadruplici existere differentia. Prima eorum est medicamentorum, quae extranea sunt & inconsueta, à quibus natura ipsa alteratur excitaturque: secunda eorum est, quae uiscida & crassa non sunt, ne ventriculo adhaereant, sed leuia & tenuia, citra ullam adstrictionem: tertia quod uehementis sint facultatis, ut ualenter naturam laceessant, ueluti elleborus: quarta uero & uelutima, quod in maxima sint quantitate. Ita ut uirtus ea nequeat tolerare, quorum medicamentorum loco, alimentis uarijs & multis utimur: nanque ualida medicamenta & multa citò corpus interimerent.

Postulat tamen huiusmodi tractatio altiore considerationem, ut quae parum est in usu, & plurimum sit profutura, si methodo & ratione docuerimus. Illud interim huic loco adijcere placuit, plurimum oportere nostram aetatem tanquam suspectis (etiam si plurima bona praesent) vomitorijs maxima cautione uti: ob varias nec contemendas causas. Nam humores descendunt ad intestina innata grauitate facilius, quam ad ventriculum conscendant: suntque plures & multo la

L. 5. de Locis affect.

L. 1. Facul. natu. ca. 8.

L. 1. Proble. tex. 41. 44. 46.

tiores mesaraicæ venæ, à porta ad intestina, quàm ad ventriculum de-
lata. Præterea intestina, natura ipsa excrementorum susceptioni para-
uit: cūq; sint membra ventriculo ignobiliora, incolumius eò deferun-
tur noxia. Adde quòd breuior via est à corporis molle per mesaraica va-
sa ad intestina, quàm ad ventriculum: tractus verò humor cum me-
dicamenti vi extra pelli non possit, sed recipientis membri potentia,
tantò maiori facilitate ab intestinis excernetur, quam à ventriculo, quã-
tò maiore commoditate intestina in excernendo præstant, ob duplicè
qua pollent excretoria vtraq; membrana. Illa insuper ratio validissi-
ma est, quòd etiam Hippo. ipso authore robustiorem naturam requi-
rit vomitio deiectione ipsa: inquit enim, Purgandos esse robustos qui-
dem supra, debiles verò infra. Quibus etenim rationibus pertimescen-
da sunt vomitoria pharmaca: sunt enim ijs periculis plena, nisi cautè
eis vtamur: Cum hoc tamen tanti sunt momenti, vt rebelles & penè
indomitos morbos vbi debitè adbibeantur, facilitè curant.

Mouere tamen vomitū (præter ea quæ ex Aristotelis mente retuli-
mus) ex antiquorum decreto possumus, tribus medicamentorum sor-
tibus. Prima quidè est cibus humectans temperatusq;, vt ptisanæ cre-
mor, lutea ouorū, ficus recètes comesti, quib' aqua calida superbibatur
vel tepida, vel cremor hordei, vel mulla, vel dulce vinum, vel syrupus
acetatus simplex, vel compositus cum aqua tepida, oximel simplex cū
aqua communi & hordeacea: mediocria quidem medicamenta sunt.
Flos & semen anethi, semen & radix atriplicis, melonum cucumeris
& raphani. Item semen rapæ & erucae, semen nasturcij, dauci & radix
betonicæ. Valentiora verò existunt genistæ flores, siliquæ & semen,
bulbus vomitorius comestus, vel eius decoctum potui assumptū, sam-
buci & ebuli folia radixq;, raphani syluestris radix, cepæ & nasturcij se-
men, ciclamini radix & succus, valentissimum est veratrum album
veteribus olim frequenter vsitatum, nobis autem omnibus formida-
tum, sicut hodie stibium & hydrargyrum, cum auro arte chimica para-
tum, nec non puluis herbæ eupatorij Mesuæ, vulgò gratiola vocatæ,
atq; etiã agaricus. Quæ omnia ex parte affectus & corporis & naturæ
eius, ex sensuq; ægri, ætate, sexu, habitu, temperatura, anni tempore, re-
gione, victu, instituto vitæ, excrementis, affectibus animi & his quæ su-
perueniunt, perdisces facilitè: Nam prout hæc omnia in quouis humore
purgando consentiunt, ita medicamentum aut validum aut mediocre
aut lene præscribi debet, à leuioribus factò initio, ex quibus tamen ra-
rò aut nusquam, aut cum prædictione, ea quæ validiora sunt, vt stibium
& elleborus administrare oportet: in cæteris nãq; rarò errare cōtingit.

Cate-

- A Cæterum si antiquioribus credimus, non licet in quibusuis corpo-
ribus indistinctè indiscriminatimq; hac vti vacuatione, sed plures ex-
quirere conditiones fas est, in ijs qui cogendi sunt ad vomitum: quas
consultò prætermitto, idq; duabus rationibus: prima quia ad valida il-
la medicamenta, non erant obligandi nisi qui ijs conditionibus prædi-
ti essent: ad leuia verò plures sunt idonei: quò fit, vt non teneamur eo-
rum legibus perstringi. Altera verò quia conditiones omnes reduci fa-
cilè possunt (vt mea fert sententia) ad tres tantum, videlicet ad corpo-
ris naturam, vomitui pronam, ad humorum propensionem, & motū
ad ventriculum: & vltimò ad quotidianam eorum ibidem generatio-
nem: dum modo, id non prohibeatur morbo alicuius particulæ, exijs
quæ ventriculo vicinæ sunt, quod cauere iubet Hippocrates. Tabidos
(inquit) cauentes, ad superiora purgationes: sicuti arcere ab eodem au-
xilio præcipit difficulter vomentes, nec non & melancholicos. Nec ob-
stet quòd Galenus doceat, quartana febre laborâtes curare crebris vo-
mitib': nam aliud est melancholicos ad vomitum cogere, aliud febre
quartana laborantes. in quibus propter humoris motum, qui in acces-
sionibus quarto quoq; die ad ventriculum confluit, præsentaneum est
remedium: aut saltem quia prope ventriculum humor mouetur, atq;
licet graciles ad id sint aptiores, vt Hippocrates etiam refert, id nõ de-
bet intelligi de morbosa gracilitate, quòd Cornelius perbellè animad-
uertit: nec etiam anni tempora ad id semper sunt obseruanda, nisi in qui-
bus præcautoriè quotannis conamur cacochymiam per vomitum de-
ponere: in alijs verò solum expedit attendere illa tria, quæ mox dixim':
Cum hoc tamen eorum esse habendam rationem docet Celsus, nec
non & Hippocrates. Qui inquit. Sex menses hybernos vomendum est:
- C hoc enim tempus pituitosius est æstiuo, & morbi circa caput, ac regio-
nem illam fiunt, quæ est supra septum trãuersum. Quum verò æstas
& calor fuerit, infusis vtendum est, nam tempus istud æstuosum est, &
corpus biliosius est, & lumbi genuaq; grauantur, quin & calores su-
boriuntur, & in vêtre tormina fiunt. Quapropter & corpus refrigerare,
& quæ in sublime eleuatur, deorsum educere oportet. Ad eundè etiã
modum Celsus iubet, pituitam quæ per hyemem in ventriculo gene-
ratur, vomitu reijci, veluti bilem quoq; æstate sursum conscendentem
deorsum reuelli. Nam & Hippocrates sanè supra septum trãuersum
dolores, purgatione per superiora egere: infra, inferiora significauit.
Et genibus idem author, ac lumbis dolentibus, & torminibus affectis
aluum deijci: morfuq; stomachi, & vertigine, atq; oris amarulentia in-
festatos, vomitu iuuandos præcipit. Ex quibus manifestè constat, hye-

Z 3 me

L. 7. Aph. tex. 62

Li. 4. Aph. 8.
Li. codic. tex. 7.

Li. 1. Aagla.

L. De Salu. dig.

Li. 4. Aph. 20.
Li. codic. tex. 17.

me esse vomendum, quia eo tempore plurimum abundat pituita: & A
 æstate vtendum esse cataclysmatibus, vt bilis per infernam regionē ex
 purgetur. Contrariā omnino huic sententiam, idem Hippo. profert,
 dicens. Per æstatem partes superiores vomitu, inferiores per hyemem
 medicamentis purgare: ac rursus facile vomentes vomitione purgan-
 dos, minimè tamen hyeme. Difficulus verò vomētēs, deiectione pur-
 gandos, æstate tamen tradit. Hanc difficultatem per belle dirimit Ga-
 lenus in hunc modū, dicens: Quando igitur hyeme generatur in ven-
 triculo pituita, author nobis est, vt pituitā vomitibus expurgemus: &
 bilē æstate innatantē, retrahamus deorsum. Verū tamē vniuersum cor-
 pus si purgare statuas, æstate per ventrē superiorem, hyeme per inferio-
 rē purgabis, vt est in Aphorismis relatū. Nam quæ in presenti abun-
 dant, his medebris purgatione, vt tamen per loca quò vergunt purga-
 tionē instituas; siquidē ducēda sunt, quò tendunt, per loca accommo-
 data. At quibus ne augeantur, velis obistere, per contraria loca retra-
 here debes. Quibus verbis (quæ bona fide placuit transferre) aperte do-
 cet, totū corpus (si purgare volueris, æstate per superiorem ventrē, hye-
 me per inferiorem medicandū esse, sicut in Aphorismis dictū inueni-
 mus: Etenim redundantibus purgatio medetur, illuc quò vergunt ad-
 hibita. At si ab incremento humores in parte aliqua prohibere volue-
 ris, per opposita reuellere conducit.

His sic præmissis, vomēdi ratio tribus modis humano corpori pro-
 desse potest. Primo quatenus vomitus vacuatorium est auxilium:
 Secundo quatenus reuulsoriū: vltimo verò quatenus deriuatorium.
 Cum verò vacuatorium est, suam gratiam præstat: aut quia præcauet
 quominus corpus in consuetum, aut inconsuetum morbū incidat, aut
 quia existentis causam demit: vtrunq; tamen duobus modis efficit: nā C
 aut subito expedit cacochymiā deponere, aut paulatim, ne plus iusto in
 corporibus succrescat vitiosus humor. Cum verò confertam conamur
 efficere vacuationē, biliosam solummodo cacochymiā nobis licet ex-
 purgare, iuxta Hipp. præceptū: Æstate per superiora, nā pituitosam, vt
 eadem sentētia docet, dū inquit: Hyeme per inferiora: per infernā al-
 uum expurgandā esse docet: melancholiā verò plenius deferre per in-
 fernā regionē, eodem libro, aperte monstrat. Atq; hoc non temerè de-
 bet fieri, sed pensatis prius, quæ superius diximus: nempe an humor in
 ventriculum vergat, vt Hippocrates etiam insinuauit dicens. Quòd
 si os amarum fuerit, vomere confert: oris enim amaritudo quodam-
 modo motum humoris ad ventrem indicat, vt ex Galeno, comment-
 citati loci constat: nam vna est communis tunica, & quæ ventri inter-
 na

A na est, & omnia ea quæ os ambit, quod etiam flauæ bilis ibidem ali-
 quid contineri indicat. Secundo loco considerandum est, an cor-
 pus sit ad vomitum propensum, alioquin nulla ratione expedit ad
 vomitum laborantem cogere. Ratio est, quia nobis non licet, vt su-
 perius diximus, vim vehementer vomitum modestiūna medica-
 mentorum experiri (quæ vt Galenus docet, tanta vehementia & cele-
 ritate ad ventriculum humores trahunt, vt simul omnes ventricu-
 lum replent, ac innatent: quò fit, vt facile vomitu excernantur, ven-
 triculo eorum malitia & copia latefente, conanteque per proprio-
 rem regionem citius, quò potuerit, eos expellere) sed aliorum, quæ aut
 absterfione, aut leui quodam irritamento illato, aut facultate reten-
 trice laxiore facta, suam vim exercent, & animal ad vomitum latef-
 sunt: quæ cum à venis & corporis ambitu humores trahere minimè
 queant, exposcunt succos, qui aut in ventriculo contineantur, aut suc-
 cessione ad id quò vacuatur, delabi facile possint, aut ipsi suo mo-
 tu ad ventriculū vergant. Quibus constare arbitror, ad plenam hanc
 purgationem, non sat esse, humoris vitiosi redundantiam præesse
 sed & corporis ad vomitum pronam naturam, & humoris sua spon-
 te motum ad ipsum, vt ad vomitum mouendum leuia hæc medica-
 menta, quibus tutò nostra ætas vtitur, sufficiant: alioquin nihil præ-
 ter corporis turbationem efficient. Quo tempore, vt expurganti
 medicamento, quod per infernam aluū ducat, tutius foret, quàm
 corpus frustra torquere. Medicamenta verò, quæ hunc vsum præ-
 stant, diximus Capite de Preparatione humorum. Quibus addi pos-
 sunt alia non pauca, inter quæ potissimum eligerem decoctum aga-
 rici cum thymo, & radicibus betonicæ: vltra quem, nisi in grauio-
 ribus & desperatis affectibus non licet alio vtī vehementiori: nam
 vt Celsus refert, de veratro loquens. Illud scire oportet, omne huius
 modi medicamentum, quod potui datur, non semper ægris prodes-
 se, semperque sanis nocere. Quò fit, vt leuioribus tutius sit, semper,
 vti, quibus deuoratis, pennis ac digitis ventricum irritare oportet, do-
 nec vomat: ac vt Hippocrates consulit, fomentis oportet ventricu-
 lum præparare, quod maximi solet esse in hac re momenti: inquit,
 enim. Id autem continget, si toti ipsius corpori, per tertiam aut
 quartam diem, fomentum adhibueris, & à fomentis statim vomit-
 tus feceris. Qua sententia licet vniuerso corpori liceat fomenta ad-
 hibere, alterius tamē indicationis gratia fit. Ob idq; sat est, ventriculū
 fouere, vt optimè ad vomitum præparetur: nā vt Celsus refert: Cætera
 quæ antiqui præceperunt medici, ventriculū omnia infestāt. At qui cum

paulatim ac sensim euacuare nitimur, id perpetuò fieri est necessum, Adum humorum augmentum impedire intendimus, ne eorum vitium eò crescat, vt in morbum degeneret, aut iã genitum augeat, ac diutiùs propagari efficiat. At quemadmodum plenam vacuationem solis biliosis humoribus cōuenire diximus, ita omnibus vitiosis quoquomodo redūdauerint, debetur paulatina, dūmodo sensim fiat, prout eorū est quotidiana in ventriculo propagatio, aut aliunde ibidem transmissio: quò fit, vt hoc vomendi genus ijs primò debeatur hominibus, in quibus labores superantur à cibus, & vitiosorum succorū repletio paulatim colligitur. Quaratione, cognito vitio, ex grauitate & ad motū impotentia, similiter ex inconsueta lassitudine, eos ad vomitum cogere docet Hippocrates. Præcautione etiam in quàm plurimis corporibus statūtis temporibus vomitum mouemus: quemadmodum & antiquis mos erat, & præuisionis, & sanitatis tuendæ gratiã, tribus aut duobus immediatis diebus, singulis mensibus vomere, vt ex Hippo. etiam constat, dicente, Utendum est vomitibus, si humidiores sint, ter in mēse: si sicciore, bis. Atq; etiam inquit alibi: Qui vomere bis in mēse vult, meliùs sibi consulat si biduò cōtinuauerit, quàm si quarto die: vt prima die cibos expellerent, secunda cōmotos iam humores: quod cōtinuis diebus fieri quidem debet: licet recesserit iam huiusmodi vacuandi lex ab vfu, ac meritò quidem, vt egregiè docet Galenus. Nam cōtinuis ijs vacuationibus, inquit, præter id quòd corpora plurimùm læduntur, in malam etiam trahuntur consuetudinem. Cum hoc tamē in quibus affectio maius minatur malum, quàm consuetudo molestiã inferat, ea vti cogimur, in his verò in quibus affectio non ita properat, & ventriculi vitio aliquis aggregatur humor, brumalibus mensibus vomere est tutius: quia vt refert Hippo. id tēpus æstiuo est pituitosius, & morbi caput tentant, & regionem supra septum transfuersum, & vacuationibus minùs affuescunt laborantes. Quod etiam docuit Celsus qui ineunte vere (& nō singulis mensibus) vomitum prouocare iubet in his quibus vetriculi ratione multa succrescit in corpore pituita: quo loco etiam de veratro loquens, profert non esse exhibendū cōstuentibus neq; brumalib⁹ tēporibus: Tū quia medicamētū est calidissimū: tū etiã quia hyberno tēpore plurimū pituitæ abūdat, ac periculū est, ne subita humorū tractatione laboras suffocet. Prodest quoq; hæc vacuandi ratio paulatim facta vetriculi cruditatib⁹, ciborū corruptioni, malatię, appetitui labēti, comitialib⁹ morbis à vetriculo ortis, resolutis etiã ac tremulis vacuato priùs toto corpore, ac morbo vlteri⁹ pcedēte. Prodest & epoto veneno, ac dolorib⁹ omnibus, qui citra distēperie, flatū aut tumore præter

2.1.3. de dieta.

L.1.3. De Dieta.

2.1. De ratio. vicia. priua.

2.1.3. Aph. cō. 19.

2.1. De salub. dig. tex. 15.

2.1.2. cap. 3.

Atter naturã fiunt: nã pituitã & vitiosos humores in ventriculo & sibi proximis partibus cōtentos, quouis tempore redundauerint, euacuat facile. Cōfert itē omnibus ex ventriculi vitio vomentibus, quos ad vomitū cogere Hipp. præcipit dicens: nã si quis homini vomēti aquã multã bibendã dare velit, eluentur ea per quã vomit vnã cū vomitu. Et sic quidē per vomitū vomitus sedatur. Rursus autē propterea quòd sedatur, quia infernè procedere ipsi fecit, ex illo id quod intus est, vomitū facit, & ambobus contrarijs modis homo sanus fit. Cōfert etiã, vt Celsus refert, omnibus qui ante febres horrore, & tremore vexatur: nanq; in principio accessionū interpollatarū febriū præsentaneū solet esse auxiliū, earū præsertim, quæ diutiùs prorogantur, in quibus omnibus aut ventriculus solet mali causam adaugere, aut ad ipsum ex partibus sibi proximis in accessionū principijs, peccates humores delabi consueuerunt. Docet tamen Aëtius, quo tēpore tutiùs id fieri possit, qui cū de veratri exhibitione loqueret, hæc scripta reliquit. At in morbis in quibus interualla sunt, dandū est in interuallis: in alijs, quãdocunq; contingerit: in quartanis verò & fluxibus intestinorū, in ipsis accessionibus: quod his verbis dixerat Hipp. Si verò quartana apprehēderit, si quidē impurgatus fuerit, primū caput purgato, & interpositis tribus aut quatuor diebus, pharmacū sursum versus purgans dato in ipsa deprehensione. Idē cōsuluerat dicēs. Sursum verò in exacerbationibus, tūc enim etiã sua sponte eleuatur, cū anxij & capite grauati fuerint, & se iactauerint, eadē etiã refert idē author verba multis in locis. Quãobrem per vomitū citra alui subductionē poterit vtiliter vacuari corp⁹ in ipsa morbi accessione, ex difficulter mobili materia pēdentis; nō solum in quartana, sed & in quouis alio morbo eiusdē census, Gal. tamē vomitus in ipsis accessionibus mouet, aluum verò post accessiones: quoniam ita comparatum esse natura vidit, vt cū sponte ipsa mouetur, vomitus in accessione commoueat: alui verò deiectionem, in ipsa declinatione. Atqui hoc pacto interpretandus est Auicena qui dixit, In die paroxismi non moueas (nempe) per aluum, nam per vomitum, neque Aëtius loco dudum nobis obiecto recusauit, adhuc cū veratro: neque Galenus id renuit, præsertim cū prona ad id est natura. Reuellimus etiam humores, ac eorum impetum cohibemus vomitorijs auxilijs, modò ventriculus fluxionis sit causa, modò totum corpus. Nam si ventriculus fluxioni consentit, ad originem reuocanda est fluxio, quia per eundem locum eandem expurgare est tutius. Verum si totum corpus inueterata consuetudine ad distantes è vetriculo partes transmittat, præsentaneum erit remedium, vomitu humorum

L.1. de Locis, in hom.

Sermo. 3. tetrab. 1. c. 121.

L.1. de Affect.

L.1. de Morb. po. pu. parte. 5.

L.1.5. popu. & 7.

L.1. Quos & quibus do.

morum impetum in contrarium vertere. Quod quidē nulla ratione fieri debet, si partes ventriculo proximę fluxionem susceperint: nā tūc maior in particulis concitabitur fluxio, varijs ac inordinatis ventriculi motibus. His præmissis expendere etiam oportet, quantum proſit huiusmodi reuellendi ratio. Nanq; fluxiones quę a capite fiunt, vomitibus auertimus, a partibus ad quas fluere consueuerunt, vt Hippocrates inſinuare videtur: Confert etiam inueteratis capitis affectibus excepta vertigene, nisi dum fuerit per consensum a ventriculo, præſidium etiam est maximū in ſedandis alui fluxibus, vt fatetur Aëtius ac Hippocrates, qui inquit: a profluuiio alui fortē correpto vomitus superueniens bonum. & in Aphorismis eandem refert ſententiam: licet non deſint qui huiusmodi veritatem euertere conentur: nanq; reuellit huiusmodi vacuatio humorem fluxui paratum, ac per contrariam regionem euocat & minuit. Illud quoq; ſcire in hac re operæpretium est, nimirum quod vomitus ventrem ſolutum comprimit, & cōpreſſum ſoluit, quod egregiē docuerat Hippocrates his verbis: Ventrem compactum vomitus ſoluit, & egerētem magis quā oportet, ſiſtit, illum quidem humectans, hoc verō ſiccans. Quum igitur quis aluum ſiſtere volet, auidē deuoratum cibum euomere oportet, prius quā humefcat & infra detrahatur: & magis acerbis & auſteris edulijs vti. Vbi verō ſoluere aluum quis velit, plurimo tempore cibis morari confert, & acerbis, & ſaliſis, & pinguibus. ac dulcibus, tum cibis, tum potionibus vti. Placuit ad verbum transferre omnem Hippocratis dictionē, nanq; pulchrē docet, & remedium & vtendi modum. Refert etiā idē, de viro qui Athenis habitabat cholera correpto, qui elleboro ſumpto in lentium iuſculo vomuit, & ſanitati reſtitutus fuit. Auxiliatur etiam reuulſoriē vomitus omnibus affectibus, qui fluxu fouentur, veluti ex ulcerationibus renuum, veſicę & ani, ac articulorum: quos mirum in modum ſanat, præſertim præcautoriē, ne qui in articulos & partem affectam ſolet delabi humor, paulatim ſucceſcat: ſed potiū paulatim per vomitū expurgatus, deſinat mali eſſe fomentū: quo ſolo præſidio plures ab articulorum doloribus euafferunt. Prodeſt item omnibus acutis affectibus iam inueteratis, dum ex deprauata victus inſtitutione ſuboriuntur. Pręſtat quoq; in vteri prolapſione miro modo, vt expreſſe per hæc verba fatetur Hipp. Poſtea aquā lentiū bibens melle & aceto admixtis, vomat donec vteri fuerint retracti. Quod mihi in hoc affectu tutiſſimum videtur conſilium, præſertim ſi menſes non fluxerint ſed ex laborioſo partu prolabatur, purgata ſatis a partu ſcēmina: aut dum ob inundantem pituitam id contingit.

Li. De locis in hōmine.

Li. De Morbis. L. 6. Aph. tex. 16.

Li. 2. de Dięta.


Li. 5. de Mor. vul.

Li. De ſterilibus.

De

A Deriuatoriē etiam plurimum præſtare auxiliij omnibus eſt. perſpicuum, quum humor qui in partibus ventriculo vicinis continetur, aut in eaſdem aliunde delabitur, per vomitum excernitur, tanquā per proximam regionem: qua ratione prodeſt affectibus inueteratis iecoris, ſplenis, melaręi, & inteſtinorum gracilium ac nonnunquam thoracis. Quod fit, vt ex vſu ſit hydropicis, maximē aqua intercutem laborantibus: regio item morbo ac hypocondriacis affectibus, necnon & anhe-loſis, dummodō ijs partibus affectus non proueniat ex tumore præternaturam, vlcere, flatu aut diſtēperic. Nanq; in his præter id etiam q; vomitu nihil extrahitur, in grauiora pericula laborantes dilabuntur, ac omnino erit extra artis rationem. Præbet enim Celfus ſignū, quo monſtratur hoc auxilio eſſe opus: refert itaque. Vbi amari ructus cum dolore & grauitate præcordiorum ſunt, ad hunc protinus conſugiendū eſt: B nam & grauitatis ſenſus plurimū crudorum humorum craſſorum aut viſcidorum index eſt: quemadmodum & morſus atque eroſio, & ſitis, & oris amaritudo, & ructuum ſimilis ſapor, tum bilis flauę tum aduſtionis, tū putredinis teſtes ſunt. Prodeſt inſuper eis, quibus pectus æſtuat, vel frequens ſaliua vel nauſea eſt, aut quibus præcordia dolent, qui conſueti deſierunt vomere: eò quod in ijs omnibus iuxta ventriculi regionem fluctuant humores, quos commodiū per vicinam regionem licebit expurgare, quā per quamuis aliam.

Conſilium circa vomendi indicationem:

C  Text Aſclepiade refert Celfus, conſtat perpetuō vomitionem damnandam eſſe, nullumq; præbere vſum in valetudine tuēda. Atq; cum temere nemo repudiāduſ ſit, quum ingenio & arte aliquando floruiſſe conſtat, penſandum plurimū eſt, quid ſibi velit eiufdē dictum: ſaltem ne temere aliquid & inconfideratē aggrediamur agēdum, ſed certo conſilio ac recta ratione, ſi quando deſit experientia, nam eiufdē defectus multa ſolet mala & medicis & laborantibus afferre. Inquit enim Hippocrates: Imperitia malus theſaurus eſt medico, nam eſt timiditatis & audacię mater: ex quibus timiditas impotentiam arguit, & audacia ignorantiam. Quapropter maturo quodam conſilio ea oportet aggredi, quę nec plurimū ſunt in vſu, aut quibus vir aliquis doctus refragatur. Metiri tamen vomendi rationem, docet

L. de. L. ege.

doct. Celsus per hæc verba: Commoneo tamen ne quis qui valere & A
 fenescere volet, hoc quotidianum habeat. Cuius decreto commotus cō
 sulo, ne medicamentis vomitum cientibus sani, aut acuto morbo occu
 pati vrantur, nisi natura plurimum in id poposcerit, ac turgens ad vomitum fuerit. Nam in longis & induratis affectibus præcipue suum beneficium præstat. Hinc etiam veteres cum nihil in medicina spei deprehēdisent, ad vomitum solebant confugere. Id quod hodie Empirici quidem sine vlla ratione factitantes, optimis quibusque medicis laudem præripiunt: nam ea medicamenta propinant, quæ supra & infra valentissime purgēt. Quæ si æger ferre possit, sanitati plurimum restituitur: sin autem laboras moritur, audaciæ suæ & temeritatis patrocinium habet: quod scilicet morbus fuerit desperatus, tot medicis antè frustra curationem molitis. Cæterum nos (qui veterum vestigia sequi conamur) decet huius præsidij præstantiorem vsum docere, ne imperitorum more, quid vsquam præter spem & institutum (quantum ars ipsa permiserit) eueniat. Primum itaque expendere oportet, perperam Asclepiadē omnem vomitum in tuenda valetudine reieciisse: nam plurimum esse ex vfu monstrat experiētia. Fœda etiam eorum est cōsuetudo, qui quotidie eiiciendo, vorandi facultatem moliuntur, præsertim si virulentis fiat medicamentis, propterea quod ea & ventriculum lædunt, & mali succi sunt omnia: quibus aut dentes plurimum patiuntur, aut venter supra modum humiditatibus scatet. Cæterum nec reiicienda hæc ex toto sunt: nam corporum interdum temporumq; ratio ea potest facere necessaria: nam humidioribus ter in mense, siccoribus verò bis vomere consulit Hippocrates valetudinis tuendæ gratia, sicut præcautionis & curationi ratione: siquidem temperatis temporibus adhibita, vel Celsi consilio, grauib; ac diuturnis morbis, tum pellendis præsentibus, tum arcendis imminentibus, magna eorum quandoque & ingens est necessitas. Quid enim aduersus diuturnissimam quartanam, elephanciasim, aut inueteratam pforam corpore existenti robusto leuia proderunt medicamenta? quibus signatim casibus & eis similibus pensatis prius quæ oportet, libenter (nisi quis doctus vehementer contrarietur) auderem elleborum, colocynthidem & similia adhibere: nec non & præparatum æstiuum: quod medicamentum nisi rustica quædam timiditas impediret, plurimum foret ex vfu. Sunt etiam aliæ temporum & corporum conditiones, quibus leuissima adhuc medicamenta solēt esse grauia, veluti sanguinem reiicientibus, fœminis etiā quæ vteri suffocationibus corripiuntur, naturis ob acumen sensus nause abundis, imbecilib; etiam ventriculo & capite, animi deliquijs: & ijs præsertim

L. 3. de Dieta.

A fertim quibus caput facili occasione dolet, vt aduertit egregiè Celsus. Item his omnibus, qui suffusionem suspectam habet, sicut & alijs, qui oculorum morbis afficiuntur: quos tamen dum à ventre affectus oritur, egregiè sanat: sicut & surditatem. Consulo tamen inter vomendū oculos comprimere, & postea aqua frigida abluere. Edat item vomēs pirum saccharo conditum, aut nonnihil ex cortibus malicetri, ac parū bibat ex aqua mastichis, aut odorati vini: pari quidē lege id videtur cōsuluisse Hippo. in fœminis, quæ hysteris affectibus premuntur, inquit enim: At supernum vētrem ne moueto, cicutient enim, aut circa fauces turbationes & alia infestabūt: quod subaudire oportet dum ex ventriculi vitio malum non suboriat. Cæterum ne in quibus conuenit, aut natura prona apparet ad ventrem, citra modum vomitū prouocemus, monendus mihi in hac parte lector est, quod si in ipsa morbi accessione alui perturbatio ac fluxus superuenerint, ei nō debet medicus opitulari, licet permittenda sit, interim dum eam tulerit virtus, non tamen est iuuanda, siquidem intempestiuè fit: si verò post coctionem aparuerit, non debet suppleri defectus, quousq; cessauerit, aut saltem deferbuerit accessio. Dispari tamen ratione res se habet in vomitu: namq; eum excitare in accessione, & deficientem supplere, si natura nequeat, citā dubitationem possumus: quia naturam in illum passim vltro concitari videmus: Verum si quando contigerit, quod in acutis id natura tentet, adhibeto leue vomitorium, si ventriculus reluctari videatur: nam neque vomitus quidem neque alia fortis euacuatio tentanda est, donec absoluta coctione suo tempore prouocanda sit. Cæterum si fieri debet por vomitum solennis expurgatio, qualis solet perfecta coctione celebrari: in non profis, potius spectarem remissionis tempus: in alijs verò qui propensi sunt, si plurimum natura turgere videatur, leui quodam irritamento & corporis præparatione illi opem ferrem. Inquit enim Hippocrates, Quod si os amarum fuerit, vomere confert, & ventrem soluere. Quo loco non licet intelligere de plena per vomitum purgatione, sed de ea quæ sufficiat extrahere quod in ventriculo & partibus proximis continetur, cuius ratione os amarescit: Cæterum ad plenam purgationem, ea omnia quæ mox diximus licet considerare. In omnibus tamen cauere oportet, ne nimis acres aut corruptos humores per vomitum expurgemus: nam sensus & præstantia oris ventriculi agrè fert contactum vitiosæ materiæ, ni prius admodum fuerit præparata, & alijs lenientibus & humidis medicamentis commixta. Vltimò expendere oportet, quod vbi potiones quæ vomitum mouent, propinamus, largiores eas alijs, quibus stomachi vitia emendare

Lib. I.

L. de Morb mu.

L. I. 4. Actuum

nota

dare solent, esse oportet: ut rei pondere subuertatur ventriculus: atque ita infestantes humores simul reiiciat. Præterea qui vomunt, non comedant donec fortiter famelcant, ut consuluit optimè Auicena.

De communi & peculiari indicatione purgationis quæ fit per urinam. Cap. 10.



ICET medica hæc facultas plurimum distet ab artis natura (ut quæ non ex frequenti operatione solum, ut a liij habitus artificiosi comparantur, sed potissimum ex libris & doctoribus, qui vniuersalia explicant, adipiscitur, ut etiam testatur Auicena, qui eos medicinæ scientiam tenere, & medicos esse, refert, qui nunquam medicinam factitarunt, si modò eius præcepta & rationes didicerint: nam verè artes, ut mechanicæ, ex frequentibus operationibus comparantur) cum hoc tamen, ut Plato refert in Gorgia, peritia facit ut vita nostra per artem incedat, imperitia verò ut per fortunam temere circumuagetur: quò fit, ut medicus egeat experientia in particularibus, alioquin non potest rite mederi, ac operari. Namque cum artes re vera certo constant numero præceptorum, quia principium illarum semper est in artifice: & in medicina nequeat hoc fieri, eò quòd principium faciendi sæpe est in natura, quæ infinitos & implicatos motus facere potest, ita ut noua præcepta sint constituenda, ob nouas mutationes quæ à natura emergunt: necessum est, in quouis particulari auxilio tyrones exerceri, ut adamus cum calleant (ac si experti essent) quid sit agendum. saltem ut minori negotio rei metas attingant, ut si prodesse semper non possint, nusquam tamen noceant. Quod quidem fiet, ac rectè mederi dicetur, ubi usum vimque salubrium causarum exactè tenuerint. Atque cum urinam prouocare, neque admodum sit consuetum, neque semper tutum: ne quis temerè vim auxiliij huius importunè & citra rationem experiatur: ob id huius doctrinæ summam tribus tantum capitibus complectar. Quorum primum docebit, quæ partes per urinam commodè expurgari queant. Secundum, quibus id medicamentis tuto fiat. Tertium verò qua ratione, quoque morbi tempore.

Circa primum, quanti sit momenti ea quæ ab affectis partibus præstatur indicatio, pro ipsorum morborum curatione, mille in locis Galenus

A Galenus testatus est. Scriptum enim reliquit, nil ob stare quominus medicinam non sex mensibus tantum, sed sex diebus totam eddiscas, si quis eam, quæ à partibus ipsis præstatur, indicationem adimat. Cæterum exclusis à præsentis capite indicationibus, quæ à temperamento, ab actione & à sensu particulæ sumuntur, tantum de his quæ à figura, situ, ac connexionione partium demadatur, differere mihi est in animo: eò quòd per quæ locum particula expurgari desideret, facile commonstrent. Sunt autem hæc partes omnes, quarum vitium ex urinis licet deprehendere. Quas quidem sublimiores esse corporis particulas, Galenus censet, qui in hunc modum profert: Ita etiam ubi ex sublimioribus pars aliqua affecta est, excrementa cum urinis eiecta intueri, & ea suspectarum partium essentiam comparare oportet. Qua sententia constat, partes illas posse per urinas expurgari, quarum affectus ex urina deprehenduntur.

B (licet aliarum etiam partium quandoque affectus natura per urinam curet: & si earum nullam posset præstare propriam notam) ex inferioribus etiam quædam partes per urinas liberantur à morbis, ut refert idem Gal. loco citato, inquit enim: Igitur per urinam expurgantur gibbæ hepatis partes, atque omnes quotquot sunt his superiores. Præter quas etiam, aliarum inferiores per eandem regionem tanquam per propriam, facile liberantur, ut renes, vesica, vterus, & partes his ministrantes, quibus proprium est per urinas expurgari: quemadmodum etiam non sine magna laborantium utilitate vniuersum genus venosum, & arteriosum. Quod quidem Gal. his verbis apertè docuit. Quæ cumque verò in hepate, vel venis, vel arterijs vel renibus continentur, per urinam, aut per ventriculum expurgantur. Quarum quidem partium affectus certò ex urinis cognoscuntur. Nam quemadmodum secundum naturam ex vniuersis venis urina secernitur, ita facultates valentes in morbis tenuatum humorum per eandem regionem tollunt. Cæterum & si pulmonem & thoracem purgare per ventrem non nunquam contingat: per urinas etiam id fieri aliquando cernimus, quæ admodum & partes omnes quæ ad thoracem expectant: idque duobus modis. Vno quatenus affectus fouentur à venoso genere: nam eo tempore facilius per hanc regionem expurgantur, & à natura & ab arte. Alio verò quatenus morbus firmatus iam est in particula aliqua, quæ per urinam demere, neque natura, neque ars usquam tentarunt, (licet aliquando euacuata per hanc regionem materia antecedenti, affectus resolutione euanescat) nisi in suppurationem de generauerit. Nam tunc temporis per urinam natura id pellere solet: quemadmodum videri potest in vomica pulmonis, ac in suppuratione thoracis affectibus: quos licet raro per urinam expurgari videamus: quo tamen modo id natu-

Li. 13. Meth. ca.

Li. 6. De loc. af. sect. cap. 4.

Li. 3. Artis med.

Li. 3.



ro molitur (licet non desint qui Galeno in hac re contradicant) A
 paucis exponam. Culpatur quidem Galenus, quod impossibilia quæ
 dam (quæ ut fieri queant, rationi omni reclamant) scripserit. Quæ
 dicta sunt lib. 6. de Locis patientibus. quo loco in thorace, & pulmoni
 bus contenta (quanquam rarò) interdum per aluum, sicuti quæ sub
 septo transuerso sunt, per vrinas purgari solere, dixit: atq; ita pulmonis
 aliquando abcessum, per vrinam purgatum, visum esse testari, ipse nō
 dubitarit. Quod non vsque adeo videri mirum debet, cum haud dif
 ficulter, sicut ipse ait, leuis pulmonis arteria quod puris in se ipsa reci
 pit, ex rupto abcessu, id in sinistrum cordis ventriculum defferri pos
 sit, vnde in magnam arteriam indicens pus, per renes in vesicam tran
 siens, deferatur: nam quemadmodum ex vena caua, sic ex magna quo
 que arteria ramosæ quædam propagines in renes tendunt. Miran
 tur quidem omnes (vno excepto Auicena) Galenum, quod purgatio
 nem laudet per principale membrum factam, quale cor est. Argu
 mentanturque ex maximis periculi rationibus, tum etiam ob particu
 laræ præstantiam, tum verò ob humoris malitiam: quibus ego respon
 dere conabor tribus rationibus. Prima quia absurdum est negare,
 quod à multis ita fieri visum est, eò quod ipsi aut non viderint, aut cau
 sam facti ignorauerint. Ex peritiæ enim incredulitas parere debet.
 Secunda ratio est, verum esse, vacuationi huic graua sequi solere symp
 tomata: cæterum hac ratione culpæ Galenum, alienum etiam esse à
 ratione: nam ipsæ rem quæ fieri potest, narravit, licet symptomata nō
 dixerit. nunquid ex inde ipsum falsa dixisse dicemus, quod per cordis
 loca abire in vesicam pus existimauerit? minime, siquidem quæ ipsæ
 vidit, scripsit, accidentia tamen subicit: aut quia non erat ad eorum
 disputationem aptus locus, aut consultò potius quàm ignorantia. C
 Quò fit, vt nomine cōtraditionis nō sit acuatidus, eò quod dixerit per
 loca cōferetia oportere ducere: quia nil aliud suadere nobis nitit, quàm
 quòd loca quæramus, per quæ commodius semper ac tutius duci eua
 cuandus humor queat. Cæterum vt rem tertia ratione concludamus
 ac constet vacuationem, quæ fit per cor, nō esse necessariò periculosa
 expendere oportet, longè aliud esse cum quid naturaliter fit, ac cū præ
 ter naturam: à facultate quadam, an ab affectu: à parte imbecilla, aut
 ab ea quæ robusta est: ac vltimò longè diuersum esse, cum expellitur
 noxa, ac cum recipitur: contrariarum enim rerum diuersam quoque
 ac contrariam esse rationem oportet. Quò fit, vt licet ex contactu ma
 teriæ illius suppuratæ, varia possint sequi symptomata, non ob id se
 quitur esse necessarium, præsertim quum materia illa quodammodo
 sit

A fit à natura eucta, & ab eadem transmissa, non suscepta. Quibus ex
 actè consideratis, id esse contingens, neque semper admodum gra
 ue, facile esset intelligere, quemadmodum & Galenum vera protulisse.
 Ecce, hæ sunt partes à quibus per vrinam solet natura noxios hu
 mores pellere: etiam si non semper liceat medico motus naturæ sequi,
 ac omnes quas ipsa molitur vacuationes, emulari, vt in consilio latius
 probabo.

QVOD secundo loco disputare proposuius est, nosse exactè
 quæ sint medicamenta quæ huiusmodi vsum præstent. nanque vt de
 bitè quis aliquo præsidio vti valeat, non sat est nouisse partium natu
 ram, ac conditionem, nisi affectuum speciem, & medicamentorum
 vim exactè nouerit. Medicamenta etenim huic vsui proficua, in du
 plici sunt differentia: nam aliud est apud Hippocratem & Galenum,
 B vrinam mouere, & aliud diureticum esse: eo modo quo aliud est ge
 nus ab specie. Quicquid enim diureticum est, vrinam mouet, non
 autem commigrat ratio, vt scilicet quicquid vrinam mouet, diureti
 cum dici possit. Ea enim quæ verè & propriè diuretica dicuntur, a
 criâ vehementerque calida & sicca esse oportet, vt sanguinem discin
 dât, discernantque à crassioribus partibus eas, quæ aqueæ sunt, tenues
 ac serosæ, quas renes trahentes & à sanguinis partibus quibus nutriū
 tur excolantes, in vrinam conuertunt, quæ ad vesicam transmissa min
 gitur. Quod quidem opus, non vt fertur, seroso humore separato à
 sanguine fit, eo modo quo serosum coagulata crassiore lactis parte: tan
 tam enim caliditatem sustinere natura non potuisset, sed quia huius
 modi medicamenta pituitam fundunt, ac crassos humores in aquo
 sam substantiam mutant, qui postea cum seroso humore facile miscen
 C tur, & cum eo ad renes trahuntur. Cùm hoc tamen ea peculiariter
 vretica dicuntur, vt Galenus refert, siue vrinam mouentia, non quia so
 lum moueant vrinas, sed quia solas absque id quod menses ac lac mou
 eant: nam finitima sunt hæc omnia medicamenta, vt eodem capite
 Galenus docet. Diureticum verò secundo significato, medicamen
 tum omne est, quod vrinas mouere potentiam habet. Quod qui
 dè est in triplici differentia. Primò vrinas mouet, quia plurimam aquo
 samque materiam corpori suppeditat, quam cum renes trahunt, si
 mul etiam educunt humores in venis contentos: quomodo vina alba
 & aquosa, semina plantaginis, melonum & aliarum multarum re
 rum, dicunt per vrinas expurgare. Secundum quidem vrinam mou
 et, abstergendo humores, qui in vasis & renibus continentur, quod
 mirum in modum præstat terebinthina. Sic enim Galenus radi
 cem

cem ononis commendat, quoniam abstergit. Vltimū verò est A quod vtrunque præstare potest: absterfionem videlicet & plurimam aquositatem: id quod faciunt aquæ sponte nascentes, nitrosæ nimirum aut falsæ. Quartum verò non sine ratione ijs addi possit, quod etiam familiaritate substantiæ humores noxios per vrinam trahere potest, vt casia & rhabarbarum, quæ biliosos humores per vrinam pellunt. Vtrunque horum modorum prouocandi vrinam tangere videtur Aristoteles. Ea nimirum quæ humida sunt, aut quæ aqua referta, vesicam soluere dicens. Alibi etiam inquit, Odorata omnia vrinam mouere, quia calida sunt: quod etiam refert Paulus in epistola Dioclis ad Antigonum Regem: quod similiter probat Hippocrates, qui potiones conficiebat refrigerantes, ac sedantes. sitim, & mouentes vrinam, atque alias calidas, siccas & acres.

EX QUIBUS peculiari ratione sunt partes quædam, quæ B dum afficiuntur, desiderant propriè vretica medicamenta, & omnino respuunt quæ vrinam mouent, quales sunt partes quæ vrinæ deferuiunt, vt emulgentes venæ, renes, vretes & vesica, in quarum affectibus nulla ratione sunt adhibenda, quæ vrinam augment: nam plus læduntur, & obstruuntur plurima vrinæ quantitate per easdem partes dilabente: sed desiderant per sibi propriam regionem ex purgari medicamentis, quæ valeant eas à suis affectibus vindicari, qualia sunt, quæ propriè vretica appellantur: vt quæ calidas siue tophaceas substantias incendunt. Sunt autem hæc, vt radices regionum asparagorum, rubi: betonica item, polium, acetum schyllinum, & radices etiam apij & fœniculi: quod quidem & tutiori modo (licet tardiùs) præstare possunt, quæ lac, menses, & semen mouent. Atqui licet hoc ita sit, vbi in eisdem partibus, quas modo retulimus, humorum C crassorum ac viscidorum copia inest, ea medicamenta etiam sunt adhibenda, quæ absterfendo vrinam moueant. Quòd si vlcus sordidum etiam in eisdem partibus ad sit, hæc eadem adhibere oportet. Cauendum tamen est ab ijs, & alijs quæ vrinam suppeditant, dum hæc partes calculo, obstructione aut tumore præter naturam afficiuntur.

DESIDERANT præterea medicamenta verè diuretica affectus, qui aut totum corpus, aut aliquam signatim eius particulam ex ijs quas diximus afficiunt: nam cum hæc aliquando eligant humores biliosos aut serosos, vt de iba fatiua & de capri folio fertur, eis quidem vti oportebit, vt humorem tenuem per vrinam expurgent.

Quæ autem potiori modo vretica dicuntur, citra respectum ad ellectoriam

Astoriam attractionem, affectibus ijs venosi generis (iure optimo) debentur, qui ex crassis, densis, & concretis ac frigidis humoribus suboriuntur: nam eosdem in vrinam commutare hæc medicamenta propria vi & natura habent.

Vrinam verò mouentia ijs affectibus debentur, qui crassis humoribus ob adustionem & siccitatem factis, concitantur: quales melancholia & sibi proximi humores sunt. Quos ea medicamenta quæ suapte natura aquea sunt, vt vinum tenue, & semina melonum & eius census pleraque, commixtione aqueæ substantiæ, fluidiores reddunt, atque ad vrinæ officinas conuertunt. Quò fit, vt quæ solum vrinam mouent, aquosam & multam eam efficiant: quæ verò propriè vretica sunt, multam & crassam, & humore peccante foedatam.

Rimari etiam expedit tempus idoneum, seu occasionem, expurgandi corpus per vrinam: quod in præfenti bipartitam habent considerationem: alteram, quæ tempus respicit: alteram verò, quæ corporis dispositionem. Circa primam expendere oportet, quod præmissis remedij qualitate (quæ ex affectus natura) & quantitate (quæ ex magnitudine causæ) & in agendo vehementia (quæ ex affectus magnitudine desumi debent) tempus idoneum vtendi hoc præsidio, debet sumi secundum varia morborum tempora, ac secundum vim & potentiam medicamenti, quo vrinam mouere intendimus. Nanque in morbis qui subito & confertim soluuntur, medicamenta hæc omnino à ratione aliena sunt, eò quòd hæc omnia paulatim moliuntur suam actionem. Morbi verò in quibus materia vnicè excernitur, medicamenta desiderant, quæ etiam confertim euacuent. Quò fit, vt diureticis non solum non iuuentur, verum & offendantur plurimum: quia cum hæc calida sint, morbum indubitanter exasperabunt magis. Quæ ratione affectus huiusmodi, ea medicamenta desiderabunt, quæ mouere vrinam tantum diximus, atque ea non nisi aut transacto principio aut vacatione præmissa. Cæterum si morbus ex his fuerit, qui paulatim & sensim soluuntur, proprius per vrinam vacuari desiderabit, vt Gal. aperte docet. Inquit enim. Sepè dictum iam est, vt humores corporis calidiores tenuioresque paratissimi sunt ad excretionem: crudis verò & crassis aut per abscessum, aut per coctionem natura medeatur: porro id ipsum vt per coctionem medeatur, excretio quædam est, quæ ex vrina magna ex parte, rarò per aluum efficiatur. Ex quo loco facile constat, morbis qui ex tenuibus humoribus oriuntur, ea esse adhibenda medicamenta, quæ confertim expurgent: licet transacto principio expediant quæ diximus mouentia vrinam.

✓ verò quæ ex crassis fiunt ac lentis humoribus, vt qui paulatim A
 & per coctionem excerni ament, medicamenta quæ verè diureti-
 ca appellantur, incumbere. At cùm principium in huiusmodi mor-
 bis diuturnis, quiescendum esse commonstret, & status sit tempus co-
 ctionis, & mutationis affectus, declinationem existimamus aptissimã
 esse ad huiusmodi purgationem: hac tamen facta distinctione, quòd
 in morbis in quibus coctionem expectare licet, si medicamento eli-
 gēte, vrinas mouere conamur, coctionem (saltem manifestam) expe-
 ctare expediet. Alia verò medicamenta quæ diuretica sunt, præmissis
 sufficientibus vacuationibus, tutò adhiberi possunt. Cæterum in alijs
 morbis, in quibus non opus est expectare coctionem, haud dubiè præ-
 missa per aluū leui purgatione, possunt administrari: nanq; hæc calida
 ✓ medicamenta in morbis à crassa & frigida materia pēdentibus, & hu-
 mores præparant ad coctionem, & ad expulsionem, ac paratos co- B
 ctosq; iā per vrinas pellunt. Hæc enim humores reddunt renibus fa-
 miliares, eos fundendo ac attenuando, quos postea renes familiaritate
 luxuriantes trahunt tutò, ac citra corporis molestiam.
 ✓ Occasionem etiam huius auxiliij præbet corporis ipsius dispositio,
 cui iure optimo reduci possunt anni tempora, humorum copia, ac
 corporis ipsius densitas, & etiam obstructio. Verùm ex his omnibus
 quæ maius faciunt negotium in mouendis vrinis, sunt humorum co-
 pia, & viarum angustia: siquidem nulla ratione sunt adhibenda, quæ
 vrinas mouent; materia existente multa, sed illis præstatur occasio
 post magnas vacuationes: ratio est, quia loca ad id destinata ita sunt co-
 arctata, vt materiæ magnam copiam nullo modo capere possint, quin
 periculum sit delationis materiæ in aliquod membrum, aut obstru-
 ctionis in venis & vrinæ meatibus. Atque ideo præstat hoc vacuandi C
 genus in materiæ reliquijs, & crassis humoribus, quos ad vrinæ vias
 facile conuertit: hos enim attenuat, & renibus familiares efficit: est qui-
 dem aptissimum præsidium ad consumendas humorum reliquias.
 Cauere etiam oportet viarum coarctationem ac angustiam, nam si
 hoc tempore vrinas mouere tentaueris, plus obstrues & mali efficies,
 quàm prodesse possis. Quò fit, vt in affectibus eorum membrorum,
 quæ per vrinam habent expurgari, veluti gibba hepatis, renes, ve-
 sica & venæ omnes, si multo vitioso succo sint referta, per al-
 uum debeant expurgari: sin modico, per vrinas, cauendo sem-
 per viarum coarctationem, quæ ex multis fieri solet humori-
 bus, aut ipsis delabentibus ad eas partes vi diureticorum. Hinc
 etiam fit, quòd in viscerum obstructionibus cautè ijs vtendum
 sit

A sit: ratio est, quia si viscera ferè omnia cùm obstructionem patiuntur, naturalē vrinam ita percolatam ac tenuē, & à quouis humore quan- tumvis naturali secretam reddunt, vt parum aut nihil ab inalterato potu dissideat, qui fieri potest, vt hæc partes viā præbere possint humo- ribus, qui per easdem, ab vreticis medicamentis vi trahuntur. Quæ ra- tione cauere id etiam oportet.

Consilium in mouendis vri- nis.

ICET in omnibus affectibus, in quib⁹ vrina aliquod
 valet præstare inditium, facile moueri possit: non ta-
 men est perpetuò tutum, si absq; alio præcepto vt iacet
 intelligatur. Nam plura sunt quæ artis legibus consti-
 tuta, eis natura admodum auersatur, ea quæ ceu letalia
 venena refugit: nonnulla item inutilia aut arte improbata, natura inter-
 dum desiderat, ac prosequitur, quemadmodum videre licet in pulmo-
 nis vomica etiam si supra pulmonem nihil indicet vrina: cū hoc tamen
 per eandem regionem tutò illius pus à natura expurgatur. Quod ta-
 mē nobis tentare nusquàm licet: nanq; natura cōscia sibi est in his quæ
 agit, ac docta, & operatur veluti mentem habens. Quò fit, vt plures ip-
 sa (vt quæ solertissima sit) moliatur vacuationes, per abditas atq; præ-
 stantissimas corporis partes, quas medicum tentare non decet, quia lo-
 ca illa conferentia sunt naturæ (quæ nihil frustra tentat, neq; necessa-
 riorum quicquam dum naturæ legibus guernatur, prætermittit) no-
 bis autē id tētare minimè licet. Quæ ratione in quibusdā affectib⁹ hoc
 vtitur vacuandi artificio, cuius opus in eisdē imitari, tutū non est. Nāq;
 in maiori propemodū morborū parte, etiam si in vrina humor peccas
 ostendatur, non ob id in omnibus docet ars per vrinam expurgare.

Cauere itaq; ab huiusmodi vacuatione oportet tabescētes & macie
 confectos, calidos item affectus, saltem donec deferbuerint. Eos insu-
 per qui patiuntur tumore quēuis, ac exulcerationē partiū vrinæ seruien-
 tiū, siquidē lōgissimè à parte fluxione tētata reuellere oportet, nequa-
 quā ad eā trahere. Quæ ratione neq; pudēdis laborātibus, aut vtero, vl-
 cere præsertim aut inflāmatione affectis, adhibere cōuenit, neq; vrinæ
 suppr̄sionibus: in quibus Actij cōsilio, suppositorio vrinā prouocan-
 ti tutius est vtī, præsertim cum ipsa vesica vrina est repleta: Quibus ta-
 men deinceps vesica à plenitudine liberata, tutò vtī possumus. In-
 affectibus

affectibus item cutaneis (licet quæ per aluum purgant, sepius præstet) A
 vreticis rarò est vtendum, ne ad nobiliores regiones humores reuellā
 tur: ac si quando id expedierit, & purgato satis corpore, & humore si
 mordax & acris fuerit, attemperato. Qua ratione in plurimùm vitio-
 sis humoribus hæc vitare sæpe expedit, ne in vrinæ instrumentis aliud
 grauius malum suboritur. ob idq; dum necessum fuerit, miscere diu-
 retica oportet ijs quæ aquea sunt, & vrinam augent, quemadmodum
 mihi semper in vfu fuit. Cæterum in quibus hoc auxilio vti necessum
 est, haud temere fieri debet. nam in intestinorum affectibus, etiam si
 hæc medicamenta ab authoribus commendentur (vno excepto Cel-
 so) nusquam in his in quibus humorum acrimonia dysenteriam con-
 citat, tutum est: quia si contigerit hæc medicamenta finem non conse-
 qui, humoris malitiam intendunt, aut morbum augent. Cum hoc ta-
 men vbi intestinorum affectus nō adsunt, biliosis solet opitulari, vt op
 timè consuluit Hippocrates dicens: Biliosis conducere medicamentis
 vrinam cientibus vti, retusa prius frænataq; bile. Profunt etiam hæc
 medicamenta fœminis, quibus ex vtero albæ materiæ delabuntur: In
 quibus licet deriuationis gratia aliquando sit ex vfu, id tamen cautè
 fieri debet, quia ferè hæc omnia menses mouent. Obstructis etiam me-
 dentur, quibus præcedere necessum est, quæ meatus ab infartu liberat
 Quibus ad auferendas iecoris & viscerum omnium obstructions, a-
 pertè vtitur Galenus. Sunt autem hæc omnia calida, partium tenuiū,
 amara ac nitrosa, quæ quidem optima ratione præcedūt ijs, quæ per vri-
 nam purgant: vt quæ calidiora sint, sicciora & acria: quæ si prius adhi-
 berentur, siccarent potius ac cōdensarent humores partium cavitates
 obstruentes: aut maiori humorum copia ad partes concitata, maiores
 parerent obstructions: Qua quidem ratione tutissimum est consiliū C
 eis vti prius in curandis obstructionibus, quàm verè appellatis diureti-
 cis. In articularib⁹ etiā morbis præcautionis gratia, illa mirè profunt,
 nam morbo vigente periculum est, ne humores tenuati facilius ad ar-
 ticulos confluant, licet in declinatione aliquando profint. Cæterum
 ijs quæ vrinam augent, in articularibus nusquam vti licet: nam præsen-
 tem morbum augent, & absentem euocant. Obsunt tamen hydro-
 picis, & malum corporis habitum patientibus, quibus propriè
 diuretica mirum in modum opitulantur. Reliqua etiam ci-
 tra vllam dubitationem, morbis omnibus qui paula-
 tim debent terminari. nam quod natura lentè
 et audiens superat ac diuincit, hæc quidem sensim
 excernunt.

li. de affecti.

li. 5. Simpli. c. 11

DE

A De communi & peculiari indicatione
purgationis quæ fit per sputum.

Cap. ii.



Aud immeritò profectò luculenter dixit Philosophus ^{li. 6. c. 5.}
 sapientissimus rerum æstimator, eo volumine cui titu-
 lū indidit Demoribus ad Nicomachū, quòd artifex est
 multo sapientior experto: quoniam artifex intellectus
 lumine rē cognoscit propter quid, expertus verò, quia,
 cum causam penitus ignoret. Eadem omnino ratione Galenus dicere ^{lib. Quod opti. Med.}
 consuevit: Oportet porrò eum qui arti operam Hippo. dignam impo-
 det, methodi rationalis studiosum esse, vt morborum quæ genera sint
 speciesq; cognoscat, vt in sigulis illis, quo pacto sumenda sit remedio-
 rum indicatio, faciliè intelligat, pertimescens ac abhorrens plurimùm
 præsidiorum citra discrimen & rationem, vsum. At qui cum consue-
 tudine iam constitutum sit, vt in omnibus thoracis & capitis affecti-
 bus, ijs quæ sputum educere aut facilitare queant, citra vllam metho-
 dum cuius vti liceat: & cum nihil frequentius apud vulgus omnino
 imperitum reperiatur, quàm in quouis ex his affectu, medicamenta
 quæ lambèdo sumuntur, indistinctè præbere, ex ratione fecisse arbitror
 si prouocandi sputum, methodum & rationem docuero. Est enim præ-
 sidium hoc, si quod aliud, & vtile, & in quàm plurimis morbis cōmu-
 ne & necessarium, ad quod veluti ad sacram anchoram, tutum est con-
 fugere.
 Cuius gratia expèdere oportet, per sputū purgari posse, caput nimi-
 rū & thoracè, ac deniq; corpus vniuersum, nec desunt qui vetriculo e-
 tiā prodesse nitantur: quod quidè, quia difficile, graue ac nonnūquā sus-
 pectū mihi videtur, sapiusq; inutile, silētio decreui præterire: ac docere
 in quibus capitis morbis expediat per sputū purgare, & quibus modis
 quo tēpore, & qua demū ratione. Ijs tātum itaq; morbis hoc præsidium
 sæpe ex vfu fuit, quos pituitosi humores excitarūt, quib⁹ aut caput im-
 becillū quotidiana generatio e abūdat, aut corporis vitio coactū suscep-
 rat, diuersa tñ ratione. Nā in his quos caput aliunde recipit, vt ab eodē
 deriuat: in ijs verò quos sua spē generat, vt euacuet. Quò fit, vt nō solū
 in capitis affectibus, verum & in omnibus alijs quos defluxio e capite
 excitat, distracta consumptaque per os pituita, plurimùm proficit: vt
 in dentium dolore ex defluxu, & alijs affectibus contingit. Bari-
 etiam

etiam ratione, quod in partibus capiti vicinis continetur, mirè deriuat A
 Quapropter prodest omnibus affectibus capitis, qui ex materia suboriuntur. Et rursus ijs omnibus, quos defluxio à capite parit, in quancunq; decumbat partem. Tempus tamen idoneum ad huius præsidij vsum, non semper in omnibus idem est, sed pro ratione vehementiæ morbi dissidet. Nam in longis, & ijs qui tardè mouentur affectibus, suam impertitur gratiam, præmissis alijs & pleniore per aluum purgatione, ad consumendas humorum reliquias, quibus nō est alijs vacationibus satisfactum. Ita & eodem modo in quibus indies aggregantur in capite humores, qui paulatinam & diutinam exposcunt vacationem, vt affectus ibidem præpediatur, præcaueamusque quominus ad inferas partes defluat, hoc vtimur præsidio. Cæterum in ijs qui acutiores grauioresque sunt morbi, vt apoplexia, lethargus, caro, & similibus, non solum ad consumendas humorum reliquias ex vsum B est, verum & ad plenius purgandum, ac citius. Nam quæ caput infestant, dum non datur purgationi pleniori locus, tutò possunt per palatum extrahi, ea quantitate quæ ferè causæ magnitudini respondeat.

nota /
 Quò fit, vt etiam in eorum affectuum principijs, citra dubitationē his quæ per palatum purgant, vt liceat: quod in alijs morbis à ratione alienum esset.

Quapropter expendisse decet, duorum esse generum medicamenta, quæ hos vsus præstant: aliud quod proprietate & peculiari vi trahat ad se ex capite humores, quale est tubirth, colocynthidis medulla diu in aceto cocta, aloës, agaricus, carthamus, pyrethrum, cyclamen, cucumis agrestis, vterque helleborus, anemonis radix, & staphisagria quæ omnia & facultate sibi propria, & manifestis qualitatibus virtutem habent purgandi, ac cum ore manduntur, propter loci viciniam, peculiariùs à capite. Aliud verò genus est, eorum quæ mediantibus primis ac manifestis qualitatibus, acrimonia nimirum & caliditate, pituitam & alios humores fundunt, & ad palatum delabi cogunt, ac multa salua per sputum excreta, caput purgant. Inter quæ etiam quædam mitius, nonnulla verò acrius suas vires pandere compertum est, sunt autè hæc masthix, lauri vitæ folia, anisum, anethi semen, capparis radix, origanum, hyssopi coma, piper, caryophyllum, sales etiã omnes, sinapis ac nasturci semen, thymum, pulegium, nux muscata, eruca, raphani semen, nigellæ, lauri & vltimò lacca, & myrrha. Ex quibus omnibus triplicem possumus medicamentorum formam componere, gargarismata videlicet. Masticatoria & linimenta, idq; non sine magna ratione & artis consilio: nam in quibus masticare est difficile, aut propter incipit
 dolorem

A dolorem, aut nauseam quam mouere in aliquibus solet, gargarismata prodesse possunt. Verum in ijs qui facultatis impotentia, neq; gargarismata neq; masticatoria exerceri queunt, linimenta eorum necessitatem auferunt. Gargarismata quidem conficiuntur, ex supra dictis simplicibus, vino aut aqua exceptis, addito melle, aut oxymellite simplici aut composito, quæ confici possunt acriora, plus minusve purgatiua, iuxta rationem simplicium quæ recipiunt. Ex quibus etiam simplicibus in puluerem reductis, masticatoria effingere licebit, exceptis quidem cera, mastichæ, terebinthi resina, pistatis etiam cū carne vuarum passerum, detractis acinis, ex quibus pillulæ possunt formari ea quantitate, qua mandari facillè possint. Vltimò licebit eadem medicamenta in puluerem reducta, melle rosaceo aut crudo excipere, & linimentum conficere: quibus omnibus medicamentis addere oportet semper, B quæ mucilaginosam, lenem ac temperatam habeant substantiam, gratia vitandi exulcerationem oris, quæ ijs auxilijs accidere præter speram solet.

Neq; citra maximam considerationem factum est, duorum esse generum medicamenta, quæ caput per os purgant, cum morborum differentia quò ad magnitudinem & vehementiam; id iure exoptulet, nam cum morbus ex ijs fuerit, qui læto gradu mouentur, per mitiora medicamenta licet caput vacuare. Verum si morbi eorum fuerint, qui celerem habent motum, vt apoplexia, caros, & huiusmodi, valentioribus vt medicamentis necessum est: tum quia morbi magnitudo & humorum, tum copia, tum pertinacia id exposcunt: tum verò quia laborantes neq; gargarismate, neq; masticatorijs, aut quouis alio expurgati medicamento propter obliuionem aut impotentiam, vt possunt.

C Quæ ratione ijs tantum profunt, quæ illita purgandi facultatem habent, vt quieta ad sui locum facillè humores trahant. Ex quibus constare arbitror in quibus morbis, quo tempore, & quibus medicamentis oporteat caput per sputum purgare.

Purgare per sputum in his affectibus, qui partes respiratori seruietes obsederunt (quibus proprius est is purgandi modus) tam est difficile; tamque obscurum, vt penè vllum reperias authorem, qui recta methodo & ratione vt rei dignitas exposcit, re ipsam tractet, quod Galenus apertè monstrat, ita vt non mirum sit, si neque ego adhuc finem rei attingere queam, qui viam inuiam cæcutiens aggredior. Verum vt præstantiori methodo id fiat, nosse oportet, quibus possit thorax vniuersum, & ea quæ intra ipsum continentur, affectibus premi, ac quibus etiam modis purgari, iuxta rationem cuiusuis affectus, aut affecti continetur.

b poris

poris, aut humorum qui vacuari debent: Vltimò etiam quibus id me-
dicamentis tutò possit fieri. Primùm itaq; nosse oportet instrumenta
respirationi seruiencia (præter illatum vulnus à re soluente continuū)
pati posse distemperiem, tumorem præter naturam, aut inundans pus
ex rupto abscessu, ac vltimò exuperantes & infarctos humores: nec nõ
& compressionem, aut ex flatuosa substantia aut ex vicino aliquo cor-
pore. Quod qui non norit, fateatur se nescire rationem prouocandi spu-
tum ab his partibus. Nihil enim (vt dixi) tam est commune, quam
in quauis difficili respiratione, tussi, aut quouis alio affectu, bechica
statim porrigere medicamenta, citra vllam distinctionem. Verùm si
quis diligentius rem pensitet, reperiet medicamenta quæ ijs partibus
sunt ex vltu (quæ arteriaca, aut bechica vocantur) varia admodum esse
ac facultate diuersa, ita vt vnum nulla ratione alterius loco porrigi pos-
sit, vt ex antiquis (Galeno asserente) plures fecerunt. Nanq; ex his quæ
dam fluxum sistunt, alia dolorem sedant, multa inflammationibus
profunt, veluti dulces potiones, quæ eluendo partem iuuant, vt aperte
Hippocrates docuit: quædam item abscessus resiccant & attenuat aut
cōcoquant: alia etiam vlcus abstergunt, pusq; purgant aut resiccant: nõ
nulla exasperata leniunt, aut læuigata persanant: adstringunt item a-
lia, ac cum his plurima sanguinis fluxum sistunt: alterantq; iuxta pri-
mas qualitates per plura: & vltimo altera bechica (hoc est tussicularia)
appellantur. Operantur quidem mira hac varietate hæc omnia auxi-
lia iuxta rationem affectus aut affecte in thorace particulæ. Quapro-
pter vt suspicor diuisit Galenus vniuersum hoc medicamentorum ge-
nus in bechicum (hoc est tussiculare & purgans à pectore) & in pleu-
riticis peripneumonicisve congruens: indicatione nimirũ sumpta à lo-
co & affectionis modo, & humoris peccantis statu. Quò fit, vt non si-
ne magna rerum distinctione eis liceat vti, vt ipse etiam Galenus aper-
tè consalit: siquidem bechicum medicamentum solùm habet tussi me-
dia è pectore purgare: reliqua verò artheriaca appellata, aut in pectore a-
liquod officium ex dictis operantur: aut bechicis medicamentis sub-
ministrant, suppeditatis aut præparatis humoribus ad expulsionem,
quæ fieri debet per bechica medicamenta. Itaq; hac ratione dissident,
quòd bechica solùm educationi profunt: artheriaca verò affectibus par-
tium quæ tussiendo ex purgatur, proficua sunt: licet aliquando Gale-
nus variè vtatur ijs nominibus, cum hoc tamen generalis & præcipua
eorum differentia in hoc consistit. Cæterùm inter hæc omnia nullum
neq; simplex neq; compositum reperire licet, cui vis insit purgatoria
& quæ humorem à thorace trahere queat, neq; adhuc per secessum,
nedum

A nedum per sputum, vt ex professo Galenus docet, distinguens cathar-
tica, in ea quæ familiaritate trahunt, & ea quæ alio modo, dicens.
Nā quæ crasis lentisque humoribus extenuadis, aut vrinam ciere pos-
sunt, aut ex pectore pulmoneque eijciendis excreationibus auxiliari,
purgat sanè & ea quidē quodāmodo, verū ante dictis (loquebatur qui
dē de vere purgantibus) nõ similiter nūcupatur, sed alia vocatur vreti-
ca, alia bechica, alia mēses mobētia, hac re à superioribus diuersa, quod
non habeant vim familiarium succorum tractricem, vt illa. Ex qui-
bus constat, inter omnia illa medicamentorum genera, quæ mox ex
Galeni mente retulimus, nullum virtutem habere mouendi sputum
primo modo: secundo verò & minùs principali, solum illud quod ve-
rè bechicum appellatur, quod quidem non virtute trahendi agit, sed
tantum eò quòd tussim moueat: nulla enim alia ratione quæ in pulmo-
ne & thorace præter naturam continentur, purgari per sputum pos-
sunt (si quidem aliam purgationi viam his partibus negauit natura)
quam per animalem facultatem, quæ mediante tussi, vi & impetu pel-
lat. Quò fit, vt ea medicamenta tantum valeant per sputum expurga-
re, quæ tussim excitare possunt. Cuius quidem naturæ hæc sint, aperte
docuit his verbis Galenus, Cōtingit item ad tussim impetum cieri in
qualitate quadam ingutture præter naturam proueniente. quippe cū
spiritus per puram leuemque ferri viam consuetus, si quando in emi-
nentia quædam impingat, tumultum quendam ac velut inæqualem
concussionem in gutture efficit, atque ita ad tussim animal prouocat.
Porro duplex ea affectio est, aut resiccata exasperatave quæ in arteria
est membrana, aut in æquali in ea corpore delato, siue id liquidum sit,
siue solidum. At vbi vel id ipsum plusculum, vel aliud quoppiam seu
liquidum, seu solidum corpus in aspera defertur arteria, iam inde tuf-
sire necessum est, donec à spiritus vehementia quod molestat propul-
satum eijciatur. Ex quo aperte colligitur ea tantum tussim excitare,
quæ mordacia sunt, quia gutturis exasperatione facultatē laceffunt
ad tussim, quam quidem mox sequitur humoris excretio: & ea etiam
quæ oleosa sunt & pingua, quia illitu inæqualitatē pariunt, & ad tuf-
sim impetum mouent. Denique duorum sunt generum medicamen-
ta quæ per tussim expurgant, quorum aliud acrimonia, aliud verò illi-
tu inæqualitatem parit, & ex consequenti tussim efficit.

SE D nosse iam tempestiuum est, in quibus thoracis affectibus,
ex his quos nuper diximus, hæc auxilia prodesse possint, & qua ratio-
ne, ac quibus etiam obsit, ne nobis contingat, quod Galenus in anti-
quis reprehendit, hoc præsidio citra vllū discrimen vtentibus. Cuius

gratia asserimus hoc tantum locum habere, ac prodesse in his morbis, A
in quibus mens est, aut sanguinis grumos, aut pus, aut lapides, qui grā
dinis figura è thorace solent pelli, aut humorem aliquem extrahere.

F Quò fit, vt plurimum aberrare videantur, qui hoc vtuntur præsidio
in tumore quouis harum partium. Nam cum in suppurationem,
aut indurationem hi tumores degenerant, etsi difficilem efficiant
respirationem, nulla ratione ea quæ sputum moueant, adhibere oportet,
vt pote quæ thoracis violento motu & vehementiores concitāt do
lores, & maiores ob id inflammationes, pressioresq; & difficiles respi
rationes. Verum cum resudatione euanescent huiusmodi tumores, ap
positissimum est remedium, quia quod ab inflammata parte prodit,
per sputum, mediante tussi, facile excernitur, quemadmodum vsu ve
niūt in omnibus pleuræ inflammationibus, ac in his etiam quæ pul
monem obsederunt, dum modo cruda existente inflammatione non B
adhibeantur, donec aliquid per tunicas resudasse compertum sit. Ali
enum etiam est aratione, eisdem vt præsidijs in nuda thoracis distem
perie, etiam si validam moueat tussim: nam præter id quòd ea tussis
tutius suo contrario curabitur, nihil habet notatu dignum, quod eua
cuari possit, quòd fit vt frustra sit maiorem tussim excitare. Multò
etiam adhuc deterius est, in vlceribus & alijs continui solutionibus,
sputum mouere, in quibus partes violento thoracis motu amplius di
lacerantur. Et medicamenta quæ illitu tussim mouent, vlcus sordi
dius reddunt, ea verò quæ acria sunt, mordent exasperantque am
plius vlceratam partem. Verum si quando excernendi puris gratia,
eo vti sit necessum, mixtum debet esse medicamentum, mediæque na
tura: vt Galenus consulit, qui ex antiquorum mente medicamenta ar
teriaca refert, triplici constare differentia. Prima quæ omnis acrimo
nia sunt expertia, & exquisitè, meatus obturant, leuigantque asperita
tes. Altera eorum est medicamentorum, quæ prædictis sunt contra
ria: vt si sanæ particulæ adhibeantur, ipsam exasperent, irritentque,
media deinde eorum est medicamentorum, quæ inter ambo cōsistūt,
lenia videlicet, & citra acrimoniam, ac quæ extergentis sunt facultatis,
qualia sunt quæ in detergendo vlcerū purè, plurimum valēt. Itaq; vbi
opus est, pus grādinè aut grumum à pectore extrahere, medijs medi
camentis, & ijs quæ vtraque facultate constant, agendum est: tum vt
vias leniant, lubricasque reddant, vt facilius rei duræ cedant, minusq;
offendatur natura: tum verò vt vehementiùs irritetur animalis facul
tas, maioremque apponat conatum, ac superet ea quæ ei committun
tur. In puris verò excretionem, necessum est etiam, vt abstergat, atte
nuet,

A nuet, ac ad educationem puris aptas efficiat in thorace collectiones: &
vt dolores etiam ac irritamenta mulceat, ac leniat, læuigantia meritò
eis iunguntur. Verum vbi pus aut humorem aliquem, pulmonem
ipsum ac thoracem inundantem per sputum euacuare intendimus:
maiori adhuc egemus consideratione. Nam aut is crassioris est sub
stantiæ, aut tenuioris, infarctusque penitius, aut in vijs ductuum prom
ptus: quia iuxta rationem harum differentiarum (dummodo aliud
non impediatur) necessum est, acrioribus mitioribusque vti medica
mentis. Qua ratione expendere oportet, humores vt euacuationi
sunt promptiores, nec plurimum crassos debere esse (ob rationes quas
capite de Præparatione, diximus) nec plurimum tenues, sed mediam
expedit obtinere naturam, qua de causa suspicor Galenum dixisse: be
chica medicamenta, alia habere vim extenuandi, quæ quidem fas
B cultas in calidis & tenuium partium substantijs sita est: alia verò in
crassandi, quæ in frigidis & crassarum partium medicamentis inest:
quibus dixit etiam inesse vires & sedandi & excitandi tussim. Cate
rum hæc iudicio nostro potius habent virtutem præparandi humores
ad expulsionem, quam eisdem expurgandi: nam quæ verè expur
gant, aut lentorem aut acrimoniam habere necessum est. Dixit tamen
ea esse bechica Galenus, quia necessaria sunt, vt faciliores fiant expulsio
ni humores. Quibus præmissis indicatione sumpta à crassitie aut re
condita humorum sede, his tantum licet vti medicamentis, quæ acro
rem habent virtutem irritandi facultatem ad tussim, qualia sunt aci
da omnia, vt acetum & oxymel, ac ea etiam quæ deterforiam habent
facultatem, cum aliqua acrimonia, vt hormini semen, pannacis radix,
acatia & huius census alia, præsertim cum acida eis admiscentur medi
C camenta, licet valde acria vitare præcipiat Hippocrates his verbis. Ali
quando verò id quod valde acre est educationem sputi non obtinet
sed insuper viscosum id facit, & lædit, quapropter moderationem in
omnibus seruare oportet, & paulatim incipere, donec ad iustum sit de
uentum. Humores verò qui aut in apertiori sunt loco, aut ex sua na
tura tenues sunt, solum gaudent expurgari ijs quibus incrassandi, aut
illiniendi potentia inest, qualia sunt malabattrum, thus, galbanū, ma
stix, palmularum decoctum, oleum, alica, gummi, tragachantum &
huius classis pleraque. Verum in hac re mihi fuit ex vsu in educendis
humoribus crassis, vtrisque bechicis medicamentis vti, ijs nempe, quæ
irritandi & mordendi vim habent, & ijs etiam quæ modicè calfaciunt
& extenuant, adinuicè cōmixtis. Eadē profus ratione in tenuibus hu
moribus permiscere oportet, nimirum quæ verè bechica sunt, & illitu iu
uant,

1. 5. Simpli. c. 19

1. 1. 3. de ratione
vict. in acu.

uantcum, ijs quæ incrassandi & cogendi vires habent. Nam securius A
& citius hac lege quæ à pulmone oportet educi, pellitur. Verum quia
sepe expurgandi hos humores necessitas alijs thoracis affectibus iun-
gatur, in quibus opus est, aut leuigare, aut sedare dolorem, vt in inflam-
mationibus, aut discutere, aut discindere, aut abstergere, æquum est co-
ponere medicamenta, quæ vtraque polleant virtute. Atque cum lon-
gum esset composita omnia recensere, placuit simplicia docere, ex qui-
bus facillè erit cuius, secundum affectus indicationem composita effin-
gere. Sunt autem læuigantia medicamēta lac, alica, oba, amyllum, gly-
ciriza, gummi, tragacanthum, samiuaster, sesama, nux pini, butyrum
fapa, vua passā, viola, & vltimo dulces omnes potiones. Quæ verò do-
lorem sedant, inter alia sunt crocus, myrrha, thus, & ex læuigantibus
etiam plurima. Quæ autē concoquunt, sunt crocus, hypocistis, vua
passā, vinum passum, ficuum decoctum, atque ex discussorijs nonnu- B
lla. Sunt autem discussoria, caricarum pinguium decoctum, amomū,
nardus celtica, flos iunci odorati, cinnamomum, costus, piper aluum
iris illyrica, & vltimò capillus Veneris. Abstergunt quidem decoctum
ficuum, etiam si aliquantulum concoquant & læuigent. Mel etiam, fa-
ba fresa elixa, ptisana, semē lini torrefactum, resina terebinthina, thus,
amygdala amara, erui farina, hormini semen, iridis & paracis radix,
accatia, aristolochia, heriungium. Adstringunt quidem malabathru
casia, thus, myrrha, mastix, palmularum decoctum, resina, galbanum
balauitium, rosa sicca: & plurima alia, quæ ex omni genere passim re-
periri possunt: quæ breuitatis gratia præmitto. Cæterum expecto-
rāt mirum in modū pituitā, tussi lago, pētafilō, tū verò cardus sanctus.
ex quibus & supra dictis confici possunt varia medicamenta, quæ aut
vnam tantum facultatem habeāt, aut ex his omnibus mixtam, si mor- C
bus omnibus habuerit opus. Quæ quidem possunt liquida, solida, aut
mediocria confici. Ex quibus constat, bechicum medicamentum esse
tātum, quod à pectore mediante tussi purgat, cui quidem ministrant
ferè omnia arteriaca appellata pharmaca, præsertim ea quæ abstergūt,
incidunt, aut vtcunque materiam suppeditant, aut expulsionem præ-
parant.

Diuino quodam consilio factum esse existimo, artem nostram il-
lud spuendi adinuenisse præsidium, quo inhumana morbi gallici ca-
lamitas, sæuitiaque ac feritas facillè deuastaretur: est etiam tam effræne
hoc malum, vt non nisi atrocissimis auxilijs curari queat. Cæterum
tantum nostris temporibus chirurgicorum increuit peritia, vt citra
vllum periculum, & hunc morbum, & omnia eius symptomata, hoc

A solo præsidio radicitus euellat. In cuius gratiam necesse est hac in
parte expendere, quibus medicamentis à toto corpore purgare liceat
per sputum, & quomodo, quibus in morbis, & qua ratione. Circa
primum (quod ego norim) nullum hucusq; adinuentum est præsidium,
quo rotum corpus per os purgari facilius possit, præter hydrargyrum,
cuius tanta est vis & efficacia, vt eius ratione, in ijs qui tenuioris sunt
naturæ, puluis quem Ioannes de Vigo chirurgici appellant, cauis vlce-
ribus infusus etiam per os humores pellat. Ex hydrargyro itaq; va-
ria conficiuntur medicamenta, quæ per os purgare possint: nam quæ-
dam per suffitum purgant, quorum meminero latius capite de Sudo-
re. Quædam per inunctionem quarundam corporis partium: quæ-
dam verò in forma cerati mirum in modum id efficiunt. Verum quo-
modo & quibus viribus id queat hydrargyrum efficere, non satis est in
B ter authores compertum. Nos autem vt nostri instituti sequamur ra-
tionem, id fieri asserimus, ob diuersas quas habet partes, vt mixtū, qua-
rum quædam sunt calidæ & tenues, quibus humores fundere & atte-
nuare valet, quibus etiam permeat, & minimas ac abditas corporis par-
ticulas facillè subingreditur, quædam verò sunt crassæ & frigidæ, qui-
bus quod attenuatum & fufum est, ad communes corporis canales re-
pellitur. Constat enim hydrargyrum ex sulfurea materia non pauca,
qua perficit quæ nuper diximus, nec non & mobilitate qua penitus
sele inserit & insinuat in quasuis corporis partes. Constat item ex a-
quea materia, qua obtinet repellendi efficaciam. Nec mirum est in
hac mixtione partes diuersas ita diuersimode operari: nanq; regulan-
tur præstantissima argenti forma, qua mediante hæ actiones à mixti
partibus perficiuntur. Quia potissimum ratione ex vfu est omnibus
C morbis, qui ex crassa, densa & tenaci, ac plurimum adhærenti materia
oriuntur, quales sunt elephantiasis, pfora, vitiligines, & omnes diutur-
ni ac ægrè curabiles cutis nerborum, & articulorū affectus, vltimoq;
omnibus morbo gallico correptis. Nam in quouis horum affectuum
membra nutrimentalia (præcipuè iecur, à quo omnes corporis partes
suum recipiunt alimentum) radicitus laborant. Quò fit, vt partes
alimento illo foedissimo cōspurcatæ, & connutritæ, colorem, temperiē
& optimam substantiam deperdant. Quæ quidem ratione fit, vt ex
eis quædam doleant, quædam exulcerentur, quædam malignos patiā-
tur & ægrè curabiles tumores: quædam etiam turpes & miserabiles de-
foedationes. In quibus omnibus, hucusq; ars nostra aut debite, aut nu-
llum adinuenit præsidium: nec mirum est, si quidem humores, qui
materiam huic malo suppeditant, veluti vniti, & assimilati iam

sunt partibus ipsis, & indies similiores generantur, ob iecoris stabile vitium, à quibus tantum ab est, ut partes commodè alantur: quod has potius patiantur calamitates: partim ob humorum pernitiem, partim quia congeni & veluti habituales redduntur partibus ipsis: quò fit, ut diuturnissimus sit hic morbus, & laborantes nusquam in pristinam reducantur ex eo integritatem. Ob quam etiam rationem fit, ut plurimum vehementibus medicamentis, & gravissimis accidentibus resistant & diu durent: ex quo item factum esse existimo, quòd huic solo præsidio huiusmodi humores cedant: ut quod robustam & efficacissimam habeat facultatem eosdem incidendi, & veluti violentia quadam secandi & separandi à partibus ipsis solidis, à venis, & reliquis corporis cavitatibus. Ex quo illud etiam quod mirum videtur, contingere existimo, quòd per sudorem, per ventrem utrumque, & per sputum facile eosdem pellat, quum id sit à quouis alio medicamento alienum.

Nam ferè videtur à ratione absolum, per tam varias regiones posse unum & idem medicamentum purgare, quòd in hoc vno facile est invenire: nam eos, qui in ambitu continentur humores infarcti, sudando pellit: qui verò in membris & cavitatibus alio proximis, per intestina: qui rursus in venoso genere, & omnibus alijs partibus, præcipue quæ circa caput & thoracem siti sunt, facile per sputum trudit. Cæterum non sat est nosse quibus in morbis hoc præsidio expediat uti, sed quibus etiam rationibus & causis præparari debeat, aut variari. Cuius ratione expendere oportet, quòd licet hoc præsidium merito inter venena annumeretur, nihilominus tamè, in huiusmodi affectibus tuto exhibetur, quia pari ratione eorum humores veneni naturam sapiunt: quò fit, ut utriusque attemperetur efficacia alterius ope: eò quòd inter se omnino sint contraria: qua ratione in huiusmodi laborantibus hydrargyrum non est venenum, ut in corporibus sanorum, sed tantum affectuum sauitiam retundit, ac ipsum etiam retunditur. Qua item ratione fit, ut etiam si nerbis & articularibus morbis offensissimum sit, nihilominus tamen propugnata morbida causa, proficuum ac tutum fiat.

P A R A T V R, ut dixi, hoc præsidium inunctionibus & ceratis. Cæterum vehementia, in utroque potest esse dispar, secundum maiorem aut minorem hydrargyri copiam. Præstant tamen indicationem ad hanc quantitatis varietatem metiendam, ætas, anni tempus & laborantis natura ac robur: quæ omnia maiorem aut minorem hydrargyri copiam sustineri posse commostrant: iuxta cuiusvis nativam paisibilitatem, aut resistantiam. Cæterum communis parandi ratio est, cum porcina pinguedine, cui etiam inest virtus

A emoliendi & penetrandi, cogendique argentum vivum, ne iterum concresecat & congregetur, cum ad minima redactum est. Cui parandi rationi debent addi alia medicamenta, secundum varias indicationes: nam ad tumores discutiendos, adijcere oportet pinguedinem gallinæ anatis, & omnes alias, quæ vires habent emolliendi ac resoluendi duritiæ. Ad sedandos dolores, miscere oportet oleum liliorum, de terebinthina & de baccis lauri, & de anetho: quia resolutio humorum verius mittigant, licet anodina etiam commiscere oporteat. In his verò qui sudoribus aut animi deliquio dissipantur, necessum est addere myrrham, mastichè, gummi arabicum & liquidam styracem: quia hæc etiam interiora omnia roborant. Cæterum in his in quibus virtutis casum præ imbecillitate timemus, præter imminutionem quantitatis hydrargyri, ipsius pernitiem & efficaciam retundere necessum est, additis theriaca, mithridato, & similibus. **B** Compescit etiam corrosionem quam in membra infert cerusa cum lithargyrio. Denique pro ratione temporis & ætatis & naturæ patientis, frigidiora aut calidiora medicamenta addere licet, quemadmodum & ea quæ & optimi sunt odoris & gratiora reddunt medicamenta. Cæterum communis conficiendi modus, & qui varijs naturis & temporibus ac varijs huius morbi accidentibus ex usu est, recipit axungia suillæ non plurimum recentis. lib. j. butyri etiam recentis. ℥. iij. theriacæ vetustioris. ℥. j. f. mithridati. ℥. j. argenti viui. ℥. ij. f. cinnabaris. ℥. f. lithargyri auri, salis communis singulorum. ℥. j. mastiches colophonie singulorum. ℥. v. olei laurini quantum sufficit, ut fiat unguentum. Quod si gratius odoraviusque placuerit conficere, recipiat oportet, macis, cannamomi, gariophyllorum ana. ℥. ij. granorum paradisi. ℥. f. rosarum rubearum. **C** ℥. iij. nucis muschatæ numero vna, quæ omnia contusa in aqua per diem debet infundi: postea in dicta infusione coquatur axungia, qua debet supra dictum linimentum confici, usque ad consumptionem aquæ. Cæterum in temperatis regionibus & naturis hoc licet uti unguento, quòd recipit butyri recentis sæpius loti. ℥. vj. axungia suillæ. ℥. iij. argenti viui. ℥. iij. mastichis, colophonie, caphuræ, gummi arabici singulorum. ℥. iij. olei laurini. ℥. iij. myrrhæ, styracis, bdellij singulorum. ℥. vj. quibus mixtis fiat linimentum. Verum si hyemale fuerit tempus, & temperies frigida, uti expediet hac inunctione, quæ recipit axungia suillæ. ℥. v. butyri loti cum aqua salvia & pinguedinis equinae singulorum. ℥. iij. olei laurini. ℥. v. myrrhæ croci, aloës, styracis, bdellij, singulorum. ℥. j. mastiches. ℥. j. f. mithridati, theriacæ singulorum. ℥. f. hydrargyri.

ry. ℥. iij. petrolei. ℥. iij. sulphuris. ℥. ij. quibus mixtis linimentum A
 conficiatur. Cæterum perdiscere oportet, quod efficacius linimētum
 nulla ratione potest recipere (hac nostra ætate) plus quàm sex vncias
 hydrargyri: sicut debile non minus quàm duas, hoc vno animaduēr-
 so, quòd æstatis tempore, calidis & plurimùm resolubilibus naturis,
 debilibus tantùm oportet vti linimentis. Cerata ex argento viuo etiã
 conficiuntur, quæ induratis tumoribus mirum in modum opitulā-
 tur: quia hæc & fixiùs hærent, & vehementiùs humores discutunt.

Recipiunt quidem pinguedinis suillæ. ℥. x. argenti viui. ℥. iij.
 theriace, styracis singulorum. ℥. j. quibus mixtis cum cera & resina
 fiat ceratum, quod per quatuor aut sex dies applicitum mirè iuuat.

Sed utiliùs multo aliud conficitur, quod recipit hydrargyri. ℥. iij.
 (aut si corpus fuerit imbecille. ℥. ij.) pinguedinis anseris. ℥. vj. mis-
 ce & hydrargyrum probè mortificetur: quibus adde gummi arabici, B
 mastichis, colophonix singulorum: ℥. ij. caphure. ℥. j. mucilaginis
 psylli. ℥. j. f. olei rosati omphancini, ceræ, resine singulorum quantū
 sufficiat vt fiat ceratum.

Verùm quia solent varia inunctis supercrescere accidentia, neces-
 sum est indicationes docere, quibus quoduis expediat mitigare. In cu-
 ius gratiam scire oportet, rationem varietatis accidentium esse ob di-
 uersitatem partium, quæ inunctionem susceperunt. Nanque si arteria
 inunctionem per sentiscant, cordi communicant susceptum virus, he-
 pati si venæ, necnon & cerebro si nerui etiam hydrargyri labem sus-
 ceperunt: ex quibus variæ pullulant symptomatum differentia: nam
 iuxta rationem affectus harum partium, & syncopis & spasmus & fe-
 bris frequenter laborantibus accidunt. Quædam item alia suboriun-
 tur, ex humoris qui purgatur malitia, vti oris exulcerationes, intesti- C
 norum etiam & aliarum partium, necnon & graues dolores, & angine,
 & oris ventriculi morsus, ac alui fluxus, aut eiusdem suppressiones
 vigilia, & alia huiusmodi, quæ passim in laborantibus conspiciuntur,
 quibus omnibus subuenire decet iuxta cuiusvis rationem: febribus
 quidem, adhibitis quæ modicè attemperent apothematibus, qua-
 le est, quod conficitur ex aqua buglosi, borraginis & endiuix
 singulorum. ℥. v. ex aqua lupulorum & fumarix singulorum vncias
 iij. syrupi, borraginis buglosi & endiuix singulorum. ℥. j. f. inun-
 gere etiam oportet iecur vnguento rosaceo & santalino. Prodest
 item eclegma conficere, quod recipiat sacchari rosati & borraginis,
 anna. ℥. j. f. diamulci dulcis. ℥. f. santalorum rubeorum
 scriptu. ij. misce, & cum syrupo de acetositate citri fiat eclegma.

Conul-

A Conuulsionibus medemur his quæ molliant, calfaciant, ac di-
 gerant medicamentis, qualia sunt linimēta & infusiones ex oleo amyg-
 dalarum dulcium, axungia gallinæ, anatis, & oleo liliorum, de femine
 lini, & de anetho & similibus. Cordis verò affectus curare expediōpi
 thematibus, quæ recipiant aquarum rosarum, citraingulorum, borra-
 ginis singulorum. ℥. iij. succi nenufaris. ℥. ij. aceti. ℥. ij. musci, ambræ
 singulorum. g. j. croci. g. iij. misce: vnguento etiã infrigidati Gal. & san-
 talorū & rosarū vti oportet. Oris itē exulcerationes curantur per oris ip-
 sius ablutiones & gargarismata, quod fiat oportet ex decocto hordei,
 foliorū plātaginis, ac myrtillorū & rosarū. Ex lacte etiã & ex aqua olu-
 minosa, quibus addi potest si vlcuscula apparuerint mel rosaceum.
 Verùm cum reprimere est in animo, addimus syrupū myrtinum, vel
 demoris, vel de papauere, aut aquā solani, vel plantaginis. Verùm cum
 B fluxio plus iusto pergit, & repellere est in animo, addere est opus: suc-
 cum foliorum rubi, plantaginis, vitium. Vtimur etiam aliquando pi-
 sana hordeacea, & ad detersionem addimus oxymellitis probè cocti
 non nihil. At ne dentes decidant, cauendum est, absterfa quæ propè ra-
 dices sita est, fordicie, per oleū de sulfure cum aqua plātaginis: Postea
 verò abluere dentes expedit vino austero, decocto cum folijs plantagi-
 nis, oliuæ & salicis. Cæterum in alui fluxu perpendendum est, an labo-
 rans citra noxam ferre possit: nam eo tempore præcauere tantùm oportet,
 ne intestina exulcerentur, iniectis enematis ex chalybeato lacte,
 vel ex sola ptisana, vel ex decocto hordei cū saccharo, & oleo rosacco,
 & similibus. Verùm si facultas crebris fluxibus labascit, adstringenti-
 bus oportet vti medicamentis, de quibus latè diximus capite de clyste-
 ribus. Angina etiã aufertur sanguine misso, pro virium tenore & gar-
 C garismatibus, qui repellendi vim obtineant.

Consilium circa sputi prouocatio- nem.



MULTA quidem sunt, quæ vniuersali doctrina com-
 prehensa, particulariū corporum natura & varia dis-
 positio facile mutant: nam quisq; sibi propria & pecu-
 liaria exposcit auxilia, iuxta suæ nature rationem. Mul-
 ta etiam sunt, quæ peculiaris quædam morbi conditio
 ab vniuersali ratione facile mutat. Sic in auxilijs quæ caput purgant,
 videre

F videre licet: nā in affectibus qui ex capitis imbecillitate, aut flatu, aut distemperie pullulant, cautē expedit ijs vti, quæ per sputum purgant, nam crebris euacuationibus imbecillius redditur, crescitq; indies in ipso hac ratione affectus, dūmodo ex imbecillitate illa, humores nō congregentur in ipso: nam eo tempore, tutissimum est paulatim acerbatos humores extrahere. Vereri etiam oportet huiusmodi vacuationes, dum caput vitiosis & acerbis humoribus abundat: sperandum enim eo tempore est, palatum plurimum exulcerari. Neq; in ijs etiam quibus os est exulceratum, ea adhibere oportet, quia maligniora fordidioraq; redduntur vlcera, nouæ & malignæ materiæ affluxus: sed in his duobus, aut crebris purgationibus per infernam aluum, aut plurimis gargarismatibus & oris ablutionibus vti oportet, quibus quod exulceratum est, curetur, & quod defluit facile attemperari possit. Pari etiā ratione, vbi caput humoribus scætet melancholicis, hoc præsidio liberè vti non oportet: nam cum huiusmodi humores ijs medicamentis, quæ manduntur, non facile cedant, fit quidem, vt extractis his qui tenuiores & humectiores sunt, fixi⁹ reliqui adhæreant: qua ratione sepè malum ingrauescit. Atqui nosse oportet, nullis vsquam ex ijs quæ per caput purgant, licere vti, nisi præmissa totius corporis vacuatione: ne nobis vsu veniat, quod liquata tenuitate ac commota plus iusto abundanti materia, potius quam euacuata, affectus maiores fiat. At in hoc medicamentorum genere mandentes deorsum pronuere oportet, & per interuallā iare (quod Galen⁹ apertè docet) vt collectus humor facilius defluat. Post verò aqua calida in ore continenda est: quæ etiā, vbi multam perceperint laborantes mordacitatem, exhibenda, partim vt os abluatur, partim vt materia ad os confluens, mitior fiat.

In his verò quæ de purgantibus à thorace medicamentis diximus, consultò prætermisi ea, quæ per suffitum pituitam & alios humores expectorant: tum quia ab vsu iam recesserunt: tum verò quia aliā suspicor præstare indicationem, præter tussis irritamentum: nimirū præparationē humorū ad expulsionem: Qua quidem ratione, ego liberalius suffitibus vterer, vt quæ maximam habeant vim in extenuandis thoracis humoribus: tum ob halitus tenuitatem & calorem: tum verò quia suffituum materia id etiam præstare potest. Qualis est aristolochia, ladanum, lignum tædæ, sandaracha, vngula caballina, lachryma iuniperi, vel zoinum, styrax, & similia. Ex quibus parari possunt catapota, quæ in ignem coniecta, miram habent parandi pituitam, & crassos humores efficaciam. Cuius etiam naturæ est herba, quæ nuper ad nos ex Indis asportatur, quæ apud eos de Tabaco appellatur, apud nos

autem

A autem Gnicotiana, cui⁹ suffitu crassa thoracis pituita facile euanescit. Infunditur autem per longam arundinem procerò existente collo, & paucò igne, ita vt non comburatur, sed solū euaporetur, licet in quauis difficili respiratione tutius sit cautē vti hoc præsidio, præsertim dum medicamentū cōburitur. Cum hoc tamē summopere prodest in difficillimis respirationibus, ijs præsertim, in quibus ob crassitiem & letorem nihil notatu dignum excernitur: & in antiqua etiam tussi, quæ alijs remedijs cedere nequit. Gallica etiam lues & ptisis fœditates desperatæ, superantur suffitibus ex maligniori materia confectis, vt ex cinnabario artificiali, sandaracha græcorū, & auri pigmento, quibus admiscere oportet quæ aromaticam habent naturā, qualia sunt quæ superius diximus, quorum suffitus infundere oportet, modo superius dicto, in his tamen in quibus alia præsidia nihil profecere, & negotiū desperatione destituitur. Suffitus etiam aliarum rerum, quas superius diximus, in empyemate multis rationibus ex vsu est: tum vt retundatur halitus putridus illius materiæ: tum vt purulenta materia quodam modo exiccet: tū vltimò vt pulmonis viæ facile dilatentur, per quas minori negotio pus illud expurgari queat.

Quæ quidem remedia licet his affectibus proficua sint, non ex eo coniectandum est, purgationes per infernam aluum in thoracis & pulmonis affectibus interdici. Nam in ijs seligentes purgationes sæpe ex vsu esse possunt, vt quod partibus vicinis & toto corpore continetur, ad affectā partē minimè cōfluat, & extractione impediatur, quod minoris mali sæpe solet esse causa. Blandæ etiā purgationes, plurimum opitulantur ijs qui pectore laborāt, quia quæ lenientia sunt medicamenta & emolliendi vim habent, vicinæ ratione thoracis & asperæ arteriæ partes emolliunt, & facile spuere efficiunt. Quò fit, vt castiasistula, oleo amygdalarum dulcium linctus forma dissoluta, ægrè spuētibus mirum in modum proficit. Nam quæ pulmones expurgant, crassiora esse debent, quàm vt elui facile possint: quæ supinus æger quàm diutissime in ore teneat oportet, vt omnes quæ illi sunt partes laxet, remittatque, donec paulatim in arteriam defluat, aut diutina mora per vicina loca exasperatas partes leniat, ac dilatet. Verū si quis liquidioribus vti maluerit, hoc sciat oportet, ea dum per asperæ arteriæ partes festinanter transeunt, nihil commodi afferre, quia partes non fruuntur eorum beneficio: ob id ore diutiùs detenta, dum in asperam arteriam paulatim instillant, proficua admodum sunt: sicut dum opus est maiori ablutione & humectatione, consultius est ijs liberalius vti, vt Galenus per hæc verba refert. Proprium autē affectioni viscosorum humo-

rum

Nota

nota

li. Loc. Phar. c. 10

li. 7. Phar. loc. c. 6

rum est, vt per attenuantia & extergentia pharmaca consumantur: ei A
 verò, quæ propter tumorem abscessui similem, contingit, vt per atte-
 nuantia & resiccantia, eadem compositio fiat. vinum itaque ambabus
 competit tenuis substantiæ: omnis autem potus modicus sit in his,
 qui alicubi abscessum habent: multus contra in his, quibus bronchia
 viscosis ac crassis humoribus sunt obturata. Etenim pharmaca quæ
 eosdem humores repurgant, necessariò quidem tusses mouent: non ve-
 rò faciliè per sputum reijcitur quod expurgatum est, ob crassitudinem
 videlicet: quapropter humectatione multa opus habent, qua faciliè ef-
 feratur. Placuit ad verbum sententiam Galeni transcribere, quia nò so-
 lum consulit qualiter sit agendum in humoribus viscidis & adhæren-
 tibus, vt faciliè cedant tussicula ribus medicamentis, verum & in ijs,
 qui infarcti sunt, & abscessum efficiunt. Nam hi attenuantibus & resic-
 cantibus opus habent, maximèque gaudent aromatum facultatibus, B
 quæ omnia constat esse tenuium partium, & exiccatoriam scalfactio-
 riamque habere vim. Cæterum in his qui orthopnoici & asthmatici
 appellatur, pharmaca cōueniunt siccatia citra calfactionē: quia viscosi
 & crassi humores nihil cōmodi ab his auxilijs sentiūt, sed potiùs offen-
 duntur. Quod pulchrè Alexander Trallianus docuerat, loquens de
 tussicularibus, inquit enim. His omnibus vtendum est, in quibus tho-
 racem & respirationis particulas, viscosi humores & crassi obstruunt
 infestantque: cauenda autem quæ his valentiores vires obtinent, hæ-
 nanq; particule non requirunt ea quæ efficacem habent actionem: præ-
 fertim in quibus pus spuitur, talia enim è contrario desiccant. Quare
 etiam quæ vrinam mouent, inimica sunt, cum sputi educationem è tho-
 race impediunt: nam vbi seorsum per vrinam trahitur, excrementa res-
 pirationis partibus infixæ, ægrè sursum educi possunt, præsertim vbi C
 magis quàm par est torrentur, & desiccantur: Quapropter consulo, in
 quibus infartus humor, aut pus in thorace cōtinetur, incisorium quo-
 dam medicamentum exhibere, restringere autem ipsius vim, ne valde
 calfaciat, siccetque, admiscendo ipsum succis quibusdam, aut liquori-
 bus alijs simul incoquendo, aut contemperando, magisq; si æger sic-
 ciorē temperaturam habitumq; tenuiorem habere videatur, præte-
 rea si febris adfuerit, tunc humidiora & modicè calfacientia offerre
 conuenit. Quæ quidem sententia ægregiè cōsulit multa in quibus pas-
 sim medicorum vulgus allucinatur. Eodem prorsus modo quæ valde
 refrigerant, vitanda etiam sunt: omnia enim crassificiunt, & cogunt
 humores, eosque ineluibiles reddunt: quò fit, vt in his largus potus cō-
 modior sit: nam quæ humida sunt, crassa mixtione attenuat, & viscida
 abluendo

A abluendo separant. Quamobrè in crassis & viscidis, aut ex calore resic-
 catis aut concretis sputis, tutissimū est consiliū, partes respirationi ser-
 uientes largo potu humectare, vt etiā cōsuluit Hippocra. dicens: Huic Li. 1. De morb.
 potiones bibere cōuenit, à quib' pulmo humectetur, & sputū reijciat:
 loquebatur quidem de pulmone & partibus respirationis resiccatis:
 in quibus (vt ipse refert) quantum pituitæ aut bilis fuerit, neque putref-
 cit æqualiter, neque per sputum redditur, sed exuritur præ nimia ficci-
 tate, aut vtcunque crassior redditur. Repetit etiam eandem sententiā Li. 3. De morb.
 alibi dicens: Et vbi tusses inualuerint, amplius bibendum, & quàm
 maximè excreandum, & potu humectandum, vt pulmo humidior
 factus, facilius ac citius sputum reddat, & tussis minus affligat, quod
 etiam alijs verbis docuerat Hippocrates dicens. Quò verò sputum & Li. 1. De affect.
 pus ex pulmone expurgetur, dàda sunt pharmaca in potu, quibus pul-
 mo humectetur, & pus sursum purgatur.

B At in inflamationibus vbi tussicularibus opus est, alia est inceden-
 dum via: nam primis diebus iuxta Hippocratis sententiam, sorbitio-
 nes dulciores præbere oportet, vt id quod conleuit & compactum est, Li. 1. De morb.
 potissimè eluatur. Quarta autem die quinta & sexta non amplius dul-
 ces, sed pingues: nam ad sputum sursum excreandum conducunt: qui-
 bus etiam calida admiscere oportet, præsertim si tumor ex frigido pro-
 dierit humore. Quòd si in suppurationem vertatur, primùm ijs quæ
 tenuant, incidunt, & cum hoc modicè leniunt, est vtendum, vt quod
 puris amplectitur membrana, faciliè attenuetur. Vbi verò ea disrup-
 fuerit, detergentia sunt admiscenda: ne pulmo etiam humescat, & pu-
 tredinem quandam contrahat: præterquam quòd locus affectus, sua
 natura sicciior, meliùs se habet cum iam pus reijci desit, & ob id quæ si-
 C ne morfu siccat, illi sunt adhibenda: quod in hac re expendisse maximū
 est momenti.


Prouidendum etiam est, ne nos inunctiones quibus sputum à toto
 corpore trahimus, terreat: nā & si huius præsidij aspectus, prima fron-
 te, & primis diebus maiores dolores maiorq; symptomata concitet,
 hæc tamen fiunt, commota & attenuata materia, ac prouocata ad in-
 consuetam illam regionem. Cæterum postea resoluta & euacuata, faci-
 le sedantur omnia: ne cōminus oportet plurimùm audaces esse in pro-
 secutione huius auxiliij, ne quando contingat ægrum nouitate & sæui-
 tia medicamenti deficere & hebetescere. Quapropter nosse oportet,
 quòd cum accidentia tantum intenduntur, vt facultates ipsas, præ-
 fertim vitalem labefactari compertum sit, minimè ultra procedere est
 æquum. Nam in hoc præsidio exequèdo, maioris momenti sunt acci-

dentia, quàm quòd simulari possint. Quapropter ab inunctione sub-
 sistere præstantius esse censeo; quàm spe corroborandæ virtutis, ultra
 procedere. Quod etiam obseruandum est, cum subito & affatim varia
 symptomata superueniunt, aut aliud grauius malum, quod periculū
 minetur. Denique eòusque vngere oportet, donec euacuatio notatu
 digna appareat, aut saltem ea, quæ affectus magnitudini respondeat,
 aut si hæc non apparuerit (quod sæpe contingere solet) donec aliquod
 ex accidentibus superueniat. Quo tempore ab inunctione subsistere
 consulo, donec symptomata arte aut sponte mitescant. Qua ratione
 expedit, tunc temporis optima victus ratione instituta, laborantem re-
 ficere. Nam cum ab hoc præsidio plurimum materiæ defluat per vnā
 aut plures regiones, subsistere necessū est, ne confertim fluens, aliquod
 damnū efficiat. Qua propter necessū est etiā symptomatibus quodā
 modo subuenire: nam in oris tumore, dolore, ac linguæ immobilitate
 præter vulgaria auxilia, ex vsu esse solet, numisma aliquod aureum ore
 continere, quo Empiricus quidam maximam hydrargyri copiam ex-
 trahebat, eratque proficuum auxilium, nam protinus os ad pristinum
 statum redibat. Præterea in affectionibus quæ totum corpus occupant
 articulationes ferè omnes inungere oportet, ac etiam emulctoria. In tu-
 moribus verò præter naturam alicuius partis, & in quouis particulari
 affectu, sat est & particulam ipsam & emulctoria inungere. Termi-
 nus autem inunctionis præscribi minimè potest, nisi quòdammodo
 coniecturaliter, indicatione nimirum sumpta à viribus; à quantitate
 vacuationis, & à facilitate aut difficultate spuendi: nā qui debiles sunt,
 & si necessitas urgeat, parum inungi & mitiori linimento desiderant,
 etiam si aliquando per frequentiora interualla id fieri deceat. In his ve-
 rò qui citò & plurimum expurgantur, statim desistere oportet: In his
 qui tardè, crebrò & paulatim, ad aucto linimenti robore. Præmissa
 men in omnibus sufficenti per infernam alium purgatione. Quibus
 etiam sæpius porrigere oportet ius pulæ, aut vinum, aut aliud vtile &
 facile nutrimentum, etiam in ipso vngendi tempore; si vires id postu-
 lauerint, aut materiæ fluentis acrimonia, vt attemperetur: nedum in ali-
 ijs temporibus, in quibus satius est, ad latus crassitie accedere,
 quàm exquisiori victu virtutem vndique prostrernere. Con-
 sulo etiam finita vacuatione partes inunctas vino abluere,
 re, in quo ferbuerit vel saluia, vel chamæmelum. Postea
 corpus item postea vniuersum pannis
 mundissimis sæpius
 mundissimis sæpius
 mundissimis sæpius

nota

A De cōmuni & peculiari prouocan-
di sudores indicatione.

Cap. 12.



COMPERTVM quidem est apud omnes Philoso-
 phos, nil ignorantia doctius & audatius esse: nam quā
 tō quis imperitior est, tantò plūs in rebus arduis sibi cō-
 fidere audet. Hoc dixerim, vt vulgarium medicorum
 in quouis auxilio exequendo, audaciam & ignorantia
 arguam: nam in incautis hominibus, proficua etiam auxilia ab impe-
 ritis (quibus plurimum fident) adhibita, minūs posse prodesse, omni-
 bus compertum esse censeo. Medicæ enim facultatis consilia ac leges
 (quæ id certè præstant, id efficiunt, ne imbecilla hominis natura mille
 morborum generibus obnoxia, facillè labefactetur: quinimo artis præ-
 ceptis vegetior reddita, & procul morbum repellere, etsi in eum fortè
 inciderit, propellere tutò possit) vt ex vsu omnibus sint peritis & impe-
 ritis, perspicua esse debent: His vt per ea salutis suæ reddantur periti, ac
 in seruanda valetudine fiant prudentiores: illis verò vt scientes intelli-
 gentesq; ea, & ipsi sequantur & alios sequi doceant. Quod quidem vt
 facillè fieri queat, naturæ solertiam, modum & miram varietatem in do-
 cendis, quæ ars æmulari, quæ ve fugere debeat, intueri attento animo
 oportet. Hæc enim cautos ducit, & incautos homines monet exequi,
 aut fugere, quæ ipsa aggreditur, aut renuit. Qua quidem ratione in cu-
 iusvis vacuationis vsu, eius artificii rimari oportet, ac sequi, citra quod
 certum est, peritum medicum posse falli, & imperitum frequētius ab-
 errare. Quod profecto luce clarius apparet in ratione prouocandi su-
 dorem, in quo sagacissima natura miro quodam & occulto vtitur ar-
 tificio: quòd qui sequitur, facillè in gratiam & commodum laborantis
 aget: qui verò ignorat, aut negligit, facilius in præcipitium laborantes
 ducet. Ex quo quidè fit, plures hoc salutifero præsidio ad sanitatē fuisse
 restitutos: alios verò eodem in mortē, aut grauisimos affectus pro-
 lapsos. Atq; ideo huius auxiliij naturam ad vnguem exequi decreui: nā
 præter id quòd plurimum est in vsu, sudor morbis omnibus est com-
 munis: vt ex Hippocrate apertè constat.

Primum expendere oportet circa huius præsidij naturam, & vt in-
 dicatione sumpta à natura ipsa, facillè sudorē prouocare discamus, per
 totius corporis cutem dissipationem fieri insensilem: aut sensilem; ni-

Li. 4. Acute, cog. 84.

mirum in sudoris forma. Primò quidem è corporis habitu: secundò è A
 venis arterijsq; grandioribus, ac etiam successione ad id quod euacua-
 tur, ex quavis corporis parte, exceptis cavitatibus, ventriculi nimirum
 intestinorum, vteri & similium. Deniq; propriè & primò huiusmodi
 vacuatio tertiam corporis regionem inanit, & continuitate quadam
 aliarum etiam partium humores allicit, & expurgat, ac per cōsequens
 easdem ab omnibus morbis vindicat, vt Hippocrates, nuper adducta
 sententia videtur ostendere. Quò fit, vt Gal. sudorem notam esse succo
 rum qui in vniuerso corpore abundant, vrinam eorum qui in venis, vl-
 tro fateatur. Cæterum in prouocandis sudoribus, mirum naturæ arti-
 ficium ars æmulatur: illa enim nusquã semel per sudorem in febribus
 & alijs morbis euacuat, sed sæpius ac per interualla, quod longissima
 obseruatione comprobatum est. Nusquam enim natura vnico sudore
 morbos finit (vt alijs vacuationibus efficit) sed pluribus: nam licet mor-
 B
 b' vnico sudore videatur solut', nisi plures alij superuenerint, recidiuã
 necessariò pariet (etiam si expurganti vtaris medicamento) à qua etiã
 non liberabitur laborans, nisi sudore vno aut pluribus superuenienti-
 bus, eodem dierũ numero. quo in radice morbus videbatur solutus.

Quod quidẽ videtur insinuasse Hipp. sententia illa: sudores febricitan-
 ti si cœperint, boni sunt tertio die & quinto, & septimo & nono, &c.
 Quo loco verbum illud. Si cœperint, sequelam aut successione & ne-
 cessitatem alterius sudoris importare videtur: siquidem nequeunt la-
 borantes reduci ad pristinam sanitatem, si tantum sudores cœperint ter-
 tio aut quinto, nisi vltra progrediantur, donec alijs diebus vacuationẽ
 perficiat: quò fit, vt hoc vacuandi genus moliat, natura paulatim sem-
 per & per interualla, ab ipsa rei necessitate compulsã, & humoris reni-
 tẽtia coacta. Quod aperte ex Hipp. colligitur, qui in crisi bus sudores C
 fieri fatetur, attenuata pituitæ & flauæ bilis parte: ac vt idem alibi testa-
 tur, in halitum maiori ex parte conuersa, & ob cutis densitatẽ in aquã
 concreta. Ex quo rationem infero, nimirum totam simul attenuare
 materiam, quæ peccat, vt in vnicum sudorem prorumpat, naturæ esse
 impossibile, aut saltem difficillimum: quò fit, vt rectius prouidens, pau-
 latim atten uet, ac paulatim pellat. Hinc ars exemplo sumpto, corpus
 etiam conatur per sudorem expurgare, in his morbis, quibus non fat
 est vacuatio cōfertim per alias regiones facta, per epicrassim & sensim
 vt natura artium magistra docuit.

Disidet tamen ars à natura in huiusmodi vacuatione, quia hæc nus-
 quam tutò & ad salutem sudores molitur, nisi in acutis, vt qui ex hu-
 moribus fiant tenuibus, & qui adhuc vltèrius tenuari facillè possunt, ac
 in

A in halitus naturã nullo negotio conuerti (licet etiam in frigidis ac diu-
 turnis passionibus eisdem natura soleat mouere, propter nimiam ta-
 men humiditatem in corpore collectam, vt Gal. aperte docet quod ra-
 rò solet tutò contingere, ars verò nusquam sudores mouere iubet, nisi
 in difficillimis ac longis morbis, etiam si ex crassa fiant materia. Ratio
 huius rei est, quia medicamenta, quæ sudores mouet, morbi acuti om-
 nino renuunt, & sustinere nulla lege queunt: nam cum plus iusto cali-
 di sint, huiusmodi medicamentis, quæ etiam calida sunt, plurimum
 exasperari habent: longiores tamen difficiles, ac ex crasso humore orti
 affectus, eademmet desiderant medicamenta, quia eisdem proculdu-
 bio humores quibus concitatur huiusmodi affectus, fundi & attenua-
 ri constat. Quò fit, vt ars ipsa docuerit, naturæ modum æmulari in pel-
 lendis per sudorem humoribus, paulatim quidem ac per vices attenuã
 B do, & expellẽdo. Ob id igitur sicut in his morbis in quibus natura hoc
 vtitur præsidio, medico minimè licet: Ita quibus ipsa denegat, eisdem
 ars tutò adhibet. Ratio quidem ad id conuincit, quia cum in febribus
 natura sudores molitur, vt Gal. aperte docet, humores ad summũ fer-
 uoris & inflammationis venire cogit, ac vniuersum laborantis corpus
 tunc temporis igneum videtur, extensa per totũ corpus æqualiter cali-
 ditate, veluti in summis morborum vigoribus cōtingit: quo tempore
 si humores fuerint tenuiores, potẽtia robusta, corpus rarum maxima
 humorum putrescentium pars per sudorem euacuabitur: quam qui-
 dem vacuationem eodem tempore medicamentis aut moliri, aut iuua-
 re, esset omnino in grauius discrimen laborantem ducere. Cæterum si
 humores crassi fuerint, vis autem expulsiua imbecillis, ac viæ angustæ
 nil equidem per cutem fluere sensui manifestum, nisi his vtaris medica-
 C mentis, quæ vim habent fundendi humores, laxandi ac aperiendi mea-
 tus: quibus etiam accedat expediet, & virtutis corroboratio, & cibo-
 rum, quibus facultas nonnunquam distrahitur, subtractio. Dissi-
 dent etiam ars & natura alia ratione: quia hæc nusquam mouet vti-
 liter sudorem, nisi præmissa aut incepta coctione, vt Hippocra-
 tre refert dicens. Sudores multi ijs aderant, quibus tantum abe-
 rat vt recrearentur, vt etiam contra læderentur. Cuius occasione
 inquit Galenus in commento, causa in promptu est: Nam attri-
 buimus crudis morbis nec prodesse sudores, nec signum esse bonum:
 nam vel copiam denunciant humorum, vel vitium infirmitatem.
 Nisi id aliquando contigerit in quibusdam febribus, ex sero san-
 guinis concitatis, quas multi sudores à principio soluere solent
 citra vllam coctionem, quia ea non egent huiusmodi humores,

Li. i. Popu. par. 2
com. 26.Li. 6. Metho.
Li. 2. De diff. feb.Li. i. Popu. par. 2
tex. 27.

nanque cū eos, ex quibus sudores natura concitat, prius aut in halitum commutat, vt Hippocratis est opinio, & experientia probatur, in his qui copiosius sudant, corpore detecto nudoque, quia prope cutim halitus ille in aquam concrefcit, aut plurimum attenuet, antequam sudores moueat, cū id itaque fieri minimè possit citra coctionem, fit vt humore incocto nusquam prodesse queat. Ars verò citra vllam coctionem sudores tuto mouere docet. quod vt consequi posset, varias præbet vias mouendi sudores: nec id citra maximam considerationem: nam & iuxta affectus varietatem, & corporis dispositionem, variatur etiam & prouocandi sudorem modus.

Præstant quidem huiusmodi vsum, & sudores mouent frictions, exercitium, fomenta, inunctiones, suffitus, cerata, emplastra, balnea, & vltimò ea quæ potantur. Quæ omnia licet hoc vnum habeant commune, quòd tertiæ regionis cacochymiam vniuersè expurgent, vbi diutius agant: cum hoc tamen, singula certas quasdam particulas, ac designatos morbos primò respiciunt, deinde quodam conseqūo ad vniuersam regionem propagantur, & à venoso genere humores alliciunt. Cuius gratia expendere oportet, cacochymiam aut vasorum extremitatibus inesse, aut tam esse aduictam, vt maiora vasa etiam repleat, ita vt expurgantibus haud tutò demere sit possibile: vel decidit in altas & reconditas corporis particulas, aut in articulorum cavitates, aut vltimò in partes carnosas & musculosas. Ex quarum partium varietate, ratio etiam & modus prouocandi sudorem variantur, sicuti propter quantitatem cacochymia aut modum. Quapropter adhuc necessum est, mox docere, quæ ratio prouocandi sudorem vnicuique sit comodior, ab exercitio sumpto exordio, vt ex distinctione clarior euadat docendi ratio.

In gratiam tamen tum exercitij, tum aliorum auxiliorum sudorem mouentium, expendere primò oportet, corpus ad sudorē tribus modis parari posse. Primo plenitudine deposita, misso ex vena sanguine, præsertim nō reluctātibus virtute & affectus natura: nedū id exposcētibus: alioquin maximū est incōueniens, ac graue periculū. Nā præter id quòd natura nusquam tutò nec ex vsu corpore existente pleno sudorē mouet, id medicamentis tentare, in maius discrimen corpus ducit, maioreque fluxiones, tensiones, ac dolores & sæpe grauissimas febres excitat. Secūdo corpus præparatur, cacochymia medicamento expurgata, ne tāta vitiosorum humorum quantitas ad cutim & partes sibi subiectas irruat, vt & sudor impediatur obstructis meatibus, & grauiora ob id mala cōcitetur. Tertio & vltimo, humores extenuare oportet (vt

capite

capite de Præparatione, latius docuimus) & cutim rarefacere. Eitque id tutius per frictionem, quæ potius præparandi corpus, quàm mouendi sudores potentiam habet: citraquam si quis subito ad exercitium accedat, periculum est, ne solidarum partium aliqua rumpatur, & excrementa, vehementis spiritus impulsu, meatus obstruant. Quò fit, vt corpus prius deceat molliter fricare (nam frictio hæc mollis soluit laxatque, vt dura ligat) & præsertim affectam partem, quam ego atq; articulationes ferè omnes, linteo quodā donec rubescant, fricare iubeo, ac sæpius oleo chamæmelino & similibus, admixto amygdalatum dulcium, aut ex semine lini inungere, præsertim cū exercitij locus, ab iniurijs æris est præmunitus, nam aliter leui solūm frictione sum contentus: consulens à leui quodam exercitio initium sumere, de inde ad vehementiora paulatim peruenire.

B H A B E T quidem exercitium tantam in concitandis sudoribus vim & efficaciam, vt liberè de ipso pronunciauerit Hippocrates hæc verba: Labor siccat, & corpus robustum reddit. Subdēs verò rationem paulo inferiùs inquit: Labores enim calfacientes, sufficientes sunt attenuare, & depurgare id quod impactum est. Rursus horum omnium paulo ante aliam adducit rationem, dicens: Sudores omnes abeuntes siccant & attenuant, humore ex corpore deficiente. Ex quibus inferre licet exercitium vitijs omnibus tertiæ regionis, sudore prouocato prodesse, dummodo inflammatio non adsit, aut vlcus. Verūm licet hoc ita sit, manifestiùs suas vires pandit in articulorum ac musculorum affectibus (dummodo, dolorosa affectione non laborent) secundum illud Hippocratis. Labor articulis & carnibus, cibus, somnus viceribus. Quod etiam Galenus in commento apertius docet digerens;

C Exercitium articulis carnibusque veluti cibum esse, id est, alimentum, robur & adiumentum, ac per consequens morbis harum partium præstantissima medela. Præstat quidem exercitium hanc gratiam membris omnibus, tribus modis: primo calore nativo aduictò, qui deinde eam coctionem magis expeditam, tum nutritionem magis foelicem producit; ex quo pullulat solidorum mollities, propter humiditatem, ac humidarum partium extenuationem & meatus laxitatem: fit etiam vt exigua porositates in toto corpore pateant, atque expurgentur. Secundo spiritus dum vehementiori impetu feruntur, expurgari meatus omnes penitus efficiunt; & excrementa accuratius expelli, & calore & impetu in sudoris formam prorumpere. Ex quibus tertium necessariò sequitur, nimirum instrumentorum mutuo inter se attritu, durities ac robur, consumpto etiam & in sudorem soluto

Li. De Dieta

L. 6. Popu. par. 5. tex. 10.

I. Timotheo.
Lib. 1.

soluto humore, qui ibidem morabatur. Quibus omnibus modis contingit articulos & carnosas partes suos morbos excutere, ac robor acquirere. Quod nouerat etiam Plato, dum inquit: Exercitium roborat, quies contabefacit. sicut etiam Celsus optimè aduertit. Quae ratione sudorem prouocare docet exercitium, in musculorum & articulorum affectibus, & etiam ijs, qui malum habent corporis habitum: nam sopitus calor reuiuiscit, ac totum corpus calefit, & humores attenuantur, ac digeruntur.

Verum quia exercitia varia sunt, ac variam habent in agendo vim & efficaciam, non omnia omnibus corporibus prodesse possunt, sed alia alijs magis, veluti imbecillibus ac delicatis corporibus cursus, deambulatio, & leuis brachiorum motus: robustioribus uero, ludus paruae pilae, aut armorum, lucta, saltus, aut uehementior cursus: rursus magis robustis expedit, aut terram fodere, aut arare, aut pondus aliquod maximum subleuare. Verum in omnibus ijs, quibus exercitijs sudorem mouere conamur, eousque exercitium peruenire debet, donec corpus ex defatigatione intumescat, & color efflorescat undique purpureus, sudore calido atque uapore guttatim ubique exiliente. Namque is est in concitandis sudoribus exercitij terminus, quo tempore oportebit corpus quieti mandare, & pannis contexere, ut totum id humoris quod natura excitauit, liberè exeat. Fiet autem exercitium subdiu rectius, quam sub tecto, & in Sole aptius quam in umbra (si caput non ueruerit) ac de positis alui & vesicae excrementis.

Fomentis etiam sudores moueri à toto corpore possunt, etiam si commodus à partibus affectis, quam à toto. Quod fit, ut eis utamur in quibusdam particularibus affectibus, ut materia ibidem contenta, in sudorem erumpat. Atqui si corpus etiam affectioni consenserit, eisdem in toto corpore sudorem excitare poterimus, diutius tamen & frequentius adhitis partibus prope cor & hepar. Possunt tamen fomenta multis modis parari, simplicissima nempe, ut cum linteis calfactis sudorem elicimus. Calor enim laxat, aperit, euocat, attrahit, digerit, postque plerumque sudor sequitur. Proxima sunt, quae linteis aliquid calori mouendo accommodatum inuoluunt: quae si arida experas, milium facile est omnium suauissimum, aut defixi fuffures, deinde arena, & sal quoque: quae & torreri omnia & linteis sacculisque includi arida, calidaque, vel aquae quippiam aptè calidè immergi necessarium est. Vinum autem in hac re cauere oportet, utpote quod celerrimè frigescit: duriora quidem fortioraque sunt lateres, aes, ferrum, lignum generis densissimi, pannis linteisque similiter inuoluta. Fortiora adhuc sunt

A sunt ea quae conficiuntur, ex halitu, aut cineribus ignitis, in re aliqua caua susceptis, coopertisque linteis, & parti appositis, quae appellantur apud Valentinum (Tabelletes): uerum si minus arida desiderentur, oleo calido, aut aqua utriculum ad dimidium implere, aut in uasa factilia lapidea aerea, argentea, similiaque aquam infundere cautum erit: sin etiam humectiora spectantur, cotum aut lana, aut spongia mollis in aquam simplicem calidamque, aut herbis, radicibus, seminibus, alijsque idoneis rebus incoctis permutatam, aut in oleum quoduis, rei praesenti aptum immersa, competit. sunt etiam alia fomentorum genera, quae & à Celso, & à Galeno & alijs ueteribus recensentur. Quae quia aut inusitata sunt, aut minus secura, consultò praetermitto.

Lib. 2.
L. 9. Phar. loc. 3

Uti his fomentis licet, transacto morborum impetu, & principio, & ante omnem cibum, & ueteri esca iam probè concocta: sic arthritidi, & alijs articulorum affectibus, praesertim diuturnis & aegre curabilibus subuenitur: nec non & colico dolori, & alijs uiscerum cruciatibus, modo ex crasso & denso, ac quouis alio spiritu, aut ex fluxili pituita fiant: habent enim vim & efficaciam maximam in prouocandis sudoribus, à quouis corporis parte. Caeterum quae à denso & viscido fiunt humore, raro his curantur, quia densior & crassior tunc temporis redditur, nisi hac utamur distinctione, quod in huiusmodi humore crasso humidum tantum fomentum adhibeamus, confectum ex decocto calidorum medicamentorum, & eorum quae extenuandi vim habent ut salis decoctum, orobi, milij, ac furfuris, quibus admiscere conuenit chamamelum, scenum graecum, & similia. In fluxili uero pituita siccis frequentius oportet uti, sicuti inflatiosa substantia, utrisque. Verum in biliosa cacochymia solum humidis, ueluti aqua tepida, in qua bulliant quae vim habent attemperandi acrimoniae, ut flores quos cordiales appellant.

2. 1. 1
179

Concitur etiam ad communis corporis affectus sudor, adhibitis his fomentis iuxta pedes, manus, ac latera, dum modo inflammatione aut distemperie aliquod ex uisceribus non laboret. Quod si contigerit, concitato modico madore, fomenta protinus subtrahere oportet, & statim porrigere haustum aquae buglosi, aut papaueris erratici. Verum & si raro fomentis utamur, ad uniuersum humorem prouocandum, laudo maximè eorum usum ad augendam sudoris copiam, praesertim in his, qui praesens scabie aut psora, aut quouis alio cutis affectu, scabram, siccam ac densam admodum habent cutim ipsam. Profunt etiam ijs, qui hyberno aut rigido tempore sudare coguntur.

2. 1. 3

In

Inunctionibus etiam sudores mouemus, veluti in lue venerea, in qua ceteris medicamentis discutientibus argētum viuum miscemus, magno sudorum impetu, & ob ingressum ad penitissimam, magno etiā vtriusque ventris prouocato fluxu, de quo abundē diximus capite de Purgatione per sputum. Præstat enim inunctio omnis duplicē vsum, nam aut corpus, cuius cutis est scabra ac densa & dura, ad sudorē præparat, aut etiam ab intimis ad exteriora humores allicit. Quò fit, vt hoc vtamur præsidio in his quib⁹ natura ad cutim prona apparet, & in his in quibus non licet tutò interiùs administrare sudorifica medicamenta, sicuti in febribus, præsertim malignis, in quibus maculæ in cute apparent. Vtimur etiam inunctionibus, in quibus sudor tantum incipit, & non vltra procedit, aut crassioris humoris vitio, aut cutis densitate, aut ambientis frigore, vt optimè Aëtius aduertit: sicuti in alijs morbis, in quibus propter easdem causas, nihil humoris educitur. Vngimus autem corpus vt ex altis eius partibus humores ad cutim faciliùs trahantur: quo tempore partes inungere oportet, iuxta inguina & sub axillis, articulationes etiam, ac dorsum, veluti dum tantum cutim rarefacere intendimus, saltē maiore ipsius partē. Fiunt autē inunctiones ex oleo, in quo inspersum fuerit, vel chamæmelum aridum, tritumq; , vel calamintha, vel seseli, pyretum, anisum, nitrum aut salis flos: ad quod etiam facit liquor Cirenaicus dilutus tepida aqua, & corpori perfricatus. Cuius loco vti possumus succo illius herbe quam Angelicam appellant, aut decocto ex eius radicibus, costus etiam id præstat, & balsamum, aristolochia, casia, calamus aromaticus, præsertim vbi feruerint oleo, aut aqua, aut vtriusque. In febribus autem hydrelæo & nitro vti licet, aut leuiori aliquo ex supra dictis auxilijs.

Per cerata etiam & emplastra idem beneficium præstari potest, præsertim in lue venerea, adhibito emplastro aut vnguentis argento viuò aut cinnabario, aut euphorbio. Habent tamē hæc auxilia vnum hoc peculiare, vt quibusdam particularibus affectibus inueteratis & difficilissimis plurimum sint proficua.

Suffitibus item sudores excitantur: in his præsertim qui propter cutis densitatem, constrictionem aut frigiditatem difficulter sudare queunt, vt ex Aëtio apertissima constat sententia. Ceterum hæc est partissima sudandi per suffitus indicatio, nimirum attenuatio humorum crassorum propter condensationem & congelationem, modò congesti sint in aliqua particula, modò per plures dispersi, intus aut extra. Quò fit, vt in quouis tumore, dolore, aut affectu genuum, aut articularum ex condensato humore orto, præsentaneum sit auxilium, licet

propter

propter imperitorum insciciā insolentiā, ac nonnunquam in dexterū vsum, iā diu plurimū ab vfu recessit. Verum tantā habet vim & efficaciam aduersus huiusmodi humores, vt quibus alia auxilia nihil contulerūt præsidium hoc solum plurimum valuerit. Hoc nanque habet præter alia peculiare, vt calore & tenuitate penitiùs singulas corporis & humoris partes subingrediatur, ac mirum in modum fundat, liquet, & attenuet, & in sudorem erumpere cogat: quò fit vt humoribus & morbis supradictis plurimum sit ex vfu. Parantur enim suffumigia per artemisiā, sabinā & thuris fumum, iacentibus in lecto laborantibus, eleuatis tamen per circulos quosdam vtrinque operimentis, quibus copiosus humor facilè per sudorē elicitur, capite extra operimēta à vapore libero. Parantur etiam suffitus alij ex castoreo, pulegio, bdellio, viticis semine, thure, aloë, myrrha, cinnamomo, cypero, styrace, nucemuscata, ambra, charabe, squinato, gariophyllis, ligno aloë, gallia muscata & cubebis. Ex quibus puluericatis, aut ex aliquibus, iniecto super prunas cocleare vno, suffitus fieri possunt. Ex quibus etiam formantur pastilli cum terebintina, laudano, & belzoino, quæ quidem efficacioris sunt potentia. Cum hoc tamen tutò eis vti licet, non solum in supradictis affectibus, verum etiam in discuciendis pituitosis articularum tumoribus, ac in roborandis musculis & neruis, pituita imbutis & laxioribus factis.

In lue tamen venerea frequentius hoc præsidio Chirurgici vti solēt. Et sicuti in his maioris est efficaciam, ob vehementiam medicamentorum quibus constat, ita & maioris periculi: namque non solum per sudores, sed per vtranque aluum & sputum vberius expurgare valet, siquidem per meatus omnes (vt quod hydrargyrum recipit) confestim permeat & ad viscera omnia facilè peruenit per venas, neruos & arterias, vtpote quod plurimum est calidum, & efficacius quàm omnia alia medicamenta, quæ corpori per fumum aut halitum adhibentur, & hac ratione vim medicamento vehementius & celerius corpori communicat. Ex quibus constat graue & periculosum auxilium esse, & quod nō nisi in robustis corporibus est adhibendum, ac in inueteratis affectibus, & ijs qui alijs remedijs minimè cedunt: vt qui ex densa & congelata pituita constant. Quapropter præmunito priùs corpore (si quādo contigerit eo vti) sufficiente per expurgans medicamentum vacatione facta, & sumpto priùs mane per tres horas ante suffumigium vitu optimi nutrimenti, ad præsidium hoc accedere licet, coopertis vniuerso corpore & capite, ore excepto: Præcauendo semper, ne laborans in animi deliquium incidat, abluta facie vino, aut aqua frigida,

d ac

ac si non inciderit, sudore iam profluente, pannis licet laborantē contegere, & in lecto & conclauī mediocriter calido recondere, vt sudor ibidem perficiatur. Suffimus tamen non omnibus cōtinuis diebus, sed tertio aut quarto quoque die: eō tamen vsque suffire oportet, donec aut aliud soluat, aut humor per palatum defluat: quo tempore nō est vltra progrediendum, sed subsistendum ante, ob maximum viriū dispendium. Solet autem in aliquibus satis esse, septē aut octo diebus suffire: nam graue admodum remedium est, & quod facultatem plurimum dissipare habet, ita vt etiam in ipso sudore, ius aut victum alium saepius administrare cogamur.

Suffumigia quæ in hunc vsum parari solent, ex supradictis simplicib⁹ cōficiūtur, addito aut cinnabario, aut castoreo, aut euphorbio, ita vt pulueris aut pastillorum supra dictorum, sint quatuor partes, cinnabari verò quinta. Cæterum si castoreum tantum aut euphorbium in iijcere magis placuerit, tertiam partem addere oportebit. Hæc sunt quæ in hoc præsidio, methodo, & ratione docere placuit. Verum ne quis in consultō eo vtatur, consilium circa sudandi rationem legat, hortor.

Mirum etiam in modum per balnea sudores mouere solemus, non solum in cutaneis, verum & in abditis & internis corporis affectibus.

Cæterum quia de balneis proprium caput placuit scribere, modō in eis nihil immorabor.

Vulgariū quidem apud omnes medicos (atque id nō nisi magna ratione) per epota mouentur sudores. in quorum gratiam omnia ferè præsidia, quæ diximus, solent tanquam præparatoria administrari, vt corpus & humores ad sudorem moueri incipiant. Profunt quidē hæc & egregiē opitulatur omnibus difficillimis affectibus, cuiusuis sint partis, veluti frigidis distillationibus, maximo vētriculi lapsui, frigida C item cephalæ, epilepsiæ, paralyfi, ischiadico affectui, & oculorum inueteratæ lippitudini, & omnibus etiam ex refrigeratione viscerum & articularum affectibus. Item podagricis à frigida distemperie, diuturnis quoque febriculis, quæ ex lento & frigido humore prodeunt, ac vltimo omnibus affectibus aut symptomatis, quæ ex venerea contagione suboriuntur: & denique omnibus inueteratis ac frigidis affectibus. Præstat etiam suam gratiam hoc mirabile præsidium diuturnis ventris fluxibus, rebullionis gratia, & quibusuis alijs de fluxionibus, non solum ad distractionem, verum & ad corroborationem cuiusuis imbecillæ partis, quæ ob id aut affectū susceptat, aut generat.

Cæterum & si ea quæ intus sumuntur, communi omnium consensu hæc præstent bona, ipsa tamen inter se varia sunt, & varijs modis debent

A debent ad varios affectus præparari. Vtimur nanque Guaiaci ligni decocto, smilacis asperæ, radicis chinæ aqua aut vino exceptis: vtimur etiam serapijs ex quouis horum confectis, qui licet plurimum sudorem non moueant, præparant tamen ad ipsum. Item vtimur ad nuper dictos affectus pulueribus, pastillis & confectioibus ex saccharo rosaceo, borraginato, & buglosato commixtis & pistatis cum supradictis sudorificis, aut cum radice angelicæ, cui maximè inest in prouocandis sudoribus vis & efficacia, præsertim in frigidis affectibus, sicut eius decoctū mirè ostēdit. Cæterum hoc discrimine ijs auxilijs vtī oportet: radicem quidem chinæ adhibemus in viscerum omnium affectibus, & ijs qui ab ipsis prodeunt, vt quæ eadem viscera roborandi maximam potentiam obtineat: smilacem verò asperam, aut in his corporibus quæ imbecilliora sunt, aut in leuioribus affectibus, aut in febribus B ijs, quib⁹ hoc præsidium prodesse diximus. In alijs verò affectibus qui aut sæuiores, difficiliores ve aut antiquiores sunt, ligno vtimur guaiaco, vtpotē quod maiorem habet in agendo efficaciam.

Verum quia semper in affectibus quibus hoc præsidium adhibemus, aliquid aliud adiungitur, cuius gratia aut intendere, aut remittere, aut alijs qualitatibus id miscere conuenit, ob id quidem varijs modis parari decocta necessum est, sicut & omnia alia quæ intus posse sumi diximus: quæ omnia metiri oportet, secundum exigentiam cōplicati affectus, aut laborantis particulæ, aut corporis cuius gratia medicamentum paramus. Verum communiter decoctum ex ligno paratur cortice & aqua, hac mensura: Excipe ligni rasi. librā. j. corticis. lib. f. aquæ. libr. xvj. coquantur omnia ad consumptionem duarum tertiarum. Cæterum ijs quibus visceris alicuius roborandi, aut euacuandi C di gratia paratur, prædicto decocto addere expedit vini optimi. libr. j. nam absque aqua decoctum ex ligno guaiaco conficere, præterquam quod rationi est aduersum, insuaue admodum & inutile efficitur.

Communi autem decoctioni addi possunt ea medicamenta, quæ partem affectam respiciant: quemadmodum thorace affectis prodest, media in decoctione, infundere cardum benedictum, betonicam, pentaphyllon, violas, iuiubas, & similia. Sic neruorum affectibus confert saluia, ros marinum, flos stœchadis, & huiusmodi alia: sicuti in anasarca & ascitæ, ac malo corporis habitu, radices enullæ, iridis, & brassica marina aut ebulus herba.

Pari lege in alijs affectibus secundum cuiusque naturam variare oportet: sicuti admiscere quæ corrigēdi humorē peccantē vires habeant, qualis endibia est, borrago, lupulus, buglosa, & alia huius census effice

in diuturnis febrib⁹
conueniunt sudores

in diarrhœa diuturnâ

radix angelicæ
diubat ad sudand.

re valent. Sic enim eum remittere vim eius expedit, largiori facto A decocto facile fiet, aut admixtis tum radicibus, tum herbis, ac seminibus, quæ compescere caliditatem decocti queant. Smilacis asperæ tam est vulgare decoctum, vt nostra non egeat expositione: sed aliquando expedit, vt vtilius fiat, admiscere ipsius ligni guaiaci corticem, aut scobem, eò quòd illi maiores vires præstare facile habeat: Idè de radice chinæ mihi est in animo docere, præter id quòd ad eius decoctum uncias duas ipsius iniicere in lib. xij. aquæ, & ad medietatem coquere, aut consumptis duabus tertijs, sat est.

Ex his tribus medicamentis conficiuntur etiam syrups, quibus mouere sudorem pari vtilitate solemus. Cæterum ij tantum sunt vtilis his quibus necessum est, medicamentum diutius in ventriculo immorari, aut in iecore, vt vehementius in caput ac ventriculum ipsum, & partes sibi vicinas, suam inferat virtutem, nam ad id, medicamentum expedit esse crassius, vt maiori mora propriam perficiat actionem quod tenuata theriaca syrupo aliquo efficere antiquitas solebat. Modum autem conficiendi syrupum consultò prætermitto, quia omnibus seplasiarijs notissimus est.

VERVM inter ea quæ ad sudores eliciendos potantur, alia multa reperiri possunt, quæ aut medicorum incuria, aut aliorum nouitate ab vsu recesserunt: quibus ego in alijs affectibus à venerea luetantum fiderem, quantum in ijs quæ ex India ad nos asportantur. Nam haud facile crederes, quam foeliciter multis successerit, ex decocto radicis pentaphylli, præsertim in thōracis affectibus. Neque etiam mihi suo tempore adhibitum improbari potest medicamentum, à quam plurimis commendatum, ad perpetuum morbi articularijs auxilium, quod est decoctum chamædryos, confectum ex scissis folijs huius herbæ virentis, aut quod magis placet, parum resiccatis, & vino decoctis, quantum coctionis vinum sustulerit. Ex quo cyathum vnum fumere expedit, stillatitio eiusdem herbæ liquore commixtum, quinque horarum spatio ante cibum, vt par est, prius præmunito corpore. Mirum etiam in modum sudorem mouet chamæmeli decoctum, præsertim in ijs, qui ex perfrigeratione viscerum doloribus cruciantur: quemadmodum & saluiæ & chamæpyteos ac betonicæ, centauræ ac sabinæ decoctum efficere habent. Præstat item eandem gratiam decoctum squinanti, calami aromatici, ramentorum iuniperi, citri, cupressi, tedæ, terebinthi, cedri, eueni, & multarum radicum ac herbarum, quas breuitatis studio prætermitto. Nunc tamen nouiter in vsum sanè vtilissimum prorumpit, ad sudores prouocandos

A dos angelicæ decoctum, quo ego libentiùs vterer in internis ex frigiditate affectibus, quàm in quouis alio. Haud dissimili quoq; vtilitate, se se offert decoctum herbæ illius, quam nicotianam appellant, apud Indos tabaco nuncupatam, licet hæc calidior quodammodo existat, cæterum alijs temperata vtilissima citra dubitationem existet: quæ omnia profecto sudorem prouocare possunt, aut saltem vtilia existunt ad corporis preparationem, id nempe quod cogere ad sudorem intendimus.

Tabaco

Consilium in mouendis sudoribus.

B



I quando prudentia opus est, maximè in maximis & efficacibus auxilijs, quæ maturo consilio, & solertia maxima sunt adhibenda, vt quæ hoc habeant proprium, quòd si negligenter ac oscitanter adhibeantur, ita vt non profint, semper visum sit ea plurimum nocere: huius quidem census sudor est: cuius efficacia ac vis (vbi aut tempus, aut quantitas, aut modus, aut necessitas, infra aut supra id quod par est, peruertitur) tanta est, vt substantiam dissipare, virtutem prostrernere, corpus contabefacere, morbum augere, symptomataque intendere, ac multiplicare citra dubitationem valeat: quò fit, vt neque in quouis difficili morbo protinus hoc præsidio vti, tutum sit, neque in maximis affectibus ob id pertimescendum. Quapropter monendus mihi lector est, in ijs quæ circa sudandi rationem quodammodo difficultatem inferre videntur. Sic exercitium nullius vtilitatis ad sudores eliciendos esse potest, vt quotidiana docet experientia, nisi decoctis aut syrupis prius vtaris, ex his quidem quæ sudorem prouocare habent: quibus humores facilius moueantur, & præparentur, vt exercitio promptius pelli possint. Quod cum minimè perpendant medici, rarò aut nusquam hoc insigni præsidio vtuntur, quo in imbecillibus, aut ijs quibus dolores quiescendo magis exacerbantur, aut rursus ijs, qui publicis negotijs impediti, detineri domi nequeunt, magna cum vtilitate indubitanter vti erit necessarium. Contraria profus ratione ab hoc præsidio cauerè oportet eos omnes, qui aut exulcerationem, aut quamuis aliam continui solutionem patiuntur, aut moti magis dolent.

Sic fomenta potius augendi sudoris gratia esse adhibenda (dum alijs utimur sudorificis auxilijs) existimo, quàm quòd sola sufficiat, etiã si aliquando in morborum inclinatione, veluti in tophis & tumoribus ac huiusmodi alijs particularibus affectibus, ad absumentas eorum reliquias, mirum in modum profint, vt materia ibidem fixa impactaq; in sudorem prorumpat.

Sudandi verò rationem per balneas (etiam si ad proprium caput distulerim) ablegandam esse consulo à plerisque articulorum morbis: vtpote quæ maiores concitant fluxiones suo calore, ac promptius cogunt humores recipi in articulis, propter mollitiem ac dilatationem ipsorum. Ac si quando prodesse possunt, id est cōtinuatione quadam diutina, qua quod influit resolui queat, & pars ipsa roborari: licet id aliquando fallat. Secus res se habet in balneis, quibus corroborationis articulorum gratia utimur, veluti sunt ferrea, aluminosa, & huiusmodi, quæ firmandi ac roborandi articulos vires obtinent, resolutio iam aut euacuato alijs præsidijs, qui ibidem morabatur, humore.

Suffumigijs verò non nisi in desperatis uti consulo, ac præmissis etiã prælagio, ne quid mali præter spem plebeij contingere existiment: etiã si in grauissimis & desperatis malis, præsentaneum sæpe fuerit auxiliũ.

Cæterum circa ea quæ potantur, expendere oportet, biliosos homines non esse diutius ad sudorem cogendos, neque vehementiori facta decoctione: siquidem primo malo non curato, frequenter aliud iccori aut alicui viscerum denuo succrescit, non satis pensata laborantis conditione. Quapropter aut blandè tractare, aut decoctum iuxta cuiusvis necessitatē temperare, citra dubitationem oportebit: nam in quibus aliquod viscus calida distemperie, sola aut cum affluxu materiæ acris calidæ & mordacis afficitur, decoctum conficere oportet in aqua stillatitia è cichorio, quod profecto tutissimum semper expertus sum. Sic in his quib' gratia reuulsionis (diuturni alui fluxus, aut vrinæ, aut alterius cuiusvis defluxionis causa) hoc utimur præsidio, blandè ac leniter fieri debet, & per longiuscula interualla, vt laborantes id diu sustinere possint: nam alioquin, aut natura ad plures vacuationes distracta labascet, aut præexistenti morbo iam defessa, nobis per sudores non poterit adminiculari. Quò fit, vt expediat, paulatim naturam huic vacuationi assuescere, quòd possit alijs resistere. Sic haud dissimili ratione in difficili respiracione procedendum esse, medendi ratio postulat: dummodo difficilis respiratio totius corporis consensu concitetur, aut ex pluribus & præcipuis eius particulis: nam cum ex visceris alicuius vitio, aut facto iam in thorace affectu, concitatur, hoc auxilio magis exacerbantur

A cerbantur laborantes, & tenuata materia (cum non possit facilè per sudorem expectorari) pressius suffocantur. Quapropter in quibus cōuenit, molliter adhibere debet, ne citiori facta respiracione, & cōfertim fufis ac tenuatis humoribus, plùs ad affectam partem trahatur, thoracis velotiori motu. Quò fit, vt in his expediat humores paulatim præparare, largiori exhibitio card' sancti, aut radice pentaphylli decocto, & ad sudorem paulatim etiam cogere: ne quid subito & præter spem eueniat, quod & laborantem perdat, & apud vulgus medicum & auxilium infamia fœdet, vt ijs solet accidere, qui citra debitam considerationem, artis præsidijs vtuntur. Eodem profus modo fieri oportet in extenuatis hominibus, quibus sæpe suum præsidium esse solet sudare, licet non omnibus, sed ijs tantum, qui ex abundantia crudorum aut vitiosorum succorum matie cōtabescunt, vt in ijs qui gallicis doloribus, pustulis ac vlcibus torquentur, videre licet, in quibus non protinus est confugiendum à principio ad hoc præsidium, sed postquam maturerit: non enim cedunt duri & crassi humores, dum affectus incipit sed postquam à natura aliquam susceperint gratiam, ea ratione qua in quartanis decretum est, in principijs non esse validis auxilijs vtendum. Sicuti & in alijs qui citra gallicam luem crudis & crassis humoribus scatent, quibus debita nutritio impeditur, & ob id contabescunt. Quos omnes non sine magna plebis admiratione, hoc auxilium tempestiuè adhibitum ad pristinum rediit statum, ac nonnunquam ad pinguiorem. Quemadmodum in omnibus alijs perniciosum est, quibus aut aliqua distemperies nuda præest, aut coniuncti humores plurimum sunt squalidi, aut viscus aliquod calore aut siccitate est affectum, necnon & omnibus ex morbo consumptis. Cæterum eos quibus hoc auxilium ex usu est, blandè ad sudores cogere oportet, ne natura vehementi auxilio lassata, & à sudore & ab alimenti confectio, ac nutritione omnino desistat, & ob id maiori matie vltèrius laborantes contabescant.

De communi & peculiari balneandi indicatione. Cap. 13



HEROPHILVS dogmaticorum medicorum doctissimus, præclare dicebat, Medicamenta vt cætera medicorum præsidia per se & sola nihil esse, nisi rectè vtentem habeant, quando demum ea veluti Deorum manus rectè dixeris. Iuuant enim plurimum

ubi his vsus, est natura prudens & industrius, ac in rationali me- A
thodo probè exercitatus. Propterea rectè etiam Asclepiades medi-
ci officium esse dixit, vt tutò, iocundè & celeriter curet. Ante hos ta-
men nos prudenter hortatur Hippocrates, omnia medicæ artis opera
sic perficere, vt iuuent, vel saltem non offendant. Quam rem Galenus
his omnibus posterior, locis perquam multis inculcat, quòd res ea
magnarum sit virium, non modo vt medicus calumnia vacet, sed et-
tiam culpa, cūm hominem adiuuet (diuina fauente bonitate) cui
morborum magnitudo, complexus ac malignitas extremam perni-
ciem minentur. Hinc medicus, in quo terrenum quoddam numen ef-
fulget, consilium & auxilium afferens saluberrimum, vitam erum
notam calamitosamque, aut impendentem exitum facilè vitauerit.
Præsertim si iuxta prudentiæ & artis leges auxilia adhibuerit: Nam
aliter exitum potiùs quàm auxilium esse dixeris. & eò magis quò B
præstantius fuerit præsidium, ob id igitur methodo & ratione pla-
cuit balneandi vsus docere, siquidè in rebus tanti momenti, turpior
est negligentia.

Non est mihi in animo hac in parte sumptuosos illos antiquorum
balneandi apparatus, magnificaque ædificia aut cōisteria frigidaria
ve, aut eleothesium, latinis vñctuarium appellatum, aut hypocau-
sta, aut sudatoria, aut lauacra & huiusmodi alia recensere: sed (vt qui
breuitati studet) quæ claritati, & hodierno vsui commoda sunt, faci-
lèque aut parari aut inueniri possunt, docere potiùs, quàm ea, quæ or-
namèti & ostentationis gratia, tantū sunt. Poterā enim haud immeritò
balneandi rationem inter auxilia sudatoria reponere, ni existimassem
huiusmodi tractationem altiorem, ac quodam modo diuersam expol-
cere indaginem: nam inter alia quæ iam multis annis à veteribus plu-
rimū obseruata interciderunt, balneorum commoditates, ad quas
veluti ad sanitatis præsidia, passim & quotidie concurrabant, pro-
fus amissimus: quam quidem iacturam, pro viribus restaurare potiùs,
quàm deplorare æquum esse duxi. Atqui ne vos rei huius difficultas
deterrere possit, ac varia & confusa lectio inaccessibilis fiat (qua
sæpe ratione laborantes hoc præsidio destituuntur) methodo qua-
dam quàm breuissima, ac clarissimis diuisionibus concludam & om-
nes balneandi differentias, & proprias cuiusque indicationes.

Etenim in medicatis fontibus, non solum morborum sine vilo
dolore medicina inuenta est, verum etiam laborum lassitudi-
numque in sanitate, leuamen reperitur: Nam præsidium hoc neque
igne horrorem inuitit, neque ferro molustum est, neque vt amar-
ra

A rapharmaca fastidium parit. Profectò morborum genus nullum
propè est, quod in medicatis fontibus suum remedium suamque me-
dicinam non inueniat. Præterea cætera artis præsidia vno modo ad-
hibita, iuuant, hoc quidem quocunque modo adhibeatur, salutare est,
Aqua inquam duplici ratione & balneo iuuat, & porione interiora fo-
uet: vapor etiam omni membro adhiberi potest: lutum similiter mi-
rum in modum opitulatur. Taceo hic quòd insigniora alia auxilia
non cuius conueniunt: at hos fontes omni sexui, omni ætati cu-
iusque temperaturæ hominibus concedere citra noxam licet.
Neque hoc solum admiratione dignum habent, sed etiam subinde cō-
ceptum foemina retinent, & steriles fecundiores efficiunt: In his cu-
rantur articulorum dolores, attonitus morbus, conuulsio, & id genus
alij affectus, qui omnium generum remedijs frustra tentatis, huic solo
cedunt. Sed quid moror, si solus aquarum vsus tantum in nobis con-
fert beneficium, quid de omnibus alijs balneandi rationibus subinte-
lligi poterit? hoc ego vnum certò scio, nullum esse in arte medica tam
commune, tam utile, tamque securum præsidium, ni id nescio quæ ru-
stica timiditas ex aliorum gremio depulisset, quod potiùs factum esse
existimo ex ignorantia indicationum, quibus hoc auxilium expeti-
tur, quàm timore. Quò fit, vt hunc laborem sponte susceperim, ne
quis tanto auxilio destitutus, aliquando miserè difficillimis morbis
torqueatur.

Balneandi itaque vniuersam rationem partimur, iuxta differentiā rerū
ex quibus balnea constare possunt. Constant denique ex liquore ali-
quo, aut ex vapore, aut ex solida aliqua substantia: qua trimembri di-
uisione facile est omnes balneorum differentias complecti: nam pri-
ma quæ ex liquida fit substantia, alias sub se habet differentias: siqui-
dem conficiuntur liquida balnea ex aqua, ex oleo, ex lacte, ex musto, ac
ultimo ex vino. Cæterum quæ ex aqua fiunt, quædam ex dulci quæ-
dam verò ex medicatis fontibus constant. Quæ ex medicatis rursus
fiunt: nonnulla ex aquis sponte nascentibus, quædam ex arte & indu-
stria factis parantur, iuxta affectus & affecti corporis rationem. At
ex his aquis quæ sponte medicatæ prorumpunt, quædam bituminosæ
sunt, aliæ sulphuræ, nitrosæ aliæ, nonnullæ alluminosæ: quædam atra-
mento sutorio cōstāt, aliæ mysi, in alijs salis qualitas euidentis est, aliæ ve-
rò arsenici naturam sapiūt, veluti & aliæ plures ferratæ æreque reperiunt.
Sunt etiam nonnullæ dulces ac sponte calidæ, quæ nihil eorum quæ
dicta sunt gustui repræsentant: sicuti & per plures aliæ frigidæ & medi-
cata, quæ sulfuris & bituminis naturam sapiunt. Balnea verò quæ ex
solida

solida substantia conficiuntur, ex arena, ex sale, atque ex vinaceis A
 præcipuè constare possunt. Tertiam quidem balneorum differen-
 tiam Itusam nominant antiqui: locum nempe vndique vallatum, cu-
 ius aër & parietes per medium calefiunt, siue ab igne fieri contingat,
 vt in testaceis (quorum meminit Celsus) videre licet, atque infurnis: si-
 ue ab aqua simplici aut minerali, aut composita, aut ex vino fiat, à qui-
 bus eleuatus vapor in loco vndique circumscripro contineatur. Re-
 periuntur etiam naturalia quædã loca apud Gallecios nostrates quæ
 sponte in rupis cavitatibus vaporem calidum è se prorumpunt, vtilia
 quidem certis quibusdam affectibus.

His iactis diuisionibus, expedit iuxta cuiusque differentia ratione
 indicationes ac morbos quibus prodesse possunt docere: ac vltimò mo-
 dum, quo vniciue accommodari queat, quod in omnibus auxiliis B
 ardentè exequendum est: nam hac lege fiet, vt nullum auxilium vs-
 quam ad libitum & citra rationem adhiberi possit: Initio tamen habi-
 to ab vsu dulcium aquarum, quas clarioris doctrina gratia, in frigidas
 & calidas partiri est in animo, ac de calidis primo loco agere, si prius
 quædam omnibus balneis communia dixerò.

Omnia itaque balnea triplicem præstare in humano corpore vsu
 præstantissimis medicorum compertum est: quædam nanque eua-
 cuant: nonnulla verò implent, ac vltimò omnia attemperant, aliosque
 his affines pariunt effectus. Quòd verò ex vacuantium auxiliorum
 genere sint, ex Galeno constat: qui ex his esse refert, quæ vacuationem
 omnium humorum æqualiter efficiunt. Atqui licet idem author so-
 lam ferè cutim euacuari balneis doceat, successione tamen ad id quod
 educitur, ex tertia etiam regione citra dubitationem euacuant. Mo-
 uent enim plura saluberrimos sudores, similes his quos natura decre-
 toriè solet pellere, vt Gal. apertè mōstrat. Quòd verò corpus repleant,
 ac crassius efficiant, probat etiam idem Galenus his verbis: Qui ex te-
 nuibus crassiores volunt euadere, lauabunt bis, vt tamen semper in pri-
 mis tempus à cibo, secundo balneo tribuat, interim etiam primo. sed
 clariùs adhuc alibi refert; dicens: Calidū primò auget corpus, deinde
 minuit: proinde vbi corpus implendum, eatenus in balneo immorari
 oportet, donec corpus intumescat: quod expressius etiam idem au-
 thor alibi docet. Pari etiam ratione ad omnium distemperierum diffe-
 rentias plurimùm prodesse balnea reperies apud Galenū, qui hæc ver-
 ba profert: Nihil inuenies, quod valido æstu occupatos, præsentius re-
 frigerare, aut magna frigiditate affectos promptius calefacere, quàm
 balneum possit. Cùm enim natura humidum sit, & moderatè ca-
 lidum

A calidum humiditate quidem natam ex caliditate siccitatem irrigat, ca-
 liditate verò ortam ex gelu frigiditatem perfanat. Idem etiam refert
 alibi dicens: Aquarum dulcium sanè balnea mortuos ferè illuc profe-
 ctos calefaciunt, etiam si valde frigi facti fuerint: exustos verò atque
 incensos non lædunt, immo videntur delectari. Atque hæc sunt bo-
 na quæ tepida aqua & dulcis præstat.

Quas ferè omnes actiones facile reperies in his temperatis & dul-
 cibus aquis: nam triplex est earum differentia: Prima quando modera-
 ta seu media sunt temperie, quo tempore facultas illis inest calida &
 humida: Secunda quando tepidiores sunt, tunc enim humectant atq;
 modicè refrigerant: tertia verò quando iusto sunt calidiores, quo qui-
 dem tempore calefaciunt, sed non perinde humectant, quippe horrent
 corpora, contrahique exiles eorum meatus videntur, ita vt neque ma-
 B delcere ab extrinsecus accedente humore possit, neq; excrementi quod
 intus latet, quicquam emittere. Cæterùm temperata mediocriter que
 calida aqua, omnia illa officia, quæ primo loco diximus (vacuandi ni-
 mirum, implendi atque attemperandi) perficit, variasque ad id habet
 indicationes, varijsque ac diuersis morbis (licet diuersa ratione) prodes-
 se compertum est. Nam vt ex Galeno constat, temperata & modicè ca-
 lida aqua præter humiditatem & modicum calorem quem in corpori-
 bus parit, laxat, rarefacit, fundit ac digerit. Itaq; ex qualitate balnei sim-
 pliciter sumpta, triplex insurgit balnei differentia: nam aliud est cali-
 dum, aliud frigidum, & aliud temperatum: quæ omnia per se quidem
 humectare sunt apta, nisi calida frigida ve sint vehementer: quâuis ex
 accidenti temperatum & calidum media dissipatione exiccare queat
 C Temperatum igitur calefacit, laxat: calidum vbi temperatum sequitur,
 & non admodum calidum est, calefacit, aperit, ac vehementiùs reso-
 luit, calidum enim vehemens constrinxit, meatusque claudens, impe-
 dit humectationem, madefactionemque, id etiam Galeno asserente.
 Cæterùm & si hæc vera sint, non semper eodem modo eueniunt, sed
 iuxta quâtitatē tēporis, quo laborans in balneis immoratur. Quò fit, vt
 maximi sit momēti balneorū quâtitatem cōsiderare, quâ diuisisse au-
 thores constat, in balneum largum, breuem & moderatum. Quæ qui-
 dem consideratio qualitati balneorum adiuncta, longè diuersam à di-
 ctis parit actionē. Calidū ergo & largū (teste Hipp.) siccas quidē partes
 humectat, & humiditas resiccat, id proferēs ob attractionē calidi immo-
 deratā, quæ resoluit ex humidis, & ex intimo corporis trahit in siccas
 ptes: quâ quidē fētetiā alibi lōgissima oratiōe cōfirmat: & ob id subdit
 loco ante citato: Et sicce quidē humectatæ debilitatæ & animi deliquiū
 exhi-

I. i. de his que in
 medica. cō. 3.

*temperata
 Dulcis aqua*

I. i. simpli. meo
 di. c. 6.

I. i. de sani tu. c.
 4.

I. i. de affectio. tu
 te finem.

I. i. de his que
 in medicat. comē.
 16. 17.

*Balneum
 aquæ dulcis*

I. i. 4. Metho.

I. i. 2. Aph. cō. 18.
 I. i. 3. Aph. cō. 15.

I. i. 3. de symp. ca.
 c. 2.
 I. i. de sal. dia. cō
 men. 14.

I. i. 2. de sani. tu.
 c. 7.

I. i. 7. Meth. c. 6

I. i. 1. de vs. par.
 13.

exhibent, quia humiditas viscerum exhausta, ad externas partes resicc- A
 catas per balneum attracta, interiora humiditate destituit, ac proinde
 spiritibus simul cum ea vacuatis, fit vt animi deliquium accedat. Cali-
 dum verò moderatum mollit & auget corpus, authore Hippocrate lo-
 co ante citato, quia scilicet trahendi vim ob caliditatem, non autem re-
 soluendi ob mediocritatem habet: quò fit vt humores fundat. Qua ra-
 tione meritò dixit Hippocrates, loquens de multa & breui aquæ per-
 fusione: Multitudo ad laxandum & attenuandum plurima: ad carne
 implendum & molliendum, mediocris optima. Cuius signum pau-
 lò inferiùs tradidit dicens: Mediocritas autem in perfusione hæc est:
 Cùm adhuc pars attollitur priùs quàm concidat, desistendum: primùm
 enim attollitur, deinde attenuatur. Calidum verò breue nihil effatu-
 dignum ob breuitatem efficit: Sic quidem nec resoluit, nec auget, sed
 non nihil calefacit & emollit. Calidum autem vehemèter, si breue qui B
 dem fuerit, cutim tantùm stringit ac quodammodo siccatur. Modera-
 tum prope finem carnem subiectam non nihil exiccat. Largum verò
 exiccat quidem magis: quod diutiùs durans ob calidi exhalationem
 refrigerat etiam, & ob id dixit Hippocrates: Per caliditatem enim bal-
 nea calida humiditatem de corpore auferunt, euacuata autem de corpo-
 re humiditate, & de carne corpus refrigeratur. Temperatum autem
 largum, cum calefaciat (vt dictum est) diuturna mora idem ferè quod
 calidum largum efficit, præterquàm, quòd initio quidem emollit, pro-
 cessu verò temporis resoluit. Temperatum moderatum calefacit &
 humectat, quare impinguat teste Hippocrate, & excrementa subcute
 existentia vacuat, ac coquit etiam. Temperatum breue calefacit & hu-
 mectat, exiguè tamen: quare prædicta opera debiliter facit.

Quibus sic constitutis, fit quidem quòd secundùm vnã aut plu- C
 res ex his indicationibus, variè in varijs morbis iuxta rationè cuiusquè
 balneum calidum desideretur. Quapropter expedit nunc docere,
 qua harum indicationum in singulis morbis exquiratur, vt cōueniens
 ne sit, aut disconueniens facilè innotescat. Ita in quauis sicca & squa-
 lenti distemperie, iuxta Galeni præceptum, aqua temperata humectat
 laxata rarefactaque cute, & fufis humoribus, attractisque ad extimas
 partes, quod etiam apertè docuisse Hippocratem constat, præcaueretã
 men expedit, ne vltra pergat calor, ne quod attractum est, in halitum
 digeratur, vt Hippocrates etiam monstrare videtur his verbis: Primùm
 enim attollitur, deinde attenuatur. Quod quidem præsidium ob hanc
 rationem maximi esset momenti in doloribus partium extremarum
 sedandis: Euanescit enim eo tempore qui in partibus dolentibus con-
 tine-

A tinebatur humor, ob digerentem aquæ facultatem, quod etiam egre-
 giè Galenus docuerat. Cæterum diuersa ratione huiusmodi aqua pus-
 mouet, nimirum quia calida est & humida, vt ex Galeno apertè con-
 stare videtur. Verùm in his qui calore, & oris amaritudine ac siti ingē-
 ti ex labore aut insolatu cruciantur, humiditas aquæ & inter actiuas
 qualitates teporuuat: ob quam etiam causam Galenus calidioribus
 temperaturis aut distemperantijs, adhibere iubet temperata balnea.
 His quoque quibus mordax calor natura inest, alia ratione salubre ad-
 modum est, nimirum vt aquæ humiditate succorum acrimonia facile
 retundatur. Crudos item humores & acres ad extimas partes pellit,
 virtute fundendi ac digerendi quam habet, & suo calore concoquit, vt
 Galenus etiã euidenter monstrat. Aptissimùm item est ad lassitudines ar-
 cendas præsidium, vt Galenus quoque docere videtur: nam similes
 B quidem animantis partes resiccantur, humectantur verò vacua spatio-
 la in huiusmodi affectu lassitudinario, non vtili & naturali humore,
 sed tenui & acri mordaciq;, proinde remedijs indiget duplicibus: tum
 his quæ siccitatè corporis irrigent, tum verò ijs quæ humorem acrem
 euacuent. Itaque ad hæc aptissima sunt dulcium aquarum balnea, vt
 quæ humiditate sua instrumentorum corrigant siccitatem, & calidita-
 te tenuem & acrem humorem eliciant. Arquatis etiam, vt humores
 per cutem digerantur, aqua calida & multa, aut calidissima lauari iu-
 uat. In calculorum verò doloribus diuersa ratione temperata aqua vti-
 licet, nimirum vt dilatata labefactaque parte, faciliùs lapis permeare
 possit, mitiùsque affligat dolor: breue tamè balneum sit oportet, ne vi-
 res fortè exolui contingat. Ventris etiam fluxibus prodest, euocata nē-
 pe ac distracta materia fluente ad cutim. Febrientibus item hectica ac
 C matie consumptis mirum in modum prodest, laxata quæ præ siccitate
 corrugabatur cute, dilatatisque præ calore partibus, ac alimento ad ex-
 timas partes euacato, & humectatis quæ ex febre atrescebant partibus:
 quod quidem præstantiùs fiet, si (vt Galenus docet) oleo permisceatur
 aqua: nam cum ea præ sui fluore adhærere partibus nequeat, per oleũ
 vtique tenatior efficitur. Eodem modo eos qui graciles sunt, tempera-
 ta aqua ad pleniorè habitum facilè reuocamus: sed in balneo diutiùs
 immorari non oportet, calidum enim primùm auget corpus, deinde
 adimit, ideoque vbi corpus implendum, ea tenuis in balneo immorari
 oportet, donec intumescant: vbi digerendũ & euacuandum est, donec
 tumor in balneo contractus subsideat. Expendere hoc quoque loco o-
 portet, quòd in eo affectu qui ex neruosarum partium tēsiōne prodit,
 calidiori quàm in consuetudine lauari non oportet: simili ratione im-

L. De his quæ in
medicari, tex. 16

Li. 2. De Dieta.

Li. De viâ. rat.
prietorum.

Li. 4. Metho. c. 2

L. De Salub. die.
com. 13.Li. 3. De his quæ
in medi. trina. tx.
17.Li. 6. Popu. par.
6. com. 5.
Li. 4. Meth. c. 5
Li. 5. Simpl. c. 9.Li. Popu. part. 4.
com. 15.Li. 4. De sani. tu.
c. 4. 6.
Li. 2. Simpl. ca.
25.

1. 5. icteria

Li. 2. Simpl. c. 12.

his quos excrementa excitarunt: In gracilitate vero, quæ sine ijs excrementis consistit, calidiori aqua, quam quæ mediocriter se habeat lauari oportet: Contrahitur namq; is affectus exhausto vehementius corpore in exercitio, vel quouis alio labore, eo modo, quo in diutina fame solet. Itaque sic affectorum resectio etiã in appositione consistit, id quod certè accidere cute adhuc rara ob mediocrem calorem nequit: Cogere ergo hanc, densareq; ac adstringere prius oportet, si quæ plenioris nutrimenti expectanda est utilitas: Sanè cogit clauditq; tum frigida, tum feruens aqua: verum à frigida lædi hominem metus est, utpote qui imbecillior larga exercitatione factus sit: exferuenti ut noxa certè nulla, ita secuta in cute densitas paritur, ipso, qui in ea relinquitur calore non nihil etiam conferente, ut Galenus ex professo probare videtur.

Scabiem etiam & omnes cutaneas affectiones temperata aqua perfanat, digestis qui sub cute morantur humoribus, sicut attemperata eorum acrimonia, pruritus facile sedat, modò in toto corpore sit, modò in quouis corporis membro. Simili ratione oculorum doloribus medetur, his præsertim, qui ex humorum acrimonia concitantur, euacuato, ut par est, prius toto corpore: discutit enim per vniuersum corpus fluentes humores, ut Hippocrates & Galenus etiam aperte testantur: Conferunt item oculorum doloribus, qui ex condensatione crassi humoris fiunt: nam ab obstructione eosdè liberat, laxioribus factis partibus tenuatis ac resolutis humoribus, ut alibi Galenus insinuat. Quæ quidè ratione lichenas sanat, vbi calidior iusto sit aqua, ac per noctem præcelsa ferit medicamentum saniem cõplectens crassam, & glutinosam, quod etiam eundem authorem aperte docuisse constat. Verum quia in putridis febribus, nostris temporibus rarò vti balneis conceditur, parum in hac re morabor: præterquam quòd non esset abs te, eisdem vti inclinãte febre, quam parit humor biliosus: nam alijs temporibus calfacit & inutiliter mouet: ac crassos humores & crudos nequit ad superficiem eucrare, neq; in halitum conuertere. Quibus verò vteunq; conuenit, pròdest non solum tepidum, sed etiã in fine facta euaporatione frigidiusculum, præsertim in gracilibus, & cõsumptis ex ardore febris. Ephemeris etiam plurimis attemperamenti & laxanda curis gratia, plurimum opitulatur, omnibus est in confesso.

Erigidorum balneorum usum et si præca etas plurimum extulerit, id in sanis maiori ex parte factum esse censeo: namq; eius usus tutus præsertim est in robustis naturis, ut Hip. apertissimis verbis innuit. Cõstringit namq; ac pellit, & prærefrigerat, etiã si ex accidenti calorem adaugeat, quæ potissimum ratio sic conuenit Hip. in iuvene bene carnoso tetano laborante: nam ab eo calor

A intro compulsus, primum se ipsum colligit, tum longè validior quam esset, effectus, iterum foras erumpit. Tandem ut ex Galeno constat, corpus roborat, cutim cogit & contrahit, ac propterea plurimum vtile est aduersus externas offensiones: quocirca non alienum esse duxi, aliqua eius præcepta tradere, quibus eo securius vti liceat, quod etiam in consilio huius capituli latius docebo. Cæterum in morbis quia affectiones ad vnguem nequeunt distingui, neque corporum absconditi apparatus, iuxta huius auxiliij mensuram ac rationem exequi non valeamus, in quibus summa noxa ex errore impedit: propterea ab hoc auxilio nos ipsi merito continemus, etiam si Galenus dixerit: quòd si quis iuuenis plenioris habitus est, æstiuo tempore, in summo febris impetu, si ne viscerum inflammatione, aut obstructione, in frigidam se coniecerit, sudor mouetur: nonnunquam & bilis egestio, quibus liberari facile

B le contingit: quod audatius fieri licet, vbi frigida laborans fuerit alluetus. Verum licet frigidum balneum à communi usu ablegandum esse dixerim, cum hoc tamen paulo diligentius ipsius naturam expendisse, non erit abs re. Balneum igitur frigidum Hippocrate teste, vacuo corpori præbet quandam caliditatem: vbi autem cibus ingestus est, ab humido existenti detrahit, & frigidum existens siccitate replet: quasi diceret, balnei frigiditate calor attractus per antiparistasim vegetior redditur: Cum autem non adsit alimentum sufficiens, unde pabulum sumat, non humectat: at cibo ingesto (intellige factis iam prima ac secunda coctione, immo si placet, cibo per corpus digesto, cibus enim apud Hippocratem est, qui iam alit, aut qui prope est ut alat) & partibus irroratis, balneum frigidum alimentum exprimit ad interna, & viscera, si quæ sunt alimento destituta, sanguine ac spiritu replens, rursus humectat.

C Ex quibus Hippocratis verbis facile colligitur, ipsum loqui de balneo breui. Largum verò quando iam non solum circumstantans contrarium, sed vincens quoque censetur, perfrigeravit, sufficienter. Medium quidem, medio se habebit modo, quanquam hæc omnia ad aliquid intelligenda sunt, egro enim debili ut hectico balneum breue moderatum dici potest. Quò fit, ut Galenus balneum frigidum ingredi hecticos iusserit, ita tamen ut breuissimo tempore ibidem immoretur, quanquam non desint, qui dicant Galenum velle eo in loco detinendum esse in aqua frigida, non breui sed longiusculo tempore, quia finis calidorum balneorum est, frigidum balneum, quo maxime hectici gaudet, ad caloris facti extinctionem: sed ego tutius arbitror breuis temporis balneum intelligere ob facultatis debilitatem. In robustis autem, quales depinxit Galenus, febre acuta vexatis, frigidum

e 2 balneum

ad scabiem
et Pruritus
et omnes cutaneas
affectio
nes

Li. 3. De sani. tu. 68.

Li. 1. Apho. tex. 31

Li. 7. Aph. cõ. 46

Li. 5. Phar. lo. c. 7

De Balneo
ex aqua frigi
da.
Lib. De humido.
vfu.

Li. 3. De temp. 4.

Li. 10. Meth. c. 9 10. 11.

Li. 2. De clata.

Li. 10. Metho.

Li. 10. Metho.

Li. 5. Aph. 22

balneum moderatum, breue esse hinc disces, quia & quodammodo A refrigerat, & quodammodo natium calorem roborat. De breui intelligit Hippocrates vt arbitrator, cum dixit: Iuene bene carnosio tetano laboranti, frigida perfusio tetanum soluit. Potest ergo balneum frigidū calfacere, refrigerare, humectare, roborare, & extinguere: quod quidē aut parti aut toti adhibemus, iusta rationē affectus aut particularē affectū, prospicientes maximē in huiusmodi præsidio virtutis tenorē.

Li. 10. Meth. 6. 10

Ante tamen quam balneis aquæ dulcis finem imponam, monere hæc in parte lectorem mihi est in animo, potissimam rationem, quæ propter hoc præsidium diuersas longè habet vires, pertinere ad diuersissimas partes, quibus balneum ipsum constat. Nam primum balnei aer materias in vniuerso corpore dispersas concalfacit & liquat, inæqualia exæquat, cutim laxat, & quæ ei subiecta sunt euocat. Deinde aquæ calidæ ingressus adijcit partibus solidis vtilem madorem, B tum frigida occursum vires firmantur: Postremo sudores excitando corpus euacuat, vt Galenus apertissimis verbis ostendit: Tandem quicquid fuliginosum aut humidum est in corpore, per id elicitur, caro & cutis ad naturalem moderationem reuocantur, & calor frigida occursum tollitur: atqui cum tanti fuerit vsus, antiqui in particularibus affectibus partem interdum solidam aqua calida per fundebant. Quo auxilio potissimum utebantur Hippocrates & Galenus in fracturis vt ex eisdem aperte constat, & præsertim cum membrum coaluisset, & ipsum soluere niteretur, vt illud carne implerent, & mollius redderent. Cæterum circa huius præsidij vsus expendere oportet, quod si corpus pletoricum est, carne autem nudum, moderata calidæ perfusio neque molliet, neque carnem generauit, sed repleuit superuacuo humore calefactam partem: si autem ex carne sit, & gracile omnibus alimentis penuriâ, & humoribus minime scateat, carne impleuit & mollius efficiet. Aqua enim calidior perfusa, si corpus inane sit: digerit potius quam attrahat: si plenum, magis attrahit, quam digerat, si paucò tempore perfundatur, replet magis quam inaniat: si longiori, potius discutit, quam impleat, atque hæc de dulcibus dixisse satis sit.

Li. 3. De his quæ in medica. cō. 16.

Li. 7. Meth. c. 6

Interit modò vt de his balneis sermonem habeamus, quorum aquæ sponte medicatæ nascuntur, quæ quidem mixtæ, spurix, compositæque reperiuntur, ac proinde pugnantium constant miscella. Aqua nanque sua sponte frigida est & humecta: Cæterum bitumen, sulphur nitrum, alumen, myrsi, sori, atramentum, sandaraccha & huiusmodi alia varias illi præbent facultates. Proinde tantum recedunt aquæ, quæ his inficiuntur mineralibus, à propria sui natura, quantum humorum miscella

De Balneis naturalibus.

Li. 14. Meth. c. 11

lla

Li. 3. De san. tu. 6.

A lla sunt adulteratæ, etiam si inter omnes quasdam esse temperatas, non nullas feruere, tepidas esse alias, & quasdam omnino frigidæ actu, cōpertum sit, præsertim cum Galen. id ex professo asserat. Verum de causis huius miræ varietatis, tam fuit prisca ætas varia, quantum & hæc nostra. Breui tamen quæ sentio dicam, posthabitis quæ longo sermone apud authores reperiuntur varia & confusa: insequar tamen in hac re Agricola sententiam. Prorumpunt quidem huiusmodi aquæ sponte calidæ è visceribus terræ, propter succensionem ignis in subterraneis locis, ex spiritu sicco ibidem contento, atque inflammato in materia apra, qualis bituminosa est, sulphurea, nitrosa & huiusmodi, ex cuius materiæ succensæ natura, aqua suscipit & virtutem seu miscellam, & calorem: Nā quo tempore ignis succenditur in ipso aquæ alueo, aut in aquæ ductibus (est enim in visceribus terræ ignis succensi maxima

B copia, vt experientia constat in vulcanis, qui passim apud Italos & Indos visuntur) aqua quæ in illis locis aut gignitur, aut vagatur, feruorem aut calorem suscipit, iuxta propinquitatem succensæ materiæ: nā quò longius distat ignis focus ab aquæ origine, aut ductibus, eò frigidior est. & quò propius accedit, eò calidior. Ex quo etiam fit, quòd plures aquæ prorumpant calidæ omni sapore & minerali qualitate expertes, quia ignis focus distat ab alueo & aquæ ductibus, quantum sat est, vt calorem suscipiet citra miscellam alterius qualitatis, quod probauerat Plinius dicens: Nec verò omnes quæ sunt calidæ, medicatas esse credendum. Qua ratione medicamentosa qualitate carēt, quia materia quæ succenditur (licet aqua calorem suscipiet) non inficit scaturientem aquam. Haud dissimili ratione fit, quòd ex aquis medicatis plures frigidæ prorumpant, quia locus vbi generantur, naturalis est

Li. 3. c. 6.

C officina alicuius horum mineralium, ob idque medicatam suscipiat aqua naturam, frigida tamen est, quia neque in eo loco, neque in partibus vicinis, ignis succenditur. Habent profecto omnes medicatæ aquæ miras in arcendis morbis facultates, licet quæ frigide sunt, minus. Qua quidem ratione singulis oportet suas præfigere indicationes, suosque vsus, vt facile innotescat quantum & quibus morbis vnaquæque præstare possit. Cuius gratia expendere oportet, ex omnium ferè authorum mente, aquas medicatas sponte habere vim exiccandi & calfaciendi, nonnullas digerendi ac abstergendi, sicut alias adstringendi, omnesque conuenire corporibus præter naturam frigidis, ac morbis huiusmodi & diuturnis: esseque omnes infestissimas calidis & sicis morbis & naturis, vt ex Galeno mille in locis constare videtur. At qui licet id ferè omnes præstent, est tamen inter easdem mira quædam

Li. 1. De san. tu. c. 7.

Li. 1. De san. tu. c. 5.

Li. 1. Simplic. c. 7

varietas, ita vt necesse sit, quid vnaquæ que in singulis corporibus A
& affectibus efficere valeat, seorsum docere.

De Bitumi-
nolis aquis

Videre huiusmodi aquas licet in Gallia Aruēsis prato quodam, in-
ter Claromontem veterum Gergouiam, & Monferranum, vbi fons
copiosissimum effundit bitumen. Easdem etiam reperire licet in radi-
ce Vesuuij montis, atque etiam in Asia iuxta Thrales. Exiccant quidē
omnes atque calfaciunt secundo ordine, emolliendi etiam atque dis-
cutiendi facultatem obtinent, neque carent omino adstringendi vi, vt
Gal. placuit. Qua ratione in frigidis & humidis vteri, vesicæ, & intesti-
norum affectibus mirum in modum profunt: Coxendicis etiam do-
loribus opitulatur, ac induratis articulorum tumoribus & doloribus,
eò quòd processu temporis emolliant omnes, quod ad resolutionē effi-
ciendam optimum est principium.

De Nitrosi
aquis

Nitrosi fontes plures sunt, sed pauci distinctè cogniti, quòd pluri- B
mum pro salis habeantur, veluti est balneum Corsenæ apud Lucenses
ad lucum Belibicum Mōspessullo distanti milliaribus sex, tepida niti-
dissimaque scaturigine ex arenosa terra emergente, nitrum quæ fluit
aqua Solis calore densatum apertè colligitur. Sunt autem hæ aquæ ca-
lidæ, ac plurimum exiccantes, & abstergentes, & si quid salis admix-
tum habuerint, adstringentes etiam fiunt. Qua quidem ratione incin-
dunt, attenuant, discutiuntque ac dissicant crassos & lentos succos, vt
ex Galeno apertè constat. Quod præsidium ob has rationes exposcūt
morbi ab eisdem humoribus concitati: quò fit, vt capiti & thoraci flu-
xione tentatis, ventriculoque præhumido, ac hydropicis (quibus aquæ
dulcēs infestissimæ sunt) ædæmatibus quæ ex diuturnis morbis proue-
niunt, & his quæ pituitæ plurimum generant, mirum in modum pro-
fint: quia vt Galenus, docet, calfaciunt quidem, attenuant, discutiunt, C
ac resiccant huiusmodi humores & attrahūt etiam eosdem ad extimas
corporis partes: quamobrem profunt ex Aretei opinione longis alui-
fluxibus distracta materia ad exteriora. Vlcera etiam antiqua & pruri-
tum sanant propter absterfionem.

Li. De remou. c. 5
Li. 4. Simpli. c. 22

Li. De cronicis
passio. 1

De Salsugi-
nolis aquis.

Finitima est præcedenti aqua, in qua salis euidentis qualitas reperitur
cuius plurimæ apud hispanos extant, & alibi passim: salita enim aqua
licet ob diuersitatem salis diuersos etiam agendi gradus obtineat, om-
nis tamen modicè calfacit, vehementer autem abstergit, & digerit, vt
ex Galeno & Dioscoride constare arbitror, attenuat etiam & crustas
excitat: quibus de causis præsidium hoc iure optimo exposcunt hy-
dropici omnes, vbi vehemēti siti non crucientur, ædæmata etiā quæ
ex morbo proueniunt, & consimiles affectus qui ab humorum crassi-
tie

Li. 9. & 11. Simpli
Li. 6. Phar. gen.
c. 21.

Li. 1. De remou.
c. 5.

tie & lentore prodeunt, præsertim si tertiam corporis regionem obse-
derint. Mole etiam matricis ex Aetij testimonio, ac menibus immo-
dicè fluentibus, & vteri proidentijs ob facultatem adstringentem quæ
habent, mirè profunt. Podagricis etiam opitulatur, præsertim si ace-
to misceatur, & morbus exiit in declinatione. Auicena quoque falsu
ginosam aquam conferre asserit scabiei & pruritu: nam primo rarefa-
cit cutim, licet postmodum condenset.

Li. De remouen.
nocu. quæ accid.
in regim. sanatis.

Sulphurea etiam aqua calfaciendi, attrahendi, aperiendi, exiccandi
& resoluendi facultatem habet, vt Galenus apertè testatur: quibus de
causis neruos tensione induratos emollit, laxosque humiditate robo-
rat ac firmat, ob digerentem quam habet facultatem: sedat etiam recti
intestini dolores, absterfa eiusdem viscida pituita, prodest item vitili-
gini albæ & nigre, lepræ, scabiei, impetigini, pruritu & vlcerebus anti-
quis præhumidis. Verum propter aperiendi ac discutiendi, vires quas
habet, ex vsu est spleni indurato, hepatis atque vtero. Prodest etiam mi-
rum in modum omnibus resolutis: enerbat quidem lentam ac cras-
sam pituitam resoluendo: coxendicum item morbo discussa materia
per cutim, & eam quæ articulos obsederat, ac concocta etiam intra ve-
nas, quæ resolutioni erat inepta, plurimum opitulatur: Ob easdem
quoque vires confert malo corporis habitui, & vlcera ægrè ad cicatri-
cem venientia ob inundantem humorem, maximè per sanat: & ob eam-
dem causam fœminis quæ steriles ex nimio vteri madore aut flatu
sunt, & his quæ ex eadem causa vteri suffocationem patiuntur, mirè o-
pitulatur.

De Sulphu-
reis aquis.
Li. 9. Simpli.

De Alumi-
nolis aquis.

Alumine infectas aquas fertur fluere in Ilua Hetrusci maris insula
& in Hispania etiam apud Galacios, & in Italia quas vocant Albulas:
C quarum facultas est vt calfaciat siccetque vehementer, ac adstringat e-
tiam vt Galeno placet. Quapropter profunt & sanguinis reiectioni-
bus, & vomenti ventriculo, & his qui immodicè ab hæmorrhoidibus
euacuantur, aut inordinatè purgantur mensuris, aut plurimum: illis
etiam quæ citra manifestam causam frequenter abortiunt: Iuuant itē
immodicè sudantibus, qui ob hanc rationē tardè cōcoquunt: ex vsu etiā
sunt & varicibus, & ex Gal. testimonio vlcerebus fluētibus ob mirā quæ
habent exiccationem, quibus etiam ob adstrictionē fluxum impedit.

Li. 4. Pharg. c. 5
& 6.
Li. 9. Phar. loc. c. 5

Li. 1. Simpli. c. 7.

Myfi & Chalcitidis fontes reperiuntur iuxta Leucogeos mōtes: habētq;
hec omnia mineralia calfaciendi, exiccandi, adstringendi & repurgandi vali-
dā facultatē, vt ex Gal. apertè videtur cōstare, atq; ob id huiusmodi a-
quæ eisdē (licet mitioribus) pollēt viribus: quibus finitimæ sunt, quæ a
trameto sutorio inficiuntur, & ex eo difficulter distingui possunt: qua-

De Myfi &
chalcitidis
aqua.
Li. 9. Simpli.

propter finitimis affectibus proficua sunt. Cæterum tanta inest in his a
quis vis & efficacia, tamq; aliena à nostrorum corporum natura & re
sistentia, vt apud authores rarò liceat reperire earum neque mentio-
nem neque vsum: his tamen affectibus profunt, qui ex immodica frigi-
dorum humorum collubie concitantur.

De Metall-
cis aquis.

Simili modo aquæ metallorum venis infectæ passim agnoscuntur
quædam auro, aliæ argento, plures plumbo, ferro, ære ve infectæ pas-
sim reperiuntur. Plumbei sunt fontes in Lotharingia quæ propterea
plumbarij dicuntur. Æris creditur esse fons Ciceronianus in Vaiano.
Ferrei reperiuntur Fôtes calidi in agro Lucësi. Ex auro & ære reperi-
tur etiam contemperati fontes: sicut plures alij aliorum metallorum
naturam referentes. Et quia rarò vnum metallorum simplex reperit-
tur in subterraneis, ideo placuit omnium simul hac in parte meminisse,
siquidem finitimã habent omnes naturam, ære excepto. Hoc
vnum nosse expedit, nimirum rarum esse ex his calidos fontes reperi-
re, licet aliquis reperiatur: frequentius tamen sunt frigidi, in quibus
difficile admodum est metallorum complicationes distinguere, quia
metalla ex se parum aquis elargiuntur, quod in cæteris subterraneis
diuerso modo contingit, quia tota sui natura occurrentibus & irrigã-
tibus aquis immiscetur, vt in alumine, sale & atramento futorio, ac
similibus videre licet. Cæterum omnes metallorum aquæ hoc ha-
bent commune, vt eisdem ferè morbis profint, & ab eisdem causis su-
bortis: refrigerantes enim sunt omnes, & exiccantes, constringentes
ac densantes (aqua æris excepta) sic enim calidissimis affectibus, & his
qui plurima humiditate iunguntur, mirum in modum profunt, sicut
calidis fluxionibus, his præcipuè, quæ ad articulos dilabuntur. Opitu-
lantur item non sine magna plebis admiratione, visceribus aut obstru-
ctis aut imbecilibus, præcipuè, quibus calor & humiditas præualet.

Aqua tamen æris naturam referens, humidis omnibus oris, colume-
llæ, tonsillarum, & oculorum affectibus, præsertim qui ex humida col-
lubie concitantur, sunt ex vfu: habent enim huiusmodi aquæ exicca-
tionem maximam, cum modico calore.

De Chalcã-
thosa aqua.

SIMILEM metallicis facultatem habet chalcantiosa aqua, cuius
generis creditur esse fons, qui apud Flandros in Leodiensi agro,
vulgariter Liexa appellato, reperitur. Cuius aqua incredibili quadam
certitudine & efficacia abstergit & mundat obstructions, ex humori-
bus aut lapidibus meseræi, ventris, renuum, vesicæ, vteri, iecoris & sple-
nis subortas.

Verum in gratiã horũ omniũ fontium expendere oportet, quòd licet
ex his

A ex his subterraneis plurima sunt calidissima, nihilominus tamen fon-
tes qui ab ipsis medicantur, mitiores longè habent vires, quam ipsa me-
dicamenta simplicia, tum propter aquæ multonem quæ retundit eo-
rum vires, tum verò quia ex his plurimæ in subterraneis vruntur, quò
fit, vt igne combusta, lentius operentur.

NATURALIUM aquarum defectus artem supplere posse, re-
statut Galenus, medicamento quod nobis est opus, in aquam iniecto,
mediocriterque cocto, nam id quod coquitur, vt optimè Galenus ad-
uertit, abijcit propriam qualitatem, & eam aqua in se recipit, quò fit,
vt eisdem huiusmodi aquæ, ac naturales pariant vsum, eisdemque indi-
cationibus exquirantur. Nam cum marina aut salsa aqua præsto
non est, sale aqua iniecto conficitur, aut alumine aluminosa & aliarum
quæ libet, faciliè eodem modo confici potest. Quòd si ex herbis qui-
busdam, radicibus aut floribus balneum artificiosum aliquando para-
re libuerit: illud quidem licebit indicatione sumpta ab affectu, cui me-
deri intendimus. Sic calfacientes fiunt aquæ iniecto pullegio, origa-
no, hyslopo, thymo, tymbra, satureia, lauri folijs, & reliquis huius ge-
neris. Digerentes etiam conficimus iniecto sale, vel nitro vel sarmen-
torum cinere, vel baccis iuniperi, aut chamæmelo ipso, anetho & ruta.
Emollientes verò fiunt ex decocto maluæ, seminis liui, foenu græci, ra-
dicibus althææ, & similibus. Ad sistendas item fluxiones parantur
incoctis arnoglossò, polygono, malicorio, rosis, consolida maiori, sigil-
lo Salomonis, & huiusmodi alijs. Cum verò tensas ex flatu aut humo-
re conamur lenire partes, hydrelæo ex malua, fanugreco & anetho
confecto, ex vfu fit. Sic & ad varios affectus variæ aquæ parari pos-
sunt, dummodo ea simplicia decocto adhibeantur, quæ partis affectæ
naturam respiciant. Nam capiti quædam peculiarius conueniunt, tho-
raci alia, & alia alijs partibus, quæ apud Matthiolum in re herbaria pe-
nitissimum faciliè reperies.

OLEAGINEA balnea in sanitatis tutela esse ex vfu, hucusq;
non satis constat: tamen morbis plurimum prodesse omnibus com-
pertum est. Habent enim easdem ferme vires, ac dulcium aquarum
fontes. Nam oleum quod ex oliuis conficitur, humectandi & modi-
cè calfaciendi vires obtinet: quod verò ex immaturis fit, adstrictionis
non nihil habet, atque frigiditatis. Porro oleum vetus, quod ex
dulci inueterato consenuit, & calidius est, & magis discussorium. Cæ-
terum diuersarum regionum oleum, diuersam quoq; maioris mino-
risque rationem, in his qualitatibus habet. Ob has inquam vi-
res exquiruntur balnea oleosa: nam tensas partes laxant, indur-
tas

De Balneis
artificiali-
bus.

Li. 1. S. impl. c. 4:
Li. 3. De alimẽ.
fac. c. 31.

De Balneo
ex oleo tepi-
do.

ras emolliunt, siccas & squalentes humectant, dolores mitigant, con-
 strictas enim & corrugatas leniunt: tandē moderata quadam vi resolu-
 uunt, ac digerunt quod in partibus præter naturam continetur. Hinc
 fit, quòd conuulsionibus plurimum conferant, ac doloribus, & articu-
 lorum præcipuè: in colico etiam morbo, ex faecuum retentione, aut ex
 flatu, præsertim si oleo admisceantur, quæ flatum discutunt. His
 etiam suam gratiam præbent, qui lapide renuum cruciantur, & omni-
 nibus qui lassitudine fatigati, aut dolent aut arescunt: alijs item mor-
 bis suum munus huiusmodi balnea impertiuntur, vbi in oleū in-
 iecta fuerint medicamenta, quæ vim habeant aduersus morbos, quos
 curare intendimus: vt in oleo vulpino videre licet, ad induratas ex
 humore neruorum & articulorum affectiones, eodem profus mo-
 do in omnibus alijs affectibus, vbi oleo opus est, cum maiori
 aut discussione, aut calfactione, refrigeratione ve. Sic bal-
 neum ex oleo & sale podagricis omnibus incredibili vtilitate con-
 uenit. Nam partes oleo laxiores factæ, sali discutienti quod intra
 articulos continetur, facile cedunt. Est quidem præsidium hoc & ra-
 tionale & expertum.

De lactis bal-
 neo.

ET SI apud veteres rarò balneorū lactis fiat mentio, id factū es-
 se existimo, quia difficilè erat tantum lactis congregare, quantum ad
 totum corpus balneandum sat esset: verūm ad balneandas corporis
 partes, vt facile reperiri potest sufficiens quantitas, ita miram habet ef-
 ficaciam. Est nanque lac temperamēto moderatè calidum & humi-
 dum: Cæterūm bubulum crassius, butyrosius, ac humidius est capri-
 llo, & ouillo lacte. Verūm omne virtutem habet emolliendi, hume-
 ctandi, & modicè refrigerandi citra vllam resolutionem, & hoc præ-
 stantiùs quàm aqua tepida: quia nec vt tepida flaccidum reddit cor-
 pus, neque resolutione languidum. Quapropter confert tabefa-
 ctis siue ex hectica, siue senectute, aut quauis alia occasione fiant:
 quia calorem febrilem, si quis est, attemperat, humectatque arefactas
 partes, ac suo tempore calorem tuetur ac fouet: & condensatis com-
 pactisque poris, per quos calor euanescit naturalis, vegetior redditur,
 qua ratione putrida laborantibus plurimum inconuenit. Ex vsu e-
 tiam est his, qui calida & sicca distemperie laborant, modò in toto
 corpore modò in parte sit, præsertim butyrofa parte retusa, aut abie-
 cta, cuius gratia licebit dulcis aquæ temperatæ nonnihil miscere.
 Nec mirum videri debet, si calidum natura esse dixerim, & refrigera-
 re posse, siquidem primūm obtinet actu ob calorem animalis, secun-
 dūm propria sorte.

Ex

A EX musto exferuescenti balnea etiam parari solent, licet apud De Balneis
 veteres & probatos authores nulla fiat eorum mentio: Cum hoc ta- ex musto.
 men experientia constat, magni esse momenti in discutiendis articulo-
 rum tumoribus, eos præsertim quibus opus est incisio, attenuatio, &
 discussio crassi, lenti, & frigidi humoris. Nam dum mustum effe-
 uescit, calorem contrahit, quo partes dilatat, & mox ob tenuitatem, &
 acrimoniæ nonnihil, quod obtinet, sese in affectam partem insinuat,
 & ob eius omnes dotes materiam ibidem contentam deuincit, ac su-
 perat facilè. Qua etiam ratione doloribus, qui prope ossa morantur, mi-
 rum in modum profunt: quia facilè omnes partes permeat, & à quibus
 uis humorem discussione pellit.

VINVM omne calidum est & siccum, licet hoc pro ratione ve- De Balneis
 tu statis magis minus ve obtineat. Sic enim habet omne calfacien- ex vino.
 di, discutiendi, & desiccandi potentiam, etiam si vinum nigrū ad stri-
 ctionis nonnihil habeat. Quò fit, vt in balneo profit affectibus ijs,
 quibus calfacere, resoluerè, ac robur parti addere est opus, veluti in ner-
 uorū & articulorū affectibus, dum modo ex siccitate tensionē aut im-
 mobilitatē non cōtrahant. Vinū similiter coquerè ijs medicamentis o-
 portet, quæ mederi possunt dictis affectibus: fouerè insuper vinū nouo
 calore necessum est, nam ocissimè frigiditatem suscipit calfactum, &
 ob id dictis affectibus inutile redditur.

BALNEI aërei cura atque diligentia apud veteres tantā fuit, De Balneis
 vt in tuenda mortalium sanitate, recuperanda ve, magno cum ope- quæ ex aërea
 re varia ædificia ad id fabricauerint, cuius differentia vsu & ratione substātia
 inuenta plures sunt, quas omnes ista nomine comprehendere, cui- sunt.
 us licet. Potissimūm tamen huius balnei rationem constare arbi-
 tror, in ipsius aëris temperie: quapropter ealidā semper esse cōuenit, ac
 humidam vaporosamque aliquando, nonnunquam verò siccam &
 squalidam: quò fit, vt huiusmodi balnea multis modis parari possint,
 & omnia præstantissimos largiantur in medendis morbis vsus. Pri-
 mūm fieri possunt ex feruentis solis calore: secundò, ex vicinia seu ap-
 proximatione ignis: tertio, ex vaporosa aliqua substantia, quæ me-
 dium aërem occupet & alteret: quæ omnia vt varia sunt, ita variè
 prodesse possunt. Solatis nanque ex lucido & feruido sole in usio
 moderatè adhibita, duobus modis suum auxilium præstat, vno
 quidem, in uncto corpore, alio verò citra inunctionem: Idque
 aut sedentibus, aut deambulantibus, aut currentibus homini-
 bus, quod non parum interst nosse, ob variam corporis & affectus
 differentiam, quæ hoc profecto aut illud exposcere possunt. Cæterūm
 insola-

insolatus per se & citra inunctionem, dum moderatus est, eò multis A
affectibus prodest, quia ob calorem perspirationem occultam auget,
sudores elicit, aluum sistit, carnem tuetur, pinguedinem exedit, tumo
res denique laxos, tum aliorum, tum maxime hydropicorum exugit
ob ariditatem, quam ex discussione concitat. Etiam capiti diuturna
frigidityte laboranti confert, ipsumque & firmitus & morbis minus ob
noxium suo calore reddit, sed oportet in his aluum corpusque prius ef
se expurgata, cum sit insolatio capiti inimicissima, siue aluo satis ante
non deiecta, siue cruditate vlla reliqua, siue corpore impuritate foeda
to. Verum insolatio corporis peruncti tum praestare similia, tum cor
pus multo potentius exiccare facile potest. Quare & per occultam trans
pirationem minus discutit, dissipatq;, & instar cauterij carnem omnem
cogit, atque condensat. Iam vero qui desidentes stantesque se Soli ex
ponunt, vehementius sane quam deambulantes, & multo item acrius B
quam currentes inuruntur. Est quidem hoc auxilium maxime ex vsu
hydropicis, propter vehementem discussionem, quam molitur, ischia
dicis, ac nephriticis, atque praeter haec omnia, dum Sol moderate agit,
resolutis maximam praestat gratiam. Elephantiacos, Celiacos, & tide
ratos, & foeminas, quae vel ab utero extrangulantur, vel longè magis,
quae ab uteri alua fluxione infestantur, miro modo per sanat, id tamen
efficacius cum in corio decumbunt magno, oleoque peruncto, ac su
per tenuem arenam extenso, in quo ex calfacto aeger se prosternat, ca
pite prius, ne quid à Sole ledatur, crudo linteo aut umbraculo prae mu
nito. deinde inuertere parum atque deuoluere oportet, hinc & in
aliam rursus partem se inclinare, saepiusque ita corpus ad Solem,
pro ipsius viribus, & morbi magnitudine torrefacere: nam hac lege
Sol in corpus iam patefactum se ingerit, exugit, ac digerit, quae frigore C
& humiditate corpus vexare solebant.

Stufa vero, quae sicco calore vsui paratur, multis modis construi
tur. Primo ex laconico, igne tantum calfacto, quae quidem paratur
igne succenso iuxta parietes laconici, aut in furnello, quod sub laconi
co solet succendi, à quo vniuersus laconici aer ex calfactus vsui reddi
tur aptior. Paratur etiam ex clibano, quod apud Latinos, testus, appe
llatur: est enim quoddam testaceum inuolucrum atque tegumen, sub
quo calfacto, prunisque obruto, panes coquuntur: quo vase semel co
cacta, quantum tolerari possit, laborantium corpora contegi de
bent. Furnus eodem modo temperate calfactus eundem praestat vsu,
quo quidem auxilio Agricola & rurales homines saepe uti solent.
Commune tamen est his omnibus, humorem corpori immersum atq;
inun-

A inundantem, praesertim aqueum frigidumque excoquere, elicere &
consumere. Quod fit, ut ubi vehemens requiritur resolutio, & exicca
tio, toti corpori pravae temperie frigida & humida infecto, suas vires
imperciatur, ut in hydropicis humiditate plurima ac tumida pinguis
ceteribus, contemplari licet. Resolutis etiam, atque articulis fluida pituita
inundantibus, ob idque aut dolentibus, aut laxis mire prodest: sicut
& omnibus alijs, quibus corpus membraque, aut ventrem & corpo
ris vniuersam molem aequus humor distendit, exedit, atque depactis
est. In quibus tamen auxilijs meminisse pretium studij fuerit, neque
aridis corporibus, neque siccis aegritudinibus, neque febribus, neque
humoribus exiccantibus, aut calidis immo neque frigidis omnibus,
nisi vitio iam declinante, aut humoribus non admodum crassis neque
lentis existentibus, quicquam horum quae arido calore operari praestant
B redicuntur, congruere: ne vel arida vitia nimium exicces, aut calida
plurimum inflammes, aut crassa lentaque absorpta tenui parte, nimio
perire inspisses. Quamobrem de labentibus iam à summo vigore frigi
dis madidisque aut plane aqueis noxis, aut cum alijs remedijs non ce
duat, tunc commodeque quicquam superiorum & omnino sicco ca
lore opitulanti vni usurpabitur, ne è vitio in vitium grauius turpiter
laborantes debeatantur.
Tertia stufae species est, in qua medius aer vaporosa aliqua substan
tia commiscetur: cuius gratia expendere oportet, quinque balneorum
omnium esse partes, ut ex antiquorum structura, & valneandi appa
tu facile constat. Prima, quae ab exuendo apodyterium, atque aerum
nominabatur, quo in loco lauaturi se exuebant. Cui continuo proxi
mum erat hypocaustum, seu laconicum, à latinis sudatorium appella
C tum: habebatque hoc hypocaustum sub pavimento locum vacuum,
in quo ignis succensus calidis vaporibus eleuatis, sudorem eliciebat.
Tepebat autem hac parte aer, vel ex calidis ac siccis vaporibus ab igne
elatis, vel ex calidis & humidis ab herbis aut mineralibus decoctis
transmissis, vel à sola aqua in caldario subtus posita feruente, aut in ig
nitos lapides, aut in candentes laminas infusa, excitatis, aut ex vino,
iuxta affectus aut affecti corporis indigentiam. Tertium erat solium
calidum, hoc est cisterna aut vas, aut cupa in qua homines confidentes
abluébatur, vnde & lauacrum aut piscina, vulgo etiam nominabatur
Quartum erat solium frigidum. Quintus vero ac nouissimus locus
detergendo corpori & exiccando erat deditus. Galenus tamen tantum
meminit quatuor ex his, complectens ut suspicor, sub hypocausto apo
dyterium. Quorum omnium balneorum structura facile apud Phi
nium

num reperies, refert quidem de hypocausto loquens: Cui ex vno la-
tere praeformata parua fornax adstructa erat, in quo ignis inclusus par-
tım hypocaustum calfaciebat, partim aquas supra quam tria anea-
vasa diuersis graduum fastigijs, vt aqua ex vno in alterum defluere pos-
set, collocata erant. In superiori fastigio erat frigidarium, ex quo frigi-
da in medio tepidarium, ex quo tepida: postremo caldarium, ex quo
aqua calida hauriebatur: quantum enim aquae calidae a caldario exis-
bat, tantum e tepidario in caldarium, & ex frigidario in tepidarium
influebat. Quae quidem diuersitas hac ratione struebatur, vt laborans
ret e tepidario in caldarium, vt e caldario rursus per tepidam ad frigi-
dam usum rediret: partim vt ne calidi frigidique repentina vicissim vlti-
patio quicquam laederet: partim etiam vt mutatio mollius interposi-
ta tepida perferretur. Haec enim est omnium balneorum structura, li-
cet horum ornamento plura alia aedificia penè intelligibilia apud Vi-
eruuium reperies. Ceterum quae ad nostrum attinet institutum, ex his
omnibus cellulis, ea est, quam hypocaustum appellant, in quo hal-
tuosus & humidus vapor aere ipso miscerur, sudoresque hac ratione
elicit. Possumus tamen nos hos vapores effingere, vbi huiusmodi de-
fuerit apparatus, confecto decocto secundum morbi exigentiam, atq;
susceptis vaporibus per tubulos atque infundibulos, qui corpus labo-
rantis pannis coopertum in lecto iacens attingant, ita vt vndique cal-
darium quod huic vsui paratur, coopertum sit, ne vapor in externum
aerem euanescat, sed vniuersus per infundibulum aut tubulum susci-
piatur. Potest etiam ad eundem usum confici stratum, mille foramini-
bus perforatum, quo laborans recumbat, ac subtus expedit caldarium
calido decocto plenum reponere, stratumque contexere vndique, vt
vapor omnis per foraminula corpori communicetur. Potest item la-
borans in folio sedere, cuius sedimen sit magno quodam foramine ina-
ne, per quod vapores suscipi facile eodem modo possunt. Verum vt-
cunque huiusmodi vapores & balnea parentur, virtutem habent cal-
faciendi liquandique, & quae inaequalia sunt exequandi, ac laxandi cu-
rim, & quae sub ea detenta sunt, euacuandi: habentque etiam hoc pro-
prium, nimirum vt sudores & vrinas moueant: qua lege profunt mor-
bis, quibus sudandi ratio diximus capite proprio, prodesse.

Hac enim sunt quae ex aerea sunt substantia. Verum si horum auxiliorum
nihil seu libet, seu licet experiri, naturales sudationes parari possunt, ad
eosdem omnino affectus, quibus prodesse diximus euaporationem, & adhuc
ad vehementiores, vt ex sulphure, bitumine, aut aromate aliquo in igne
coactis, facile conspicitur: quorum vapor aut fumum miro quodammodo

A corpora laxare, humoresque diffundere ac colliquare per habitum &
cutim dissipare posse, compertum est. Exiccant etiam & incidunt plu-
rimum, quippe qui non solum extrinsecus corpori occurrant, verum
etiam intro per respirationem sese in cor & omne corpus infusos per-
meant, impensius sanè atq; validius quam balneorum vllum, humo-
res corpusque totum, tum affligere, tum concutere possunt: quibus ve-
rò morbis peculiatiter huiusmodi suffitus profunt, capite de Sudandi
ratione abundè diximus.

DE Balneis quae ex solida substantia conficiuntur, nosse oportet in
tres alias subalternas species posse diuidi: quarum prima constat
ex arena aut sale: secunda ex tritico aut milio: tertia verò ex vina-
ceis. Quae omnes maximum in medendis grauioribus malis, praes-
tant usum. Sic maritima arena aqueum nimirum humorem ac frigi-
dum corpori immersum, exuperantemque consumere citra dubitatio-
nem valet, vt quae ex siccitate sua sitientissima humiditatem, & calore
frigus corporis absumat. Sub qua corpus demergere oportet, conti-
nuoque nouam ac aestuantem corpori accumulare, priore refrigerata
deiecta: ac corpus ita coopertum oportet ceteris interuallis inuertere,
vt vndique arenae comodis fruatur. Verum si maritima arena defue-
rit, fluuiali pro ea vti decet, admixto minutissimo sale, aut instrata de
soco corio sub feruido sole, vt tunc acrius incalescat, & contractam ab a-
qua humiditate excutiat. Iam verò recubentes occultabimus ac cotege-
mus asthmaticos, & eos qui malo sunt corporis habitu, & qui aqua
inter cutem laborant. Sedentes verò eos hydropicos, quos ascitas no-
minamus. Ex alijs verò morbis colicos quoque & hepaticos & splene-
ticos & ischiadicos, & podagricos, & quorum resoluti sunt pedes, aut
C crura contegere vndique oportet: quippe cum relaxatio ritè toti cor-
pori adhibetur, vtilitas partes etiam morbo vacantes debet peruade-
dere. Numerus autem dierum in morbis intermittentibus, non sit mi-
nor quam quatuordecim, neque vnum & vigesimum diem exce-
dat: quae omnia facile colliges ex Herodoti libro de remedijs extrin-
secus occurrentibus. Verum arenae loco vbi salis suppetit copia, eo re-
nuissime trito, similiter hominem cooperto ad Solem vti praestabit. Ca-
eterum altitudo salis (quo laborans immergi debet) ea nimirum sit quae
tribus palmis respondeat, alioquin salis caliditas facile euanescet. Sunt
itaque haec auxilia grauissimis morbis arcendis commodissima, eis
nimirum quibus stufa sicca etiam ex vsu est: idque propter vehemen-
tem quam habent exiccationem. Quò fit, vt morbis illis profunt, ex
cocto frigido & aqueo humore; ac per insensilem halitum consump-

to, frigidoque corpore ad calidiorem habitum redacto. Tritico pari le
ge plures partes submergi possunt, ex his præsertim quæ cum laborat
modicam exposcunt resolutionem, roburque ac firmitudinem maio-
rem desiderant. Qua ratione in podagricis, tanquam summum præsi-
dium extullit Plinius: quibus visum sæpe est, plurimum prodesse, ob
L. 1. 8. Simpli. roborandi ac modice calfaciendi quas habet vires, vt ex Gal. quoque
constare videtur. Dissimili ratione vti licet milio, nimirum in his
L. 1. 7. Simpli. partium affectibus, vbi citra morsum exiccare est opus: nam & si
primò ordine refrigeret, exiccat tamen tertio, vt ex Galeno aperte con-
stat. Quapropter pedum ac manuum tumoribus discutiendis, ex sal-
sa aut acri pituita abortis, plurimum prodest. Quod si etiã discutere
oportuerit, adhuc validius, calidissima aqua millium prius irrorare o-
portet, vt actuali calore frigiditatem superet, & cute ad aperta humor
facilius euanescat.

De Balneo
ex vinaceis.

Quamquam apud veteres non plurimum fuerit in vsu vinaccorum
balneum, etiam si in vinaceis plurimos repererint vsus: cum hoc tamè
tanta est eorum vtilitas in quibusdam affectibus arcendis, vt iudicio
nostro & aliorum, qui largo vsu id obseruarunt, nullum præsidium eò
securius, certius, & vtilius reperire facile liceat. Quapropter decreui,
breui quodam sermone, quæ vsui sunt necessaria in hac re complecti:
Docens prius per vinaceos solidas vbarum reliquias subintelligere,
quæ prelo subiectæ mustoque expræsto supersunt, vt ex Galeno, aper-
te constare videtur, Verùm vbi adhuc vsu eos parare est necessum,
non sunt plurimum prelo premendi, vt remanere possit humoris nõ
nihil, recentes etiam sint oportet: quod plurimum cõferre ad vsus qui-
bus sunt opus, compertum est. Expedit etiam, eos actuali calore esse
preditos, contracto quidem ex feruore, quem sua sponte conuolunt.
A quo quidem calore, huiusmodi præsidium suas perficit vires, etiam
si alias sibi coniunctas obtineat qualites, quas licet in vinaceis reperire
iuxta differentiam dulcedinis vuarum, acrimoniæ, aut austeritatis, vt
latius videre licet apud Donatum Antonium, Virum nostris temporibus
omni disciplinarum genere ornatissimum. Habent enim vinacei
omnes moderatum calorem, quò fit, vt omnibus ferè corporis particu-
lis prosint. Hoc enim habet proprium temperata caliditas, vt omni-
bus citra discrimen sit exusu. Calfaciunt itaq; hi moderatè, non tamè
adeo vt soluant, secent, distrahant ve continuum, ac propterea morda-
citate doloremq; non inferunt, sed moderata hac caliditate fundunt
leuigant, ac molliunt, quod in nostris corporibus confederat, concre-
tumq; fuerat: eatenus itaq; nos calfaciunt suo moderato calore, vt con-
cretas

Acretas in nobis frigore particulas fundant, quemadmodum similis
caliditas efficere solet (vt est Galeni sententia) cuius quidem proprium
est fundere & liquare. Insuper cum habeant etiam adstringendi facul-
tatem, propter acinos & corium quibus constant, robur partibus ad-
dere possunt, ita vt humor qui affectum parit, ab eisdem calfiat, funda-
tur, ac emolliatur, cum affectarum partiũ firmitudine & robore, quod
si diutiùs eis vtaris, sensim eundem humorem digerere ac dissoluere
valent. Quò fit, vt vniuersa eorum indicatio plurimum sit ex vsu, scir-
rhosis nimirum seu induratis tumoribus: tales enim affectus, vt inquit
Galenus, simile quid pati debent his, qui sub sole funduntur: quaprop-
ter curari debent eo medicamento, quod calorem habeat tepidum, hu-
miditatem verò neque omnino multam, neque omnino minimam.
Quamobrem non sine ratione putandum est, podagra & coxendicũ
B dolore laborantibus, præsertim ex frigidis succis magnopere conferre,
etiam si à principio adhibeantur, precedente tamen totius corporis va-
cuatione, propter vires quas nuper dixim⁹ habere: Oedematolos in su-
per tumores exiccant, ac discutiunt, vbi eis non exiguo tempore vta-
mur. Nec minus & nervosarum partium imbecillitates ex humidita-
te frigiditateque subortas, tutò curant: ob eam quam habent calidita-
tem, ac siccandi & adstringendi facultatem. Aqua etiam intercutem
laborantibus, propterea non parum conducere videntur. At qui cum
modicus sit eorum calor, si quis eis moderate vtatur, stuantes etiam fri-
gefacerit affectus: ea enim est moderati caloris actio, vt rigentes calefa-
ciat, æstuantes verò refrigeret, vt de rosaceo Galenus docet. Insuper quã
uis partes frigidis humoribus plenas, ac propterea etiam in tumorem
adauctas, curare valeant, non ob id, ex tenuatis quoque partibus cõdu-
C cere non videntur: siue ex in modico calore, siue ex frigore, siue ex ob-
structione id perpetiantur. Possunt enim vbi vt oportet, eis quispiã vta-
tur, vtranque corrigere intemperiem: nec non & ab obstructionibus li-
berare, ob eorum vt dictum est, moderatum calorem. Quamobrem
non in merito à Galeno decretum est, caliditatem mediocrem omni-
bus esse vtilem. Verùm vt rem concludamus, nosse oportet non licere
in distincta, in quouis frigido affectu, quibusuis vinaceis vti, sed vbi
prius agnouerimus affectum, quem curare intendimus, eius quæ cau-
sam, simul & affectarum partium & totius corporis temperiem. Nã
vbi is frigidus fuerit, eiusq; frigida causa extiterit, vinaceis dulciũ vba-
rum vt oportet. Quod si humidiores fuerint tum affectus tum causa,
eligere ex vinaceis eos oportet, qui plurimum fuerint prælo præsi,
Quemadmodum si humor concreuerit, ac frigidus & siccior fuerit,
f 3 vt

L. 1. 4. Simpli. c.
2. & 9.

L. 1. 2. Ad glã.

L. 1. 2. De alim.

L. 1. 4. Simpli. c.
1. 4.

vt in duris tumoribus solet reperiri, eodē vinaceos calidiores, sed nō
 admodum pressos applicabis: sunt verō inter omnes vinaceos calidio
 res, qui ex dulcioribus fiunt vis. Cæterum ab acidarū acerbarumque
 vuarum vinaceis abstinendum esse, in eisdem affectibus, censeo, cum
 maiorem habeant vim refrigerandi, & exiccandi. Austerarum tamen
 vuarum vinaceis, cum habuerint quandam dulcedinem permistam,
 quandoque vtendum est ad affectus non admodum frigidos, sed in
 quibus non nihil caliditatis præualeat. Inter alia, quæ hoc præsidium
 præstant beneficia, non minorem habet vim & efficaciam in arcendis
 renuū doloribus, siue à calculo, siue ab humore frigido, siue ab arenu
 lis id fiat: nam vt ex Hippocrate constat, tota in huiusmodi affectio
 nibus curandi ratio est, tenuare humores ac renuum corpora mollire.
 Quod tutius fieri est perspicuum, moderato vinaceorū calore, siqui
 dem eo ipso renuum corpora mollia facillimè redduntur, ac humo-
 res etiam tenuantur, & funduntur. Quò fit, vt per renes ipsos facile
 possint deinceps permeare, & humores & lapides citra vllam maio-
 ris caloris renuū suspensionem, siquidem moderatus est huius præsi-
 dij calor. Vt vnum semper aut non, longiori verò tempore, aut breuiori
 laborantibus sit adhibendum huiusmodi præsidium, affectus ipsius
 conditio, & causæ natura, necnon & egrogantium temperies facile
 monstrabunt.

Quæ omnia si quis exactè pensitauerit, facile reperiet, vniuersam
 balneorum omnium tractationem, ac omnes indicatōnes quatuor ca-
 pitibus includi. Primū continet balneorum qualitatem & effica-
 ciam, quæ à causarum cuiusque affectus natura facile exquiritur, iux-
 ta causæ rationem: nam pro diuersitate causæ, diuersa balnei qualitas
 ex his quas hoc capite retulimus, indicatur. Secundū continet quæ
 titatem balneorū: quæ subintelligenda venit sub duratione seu
 perstantia laborantis in balneo: quæ etiam signatur, seu indicatur ex
 affectus magnitudine, & laborantis robore: nam tantum persistere o-
 portet, in efficaci quouis præsidio, quantum operis conamur efficere
 Tantum denique intendimus, quantum corpus, cui mederi cona-
 mur, à propria natura recesserit. Verū neque id semper medicis da-
 tur, nisi dum vires laborantis id etiam permiserint: alioquin tantum
 à quantitate auxiliij detrahere oportet, quantum virium defuerit.
 Verū in balneis, quia sæpe vires fallunt, tutius est iteratō balneum
 adire, quam ob immodicam moram spe breuis salutis, in animi deli-
 quium laborantes deducere. Tertium continet locum, seu apparatus
 balnei, quem commonstrat seu indicat affectus varietas, laborantis
 conditio,

A conditio, seu status, quorū abundè diximus toto hoc capite. Quartū
 & vltimum continet occasionem, seu tēpus auxilio idoneum, quod
 metitur morbi status. Hanc enim peculiarem habet conditionem hu-
 iusmodi auxilium, vt non nisi præmissis alijs aut transacto principio
 & augmento, affectus locum obtineat. Ratio huius est, quia tota vis
 & natura balneorum, maiori ex parte resolutioni humorum & atte-
 nuationi est idonea, præter ea quæ attemperandi vim habent. At qui
 cum in malis nulla lege liceat in principio & augmento, & citra vacua-
 tionem aut præparationem corporis, calfacientibus, aut resoluētibus
 vt præsidijs: hinc factum est, necessum esse, ad debitam huius præsi-
 dij occasionem præcessisse vacuationem, & præparationem corporis,
 & principium ac augmentum affectus. Quapropter qui rectè his vsu-
 rus est, hæc diligenti animo expendat oportet: ne turpiter à debita cu-
 B randi ratione aberret.

Consilium circa balneorum admini- strationem.



VM in arte tanquā quid inuiolabile, sancitū sit, in acu-
 tis passionibus præsto debere esse auxilia, atq; nō oport-
 tere ea mutare, nisi mutata affectus ratione: ita in diu-
 turnis vicissim mutanda esse auxilia, eademmet con-
 sult, ne assuefacta natura minus moueatur, & ex conse-
 quēti minus moueat, subigatque morbum. Quò fit, vt non sine mag-
 C na ratione antiquitus scriptum sit, artem hanc nostram duobus velu-
 ti cruribus incedere, ratione nimirum, & experientia. Ratio hancque
 inuestigat quibus expediat præsidijs in quouis affectu vt, quo tēp-
 ore, quo ve ordine aut quantitate. experientia verò materiam suppe-
 ditat, & fidem auxilijs præstat, qua tutò adhiberi possint: rursus do-
 cet alia alijs esse præstantiora: quod si credimus, profecto balneandi
 vniuersa ratio dignitate & utilitate cæteris quæ in medicina cognos-
 cuntur, præire debet. Atqui cum morbis diuturnis ex ratione sit, vt di-
 ximus, auxilia variare, continget aliquando, vt alia in hæc mutare ex-
 pediat: nam ad hoc præsidium alijs frustra tentatis, in grauioribus ma-
 lis solent medici confugere. Ob id que non citra maximam considera-
 tionem eo vtī oportet. Sed quæ hucusque diximus ad particularia ty-
 ronum gratia, reducere oportet.

Hoc tamen in primis cognito, quod in sanitatis tutela, in epheme A
ris, ac heceticis febribus, in labore, in tristitia, in lassitudinibus, in nudis
distemperantijs ac matie, citra vllam corporis vacuationem, corpus
balneo committere expedit, alui excrementis prius depositis, & ieiuno
ventriculo, præsertim in pueris, vt ex Galeno constat, quia à cibo non
est lauandum. Quod liberè concedi potest extenuatis, vt ex eodem li-
cet colligere, etiam calidioribus natura, & his qui facilè resoluuntur,
& ob id in animi deliquium protinus incidunt, vt ex eodem Galeno a-
pertè probari potest. In omnibus autem alijs quos retulimus, id nus-
quam tentare oportet, nisi & optima victus ratione instituta & cor-
pore satis purgato, prout morbi & corporis naturam exposcere visum
fuerit. Quos tamen expediat à balneis aquæ dulcis arcere, docere iam
aggredior.

Abstinendum esse ab aquæ dulcis balneo, vel ex Galeni mente, cē B
leo in oculorum doloribus, vbi spiritus flatuosus ob humorum prauitatem
ad caput deferatur, & pari ratione in comiciali affectu, vt ex eodem
auctore constat, & in aqua inter cutem, & in eo animi defectu,
qui oritur interdum in his febribus, quæ magna succorum abundan-
tia sunt genitæ: nam eis à balneo eliquatis, ac per omne corpus disper-
sis, periculum est, ne impetu ad pulmonem, aut ad cor, cerebrumve
irruant: præstantius enim est, quod circa iecur & in proximis venis
subsistat. Eadem etiam ratione (Galeno id docente) in febribus à bal-
neo abstinentum, cum in primis venis crudorum succorum copia
præstet. Alienum quoque est, vbi aliqua ex præcipuis partibus imbe-
cilla iacet, præsertim si inutili materia corpus abundet: nam facilè ad
imbecillam partem liquati humores confluere poterunt. Quod aper-
tissimis verbis dixerat Hippocrates, omnia complexus vna oratione C
dicens: Minimè verò tempestiuum est eos lauare, quibus aluus in mor-
bis liquidior iusto est, itemque eos, quibus plus iusto adstricta est, &
non prius subijt: neque debilitatos lauare oportet, neque ex ciborum
fastidio nauseantes, aut vomentes: neque eos, qui biliosum eructant,
neque eos quibus sanguis è naribus erumpit, nisi minus quàm pro oc-
casione fluat. Prodest tamen & optima ratione, diuturnis febribus, præ-
sertim vbi pars infirma nobilis fuerit: nā balneo eo tēpore vniuersa hu-
mor ad ignobile cōfluet particulā. Abstinendū tamē ab illius vsu in he-
ctica febre, si ab erysipelate sit, vt apertè videtur ex Gal. cōstare. Interdū
cerbida auxiliū oportet vulneratis nerbis, quoniam hi constāt ex humi-
da materia, quæ facilè dissoluitur & putrescit, ab his quæ calfrunt &
humectant. Idem in vlceribus alienum esse videtur, quoniam ea
humectat,

A humectat, & molliora reddit, vt Galenus apertè innuit. Si cui etiā ani-
mus deficit propter multos sudores, huic balneum summè nocebit. Si
sanguis quoque à quavis parte fluxerit, haud baleo vtendum est: tum
quia eò sanguis funditur, & ad fluxum citatius mouetur: tū quia par-
tes laxat, & meatus apertos paratosque reddit. Quò fit, vt his profit,
quibus sanguinem è naribus fluere opus est. Neque verò committere
oportet, vt qui vires in firmas habent, in balneum veniant, vt optimè
Galenus consulere videtur. Neque hi rursus qui cibum fastidiunt, aut
vomendi cupiditate tentantur, verendum enim est, ne, vt inquit Gale-
nus, hi quoque ex balneo adeo fatigati existant, vt in animi defectum
decidant. Qua etiam lege balneare oporteat podagricos, aut partes
dolore inflammatione ve affectas lauare, eleganti quadam sententia
docuerat. Aetius, quam breuitati consulens prætermitto, & illuc lecto
B res remittere instituo.

Qui verò frigido balneo assuescere volet, non quolibet annitempo-
re, neque qualibet die auspiciari hoc oportet, sed æstatis tempore, die
tranquilla & calidissima: sit insuper nataturus iuuenis, ac ætate me-
dia consistens: nam augescentibus corporibus alienissimum est bal-
neum frigidum. Sit etiam animo forti & hilari, ac mox à balneo pluri-
mum totum corpus linteis perfricetur, postmodum verò exercitatio-
nibus det operam. Præterea in frigidam non cunctanter, & segniter,
sed promptè & festinanter descendat: qui enim frigido balneo sensim
se commiserit, inhorrescet protinus: ac vt Galenus consulit, caue-
re omnino oportet diutinam in eo moram, morbos enim facilè pa-
rit frigidus, & neruorum affectus: atque hæc de dulcibus consuluisse
sat sit. Sed docere mox oportet, qua via & ratione balneorum
C dulcium nocumenta corrigi possint, solent enim viscera, & iecur
præsertim in his quæ importunè balneo vtuntur, facilè obstrui, si eò
à cibo vtantur: quod cum accidit, excitantur dolores absque febre
in partibus obstructis, quo tempore à balneo superfedere oportet, &
bibere aliquid eorum quæ vrinam moueant, & obstructions ape-
riant, Dandus igitur liquor est, vel Galeni consilio, in quo absin-
thij coma tabuerit, & medicamentum quod absinthio, aniso, amig-
dalisque amaris paratur, quod melius est bibant ex aceto mulso,
postquam à somno excitati fuerint, & præsertim postquam alimen-
tum ex ventriculo in iecur delapsum fuerit: atqui cum ad balneum
redierint, ne in animi deliquium incidant, odorare oportet acetum
expulegio, ac si inciderint, frigida aqua irrorandi sunt, & flauo-
llo ventilandi, ac protinus educendi, moxque vino & cibo reffi-
ciendi

L. 6. De sani. tu.
c. 1.
Li. 14. Meth. ca.
16.

Li. 6. De sani. tu.
c. 3.

Li. 4. acut. cō. 42

L. Aduersus. Fr
fr.

Li. 1. De ratione
vict. prop. 8.

ignobilis

Li. De maras mo.
ca. 7.

Li. 4. Phar. gen.
ca. 12.

7

Li. De Maras. e.
7.
Li. 3. Acu. cō. 59

Li. 3. ser. 4. c. 48

Li. De cau. mō. t. 3

Li. 3. De sin. ita.
c. 3.

7

Lib. De heri. ad
Pi. c. 9.

ciendi. At si ex balneo frigido nerui durenti sint, vtile est vt Galenus, A docet, potui castoreum dare ex aceto mulso, aut theriacam: & vnguento delini sampuchino, fricato prius toto corpore. Hoc tamen vnum vltimò loco non prætermittam, nimirum aquarum dulcium balnea articularibus affectibus nullo modo prodesse, sed obesse plurimum.

Balnea quidem aquarum quæ spontè medicata nascuntur, aut tales arte parantur, vt plurimum prodesse possunt quibus debite & iuxta rationem adhibentur: ita & obesse, si citra debitam considerationem administrètur. Quapropter in his omnibus quibus sunt opus, exquisita oportet vti victus ratione (nisi quid aliud prohibuerit) & sufficienti purgatione corpus est inaniendum. nam quò vehementiora sunt in agendo, eò corpus aptius & expurgatum exposcunt. Quapropter cauere ea oportet, etiam si fitis adsit, quoniam eam intendunt, si affectus B quoque calidi sint, eò quòd calidam facultatem maiori ex parte obtinent, vt ex Galeno palà est. Quòd si erysipelati admoueris, partem eà citra dubitationem adures. In febribus item minimè committendum est, vt in his aquis æger lauetur, præsertim in biliosis. Qui præcalido sunt temperamento, atque admodum sicco, & vitiosis succis redundant, si se in aqua aluminosa lauerint, facilè in febrem incident (vt Galenus apertè monet) propter effluxus calidorum mordaciumque vaporum cohibitionem. Sunt etiam huiusmodi aquæ voci alienæ, quoniam vt inquit Galenus, resiccant vehementer vocalia instrumenta.

L. 1. Simplic. c. 6

L. 8. Meth. c. 2.

L. 7. Phar. Jo. c. 1

L. 6. De sani. tu. ca. 9.

Capiti quoque natura calido, calidisq; exhalationibus pleno, obsunt quidem sulfurosa aqua, aut bituminosa, docente id etiam Gal. Illud item in omnibus naturalium aquarum balneis obseruandum est, ne illis comittantur, quæ macie contabescunt corpora, neque quæ viscera C habent supra modum calida. At qui his vsurus est, neq; quotidie neq; crebrò, nisi admodum fuerit validus, vti audeat, sed vt vires permiserint. In solatus etiam haud temerè cuius est adhibendus, sed his quibus febres non adsunt, & excrementa satis sunt purgata: sed præfidiu hoc magis est rusticis & validis hominibus, & his qui omne medicamentorum genus renuunt, ex vsu, quàm vrbans, & his qui delicatiorès sunt. Alienus etiam est ab his qui difficilem patiuntur respirationem, aut efluxum à capite.

Ita & euaporatio omnis caput offendit, magis si sua sponte calidum fuerit, sic stufa omnis oculos lædere ac imbecilliores efficere habet, vt facilius à quavis externa re patiantur, & fluxionem promptè suscipiant. Tussim etiam inducunt, pulmonem citat

tior em

A tior em reddunt, imbecillam efficiunt, coëtoriam ventriculi facultatem, ac in corporibus non satis purgatis, articulares concitant morbos.

Vinaceorum insuper auxiliu maturo consilio adhibere oportet: quæ obrem expedit vinaccos, absque aqua premere, cauereque, ne ex viuis sint putridis. Quos non longè à prælo in vsu sumere oportet, sed dū in moderato calore incalescunt: vltus tamen eorum in hunc modum se habet. Capiendi quidem sunt, ac pauimento sternendi, manibusque prius leuigandi, vt quoad fieri liceat, partes omnes inuicem coherant, deinde lineis tegumentis quæ eos omnes circumambiant, contexendi sunt, ne ex ambientis aëre refrigerentur, sed foribus ac fenestris clausis, seruetur eorum caliditas. Atque vbi eisdem vti velis, vniuerso corpore prius vacuato, ventreque à eibus, alijsq; superfluitatibus immune

B atque ex utrisque vestibibus, scrobe quàm primùm longitudine, latitudine, & profunditate manibus commodè parata, in huiusmodi locum sese inserat æger, protinusq; eisdem vinaceis, qui pro scrobe fienda sublatis sunt, contegi debet, moderata manu comprimendo ac læuigando eosdem, quos etiam lineo tegumento mox cooperire oportet. Hoc vno animaduerso, quòd si totum corpus affectum fuerit, hoc modo debet præmuniri: sin aliqua eius pars, vna aut plures, tantumque afficiuntur sunt hoc modo tegenda, sanis immunibus seruatis, Immorari autem in eis minùs quàm per dimidiæ horæ spatium nõ oportet: postea laborans in conclau calido recondi debet, pannisque contegi: at hora transacta abstergendus est, & proprijs vestibibus induendus. Vinaccos etiã quarto quoque die nouare oportet, ne acriorem quàm par sit, calorem concipiant. Ac si laborans admodum delitiosus, aut seropulosior fuerit, C linteo quodam lineo indutus submergi vinaceis oportet.

De communi & peculiari sistendarum fluxionum indicatione.

Cap. 14.



Præfidiarum rerum euentus, ac prudentia ipsa docent, in malis nec desperandum esse propter magnitudinem, nec plurimum paruitati fidendum (vtrunque enim remedia renuit) nanque & desperata inopinato eueniunt, fiuntque prosperè, sicuti & certa fallere

nota Hec

fallere solent; non enim possunt omnia adhibita etiam summa diligētia, euidenter constare; ac proinde non omnia aguntur summa certitudine: sed quedam cum cautione, quedam tentandi gratia, alia cu periculo, ac rursus nonnulla in re desperata cum quadam temeritate, vbi ratio non iuuat. Quae omnia in fluxibus euenire passim conspiciuntur, hancque ex leuibus ita exacerbantur nonnulli, ac varia concitant symptomata & morbos, vt nullis (& si secundum rationem) videantur cedere reguilijs. Rursus ex grauioribus, plures, vel vetula aut quouis alius Idiota, leui & spero quodam praesidio, non sine magna doctissimi virorum admiratione tollit. Nec mirum si hoc frequentius in hoc morborum genere quam in quouis alio, euenire conspiciatur, quia tam varia est eius natura, varijs & abditis concinnata causis, vt neque arte, neq; prudentia, neq; diligentia adhuc summa, ea vt par est, consequi vel perit medicus valeat; na in hoc affectu frequentius quam in quouis alio (vt optime Galenus aduertit) symptomata a diuersis eadem, & ab eisdem diuersa proueniunt, quod maioris difficultatis existit causa. Verum & si hoc ita sit, quod tentauerunt multi, ego etiam tentabo, methodo nimirum atque ratione fluxus omnes & comprehendere & curare, initio sumpto ab vniuersali quadam medendi ratione, vt facilius deinceps ad singulas fluxus differentias deuenire possimus. Quod profecto in grauissimis malis medicus semper efficere tenetur: namque in talibus laborantes exposcunt non solum quae possimus, sed quae non possumus etiam vt optime aduertit Hippocrates dicens. Non enim contentus est is qui in periculo versatur, his quae possumus, sed concupiscit etiam ea quae non possumus. Quapropter semper conandum est in grauioribus & periculosis malis, aliquid amplius & nouum ac utile adinuenire.

Lib. De opti. sec. ad Tra.

In Epistola ad Cratebam.

alia remedia quae per se non valent. sed colligenda. et adhibenda.

Lib. De natu. humana.

Huius capitis gratia expendere oportet, humores omnes vbi a propria sede dimouentur, vt alicubi fluant, tribus modis laedere posse. Vno quidem, vbi intra corpus manentes in aliquam particulam delapsi sunt. Alio vero vbi per communes & priuatos canales extra corpus defluerint. Tertio quidem, vbi vtroque modo laedunt: partim nimirum fluentes: partim praeter modum retenti, commoti tamen ad partem incommodam. quouis enim horum modorum suam exposcit mendendi rationem, suasque habet peculiare differentias a causis sibi proprijs promanantes. Quae omnia pulchre docuerat Hippocrates dicens: Egrotat autem (loquebatur de humoribus) quum humorum quid minus aut amplius fuerit, aut separatim in corpore, & non fuerit reliquis omnibus contemperatum. Necessse est enim cum quid horum secretu

A secretum fuerit & per se steterit, non solum eum locum vnde fecerit, morbidum fieri, sed etiam eum in quo stat, & in quem propter nimiam copiam diffusum est, dolore ac morbo vexari, etenim cum quid horum extra corpus fluxerit, amplius quam redudat, euacuatio ipsa dolorem exhibet rursus: itaque si idem intus fecerit euacuationem & transmissionem, ac ab alijs secretionem, geminatum dolorem exhibere necessum est, vel vt dictum est, nempe & vnde fecerit, & vbi receptum redundat. Qua quidem sententia has omnes fluxus differentias complexum fuisse Hippocratem, aperte constat.

B Fluxiones quidem omnes quae intra corpus manent, a triplici oriri fonte omnibus compertum est. A particula nimirum quae fluxionem susceperat: a toto corpore: & vltimo a membro aliquo sese in aliud exonerante. Particula vero in quam fluxio decumbit, tribus modis huic vsui disponitur: aut quia a propria natura & primaui sui constitutione ad id constituitur apta, vt ad enosa omnes partes, quas vt aliarum excrementa susceptent, laxas, molles ac amplissimis meatibus patulas fabre fecit natura. Secundo modo cum a morbo labefactata & impotens reddita particula, cogitur fluxionem suscipere. Vltimo vero quia ad fluxionem paratior pra dolore, calore, aut inanitione seu vacuo redditur, non vt nonnulli falso censent, quia dolor, vacuu, aut calor trahant: na cum dolor qualitas sit intentionalis, & vacuu quid priuatiuu, reale actionem, aut positiua qualis tractio est, perficere minime queunt: neque calor adhuc, nam tantum dilatatione partium & cavitatum, eas susceptioni aptiores reddit. Corpus vero vniuersum cum potestate superet omnes particulas, indistincte suum vitium, siue ex plenitudine, siue ex cacochymia sit, inquamuis deponere valet, & si ex legibus naturae ad enosis aut cutaneis suas sponte committere teneatur.

De fluxionibus quae intra corpus manent.

C Particula vero quae fluxionem in aliam transmittit, id semper multitudine grauiata, aut malitia laesita efficit: vtrunque tamen fieri potest, aut quia in mandanti membro, ob aliquod vitium, perpetua propagatione generantur vitiosi humores, ac defluunt: aut quia paulatina congestione ad molem grauitati apta, aut ad portione irritationi idoneam deueniunt. Cuius exemplum (confirmans hanc sententiam) adducit in capite Hippocrates, dicens: Caput supra positum est sursum, cauum ac rotundum existens, & humiditatem ex reliquo corpore complectens: & corpus simul vapores omnis generis sursum in caput dimittit: quos caput rursus retro dimittit. Non enim immorari ac manere potest id quod influit, non habens vnde sedem firmet, nisi iam caput a grotet: tunc enim non remittit, sed sibi retinet, postquam vero attractionem remiserit, in glandulas fluxiones

Li. Deglandu.

Li. Deglandu.

xio vergit: qua sententia aperte innuit modum, quo partes paulatinæ A
congerunt sibi excrementa. Vltimò tamen particula aggregat quod
deinceps transmittere possit, quia proprium alimentum neque confi-
cere, neque continere potest, sed defluere permittit. Meminit autem
huius doctrinæ Galenus multis in locis, vbi diffusa oratione probat
quæ mox diximus. Quod etiam influxionibus quæ à capite fiunt, a-
perte monstrat Hip. vbi varias recenset differentias, iuxta partis reci-
pientis varietatem his verbis: Fluxiones porrò de capite vîq; ad secre-
tionem fiunt, per aures secundùm naturam, per oculos, per nares, atq;
hæ tres sunt: & aliæ per palatum in iecur & gulam, et aliæ per venas in
medullam spinalem, & in sanguinem (hoc est in carnosas partes) quæ
omnes (inquit) septem numero existunt, ac cerebri sordes expurga-
menta sunt: quæ si non discesserint, morbus ipsi inde suboritur, si in-
tro abierint ac discesserint, reliquo corpori aliqui morbi accedunt. Nu
meratque idem Hippocrates alibi varios morbos, quos huiusmodi de
fluxio (licet naturalium sit cerebri excrementorum) intus manens in
corpore creat: quos latius adhuc Gal. recenset, & plures alios enume-
rat. Sunt etiam aliæ fluxionum innumeræ differentiæ, iuxta partis af-
fectæ rationem: nam vt Celsus egregè docet, hoc periculo nullum
humanū mēbrū vacat. Hinc quidē oriūtur respirationis difficultates,
tusses, rauedines, pulmonis exulcerationes. Hinc etiā articulares &
coxendicū morbi, dolores & alia quæ breuitatis studio prætermitto.
Cæterum habent hæ omnes fluxionum differentiæ hoc cōmune &
propriū, vt semper sisti ac cohiberi desiderent, si membrū recipiens
sanare velimus, alioquin impossibile est humoribus fluētib⁹ id ad pri-
stinā reducere sanitatē, licet hoc diuerso modo debeat fieri, iuxta cau-
sæ & humoris fluentis diuersitatē, vt paulò inferius docebo. Aliud e-
tiā cōmune habent, nimirū quòd nusquā adstringentibus ac reprimē-
tibus medicamentis gaudent, ni fluxio tantum ex humorū tenuita-
dependeat, quos imbecilla natura neq; retinere, neq; cōficere valet: quo
tēpore eis tutò vti licebit: ac alijs etiā quæ mali causam respiciant: nam
huiusmodi medicamenta, gratia præcauendi membrum recipiens, ne
amplius susceptet, potiùs adhibentur, quàm vt fluxio cohibeatur.
Nam si his iuxta membrum mandans, & vias per quas fit deflu-
xus, vti velis, nil ampliùs efficies, quàm aut naturam cogere, vt ad
aliud membrum fortassè principalius fluxionem transferat: aut pau-
lo post grauata plurimùm coactis & compressis humoribus, maiorē
ad eandem partem concitet fluxionem: quò fit, vt tutius sistantur per
vacuantia, & auertentia auxilia, quatenus ad fluxus rationem
attinet

A attinet, nisi fluxio ita vrgeat, vt nos cogat cohibitionis gratia, eis vti. —
Quæquidem eo tempore, vno è tribus modis adstrictionem seu co-
hibitionem fluxus moliri possunt, nimirum condensatis humoribus
præ frigiditate, ne facilè fluant: adstrictis meatibus corporis per com-
primentia medicamenta, ne fluere permittant: aut exiccatis & ebibitis
humoribus, quibus partes laxæ & mucidæ existunt: materiã autem ho-
rum medicamentorū facile reperies capite de Adstringētibus. Verum
quanquàm hoc dogma aliquibus videatur, præsertim vulgaribus me-
dicis nimis contrarium ac difficile, studebo tamen, probatorū virorū
testimonijs demonstrationem confirmare. Ac primò quidem Gale-
nus docens quas vtilitates afferat theriaca, hæc scripsit: Alia verò medi-
camenta, quæ podagrici in morbi auxilio bibunt, ad pedem quidem
humores ferri vetant. Sed horum superfluam humiditatem non discu-
B timentia, maiorem quendam morbum faciunt: nam fluxione per cor-
pus oberrante, pulmo semper ob spirandi necessitatem motus, ac prop-
ter corporis sui raritatem ad illam excipiendam facilis, totam ipse ad-
se trahens, ita hominem suffocat. Quod ego in multis experientia di-
dici, atque huius rei gratia ab his medicamentis abstinere consulue-
rim. Quòd si Paulum & Galenum medentes articularibus morbis, ter-
quaterque legeris, nusquam potionibus fluentes humores sistentibus
vti eos offendes, sed potiùs his, quæ per aluum aut vrinam eos tradu-
cant, aut dissoluant insensibiliter. Id etiam corroboratur adhuc firmiùs
ex eodem Galeno dicente: Nemo siquidem adstringentibus vtitur ci-
bis, nisi vel propter symptoma, quod animi deliquium inducat, vel
ob immoderatū vētris profluuiū. Cogunt siquidē constringuntq; cor-
pora, viaq; distributionis & alimonix, tū eius quæ foras fit, perspiratio
C nis conuiuere faciūt. Auicenam etiam idem asseruisse constat, dicens.
Veruntamen plures habentium dolores iuncturarum frigidus, & cō-
plexiones humidus, non iuuantur cum solutione plurima facta potio-
ne aut clysteri, & cum medicantur cum diureticis sanantur. Galenus
rursus vinum decoctum cum radice petroselini tribuit, & attenuatia
non negat arthriticis, nedum præbere quæ adstringant. Sed vltimò,
quid profunt victus & reliqua curandi ratio, quæ densandī vim obti-
neant? Nam si humores intus manere, ac proinde crassos & ad motū
ineptos facimus, præterquam quòd promptius in laborantes arthriti-
de particulas, vtpotè imbecilliores, confluent, vitiosi in corpore ma-
nentes, alios morbos forsitam deteriores generabunt. Si verò eos e-
ducere sit in animo, melius profectò foret, victu probò benigniores fe-
cisse, atque ad exitum habiliores, quod quidem attenuantibus potio-
g 2 nibus

L. 2. de diff. febr.
c. 11.
L. 3. de facul. nat.
c. 13.
L. de glandu.

L. de loci. in hos
minae.

L. 6. de sani. tu.

In prohemio

L. De ther. ad Pis

L. 10. De corp.
phar. loc.

L. 1. Accuto, i. cō.
18.

L. 3. Fem. 22. scz.
2. c. 8.

L. 5. De sani. tu.

L. De humoribus. nibus, non densantibus, erat agendum. Adde quod Hippocrates illud A maximè ostendisse videtur, dum hoc pacto scribit: Eufos humores ne intus intercludas, sed superfluos deficcato. Cæterum in his cohibendis fluxionibus, expendere oportet, an humor qui defluit à nobiliori membro in ignobilius decidat, an è conuerso, an inter paria fiat. transmutatio: nam hoc vltimum id habet laudabile, quod mutatio morbi sit. Cæterum semper compescenda est, non tamen ad membrum primo affectu reuocanda. Fluxio verò quæ ad nobile membrum fit: aut reuocanda, aut aliò transferenda perpetuò est. Verum quæ ad ignobile fit, aut leuem concitat affectum, quæ potius morbi in melius est mutatio, quæ tolerabilis quidem est: aut graue & periculosum parit malum: quo tempore; & si à membro principali fiat decubitus, cohibenda omnino est fluxio, verum nõ reuocanda ad membrum princeps à quo decidit, sed euacuata funditus, si par est, materia fluente; aut aliunde distracta, B aut transmissa. Nam cum in membro recipienti malum portendat, si decidat, ac in mandanti periculum imminet, nisi defluat, expedit ex toto aliò humores transferre. Facta, verò collatione inter membrum debile aut forte, grauius quidem est fluxionem ferre à forti membro facta, quam à debili, vt optimè his verbis docet Hippocrates: Porro qui cunque morbi à fortissima corporis parte fiunt, grauissimi existunt. Etenim si isthic vbi initium sumpserint, permanferint, necesse est, fortissima parte laborante, totum corpus laborare. Et si à validissima ad quandam debiliorem transierint, difficulter soluentur. Quicunque à debilibus ad fortiores transierint, commodius solui possunt: nam in fluentia à vi ipsarum facile consumuntur. Qua sententia aperte constat, qua methodo vti teneatur, qui has fluxiones sistere tentat.

Verum vt ad particulares methodos deueniamus, quibus facilius curandi ratio perficitur, expendere oportet, fluxionum omnium quæ intra corpus manent, triplicem esse medendi rationem, quarum prima exquiritur à membro madanti, secunda ab humore fluente, tertia verò à membro quod fluxionem suscepat: nam iuxta cuiusvis naturam sistendi ratio variatur. Quam curandi methodum expresserat Hippocrates his verbis: Omnibus autem (loquebatur de membro madanti) liberatio hæc est, vt ex frigiditate quidem affecti percalfiant: ex ardore verò perfrigerentur: Et subdit loquens de humoribus fluentibus: Reliquæ autem omnes fluxiones quas propter humorum acrimonias & intemperantias ego fieri sentio, restituntur & curantur vbi temperatæ fuerint & concoctæ. Et paulo inferius reminiscitur particularum in quas fluxio decumbit, ac subdit rursus: Quæcunque fluxiones ad

L. De veteri. medici.

oculos

A oculos & paulò infra ad fauces: & cuiusque præbet medendi rationem. Sic nobis in membro mandanti ea sunt considerata, quæ ad fluxum causæ rationem obtinent, circa quæ magna huius præsidij pars proculdubio versatur. Nam quo tempore membrum quod fluxionem transmittit, ob coquendi impotentiam, quotidiana humorum generatione fluxum excitat, purgare corpus & affectam partem eo tempore necesse est, ne plurimum humoris aceruari sinamus, tamen rarius, ne medicamentorum vi pusilla facultas amplius dissoluatur. Corroborandum autem sæpius, iuxta rationem distemperici, quæ imbecillitatem parit, ac membri dignitatem. Audacius enim in ignobilioribus membris calefacere, refrigerare, humectare, & exiccare poterimus, quam in nobilioribus ac præcipuis.

Quorum ratione adstringentia, ac roborantia medicamenta (non vt B fluxionem sistant, sed vt virtutem tueantur) alijs perpetuò sunt admittenda, ne calidis virtus plurimum dissoluatur, aut frigidis extincta corruat. A qua curandi ratione (præmissa pro virium robore vacuatione per expurgans medicamentum, si humores vitio peccauerint, aut sanguine misso, si eum redundare cognouerimus) incipere oportet & quò magis vltra procedit ea quæ roborant & adstringunt ad augenda sunt & minuere quæ vacuandi vim obtinent, siquidem tota fluxionis causa est ipsius partis imbecillitas, Verum si particula suis excrementis non exactè ac secundum naturæ legem sese exonerat, eoque sensim excrementa congregat, quibus postea grauata & lacelsita fluxionem concitare cogitur, medendi ratio postulat, pluries esse purgandum licet paulatim, siquidem vitium hoc ab expellentis facultatis impotentia oritur. Ac sicut in superiori affectu, in quo actionis vitium C causa fluxionis erat, præcipua curandi methodus in corroboratione inerat: Ita prorsus in hoc versatur tota medendi ratio in excretionem, cuius defectu affectus suboritur. Quia ratione, sicut natura paulatim sua excrementa pellere solebat, pari lege ars eandem æmulari teneatur medicamentis, quæ paulatim etiam expurgent, corroborata quodammodo particula: non tamen his quæ adstringendi vim obtineant, sed his tantum quæ expultricem ad proprium munus iuuent, quæ potius calida ac modicè humida esse debent: purgatione tamè præmissa, ne vlla sit maioris fluxionis his medicamentis suspicio. Verum si retentricis vitio fluxus concitetur, ne utiquam purgare vsquam decet, nam retentrix imbecilla nequit aduersus expellentem medicamento irritatam, pugnare: quò fit, vt vberior fiat deinceps fluxus, ac fortasse prolixior: Itaque in hoc affectu, roborare tantum oportet, redita

parte ad pristinum statum medicamentis, quæ pugnent aduersus in-
 temperamentum, cuius occasione virtus lauascit: In quo quidem
 casu absolute, præmissis, quas diximus, considerationibus, citra
 dubitationem adstringere necesse est, vt quod facultas sua sponte
 efficere nequit (& si teneatur) arte medicamentis adstringentibus
 fiat: quorum munus est, more concentricis facultatis, partem com-
 primere, & quod sibi est commissum continere. Habita tamé de inde-
 fluentium humorum ratione, alias expedit exquirere sistendi me-
 thodos, quas facile venabimur, considerantes humorum multitudi-
 nem, quæ naturam grauat, qualitatem, quæ acrimonia ipsam lacef-
 sit, substantiæ modum, vt cum tenuis est, & facile dilabitur, & vl-
 timò impetum ipsius humoris, quo in aliquam particulam irruit.
 Sic equidè, si materia multa est, vacuatione indicat per sanguinis mis-
 sionem, in ediam & frictions, si æqualis extiterit, vt in plethora: B
 si verò inæqualis, vt in caeochymia, purgationem indicat esse neces-
 sariam per aluum, per vomitum vel vrinas, pro ratione nimirum par-
 tis à qua fluxio fertur. Sic cum acris est & mordax materia, attem-
 peranda ac mitescenda prius venit remedijs, quæ huiusmodi potesta-
 tē habeant. Humectanda etiā est, atq; alijs permiscenda, vt aperte con-
 sulit his verbis Hippocrates: Totam humectare oportet, quò flu-
 xiones aquosissimæ fiant, & minimè mordaces, balneis multis ca-
 lidis. Quod etiam consuluerat Trallianus, nam hac lege faci-
 lius frænantur huiusmodi fluxiones, & humores mitescunt.
 Pari quoq; ratione si tenuis fuerit humor & aquosus, incrassari po-
 stulat per conuenientem victum, & idonea remedia, eo modo quo
 fluxiones tenues irruentes in pulmones incrassamus, tenatio-
 resque reddimus, ne promptè dilabantur. Atqui si humor vnica C
 ex diētis rationibus fluxionem concitauerit, contrario ei prorsus
 modo compesci desiderat: sicuti si pluribus aut omnibus, pari ra-
 tione omnibus his vti simul oportet. Neque hoc sat esse solet: qui-
 busdam prolixis fluxionibus, vt quiescant, sed his etiam adhibitis,
 importunè perstant: ratio est, quia subsunt adhuc aliæ causæ, quæ
 faciliorem humorum motum efficiunt, vt partes per quas fit flu-
 xio raræ, molles, debiles, aut venæ, & arteriæ latiores, quæ omnes
 promptiùs redduntur peruia, & fluxui apertiores. Quod his
 verbis explicuerat Hippocrates assignans differentiam, inter par-
 tes quæ promptiùs trahunt aut recipiunt: At verò, inquit, cauæ &
 expansæ figuræ influentem quidem humorem maximè omnium
 susceperint, non autem similiter attraxerint, solidæ autem & rotun-
 dæ,

L. 1. De mor. mu-
 sicribus.

c. De dysenteria.

L. De vete. medi.

A dæ, neque attraxerint neque susceperint, dilabitur enim & non ha-
 bet sedem in qua maneat. Exponxiformes verò & molles, velut
 lien, pulmo, & mammæ vbi admotæ maximè fuerint, & adhæse-
 rint, ebibunt, duræque fiunt ac augeteunt humore accedente, maxi-
 mè pulmo. Quapropter expedit raras partes densare, roborare debi-
 les, ac molles quodammodo indurare, his quæ refrigerandi & ad-
 stringendi vim obtineant. Quod equidem nusquam in hoc fluxio-
 num genere tutò fiet, nisi aut euacuato, aut auerso, vel deriuato prius
 fluente humore, alioquin ea mala succrescent, quæ paulò superius
 diximus. Verum quatenus ad humorum impetum & motum per-
 tinet, tota medendi ratio stat in reuulsione aut distractione humo-
 ris fluentis, per contrarias ac maximè distantes regiones. Nam
 cum fluxio motus quidam sit vehemens, reuulsione esse vtendū, cōsulit;
 B quæ proprium est fluxionis præsidium, vt latius Capite de sangui-
 nis missione, diximus. Deniquæ in fluxus curatione, auferre
 prius oportet, quæ humores reddere possunt fluxioni aptos: mox flu-
 xionem ipsam aliò transferre, si multitudo subsit, cum vacuatione:
 sin aliter, aut diuturnum fuerit malum, citra eam. Considerare etiam
 oportet, humores nonnunquam moueri, vel cum vehementia &
 confertim, aut paulatim & leniter, idque continuè aut per interual-
 la, vt pro ratione cuiusuis reuulsiones fiant aut deriuationes: cum
 vacuatione, si vehemens fuerit fluxio, vel sine ipsa, si leuis: frequen-
 ter verò, aut rarò, iuxta virtutis tenorem. Pars verò quæ recipit,
 quatenus ad prophylacticam artis partem attinet, methodos ac præ-
 cautionis indicationes tota habet, quot possunt esse, quæ partem dis-
 ponere ad suscipiendum valent, nam promptè recipiunt partes debi-
 C les, molles, raræ, coniunctæ cum partibus mittentibus, concauæ, cal-
 factæ, dolentes, inanes, ac inferiores. Sic pars cum imbecilla est,
 iuxta rationem intemperantiæ, quæ impotentiam gignit, roboran-
 da est, vt superius diximus. Dolentes permulcendæ sunt, ac mitigandi
 dolores, raræ autem, molles, cauæ, calfactæ & inanes, ac denique
 omnes adstringendæ, ne ita facile fluxionem susceperint, quem vsu
 præstant repellentia omnia & adstringentia medicamenta. Cæterum
 quia anodyna (vt sæpè fieri solet, partem mollem effœminatam, ac flu-
 xui aptiorè reddere solèt, hoc expertū sepe habui, & ratio ipsa docet, vt
 semper quæ adstringendi vim obtineat, atq; exiccandi, si fluxio admodū
 calida nō sit, admiscere oporteat. Hęc enim sunt auxilia, quibus fluxio-
 nes omnes sisti debent, quibus cohibetur inflammationes, articulares ac
 coxædicis morbi, musculorū dolores, diuturnæ fluxiones, pertinaciæ

etiam vlcera curantur, & denique omnia mala, quę ab effluxu aliquo fouentur.

De Fluxioni-
bus quę par-
tim intra &
partim extra
corpus pro-
deunt.

Fluxiones verò quę partim extra prodeunt, partim quidem in via præter modum immorantur, sunt (inter alias quę ad thoracem & pulmonem miris modis dilabuntur) grauedo, distillatio, & raucedo. Circa quas nosse oportet primò, à qua parte dilabuntur: deinde qua ratione aut occasione, & ex quo ipsius partis apparatu huiusmodi vitia prodeant. Cuius rei gratia dicimus, partium excrementa esse in duplici differentia: quędam enim sunt omnibus partibus communia, & similia ab omnibus prodeunt: quędam verò quibusdam tantum peculiaria & propria, veluti ventriculo saxes, & iecori vrina. Illa autem quę omnibus ex æquo accidunt, sunt veluti tenuis quędam substantia, quę in halitum insensibiliter abit, & crassa quę veluti fordes camisijs & indumentis adheret (quarum quidem ratione, ex olfatu canes dominum cognoscunt, & sectantur, & inimicos ac feras odio habent, & aggrediuntur). quę ex omnium quidem partium coctione, necessario prodeunt. Præterea duplex omnibus partibus simul superesse potest excrementum: aliud naturale ex vera nutritione resultans, qua profecto quod optimum est, ab inutili & excrementitio separatur: aliud verò præter naturam institutum & rationem, quod in partibus accrescit coctione vitata, aut diminuta, aut ablata, citra ullam separationem optimi, ab eo quod malum existit. Quod videtur Galen. probare, loquens de diarrhœa. Sic caput (quod in his tribus affectionibus fons, & origo mali est) his duobus excrementorum generibus frequentius quam pars alia abundat: alterum nimirum ex coctione & conuersione alimenti in substantiam aliquid quod in aurium fordes purgamenta illa crassa & flaua degenerat: quod censco esse cerebri verius excrementum, ex eius nutritione prodiens: crassa & terrestris quidem alimenti substantia, & alitioni inepta, exusta, & amariori facta, ac per eam partem ob ossium caluarie soliditatem, per conspicuos aurium meatus expurgata: alterum quidem proprium alimentum minimè confectum, per propria emulteria ad id destinata, quotidie expellit. Gnara enim erat horum excrementorum natura, ob capitis ipsius situm, nam causis alterantibus, & quę coctionem peruertit, facile erat expositum: Ob idque purgamenta hæc per palatum nimirum & nares, boni prouida distribuit, intelligens si hæc defuissent, citò animal perire posse. Præterquam quod caput, ut quod cauum sit, & velut cucurbita corpori incumbat, ad se trahit, utpote viscosa existente & perpetuo ac facile pituita fluit, ita ut hæc alia per aliam sequatur ad caput: & quę quidem recens ex cibo generatur

L. 6. De sani, tu.
L. 3. De sympto.
cau.

atur pituita in capite manet. Vetus autem, prout copiosior est, recens tem violenter extrudit, quam sententiam optimè depinxerat etiam Hippocrates: Quę quidem excrementa dum plus iusto abundant, in hæc mala & longè grauiora degenerare solent: Præsertim dum improspere expurgantur, aut in aliqua parte recepta diu immorantur: atque hæc est horum affectuum origo & ratio.

Fiunt itaque hi affectus ex duabus præcipue causis: nimirum ex capitis morbo appa-
tatu, & ex causa quę ipsum ad fluxum mouere nata est. Morbosus porro capitis apparatus dupliciter concitatur: aut capite quidem susceptante trassos, densos, caliginososve aliunde vapores: quos quidem concretos, aut in densiorem formam, ob calorem tenuiores partes resoluentem (non quidem ut vulgus falso existimat, in aqueam naturam conuersos) reductos, caput dum molestatur deorsum pellit, aut sua sponte defluere permittit. Quod pulchrè docuerat Hippocrates dicens: Caput supra situm est, sursum cauum ac rotundum existens, & humiditatem ex reliquo corpore complectens, & corpus simul vapores omnis generis sursum in caput dimittit, quos caput rursus retro dimittit: qua sententia constat, primam fluxionem a capite raro. Fluit etiam ab eodem capite, ipso ex alimento sibi commisso excrementitios humores (ob vitium ipsius alimenti, aut capitis) gignente, crudos nimirum semicoctos, aut vitiosos, videlicet saluos, nitrosos, acres, mordaces aut erodentes: Quos equidem dum natura à se pellit, huiusmodi affectus, & longè grauiores efficere est compertum. Cæterum causę quę hos morbosos apparatus in affectum degenerare efficiunt, etiam sunt in duplici differentia: nam quędam intrinsecus operantur, veluti est feruidus corporis calor, qualis in febribus reperitur, qui humoribus attenuatis & meatibus adaper-
tis, huiusmodi fluxum concitare solet. Sic vinum & calida edulia, ira & alij vehementes animi motus id pari ratione efficere habent: quibus accedit etiam capitis ipsius calor immodicus, quo plus iusto ipsum ad se trahit, aut à toto corpore susceptat, ut Hippocratis sententia expressè innuit. Quędam verò extrinsecę sunt, qualis aeris calida temperies, modo à sole, igne, exercitio aut alijs huiusmodi, quę caput alterandi vehementer vires habent, prodeat: nam caliditas utcunque fiat, fusis humoribus & referatis meatibus huiusmodi fluxiones facile concitare habet: pari lege & frigiditas. Verum immorandum mihi parum in hac re est: nam vulgaris ferè omnium medicorum opinio tenet, calorem dilatatis partibus, & fusis humoribus fluxionem concitare: frigiditatem verò compressis coarctatis, & veluti manu constrictis humoribus, à cerebro expellere.

si. vol. 9. G. 1

L. 4. De morbis.
E pisto. Demetrii
R. 61.

1. De glandulis

1. De glandulis

L. De morbis
de consilijs.

1. De morbis
L. 2. 258

358 De cōmu. & pecul. indicat.

L. De loc. in. ho.

lere. Quos equidem cenſeo Hippocratem feſelliſſe, qui in hunc modum protulit: Fluxiones autem ex per frigerata valde carne, & per cal facta fiunt, ac ſuper inflammata. Fluxiones propter frigus fiunt, quum caro in capite & venæ tenſæ fuerint, hæc enim horrente carne, & ad anguſtias perueniente, ad ſtriſtaque ac excludente, humiditatem expriment, & ſimul carnes ipſæ contra exprimentur ad anguſtias peruenientes, & capilli ſurſum erecti fiunt, ut potè ſimul vndiquaque fortiter compreſſi. Cui etiam ſimilem ſententiam adducit Galenus his verbis: Frigiditas autem ſuperueniens, veluti manus quædam extrinſeca, capiens ac premens cerebrum, veluti ſpongiam quandam exprimit illam, quæ in cerebro continetur humiditatem. Quarum proſecto ſententiarum ſi quis corticem ſolum expendat, facile in conſimilem errorem incidet. Cuius rei gratia, primò illius modi compreſſionem quæ cerebrum exprimat, nuſquam fieri poſſe, probabo: ſecundò monſtrabo ex eiufdem Hippocratis mente, rei huius difficultatem: tertio verò & ultimò, quam ratione fluxiones fiant à frigido, docebo. Circa primum quàm ſit difficile credere, fluxionem veluti ſpongia madida manibus compreſſa fieri, vel ex eo diſces, quia nequit intellectus capere, cerebrum tantam, viuento animali, poſſe pati frigiditatem, ut craſſiſſima capitis cutis, pericraneum, caluarix oſſa omnino calore priuentur, & tandem præ nimia frigiditate cerebri ipſius ſubſtantia compreſſa expellat: præſertim cum minorem frigiditatè, citra maiora mala cerebrum perpeti nequeat (ut in lethargo & alijs frigidis affectibus facile conſpicitur) nedum eam, quæ compreſſionem, ſeu ut rectius loquar congelationem efficere nata ſit. Nā ad hoc quòd frigiditas congelatione & compreſſione expellat, ſummā (qualis eſt frigiditas qua aqua concreſcit) eſſe, eſt neceſſum. ſed longè minorem, viuento animali, perpeti nequit cerebrum: ergo neque illam. Quippe omnimodam refrigerationem patietur, ante quàm compreſſione expellere poſſit. Præterea demus aliquod tempus poſſe viuere animal huiusmodi frigiditate: nil minus proſecto fieret quàm fluxio: quinimo ſi aliqua eſſet protinus ceſſaret, compreſſis pari lege ac coarctatis, & craſſioribus factis humoribus: nam qua ratione cerebrum pars alioquin viuens, compri poteſt, eadem proſecto humor cōprimeretur, præſertim cum tenuioris ſit ſubſtantiæ, & ad concretionè facilioris. præterquā quòd id ipſum docuerat idè Hip. his verbis: Refrigeratio quæ in vètre ſunt, indurat: ergo pari lege indurabit ea quæ in cerebro, præſertim cū tantæ fuerit efficacix frigiditas, quòd cerebrū ipſum cōprimat. quā obrè nil minus efficiet, quam fluxionè. Quinimo cōmento loci citati Gal. ſuſpicatur

L. 6. Popu. par. 5
tex. 7.

A tur minimè eſſe poſſibile, viuento animali, excrementa poſſe præ frigiditate intra corpus concreſcere: & probat neceſſariò fluxiones ſiſti, & aliò transferri, frigiditate comprimente & condensante. Quòd ſi ita eſt, ut re vera eſt, quòd minùs partes viuentes, quibus datum eſt obtinere maiorem calorem, & fixiùs permanentem, compri ab eadem poterunt. Sed quid quæſo reſpondere licebit Hippocrati, viro alioquin ſapientiſſimo, & medicæ artis conditori primo? In qua quidè hæſitatione, ego quidem ſentio, Hippocratem tantum voluiſſe intelligere, cum hanc capitis externam poſſe compri, & per proprias venas à ſe quòd in eiſdem moratur, expellere: quòd iudicio noſtro, videntur ſonare verba eiufdem authoris: ſiquidem per venas expellere, & capillos erigi, ſolum cuti ipſius capitis proprium eſt, præterquam quòd Hip. nuſquam cerebri reminiſcitur, ſed tantum carniū, de cerebro autem

B loquitur paulo inferiùs. Quapropter ego cenſeo, non cerebrum, ſed extimas carnes poſſe, viuento animali, frigiditate compri, & à ſe pellere, idq; Hippocratem intelligere: licet Galenus etiam cum vulgo medicorum decipiatur, iudicio noſtro: nam qua ratione dubitat, excrementa poſſe in ventre à frigiditate indurari, eadem proſecto tenetur credere, cerebrum non poſſe compri. Cæterum, cum tantum medicorum vulgus antiquo hoc dogmati inſtitatur, & rarò famoſum cōtingat eſſe falſum, ut Aberrous docet, neceſſum eſt monſtrare, quam ratione frigiditas fluxiones mouere poſſit. Quòd equidem (ut vno verbo aperiam) ſit reclusis externis meatibus, & concitatò intus maiore calore, à quo, potiùs quàm à frigiditate, per ſe fluxiones omnes concitari, æquum eſt intelligere. Nec credendum certè eſt, meam me fallere in hac re opinionem: nam id aperta ſententia docuerat Hipp., docens modum, quo fluxiones à capite fiunt: refert quidem, incaleſcere ipſum à cibis, à ſole & a frigore, & à laboribus ac februm calore, Quòd fit, ut liqueſcat in ipſo pituita, & liquefacta ſecedat, partim ad nares, partim ad guttur, os & inferas ſedes: nā qua ratione vètres, hyeme & vere natura fiūt calidiſſimi: ſic obſtructis pericranei à frigore poris, ne calor exhalare poſſit, credim⁹ pituitā cerebri calore liquari, ac deſluere: & hac ratione à frigore alui excrementa indurari, nimirum exiccate calore, qui frigiditatis vi retrocedit. Itaq; in hac affectione patit cerebrū ut pars inſtrumētalis (etiā ſi interiùs plus iuſto calfiat) ultra modū referatis meatib⁹, nō quidè cōpreſſis. Atq; hæc quidè eſt omniū harū fluxionū ratio, quas decūbere ad nares, os, gutt, & thoracè, ac alias ſubiectas partes cōperies. Verum ab his quædam partim expurgari, partim in eiſdem immorari, & vtrunque etiam lædere, præſertim quòd per nares excernitur aut oculos. dum crudum acreque fuerit.

L. 2. De morbis. e.
de conſiliis.

Siſtè

Sistendi verò ratio & modus haud ita facilis est, vt vulgus omnino imperitum existimat: non enim sat est ad veram medendi rationem morborum apparatus nouisse, ni exactè medicus nouerit occasiones à quibus coeperit homo ægrotare: nam id expressè etiam consuluerat Hippocrates. Neque adhuc hæc sufficiunt, cum tam sit varia humorum fluentium conditio. Nam aut humor ille qui fluit, crudus euadit ob deprauatum inueteratumque cerebri habitum, aut ob ipsius alimenti vitium, aut ob causam aliquam externam, quæ interturbata coctione, fluxionem efficiat. Si verò ob capitis inueteratam distemperiem, humores illi Indies aggregentur: & crebrò purgare oportet caput, & frequenter diuertere: aperta nimirum fontanella, aut iniectione in occipitio tetone quibus quod Indies accrescit, ante quàm defluat in partes sibi consuetas, sensim per alias distrahatur, & expurgetur, quem usum sæpe sudores præstare possunt, vt latius alibi dicemus. Verum si ob alimenti vitium id accidat, mutato victu, & purgatis corpore & capite, subsidet protinus malum: In quo casu minimè diuertere oportet, ne crassa illa pituita ex crassissimis alimentis confecta, aliò traiecta maius efficiat malum. Quod videtur Hippocratem consuluisse his verbis: Si porò intumuerint nares, & pituita plenæ fuerint, atque ea compacta, oportet pituitam compactam, ac congelatam attenuare, aut fomentis aut medicamento, & non auertere: si enim fluxus auersus aliò procedet, maiorem morbum omnino faciet. Qua quidem sententiâ constat, in compacta & prauæ confecta substantia consulere, dum vitio alimentum id prodeat, non esse diuertendum, neque coquendum, ne amplius crassescat, sed tantum attenuandum, partibus etiam illis fomento dilatatis. Verum si aut ob solis æstus, aut ob frigiditatem, aut quamuis aliam externam causam, quæ coctionem capitis interturbare habeat (aut quod in ipsa, præter naturæ modum retentum est, necesse sit expellere) fluxio concitetur, cōiectabile est, proficuum fore, his vt, quæ coctionem iuuent, saltem vt quod defluit, mitius & benignius secedat, ne quas partes supergreditur, aut ob fidet, denuo exulceret, aut alio affectu vitiet. Quibus etiam addere oportet auxilia, quæ oblinendi partes ipsas potestatem habeant, sicut & corrigendi humorem, iuxta cuiusque naturam & conditionem. Atque hæc sunt generales indicationes, quibus huiusmodi fluxiones sistere oportet. Præterea considerare etiam oportet, an causa quæ fluxionem mouet, & humor ipse qui fluit, eiusdem sit nature: calida nimirum, frigida, humida an sicca: an diuersa: nam id quoque non nihil euariat communem sistendi rationem. Siquidem fluxionis motiua causa calida, & morbi apparatus,

nota de fontanella

Li. Deloc. in ho
mine. ante
modum

A ac humor, qui fluit, pariter calidus, frigida attemperari, aut saltem moderatæ naturæ prædita exposcit medicamenta: sicut è contra, materia & causa mouens frigida. Verum si materia fluens calida fuerit & mouens causa frigida, aut è cōuerso, temperatis auxilijs res fieri debet, quibus vtraque indicatio completur. Attamen si his omnibus quiescere nequiverit affectus, rationi consentaneum videtur, maiora aggrediendum esse auxilia, antequàm huiusmodi habitus in thoracè, pulmonem, aut aliam præcipuam corporis particulam dilabatur, qualia superius diximus, sæpius purgato capite, dum imbecillitas ipsius non sit nimia, nam sæpe id efficere maiorem solet, aut resiccat o (nō ignito ferro vt Veteres consuluerunt) sed inunctionibus, ceratis, sacellis & alijs huius census appositis, aut aperta fontanella.

Cum varia sit, eorum quæ extra corpus fluunt, conditio, variè etiã fluxiones considerare oportet: nanque ex his, quædam profunt, & maxime sunt animanti ex vsu: quædam tales postmodum esse poterunt, licet nonnunquam nos primo accessu deterreant. Aliæ verò omnino lædunt, ac corpus contabefaciunt, nonnullæ quidem, etiam si modo non lædant, paulo aut multò post in grauiora pericula corpus delabere cogent. Rursus, causæ quæ miram hanc fluxionum varietatem efficiunt, ita sunt difficiles ac variæ, vt non nisi varijs ac innumeris auxilijs contrariari possint. Quò fit, vt ex his fluxionibus, quasdam permittere liceat, alias moderari, nonnullas omnino cohibere, ac vltimò plures ex toto finire ac terminare. Atque hæc sunt generales omnium harum fluxionum indicationes: Verum cum non satis constet, neque apud aucthores reperiri facile possit methodus & ratio, qua certò quis distinguere queat, quas ex his comprimere teneatur: decreui vniuersam hanc tractationem tribus capitibus cōplecti, iuxta tres vtilis ac necessarias considerationes, quibus medicus vti debet, vt facilius optatum, finem consequatur. Quarum prima est perdiscere, quos fluxus liceat sistere, quos verò permittere, moderari, aut mutare in melius. Secunda, quando, hoc est, quo tempore id expediatur, aut non. Tertia verò & vltima quibus modis & præfidiorum generibus id oporteat fieri.

Quos verò omnino compescere oporteat, sunt profecto tria: fluxuum videlicet materia: accidentia, quæ ipsos sequuntur: & vltimò inconueniens regio. Sic à materia sumpta indicatione, omnis sanguinis fluxus siue ex vtero, siue ex alio, hæmorrhoidibus, renibus per vesicam ore, aut naribus, aut ex quauis alia parte fluat, quatenus ad materiæ naturam attinet, protinus est cohibendus. Est enim sanguis ita nobis amicus & familiaris, vt nusquam nisi errans, eum natura trudet, præterquam

De Fluxionibus quæ extra corpus prorumpunt.



terquam in crisi bus nimia copia onusta, eo modo, quo in fœminis sin A
 gulis mensibus de more habet. Eodem prorsus pensu nulla facta ex-
 ceptione, diaphoreticos sudores statim suppressere oportet, utpote
 qui & spirituum substantiam dissipant, & membrorum alimentum de
 populantur, in quibus sanè vniuersa vitæ ratio inest. Vomitus etiam
 quos morbi causa, ex vtili ac alimentosa substantia coacta mouet natu
 ra, protinus cohibere oportet: sicuti vrinæ fluorem. Pari quoque ratio
 ne fluxus qui ex membrorum colliquatione (quæuis ea sit) fiunt, citra
 moram cōprimere necesse quoque est: nā quemadmodum diaphoretici su-
 dores membrorum substantiam demoliuntur: ita ex colliquatione &
 fluxu interiora viscera contabescunt primò, ac totum subinde corpus:
 qua ratione ocissimè suppressi exposcunt, ut qui citissimam corpo-
 ris ruinam minantur. Nec dispari plurimum ratione, eos quibus inte-
 stinorum ramenta committantur (qualis dysenteria est) citra vllam mo- B
 ram sistere expedit. Nam cum ipsæ solidorum intestinorum partes in
 hac excidantur, præcauere oportet, ne id damnum eò tendat, quò aut
 difficile admodum fiat (cùm huiusmodi membra maximè negotio sa-
 nescant) aut animal miserè succumbat. Cæterum in huiusmodi fluxu
 cohibendo, diuerso prorsus modo à superioribus procedere expedit:
 nam illos quietare oportet citra vllam exceptionem: hunc verò finire
 omnimoda humorum erodentium euacuatione, quæ sufficiat redun-
 dantes humores, qui malum efficiunt, radicitus euellere, ne paulatim
 defluentes maiorem efficiant erosionem, maioraque vlcera. Eadem
 prorsus methodo, qui ex crudis humoribus, aut chilo substantia cō-
 citantur fluxus, cohibendi sunt. Sic feminis fluor, aut albarum rubra-
 rum ve vteri materierum: nam hi si diutiùs permittantur, in tabem de-
 labi corpus permittunt, quia proprio alimento priuatur (dummodo C
 huiusmodi fluxiones non perueniant ex alijs morbis, qui per eandem
 salubriter expurgantur: nam eo tempore, aut alio sunt transferendi hu-
 mores, aut alijs præsidijs consumendi) quos omnes fluxus nec differre
 nec permittere vsquam expedit. Non minori negotio cogendi sunt,
 qui etiam si ratione materiæ non lædant, lædunt tamen plurimum vi
 accidentium, quæ illis succrescunt: veluti fluxus qui cum anxietate &
 nimio angore ac exolutione fiunt, aut immodico ventris alterius dolo-
 re: nam quoduis horum symptomatum plurimum vires dissoluit,
 præcipuè si cū febre iungatur. Quò fit, ut eos statim suppressere oportet,
 ac naturam roborare, & paulatim alia vacuatione si opus fuerit,
 corpus minuere. Sunt etiam compescendi fluxus, quos natura per a-
 lienam & incommodam regionem molitur, siquidè nō minus damni
 licet

A licet ex loci incommoditate expectare, quàm ex inutili fluxu: nanque
 naturæ motus duplex est, alter, quo morbum purgat, alter verò quo
 morbum parit. At qui solet sapius humores per tam incongruam re-
 gionem pellere, quod etiam si morbum expurget, cohibere tamen ex-
 pediat. quia aut nouum generat affectum: aut graua concitat loci præ-
 stantia, & fluendi nouitate symptomata: aut quia inutiliter & minus
 prosperè per alienam regionem fiet expurgatio: quapropter has quoque
 fluxiones cohibere, rationi videtur consonum, aut saltem ad congruam
 regionem transferre.

Permittere ob id tantum eos fluxus oportet (modo per supernam
 modò per infernam aluum, aut per vtramque simul fiant) quos ex alie-
 na, inutili, & morbosa materia natura molitur, qualis biliosa est, pitui-
 tosa aut melancholica, atque ex his variegata, adusta, fæluginosa; aut
 B fœda putredine conspurcata. Appellanti quidem medici huiusmodi
 fluxum, diarrhœam, quem natura cōcitat grauata, sese exonerans his
 humoribus: aut fortasse eorum malitia lacessita, quos tanquam nullo
 sui vsui vtilis reuult. Qua quidem ratione meritò dixit Celsus, Sed

uno die fluere aluum, sapius pro valetudine est, atque etiam pluribus
 si febris absit, & intra diem septimum id conquiescat, purgatur enim
 corpus, & quod intus læsurum erat, vtiliter effunditur. Inquit etiam
 Aëtius eandem fere sententiam confirmans: Etenim oblucri, & ex-
 cretionis cohibitionem moliri maiorem morbum facit: siquidè quæ
 cohibentur sursum perlata dolores capitis, aut phrenitidas, aut lethar-
 gos aut parotidas inferunt planè perniciosos. Ex quibus equidem con-
 stat, & si cohibere non expediat, mutare tamè in melius oportere, opti-
 ma victus ratione instituta: nanque licet excretiones horum humorum

C plurimum speremus profuturas, tamen quia dolores & alia acciden-
 tia quæ ab humorum malitia crebrò concitantur, virtutis casum aut
 alterius mali minantur aduentum, optimis alimentis oportet eosdem
 veluti compescere, & attemperare, ut in melius mutantur, ut ex Aëtio
 id quoque loco nuper citato, constare videtur, inquit enim: Si itaque bi-
 liosa pura recrementa prodierint, in magis salubria ipsa permutare o-
 portet, nō tamen per cohibitionem eos curare, biliosum enim tum in
 ventre, tum in ieiuno intestino aggregatum, atque post coacerbatio-
 nem retentum, maximopere lædet: nā & stomachum subuertit, & visceribus
 inflammationes infert, & sitim accendit, & febres instaurat, om-
 nesque prædictas affectiones in capite efficit, atque in totum grauiorè af-
 fectionem efficit. Ex quibus verbis, adhibita in cōsiderationem regula, quæ
 mox adduxim, facile licet colligere, quos fluxus in melius mutare oportet.

Quando verò, & quo tempore fluxus sistere oporteat, haud ita faci-
le est nosse. Facessit nanque occasio maximum negotium, praesertim
in hoc affectus genere, in quo dilatio vitae discrimen infert: praeterquam
quòd in hac arte, in quouis casu idem periculum ex dilatione prodit:
inquit nanque Hippocrates. Ab omni equidem arte aliena res est dila-
tio, verum maxime a medicina, in qua dilatio est animae periculum.

Qua quidem ratione perdiscere est æquum (ne occultè transeat agendi
aut non agendi tempus) in quavis medica actione, qualis sit eligenda
occasio. Sed circa fluxus necessum est in memoriam reuocare, dictum
esse, quosdam nulla ratione esse permittendos, ut qui ex nobis familia-
rissima substantia fiant: cum hoc tamen, aliquando non nihil eos flue-
re, est permittendum, ne naturæ impetus inopinato & repentino im-
petu, praeter eius institutum praepediatur: tantum enim saepe natura le-
ditur ex repentino & contrario motu, quantum ex actione praeter
naturam ab ipsa perpetrata. Pari quoque ratione, fluxus quos paulo su-
perius diximus esse permittendos, sapius citra moram, cohibere licet.

Quamobrè permittere oportet sanguinis è naribus fluxum, in his qui-
dem qui aut capitis dolore aut immodica totius plenitudine premū-
tur: sicuti & his quibus ex usu est per intervalla huiusmodi vacuatio.
Sic in hæmorrhoidarum curatione, incautum est, in totum sanguinem suppri-
mere, sed vna relicta, ipsum fluere permittere, iuxta valitudinis ratio-
nem, saepe oportet, eodem etiam modo in recentibus vulneribus, non
statim cohibere fluentem sanguinem licet, tum curandi vulneris
ratione, ne plurimum sanguis fluens partium coalitum impediatur: tū
verò inflammationis cohibendæ gratia.

Qua ratione Galenus di-
xit: si plurimum non fluxerit, sanguinem ex vena mittere necesse est. Co-
hibere etiã eos fluxus oportet, quos alioquin permittendos diximus
idque iuxta Galeni præceptum: nimirum quando aut in animi deli-
quium incidunt, etiam si materiam vacuare expediat, aut cum supra
modum & vires laborantis humor fluxerit: nam his duobus casibus
adstringentibus uti concedit, Galenus loco nuper citato. Quos, si va-
cuandi necessitas plurimum fuerit vrgens, moderari, & non omnino
cohibere est necessum: ita ut quod sat sit, fluat: quod verò facultati incō-
modat, minimè, ut in diarrhœa cuiusvis sit humoris, licet videre: nam
quò tempore moderatè fluit, tutò permittitur: expurgatur enim per
eam totum corpus. Verum cum ultra modum pergit, etiam si humor
sit ex his qui nobis non sunt ex usu, cohibere oportet: ne nimia vacua-
tione spiritus etiam evanescent, & facultates languore pereant. Cate-
num in cohibendis fluxibus, qui febribus superveniunt, modum ponit

Aëtius

A Aëtius loco paulo superius citato: nam inquit: in principio enim alie-
na à natura salubriter euacuare consuevit, ipsa scilicet natura vndi-
quaque ad superfluum & incōmodum reijciendum cogente, quem-
admodum in febrilibus morbis frequenter fieri vidimus. Conuenit
itaque rebus sic stantibus, aut vsque quò natura omnem curam suam
impenderet, expectare, aut ipsius etiam motus adiuuare. Quare in
principio inquit. Ea quæ incōporis commoditatem vtiliter excernun-
tur, minimè cohibere oportet. Postquam verò iam diutius perseuera-
uerint fluxiones, non solum superflua euacuantes, verum habitum
veluti colliquantes, viresque consumentes, tum sanè resistere eis oportet,
ac omni ingenio fluxum compescere. Verum si fluxus simul cum
febre inceperit, aut febris à fluxu mox secuta sit, minimè licet intrepide
fluxum sistere, etiam si febris stante fluxu, curari nequeat. Quò te-
pore expedit, distracto humore per vomitum, yrinam, aut sudorem,
fluentem humorem diuertere, ac modicè aluum comprimere, & ali-
menta quæ moderatam adstringendi vim obtineant, porrigere. Quæ
omnia egregiè docuerat Celsus dicens: Impetum ventris non esse co-
hibendum, sed paulatim cogendam esse naturam, aut aliò diuertendam,
ne cōpressis humoribus, febris intendatur, aut fluentibus, corpus præ-
calore & inanitione, contabescat. Hæc quidem sunt, quæ maxime de
supprimendi fluxus occasione, medicum hesitare faciunt: verum si quis
attento animo expendat quæ mox diximus, haud difficulter sistendi
occasionem reperiet. Ea tamen est cognoscendi suppressionis tempus
certior methodus, quæ ex conferentia & tollerantia fluxus deprehen-
ditur. Nã qui non conferunt, si ferantur, modicè sunt permittendi, ne na-
turæ impetum praepediamus, quia postmodum prodesse possunt, & po-
stea sunt compescendi, si non profuerint: nam certum est, paulo aut multo
post incommodos fore. Sic cum non ferantur, si vacuandi præest ne-
cessitas, moderari ac minuere eos oportet: quia dum profunt, omni-
no cohibere nihil est tutum, sicuti diutius eos permittere, dum virtus
non tolerat: enim imbecillitatem creat periculosam. Maiori etiam ra-
tione si neque conferant, neque beneferantur, mox sunt coercendi: de-
nique certa temporis ratio potissimè ex conferentia, & tollerantia ex-
quiri debet: nil enim amplius sunt permittendi fluxus, quam dum cō-
ferunt & à vitibus tolerantur: nam ultra id progredi, ut Galenus do-
cet, alienum est à ratione & periculo plenum.

Tertia & vltima sistendi fluxionis ratio, circa praesidia versa-
tur, quibus singulae supprimuntur. Atqui cum huiusmodi tra-
ctatio tam sit difficilis, quam necessaria, paulo latius cogor sin-

h 3 gulas

In Epistola ad
Cræteum.

L. i. 4. metho. c. 6

L. i. de rat. vict.
com. 18.L. i. Prore. part. 2.
com. 38.

gulas eius partes rimari. Vniuersa itaque rei difficultas stat in fluxio **A**
T num varijs differentijs, ac in abditis & diuersis cuiusq; causis, ita vt nu-
 lla lege posset assignari vna methodus & ratio sistendi, sicuti neq; vnū
 præsidium: quapropter necessum est, tot esse & præsidia & curandi ra-
 tiones, quot & causas & fluendi modos compertum nobis fuerit esse.
 Sic iuxta cuiusq; varietatē & naturam, methodum & præsidia varia-
 ri est necessum: sumam tamen initium à sudoribus diaphoreticis.
 De Sudori- Hos quidem euenire constat, aut ex calore nostram substantiā dis-
 bus diapho- sipante: aut ex ipsius substantiæ tenuitate, quæ à quauis causa & si de-
 reticis. bilis sit, dissoluitur, vt exercitium aut animi passiones, aut calor ex so-
 le & igne efficere in his substantijs solent. Vltimò prouenit ex naturæ
 impotentia, quæ proprium membrorum alimentum, & tenuiorē sub-
 stantiam, continere nequit, sed deflure præ languore permittit. Atqui
 ex his sudoribus quidam profecto frigidi conspiciuntur, quidam verò **B**
 calidi: hi quidem depopulante extraneo calore solidam substantiam
 illi vetò ob caloris natiui paupertatem, qui præter id quòd facultatem
 cogit, libere permittere, sibi proprium & peculiare humidum difflic-
 re, id calore orbatum reddit, ita vt frigiditatem maximā præ se ferat.
 Cæterum impotentia, à qua hoc vitium prodit, duplex existit: altera ef-
 fentialis, quæ in morientibus hos sudores concitat: altera verò, quæ suf-
 focata natura præ nimia copia, accidentaliter dicitur. Sic cum calor exu-
 rens substantiam depopulatur, frigidis calorem oportet compescere,
 tam ijs quæ intus id efficiunt, quam quæ exterius cutem densant, ac re-
 frigeratione humores ipsos cogunt & firmant. Frigidis nimirum inū-
 ctionibus & asperginibus, ac aère etiam temperatiore & fridiore red-
 dito: quorum equidem, quæ intus sumuntur, calorem compescunt.
 quæ verò exterius adhibentur, dissipationem cohibent. Cùm autem **C**
 substantiæ vitio, id contingit, & solidioribus alimentis, & cute densio-
 re facta, supprimitur. Verum si præ dolore aut oris ventriculi mor-
 concitetur, his quæ effluxum prohibeant vti oportet, vt in æstuante ca-
 lore necessum esse diximus: & his etiam quæ ipsum os ventriculi robo-
 rent, ac refrigerent, qualia sunt tum mali punici grana comesta, tum
 succus eorum: mala item nō admodum dulcia sed mediocriter adstrin-
 gentia, pyra & ea quæ austerum frigidumq; succum obtinent, quibus
 præter debet feruentis aquæ non nihil, ne si vitiosi succi aliquid in ore
 ventriculi præsit, adstringentibus fixius adherat, & vehementius de-
 pētur. Potus etiam aquæ frigidæ (parcus tamen) prodesse frequētius
 solet, & mica panis aqua imbuta, aut amyli, vinū tenue & aquosum,
 si facultas id exposcere videatur, aut vinū nigrū & austerū probè dilu-
 tum

A tum. Corroborare item ventrē exterius oportet oleo rosaceo, omphari-
 cino, citoniorum aut de myrto. Emplastiū de crusta panis, aut ipsa pa-
 nis mica, succo citoniorum aut mali punici imbuta, pistataq; pulueri-
 bus rosarum, coralli & similiū affigere oportet. Quod si causa frigida
 fuerit, vt in ingenti fame quam vaccinam appellant, sepius contingit,
 generosi vini haustum præsentaneum est auxilium, sicuti exterius inū-
 gere nardyno oleo, ac sæpius partem vino nigro calente fouere, in quo
 prius ferbuerint quæ adstringendi vim obtinent. Verum si aliarū par-
 tium dolores id effecerint, sedare oportet his, quæ stupefaciendi vires
 habeant, si partis natura aut situs id permiserit: in quo casu paulo licen-
 tiosius eis vti licebit, tuendæ virtutis citò casuræ gratia. Verum si ira
 aut solis & ignis æstus huiusmodi concitauerint sudorem, flauelatio-
 ne aëris, frigidis asperginibus, quiete, vmbra & varijs sermonibus, aut
B distractione, præsertim si ira mali causa fuerit, curare conuenit: veluti
 si exercitium & defatigatio nimia, quies & refectio, tum per tenuia a-
 limenta, tum per odoramenta profunt. At cum ab impotentia ex co-
 pia oborta, sudor is concitatur, vacuantibus iuxta humoris peccatis na-
 turam vti oportet, dū modo id parçè ac moderatè fiat, ne plurimis lassa-
 ta facultas citius deficiat. Verum si vacuare præ temporis pressura non
 detur, frictionibus, ligaturis, cucurbitis & huiusmodi diuersorij auxili-
 ijs vti expedit, quæ humorem potentias intus obruentem, ad exteriora
 distrahant. Alij quoq; sudores corporibus accidere solēt, qui etiam
 si diaphoretici non sint, in maciem tamen & atrophiam sæpius corpo-
 ra trahunt: qui profecto citra laborem, aut cum leui, dormienti-
 bus, aut vigilantibus facillè prorumpunt. Expendere tamen oportet,
 nos hic non loqui de his sudoribus, qui aut plurimo alimen-
C to, aut immodica humorum redundantia concitantur (quos sola
 euacuatione, aut ciborum parsimonia, sistere licet) sed de his tan-
 tum qui aut cutis raritate, aut humorum tenuitate, aut facultatum im-
 potentia fiunt, quos equidem sistunt, quæ crassiores humores gignere
 nata sunt, aut eosdem cogere & densare, & ea etiam quæ adstringen-
 di cutim, vires obtinent, qualia sunt cimolia terra, samia, lemnia, &
 huiusmodi, tū ferrata aqua, dissolutis, præsertim in calidis temporibus:
 tū ad exteriorē illitionē oleo myrino, ac immaturarū oliuarū: balnea
 item aluminosa aquæ peculiarem in hoc casu habent efficaciam.

Est quidē ptyalism^o saliuæ frequēs & immoderata eiectio. Vocat autē **De Ptyalif-**
 saliuā humor quiuis, qui per os sine tussi, secretionē, aut vomitu reijciē-
 cui^o frequēs & molesta spuitio, quæ ob expellētis facultatis irritationē, saliuæ fluo-
 aut retenticiis imbecillitatem fit, symptoma est. Atqui cū saliuā na-
 re.

turalem (quæ nec qualitate, nec quantitate materiæ modum excedat). A glandulæ vtrinque linguæ assidentes (quas peculiari nomine tōsillas appellant) perpetuò erupent: tum vt madescat lingua & larinx: tum verò vt eius perfusione ciborum perfractio & prima coctio, in ore exactius conficiatur, credendum quidem est, dum immodicè defluit, ob earundem partium vitium fluere. est enim saliuæ recrementum alimentum earum partiū. Sic lingua & tonsillæ & oris partes fungosam albâq; constitutionem habentes, cum id quod affluit sibi assimilandi vim fortitæ sint, familiare & proprium recrementum tale efficiunt, qualis saliuæ ex naturæ præscripto omnino est. Itaque cum secundum naturam omnes partes oris se habuerint, nec immoderata nec copiosior, sed pro naturæ mediocritate, & vsu cum labitur saliuæ: vbi verò aut cerebrū humidius fuerit (nam ei huiusmodi partes vt se expurget, à natura tributæ sunt) aut excrementis immoderatis congerendis idoneis B vel oris partes imtemperie aut imbecillitate aliqua, aut morbo partibus organicis proprio laborauerint, illisque vel copiosius, vel nō satis congruum prestitū fuerit alimentum, aut vicinarum onus receperint, tum copiosior colligere saliuam consentaneum est. Fitq; id frequentius ob glandularum aut oris partiū imbecillitatē, quæ aut nequeunt probè conficere proprium alimentū, aut facile susceperint transmissum ab alijs excrementum. Id quod etiam præstāt omnia, quæ mordendi, aut pungendi, aut detergendi vires obtinent, qualia sunt alimenta & medicamenta huius census: caloris enim est humores fundere, meatus aperire & ob id attrahere. Expendere tamen oportet, nō esse nobis in animo hac in parte, eius fluoris saliuæ meminisse, quæ ob partium oris inflammationem, dolorem aut vlcus prodit: aut ob ventriculi humore aquosiori inundantis vitium: hæc autem diligētē distinguere oportet, vt veram ptyalissimi causam & scaturiginē deprehendamus, sine quibus suppressendæ copiosioris saliuæ indicationē verā inuenire posse sperandū non est. Itaq; dū à capite profluit, capiti prouidendū est (etiam vllā caput purgiorū adhibitiōe: nā eam copiosiorē saliuā prouocant) eo modo quo in defluxu à capite ad thoracē mox sumus dicturi. Verū dū partiū oris vitio profluit ob frigiditatē, nimirū quæ nequit oris parte propriū alimentū conficere, quæ calfaciāt sunt adhibenda, quæ vsu præstāt cinnamomū, galāga, zingiber, nux muscata, & huiusmodi alia, vbi diutius ore detineātur & masticētur, donec partes calore contrahant, & ob id munus suū perficiāt: gargarismata etiā ex vino, aqua vitæ & calidorū medicamentorū decocto id quoq; efficiūt. Verū si ob humorem ad eam partē deuenientium acrimoniā, profluuū fuerit, fugiendū quidem

A dem est à calidis, & acris, abstergentibusque medicamentis, vt potest sua sponte excitantibus copiosiorē saliuam & vltērius irritantibus expultricem ipsam facultatē: quapropter ab exhibitōe medicamento purganti per vias repetito, ea quæ leniendi & attemperandi vires obtineant, adhibenda sunt, qualis portulacæ aqua, pastillus ex amylo, tragachanto, & mucilaginibus ac alijs huius census. At si ob retentricis facultatis illarum partium imbecillitatē affectus suboritur, curandi ratio postulat, post leuē per catapocia purgationem, ea auxilia adhibere, quæ exiccandi potestatem habent, veluti decoctum ex ligno guayaco vino factum, aut radicæ chinæ, zingiber, daucō, & alijs huiusmodi facultatem obtineant, à quibus quæ adstringunt, sunt adhibenda: item parcè cœnare & longè à cœna dormire, causa suppressio nis sæpe efficitur.

B Cum verò crebris vomitibus corpus inanitur, compestere eos proximum oportet (nisi ex nauseatua satietate prodierint, aut iudicij ratione, quos permittere, ac nonnunquam excitare, tutius est, sicuti suppressione, graue & à ratione alienum) præsertim cum vomitus à morbosa causa concitatur: cuius vniuersa medendi methodus versatur circa facultatem expellētē, cui munus est, quod contristat expellere: aut circa retentricem, quæ quod ei committitur (quod ex naturæ lege tenetur eò vsque continere, donec conficiatur) facile defluere permittit. Nosse tamen expediet circa hanc potentiam, sola sui ratione ac causa, nusquam concitari vomitus, nisi cum præ languore nequit resistere actibus errantis expultricis, etiam si leues sint: quæ quidē impotentia si tanta nō esset, expellētis facultatis vitium non valeret vomitum sua sponte mouere: quæ ratione illius quoque curam habere oportet. Verū cum hæc præimpotentia retinere minimè valet: aut illa onere pressa, vel malitia laesita humores ac alimēta omni tempore excreuerit, morbo si ob id vomitus citra dubitationem concitantur, quorum gratia medendi methodus hæc præcipit: nimirum in impotentia retentricis facultatis, reductionem intemperamenti partis ad pristinam naturam ex vsu esse, vt ipsa suis viribus proprio officio citra noxam fungi possit. Fiet profecto id his, quæ calfaciendi & exiccandi potestatem habent (dum frigidæ & humidæ diltemperie ratione affectus oritur) admixtis etiam adstringētibus & roborantibus, quæ quod in suo munere deficit natura, adstringēdo & comprimēdo adimpleāt. In qua quidē re mihi videtur cōsultissimum, tertio quoq; die summo mane vti hoc præsidio: quod recipit aquæ vitæ mensuram dimidiam, corticum malorum arantiorū a. j. florū ros marini, p. j. cinnamomi electi. ʒ. croci. scrup. s. belzuirii seu

De Fluxu
per vomitū.

feu affe dulcis .3. j. musci parum. Quibus mixtis potui dentur. co
ehlearia duo, postquam in infusione perstiterint quatuor dierum spa
rio: quod si calidius iusto id medicamentū visum fuerit, addere oportet
aquaë borraginis aut buglosi non nihil. Ventriculum etiam inun
gere oportet vtilissimo quodam linimento, quod recipit frustra alaba
stri aliquot incensa, atque ter aut quater in scutella olei plena extineta
quibus deinde subtiliter cōtritis in oleo, quo extineta fuere, ponantur.
addanturque ceræ rubræ libr. ij. instillentur postea donec oleum totū
exierit, cui deinde adiungito myrrhæ optimæ atque in puluerem red
ductæ .3. s. Atque dum hoc præsidio vti velis, sumito parum, cui
addidit absynthij coma, & iterum in vase ferreo aut fictili bul
liat, & singulis diebus, aut interpositis, ventriculum summo mane
inunge.

*exulsi sci
animos*
Sed quod maius facessit negotium in hac re, facultatis expellen
damnum est, a varijs quidem proficiscens causis. Quas omnes prima
sua divisione in duas tantum partiuntur medicorū doctiores: nā aut ab
immodico & acriori vētriculi sensu, aut vlcere & morbo aliquo, quib'
sensus irritetur, vomitus cōcitari assolet: aut ab humore & substātia
liqua, quæ vt dixim^o obruat pōdere aut qualitate alienā molester. In pri
mo causarum genere, curandi recta ratio docet, aut sensum obtūdere,
his quæ pingua & temperata, aut vt rectius loquar tepida sint: quæ
licet vomitum quandoque efficiant, in hac tamen causa compescunt
sentiendi facultate obtusiore & languidiore reddita, in quo etiam ca
su, licet sæpe ad narcotica peruenire, conditionibus, quas diximus
afferuatis. Si verò vlcus aut quoduis aliud malum sensum acrius irri
tent, ac per consequens facultatem ad expulsionem, mederi eis oportet,
iuxta rationem cuiusvis morbi (mihi nanque in hoc opere, non
est in animo morbos curare, sed remedijs docere vti) admixtis sem
per quæ obtusio rem sensum efficere valeant. Verum cum humo
res vitiosi huius symptomatis causa sunt, triplici via id excitari pos
se cognoscimus, docente id Galeno multis, in locis. Nanque humor
aut in ventris ipsius cavitāte innatat, aut tunicis adhæret, aut
denique imbibitur, & infractus in ipsis ventriculi tunicis adest: ac
quouis modo ex his fiat, ventriculum ipsum ad vomitum lacessit,
etiam si Galenus loco citato, humores in tunicis in fractos, inā
nem tantum nauseam excitare posse, dicat. Quod quidem de hu
moribus, qui ibidem morantur, debet intelligi, non de alimentis,
quæ confestim excernuntur inordinatis illis ventriculi motibus: cæ
terum modò hoc modo illo sint loco, vno duorū modorū in vētriculo
con-

A congregantur: aut paulatina generatione & corruptione in eo
dem ventriculo, aut transmissione à toto corpore, vel aliqua ipsius par
ticula. Qua ratione sistēdi methodus in his, qui aliundē in ventriculū
confluunt, humoribus, modò ipsi vomantur, modò secum alimenta
deferant, exerceretur per ea auxilia, quæ humores à toto euacuare aut
à parte minuere vires habent, his præsertim medicamentis, quæ humo
rum ideam respiciant, vt auara deinceps reddita natura, minus in con
suetam partem deponat. Verum quia in huiusmodi affectu, sæpius va
cuare non est admodum tutum, vt in his qui fluxu laborant, alia etiam
methodus huic succedit, qua humores, nimirum qui à purgatione ad
huc supersunt, ad varias & distantissimas partes diltrahantur, vt & af
fectio intermittat, & natura dissuescat à solito errore. At quia & totū
& partes corporis, ob aliquem affectum, hos humores quotidiana ge
B neratione propagare solent, & in ventrem transmittere, alia tertio lo
co succrescit methodus, quæ docet hos corporis affectus esse curādos,
& affectas partes ad pristinum statum reducendas prius, ne amplius
eisdem generent, si fluxum omnino cohibere velimus, nan aliter ne
cessum est, postmodum reuerti, noua humorum cōgestionem. Quibus
omnibus addere etiam aliam oportet, quæ præcipit, id quod in ven
triculo est receptū, & medicamenti purgantis vires subterfugit, paula
tim digerere, aut corroborato ventriculi calore, aut exhibitō calorifi
co aliquo medicamento: nam in imbecillimis ventriculis, & suscipere
assuetis, quò minus vacuantibus (vt pote quæ ad ventrem ipsum neces
sario trahant) vsi fuerimus, eò magis nos profuturos sperabimus. Po
stea verò alia nos docet methodus, si adhuc aliquid supersit, per vrinā
pellere, cui succedit ventriculi corroboratio, ne amplius præ imbecilli
C tate, fluxionem suscipere teneatur, quorū capite de Corroborātibus,
latius meminero. At si humor qui naturam lacepsit, in ventriculo
generationem fortiatur, aut ibidem corrumpatur, considerare ex
pedit, an in fundo ventriculi innatat, quo tempore medendi ratio
docet, nullo adhibito humoris apparatu, per vterio rem vomitum
eum excernere, ni oris ventriculi sensibilitas id prohibuerit: quo tem
pore medicamenti per infernam aluum purgantibus, tutius est
vti: pellit enim ocissimè huiusmodi deprauatus humor alimen
tum à ventriculo: quapropter expedit eum radicitus per vomitum
(ni quid obstiterit) expellere. Verum si humores ventricu
li tunicis adhæserint, eadem methodo docemur, viscidos & cras
sos paulatim incidere & attenuare, mox statutis interuallis
vomere, aut per infernam aluum expurgare: nam proprium
est

est is humoribus hoc vacuandi genus, nimirum per interualla, atque commune etiam vtrumque, nempe, per superna aut per inferna. Ceterum si humores hi falsi, acres, aut mordaces fuerint, tutius esse existimo, prius eorum aduersam qualitatem retundere, ne aut vomendo, os ventriculi afficiant, aut per aluum dilabentes, intestinorum exulcerationem moliantur: quos equidem potius esse per ventrem expurgandos, ratio ipsa docet, ne cum acres sint & mordaces, aut os ventriculi lædant, aut in grauiora symptomata laborantem deducant. Secus res se habet de viscidis crassis & adhærentibus: nam & si per vtramque aluum expurgari possint, commodius per supernam, sicuti acres per infernam: quorum purgationes mediocres potius probo, quam minutas: nam ex paulatinis acrium humorum excretionibus, dysenterias sæpe fieri contingit. At cum humores hi deprauati tunicis ipsis inuiscantur, ex arte esse existimo, si paulatina, per infernam aluum vacuatione, eos detraxerimus his medicamentis, quæ humoris naturam respiciant, & quæ citra vllam turbationem infarctos humores veluti manu ducant: quorum nulla ratione oportet per vomitum tentare expulsionem, siquidem ex his potius inanis nausea excitatur, quam vomitus, vt ex Galeno cōstare diximus: præterquam quod validis illis motibus, plus in ventriculum confluet, quam ab ipso euacuari queat: quapropter recta curandi ratio docet, eos esse per epycrasim expurgandos: Verum si ex sanguine fiat vomitio, sedusa ventriculi solutione, id sæpe fieri constat, vt Galenus apertè docet. iecore aut splene sanguinem ipsum in ventrem reiectantibus, cuius sæpe pars per vomitum excernitur, ac pars alia sæpius per infernam aluum, sicut nonnunquam per vtramque simul partem. Quam verò huiusmodi fluxus habeat sistendi rationem, paulo inferius docebo.

L. 1. De loc. affect.
c. 4.

L. 5. De loc. affect.
c. 5.

De Vrinæ fluore.

Si verò per vrinæ meatus, immodicè ipsa fluxerit, aut quid aliud; nulli dubium est, quin statim debeat supprimi: non tamen citra distinctionem, siquidem varia est vrinæ fluxus natura, & variū etiā quod per vrinæ meatus fluit. quò fit, vt varia etiam sit medendi ratio. Fluit namque aliquando præter naturam & morem vrina ipsa, eaque aut cōfertim, vt in diabetica passione, aut leniter & guttatim vt in vrinæ stilticidie. Fluit sæpe semen ipsum, vt in gonorrhæa, ac frequenter quidem sanguis: quò fit, vt iuxta cuiusque materiæ fluentis naturam, sistendi etiam ratio variari teneatur. Sic vrina quæ confertim fluit, ob renuum (quorum vitio sæpe id contingit) caliditatem, qua auidius à venis & à toto corporis habitu trahunt, his quæ trahendi potentiam hebetiorem reddant, in primis vti oportet: qualia sunt quæ attemperat, ac mo-

dicè

A dicè humectant ipsorum renuum substantiam: quippe adstringentium vltus, vbi exuperans renuum caliditas tantum in causa est, semper mihi fuit suspectus. Hæc nanque medicamenta, siccitatem quodammodo augent, coguntque renes auidius trahere: qua ratione, in principijs dum retentrix facultas vitio caret, solaque trahens vltra modum operatur, tutius est frigidis & modicè humectantibus vti: sicuti ingravescente malo, quia mox contingit retentricem etiam labefactari, adstringentia necessum est administrari: qualia sunt syrupus ex oxalydis succo, plátaginis, & portulacæ, qui suo modo adstringit, item syrupus ex omphacio, & ex decocto riues: myrtinus, ex infusione seminum frigidorum, prodest sanguinariæ succus ex vino nigro, similiter palmarum & vaccarum myrti dilutum, pyrorū etiam ac symphyti cremor, pastilli quoque de succino, de terra lemnia, de spodio & huiusmodi alia, quæ & calorem attemperent, & hac ratione trahendi potentiā frenent, ac retentricē imbecillā sua adstrictione roborent. Verum si infarctus humor in renuum corpore (nam iudicio nostro, rationi non videtur consonum, humoribus in renuum cavitare inundatibus, id posse fieri, saltem quod diu duret, abluerentur sanè facillè vrinæ copia, cessaretque hac ratione protinus malum) aut vasorum tunicis, acrimonia aut calore fluorem concitauerit, diureticis prius oportet vti, vt expurgato per propriam regionem nocuo humore, renes minus ab acrimonia molestantur, minusque aut trahant, aut expellant. Diuretica tamē non quæuis esse oportet, sed ea tantum quæ multum humorem aquosum generare valent, qualia sunt semina melonum, plátaginis & huiusmodi, quorum abundè diximus capite de Diureticis. Hæc enim & renes purgare, & attemperare eosdem, ac humores ibidem morantes, vires habent, Prodest etiam ac eosdem ferè præstat vsus, tum lac, tum eius serum, cremor item ex semine citruli, cucumeris, cum aqua hordei, aut sero lactis. Atqui in his duobus casibus, in quibus vrinæ fluor renuum vitio suboritur, potissimè conferunt clysteria, quæ consimilè dictis medicamentis habeant facultatem, qualia proprio capite diximus. Balnea etiam, aquarum dulcium præsertim, aut naturalium ex ferro mirè iuuant: item inunctiones ex rosaceo ac refrigeranti vnguento, succo granatorum, aut cydoniorum probè lotis: fomentis eodem modo ex oleo rosaceo, omphacino, myrtino, nymphæ & similibus actu frigidis: aut ex maluarum, hordei, rosarum & nymphæ decocto spongia aut vesica renibus abhibitis, quibus acrimonia & calor humoris retundantur, vt renuum facultates ex vsu operentur. At vrinæ fluxus, qui leniter ac guttatim fit, non semper cohibendus est, sed cum

i

aut

aut vitio fit facultatis retentricis, quæ musculum vesicæ claudit: aut vitio ipsius substantiæ urinæ, quæ vesicam vellicat atque exulcerat, aut vlceratam irritat: nam cum pus è renibus, aut ex aliqua corporis parte, per urinæ meatus expurgatur, cohiberi minimè desiderat, sed potius per eandem partem pus ipsum diligentius expurgare oportet, aut acrimoniam retundere: nam hæc etiam erit, si placet, quodammodo sistendi ratio. Quapropter ad veram methodum inveniendam, nosse prius conveniet, an vesica per primogenam affectionem laboret, ut fit in musculo, os eius claudens, resolutione, an potius per consensum ab urinæ acrimonia, aut pure, aut ab humoribus in toto, aut parte corporis redundatibus, ac per urinæ meatibus delabentibus id fiat. Næq; si primum, præmissis expurgantibus medicamentis, ea quæ vesicæ collium calfacere & exiccare valeant, adhibenda sunt: quibus per aliquot dies præmissis, addere deinceps opus est, ea quæ adstringendi & comprimendi vires habeant, ut musculi officium operentur, ac urina tantum ad tempus excernatur. Quibus cautè uti cōsulo, ne aut urina plus iusto detineatur, aut impedimento sint his, quæ calfaciendi & exiccandi vires habent: quamobrem non sunt adhibenda, nisi moderatè, & præmissis alijs, quæ diximus, & in affectus inclinatione. Si verò per consensum vesica patiat, urinæ acrimoniam retundere oportet, alimentis & potibus, quæ frigida & humida sint, ac lentorem & mollitiem habeant, ut humorum ferum attemperetur, ac mitior deinceps fiat. Verùm si humoris ad urinæ meatus descendens vitio id contigerit, vacuatis humoribus, ac per aliam regionem distractis, urina mansuetior facitè fiet, cessabitque protinus fluxio. Quibus etiam duobus casibus adhibere oportet, quæ paulo superius fluori urinæ convenire diximus, veluti apozemata, clysteria, inunctiones, fofus & balnea. Eadem prorsus ratione fieri est necessum, si ob exulcerationem vesicæ id contigerit, eo enim tempore præter id, quòd præmitti debent, quæ vlcus curare valeant, aut tumorem præter naturam, aut erysipelas, vel membrum aliquod ex vicinis, quòd tumore affectum vesicam comprimat adhibenda sunt, quæ sensum quodammodo hebetiorem reddant, & mulcebre ac lenem urinam efficiant: qualia sunt, præter ea quæ superius diximus, amyllum, tragacanthum, ac pultis ex hordei farina, portulacæ, aut violarum, aut hordei cremore, aut decocto probe macerata. De calculis verò urinam citra tempus irritatibus, suo loco dicemus sicuti de sanguinis mictu.

De Seminis profluvio.

Seminis profluvium, cum citra usum, aut eius maximam copiam profluit, compescere statim oportet, nam ex his est vacationibus, quæ plurimum

A plurimum corpori incommodant. Cuius gratia expendisse conveniet semen naturaliter profluere, aperto fluxionis meatu, ac reliquo cōceptaculi spatio, & contracto, ac ob apertū iā foramen, quicquid in eo continetur expellente. Retentio verò fit, cum clausus permanset meatus, & contentum à continente non pellitur. Veruntamen præternaturalis expulsio duobus etiam modis fit, vno aperto foramine à causa præternaturam, aut pulso semine à re, quæ expellentem excitat: alio verò à causis præter naturam etiam, cæterum operantibus more naturaliū. In primâ diuisione duplex reperitur causa, altera, quæ facultatem excitat ad expellendam: altera verò, qua foramen præter rationem patētius fit, ob retentricam facultatem languidam. Quibus exactè pensatis, cum feminis acrimonia fluxus concitatur, incedendi ratio consulit, non esse adhibenda, quæ comprimunt, ac densant præsidia: nam hæc aut maiorem paulo post concitabunt fluxionem, aut aliquod maius damnum. Est tamen suppressiois modus is, quem in urinæ acrimonia expedire diximus: cui vsui præstant plurimum balnea aquarū dulcium, & alimēta temperata ac boni succi, sicut ea quæ exterius dorsum refrigerant & humectant: nam semine temperatiori facto, mox fluxio subsidet, moderato eo quòd facultatem irritabat. Si verò ob retrentricis impotentiam id acciderit, adhibere oportet primò quæ intemperiem corrigant, ut ad pristinum, statum reducantur partes, quibus datum est, semen ad tempus continere: mox quæ coctionem adaugeant: nam cum eius vitio profluit, tenue admodū & aquosum, ac minimè confectū apparet, quòd si coquatur, crassius sanè fiet, & difficilius profluet: vltimò verò adhibere oportet, quæ corroborent & adstringant, ut his medicamentis, munus retentricis languidæ perficiatur, interim dum ipsa validior redditur. Diximus enim de his quæ coctionem iuuant, capite de Præparatione humorum. Aliorum verò meminero capite de Adstringentibus & roborantibus. At cum ob viarum amplitudinem fluxus concitantur, quæ crassius generent semen, & compressiores reddant vias, sunt adhibenda, qualia sunt alimenta crassioris substantiæ, & medicamenta quæ nuper vim adstringendi habere diximus. Secundam huius fluxus causam naturalibus causis simillimam esse diximus, quæ fit intento pene, more ipsius naturali: quò fit, ut & meatus aperiantur, & partes pellant quòd in se continēt. Fit quidem huiusmodi accidens, à causa aliqua præter naturam, quæ conuulsioni persimilem affectum his partibus inferat: qua ratione his debet compesci huiusmodi fluor, quibus conuulsis partibus medemur. Verùm si conuulsio totius etiam corporis (ut in comitialibus contingit) consensu oriatur

tur, excitatis ab accessione comitiali laborantibus, protinus cessabit. **A** At si tantum ob ipsius penis conuulsionem profluat, ea quæ calfacienti & emolliendi, ac discutendi flatus vim habeant, sunt adhibenda, ut penis ad pristinum statum redeat, ac meatus recludantur, dissipeturq; flatuosa materia: quæ huius mali potissima causa est.

De albo vterifluxu.

In his tamen fluxibus, qui ex vtero foeminis procedunt, maiori opus est consideratione, & maturiori consilio: nam cum hi frequētius ex totius corporis, aut vteri ipsius vitio concitentur (ipsis sese exonerantibus ab humore quem aut conficere non valuerunt, ac corruptum iam & deprauatum inuita, sustinent) potius quam ex debilitate retentricis: pensitare ob id prius oportet, quibus præsidij tutius posset fisci. Namq; ex adstringentiū inconsiderato vsu, & hydropas, & nervorū distensiones, & grauiora alia mala passim concitari conspiciamus. At qui licet omnes huiusmodi fluxus protinus compescere deceat, quia ingratas viris & infœcundas, ac mille miserijs obnoxias reddunt foeminas, expendere tamen oportet, in his qui totius corporis vitio, concitantur fluxibus, primam esse medendi rationem, corpus ipsum a vitiosorum humorū spurcitiâ liberare, eis medicamentis, quæ maiorum humorum partem expurgent, ac naturam à molestissimo illo onere leuent. Verum cum huiusmodi fluxus nunc ruber sit, id asserentibus Hip. & Gal. nunc albus, aliquando pallidus, aut nonnunquam tenuis & aquosus, aut obscurior iuxta rationem humoris fluentis, ob id, ea oportet adhibere medicamenta, quæ vt Hipp. refert, biliosis bilem, pituitosis pituitam expurgent veluti sæpius in rubris, fluxionibus, venam ex brachio scindere, est consultißimum, quibus exuperantes humores (siue vitiosi, siue multi sint) euacuentur, fiatq; natura leuior & auarior, vt reliquos deinceps tenaciùs complectatur, cessetque subinde fluxio. Quod si præmissa huiusmodi vacuatione, malum adhuc perstitit, (præter victus rationem, quæ humorum vitio & exuperantiæ sit contraria, & ex modicè adstringentiū genere, vt minus fluxui aptos humores gignat, ac partes quodammodo firmet) necessum est, methodum aliam huic præsto fore, quæ naturam à consueto fluxu distrahat, ac per diuersas partes, humori tamen expurgando aptas, reuellat simul & euacuet. Sic cum ventriculus pituitosorum humorum immodica generatione, causa huius mali est, per interualla vomere fluxum sistit: sicuti si in toto ambitu ijdē humores abundant, naturalium balneorum vsus præsertim sulphureorum, maximū est præsidium, attenuatis ac per cutim dissolutis humoribus, veluti prouocati ex arte sudores, mirum in modum fluxionē huiusmodi auertunt. Pari etiam methodo, biliosis humoribus redun-

dantibus

A dantibus, paulatina purgatio ex rhabarbaro plurimum prodest, sicuti urinam mouere, præsertim cum eadē natura sua sponte tentauerit: alioquin suspectū quodammodo mihi videtur auxiliū. Ex vsu quoq; est omnibus his causis, frictionibus in toto corpore vt, cucurbitulis & deligationibus atq; exercitio, quibus humores ad extimas partes distrahantur. At exulcerationis vteri præcauendæ gratia, aqua etiam (vti decet calidissima) adhibenda est, & sæpe vterum tepida abluere oportet, vti etiam amylo & lacte. Verum ab expurganti medicamento, aut à venæ sectione, & ab his quæ humores distrahunt præsidij, tutissimū est consilium in rubro aut bilioso fluore, potiones exhibere prius, quæ humorum acrimoniam retundant: quales sunt lac, pituitana, aqua hordei aut portulacæ, & feminū frigidorū expressiones: mox vero ea porrigere conuenit, quæ præter id quod idem efficiant, partes quoq; firmare, ac densare humores queant, veluti aqua ex chalybe sæpius extincto, aut posca ex decocto polygoni, symphyti, plantaginis & hordei, vinū etiā nigrū & austerum, aut potus in quo dissoluantur trochisci ex lemnia, spodio aut succino. Ea quoq; vicinis vtero partibus admouere licet, quæ modicè refrigerandi & adstringendi vires obtineant: quæ vero plus refrigerant, vteri natura non sustinet: vtilia autem sunt, tepida posca, oleo rosaceo, mellino, seu myrtino, pauco vino admixto. Cataplasmata etiam ex hordei farina, & fabarū, cum eadē posca, aut decocto è symphyti radice, polygoni ac plantaginis folijs, acacia, alumine, palmulis, balauustio, & gallis. Focere item partes oportet eodem decocto, addito modico vino, aut inūgi oleo rosaceo, & santhalino cōmixto puluere ex simplicibus nuper dictis, aut terra lemnia, trochiscis de succino, aut spodio: quibus omnibus roborata recipiente particula, firmiori ac dēsiori reddita, facilius natura, per quas euacuatur partes, humores qui adhuc supersunt pellet. Verum si quæ fluit materia, frigida fuerit & aquosa, ac minus cōfecta, calfacientibus ac discutientibus (præmissis vacuationibus) vterus fouendus est, admittis etiā, quæ adstringēdi vim habeant, quorū capite de Topicis fit mentio. At si vteri vitio fluxus concitetur, longè diuersa methodo debet cōprimi, nā sæpe in difficili partu ita vterus adaperitus & latus superest, vt continere, sibi propriū alimentū minimè queat. nonnunquā verò retērix facultas ita languida est, ob aliquā distēperiē, vt eadē præ cōprimēdi impotentia cōcitet symptoma. Quibus duabus causis ea sunt adhibēda præsidia, quæ roborandi & adstringēdi vires habeant, citra aliā distinctionē. Cæterum si ex vteri diminuto calore, qui conficere alimētū non valet, hoc vitiū oriatur, quæ calfacere, & coctionē iuuare possunt, adhiberi debent, do-

i 3 nec

nec calor in vtero concitetur, & coctiones cōmodiūs fiant. At si obstru-
 ctionis ratione id contigerit, quæ mensium expurgationes improbè
 fieri inicitur, obstructionibus curatis, donec menses liberè fluāt, quies-
 cet fluxio. Verùm si vlceris alicuius vterum obsidentis occasione, affe-
 ctus concitetur, supprimi antea nō potest, quàm aut vlcus curetur, aut
 vlcera partē & totius vteri sensus obtundatur. Contingit etiam in
 aliquibus virginibus, & his quæ genitalium calore pollēt, vt huiusmo-
 di fluxus ex semine fiat: quibus ex vsu est adhibere, quæ exteriūs & in-
 teriūs refrigerandi ac densandi semen & partes vtero vicinas vires ha-
 bent, qualia sunt, quæ superiūs diximus, quibus etiam prodest infusio
 rhabarbari ex aqua plantaginis, singulis diebus, aut tertio quoque die
 exhibita.

De Sanguinis fluxibus. Sanguinis fluxus (his exceptis, quos natura creticè & secundum de-
 bitum vsu mouet) maximum nobis facessunt negotium, vtpote qui
 ex familiarissima substantia ac necessaria fiant: quamobrem si diutiūs
 permittantur, in grauiſsimos morbos & festinam mortem laborantes
 deferūt. Qua ratione paulo diligentius rem hanc inuestigare est opus
 præmissa nimirum generali sistendi sanguinem methodo, à quavis
 oriatur parte, & mox adhibitis peculiaribus rationibus in sistēdis sin-
 gularum partium sanguinolentis fluxionibus: Circa primum attento
 animo expendere oportet fluentis sanguinis naturam, loci per quem
 fluit affectum, ac vltimò naturæ vitium aut iacturam, quibus sæpe hi
 fluxus maiori ex parte concitantur. Sanguinis quidem vitium, aut ip-
 so efferuescente contrahitur, ita vt feruore tenuior redditus, facile pro-
 filiat, vt in ardentibus febribus ac æstuosis exercitijs frequenter conspi-
 cimus: aut tenuiori facto, ita vt per vasorum foramina adhuc naturali-
 ter existentia liberè profluat: aut quidem propter excedentem quanti-
 tatem, qua distensione facta, in vasculis aut ruptione exitum sibi parat,
 vltimò verò propter depravatā qualitatem acrem & mordacem, quæ
 nata est venas abradere, & foramine excauato exitum efficere. Quò
 fit vt medendi ratio postulet in sanguinis feruore, eā præberi auxilia,
 quæ sua frigiditate sanguinem compescant, crassent & poros occlu-
 dant. Cate rū sanguinè vitiosum immodica eius quātitas efficere qui-
 dem valet, si adaucior iusto fuerit, ita vt vasa dirūpat, aut præ nimia
 vasorum distensione, oscula aut poros vt dictum est, referet, vt de athle-
 tis refert Hip. His præmissis medendi ratio docet, à quavis fluat parte
 bonū habitū soluere, & tantum sanguinis extrahere, quantū sat sit, vt
 vasa ad consuetam laxitatē reducantur: post modū verò vlcus (si quod
 est) agglutinantibus, ac reserationem adstringentibus curare expedit,
 vt paulo

A vt paulo inferiūs latiūs docebo, verùm si facultas cōfertam ac subitam
 vacationē ferre nequeat, præmissa ciborū parsimonia, diuersionibus
 quod superest, cōuenit inanire. Ceterū si sanguis ita vitio aliquo sit cōf-
 purcatus, vt sua sponte id efficiat. rimari vitij naturam oportet: nanq;
 ita solet esse tenuis, serosus, ac prauè confectus, vt per minutissimos ve-
 narū poros, & oscula (etiā si secūdū naturā clausa sint) liberè profluat:
 quo tempore adhibitis alimentis, quæ boni sint succi, & crassioris sub-
 stantiæ, medicamentis mox vti expedit, quæ præter id, quod sanguinè
 à serosa superfluitate expurgent, ipsum etiā densent, ac vias cogant &
 adstringāt: cuius celsus sunt inter alia rhabarbarū, & myrobalanorum
 cortices, quibus si pituitæ non nihil redundare cognouerimus, agarici
 etiā parū addere oportebit, & eis non semel sed sæpius vti: præsertim to-
 to rhabarbari corpore, cui præter vim purgatoriā, adstrictoria etiā inest
B At si ob sanguinis vitiū, ac alicui' corrupti aëris, vel erodētis humoris
 miscella profiliat. humor ipse, peculiari sibi medicamento educendus
 est: post verò vasorū exesione implere expedit per ea auxilia, quæ renu-
 tritionē celeriter moliantur, ac emplasticā facultatē habeāt, aut cauita-
 tes obstruant, qualia paulo inferiūs monstrabo. Loci verò, per quē san-
 guis fluit, affectus vari' est, siquidē exilit emanatq; è vasis apertis (per
 propria foramina & extremitates) ruptis (à resolvente cōtinuum, aut
 quomodo libet partē diuidēte) exesis ab humorū malitia aut acrimo-
 nia: quibus equidē diuersa licet adhibere præfidia: quippe apertis, ad-
 stringentia commoda sunt, qualia hypocistis, malicorium, balauſtiū
 plantago. rhu. omphaciū, symphyti radix, lanugo mali cotonei, cinos-
 vastos, vinū adstringens, acetum, oxycratum, præsertim si foraminum
 referatio à calore partes dilatante, concitetur. Ruptis verò glutinantia
C profunt, vt thus, manna, mastix, gypsum, farina volatilis, cochlea cū
 sua testa cōtusa, amyli, tragacātha, pix sicca, terebinthina, colophonina
 & albumē oui ac quæ ei' celsus fuerint. At exesis partibus, vbi vniuerso
 corpori cōsultū fuerit, sarcotica, & quæ obstruēdi vim habeāt, vtilia sūt
 veluti optimū alimētū, quod facile in carnē cōmutari queat. Præstāt ve-
 rò vsū in hac causa pastilli Andronis, Polyidæ, cucurbita sicca, pōpho-
 lix, lapis hematites, bolus armenus, terra sigillata, pini cortex, mānæ e-
 tiā puluis, aloës sicca, caries lignorū, lupinorū farina, & volatilis, id etiā
 vehementiūs efficiūt (crusta nimirū inducta) æris squama, chalcitis, &
 sutoriū atramentū. At facultatib' quibus datū est aut sanguinem con-
 ficere, aut retinere, aut per debitas & conuenientes partes distribuere,
 aliquando aberrare contingit in proprijs muneribus, ex quarum
 languore prodit, vt sanguis etiam præter naturam exiliat.

L. 5. Metho.

L. 5. De sym. ca.

Sic retentrix facultas facta imbecillior, sanguinē sibi cōmissum ad aper-
tis osculis, quæ præ languore claudere nequit, liberè defluere pa-
titur, vt in immodicis intestinorū, vteri & vesicæ fluxibus, sæpe con-
spicitur, id etiā docente Gal. Cui curādi ratio ea sit oportet, quā refera-
tionibus vasorū conuenire diximus, adhibitis à principio medicamen-
tis, quæ aduersus distemperie, qua facultas torpet, pugnare queat, post
modū verò admiscenda sunt in maiori copia, quæ adstringēdi vires ha-
bent, nā eisdem vti solis à principio minus est tutū, magis quidē labaf-
cit imbecilla facultas maiori onere pressa. Verū contingit aliquādo
id fieri expellentis facultatis vitio, quæ vbi plurimum irritatur à mole
stante aliqua causa, eundem concitat fluxū, vt ex Gal. etiā apertè cōsta-
re videtur: cui mederi licet expurgatis, qui sanguinē fœdant humori-
bus, ac facultatē lacesunt, obtusioriq; facta sentiendi potentia, & ali-
mentis boni succi adhibitis. Cæterū si sanguifica iecoris facultas, ita
sit inualida, aut varijs excrementis impedita, vt aquosum aut fœdū, &
fæculentum sanguinem generet, quem postea distribuens potētia, per
inconsueta loca trāsmittat, vt per ventriculū aut intestina (veluti in he-
paticis dysenterijs contingit) etiam si id aliquando accidat, in his cor-
poribus, quæ plurimo abundant iecoris calore, quem vtiliter tāquam
superfluum, per eadem loca expellit natura, veluti in his, quibus ali-
quod membrum est mutilatū, quorum quidem corporum iecur refri-
gerare modicè expedit, ac sanguinem per interualla minuere, & exer-
citijs & ciborū parsimonia corpus inanire) tota medendi ratio stat in
reductiōe sanguificæ potētiæ, ad pristinum statum, aut extractis hu-
moribus qui sanguinem conspurcant, aut temperata iecoris substātia
vt paulo inferiūs docebo latius.

De Sanguinis
fluxu ex vul-
nere.

L. De vlceri

Tempestiuum iam est, vt de ea indicatione, quæ à membris, à qui-
bus sanguis fluit sumitur, aliquid proprium, & cuius peculiare doce-
amus, ab eo fluxu initio sumpto, qui ex nobis conspicuo vulnere sit, in-
quo quidem prouidendum est, ne sanguinis ea sit profusio, quæ timo-
rem inferat, ne ve ob intempestiuam reclusionem, inflammatio que in-
terimat. Docet enim Hippocra. necessum esse ab omni recenti vlcere
sanguinem permittere fluere: nisi in ventre vulnus fuerit, nam cum vē-
tres omnes in duplici periculo ex profusione sanguinis versentur, tum
ne sanguis in cavitatē delapsus ac in grumos congestus, sœuissima quæ
solet, concitet symptomata: tum verò ne sanguine profuso, frigidiores
fiant ac exangues, cum ipsi sua sponte tales sint, qua ratione nul-
lam sanguinis euacuationem sustinere, citra maximum sui di-
crimen, queunt. At si in quauis alia corporis parte fluen-

-tis

A tis sanguinis impetus cohibitionem exoptulet, medendi ratio docet
fluentem sanguinem sistere, reuulsione ad distantes partes facta, aut
deriuatione per vicinā; frictionibus, ligaturis, & cucurbitis, ac sæpius
sanguine misso, si aut fluxio vehemens fuerit, aut plus sanguinis extra-
here oportuerit: ne ex immodica sanguinis irruentis copia, aut partis
vniō impediatur, aut ipsa calore orbata coalescere nequeat. Impe-
petum etiam fluentis sanguinis moderari oportet, per refrigerationē
tum corporis, tum verò partis ipsius affectæ, qua ratione frigida potus
hæmorrhagias omnes supprimit, sicut foris fotu eadem aqua affusa, &
poscā & vinum acerbum, & alia quæcunque vel adstringendi vel sim-
pliciter refrigerandi vim habent. Vltimò claudere diuisionem ipsam
expedit, quod fit, si vel contrahatur, conuiueatq; id quod diuisum est,
vel obstruatur sanè vt Galen. docet. Contrahitur diuisa pars, tum ad-
B strictione, tum refrigeratione, tum ligatura, ac vltimò vt Celsus refert
vase dirupto vinculo excepto: aut vbi semiscissum fuerit, in totum dis-
secto, vt retractis orificijs, super iacente carne obturato subsideat flu-
xus: obstruitur vel intrinsecus à sanguine cōcreto, vel extrinsecus hoc
ipso, aut linamentis & spongijs, aut medicamentis his, quæ lentore, &
crassitie meatus obstruant, aut vltimò his, quæ crustam inducant,
quod ferro etiam candenti nō nunquam fieri expedit, verū ante, vul-
nus siccis linamentis implendum est, supra imponenda spongia ex
qua frigida expressa, & manu semper comprimenda, ac si linamenta
sicca profuerint parum, aceto madefieri debent, ac inungi pulueribus
supradictis, quos adstringendi vires obtinere diximus.

Si verò ex capite per os sanguis profiliat, protinus sanguinē mittere
oportet, aut ex vena quæ ad longinqua trahat, si plurimum redundare
C cognouerimus, aut ex propinqua, aut ex naribus, vt deriuatione facta
facilius fluxio cesset. Quod si adhuc perseueret, occipitio cucurbitā ex
multa flāma affigere oportet, ac frōti & tēporib⁹ poscā ex acacia aut ace-
tū ipsū cū acacia & thure adhibere oportet, aut cataplasma quod in hūc
vsum parari solet ex oui albumine, gypso, thure, rosis, myrtilorū pulue-
re & similibus. Quibus omnibus addere est necessum cōsiderationes,
quas de sanguinis ipsius natura, aut, loco aut facultate cognitu esse ne-
cessarias diximus, iuxta id quod ex his omnibus mali occasionem cog-
nouerimus esse. At qui cū nullū sit medicamētū, quod intra caput affe-
ctā partē attingere possit, rē omnē agere decet sanguinem corrigēdo,
& corpus præcauendo, quo minus vitiosum generet, aut ad caput si a-
bundantia sit, vberius trāsmittat. Capiti rursus prouidēdū est, ne cali-
dus sit iusto: & extrinsec⁹ auxilijs partes eius extimæ roborādæ sunt,
cæterū cōprimēdæ rarò, & maximè deposita primū plenitudine.

Refert

L. 5. Metho:

L. 5.

De Sanguinis
fluxu ex
capite.De Sanguinis
fluxu ex
capite.

De Sanguinis fluxu ex naribus L. 11. c. 37. Refert quidem Plinius, sanguinis narium fluxus solis hominibus accidere, nam inquit: Profluvia eius vni fit in naribus homini. Cui si acciderit ex ictu aut casu præhabita corporis ratione, sanguine misso, frictionibus, vinculis, & alijs quæ sanguinem ipsum minuunt, ac diuertant, protinusque agglutinandi ac comprimendi partem vires habent, sunt adhibenda: Verum si tantum sanguinis vitio id fiat, præmissa decenti purgatione, iuxta humoris sanguinem scedantis ideam, aut minuto sanguine, si copia etiam subsit, quæ impetum frenet, aut alio transferant, mox adhibenda sunt: aut ea quæ ad membrum mandans quod transmittitur reuellant, vt hypochondrio è regione partis per quam fluit, affixa cucurbitula, aut derivationis gratia occipitio: postea verò naso & proximis partibus, quæ aduersus eum valorum morbum quem fluxum excitare cognouerimus, pugnent, admouere oportet: quæ quia passim recensentur, & ego etiam postea afferam, consulens breuitati prætermitto. Hoc vnum in hac re certò sciens, plurimùm præstare in compescendis fluxibus qui è sanguine per nares fiunt, testes & pudendum frigidis fomentis refrigerare.

De fluxu Sanguinis ex ore

Si verò ex ore aut gingiuis sanguis profluat, eadè vniuersali methodo præmissa, & cucurbitis etiam occipitio affixis & scarificatis, si quæ comprimunt, aut refrigerant non profuerint, necessum est, candenti ferro aut crustifero medicamento partem inurere, vt crusta inducta, sanguis exire desit. Sed præstat prius, aut portulacam ore mādere, aut acetum ore retinere, aut decoctum ex adstringentibus confectum, sparsis mox per partem affectam, puluisculis ex sanguine draconis, bolo armeno, & similibus. Sanguis tamen in hoc affectu mittendus est, primo, secundo aut tertio die, paulatim tamen: à quo etiam iterum ex acetò collutiões parare oportet, in quo bullierint thus, plātago, aut sanguinaria herba. Prodest & posca intus & extra adhibita, sicuti & alia quæ refrigerant, vbi collo & ceruici adhibeantur.

De Sanguinis fluxu ex thorace.

At si tussiendo à thorace sanguis exiliat, idq; ex fluxione à capite fiat, medèdi ratio docet, protinus sanguinè mittere ex humerali cubiti vena, & òni arte fluxionè aliò trāsferre, anteq; malū in vlcus degeneret fietq; id afsiduis frictionibus, ligaturis & acribus clysteribus: capiti verò ea sunt admouēda, quæ distēperie frænare queāt. In squalenti verò, quæ frequētius euenit, refrigerantia & roborātia medicamētā sunt ex vsu, veluti oleum rosaceum aut ex immaturis oliuis. Lacte etiam tepido, aut aqua dulci, aut ferrata abluere caput expedit, inspergereque puluisculum ex lapide hæmatite, bolo, lemnia, rosis, myrto, coriandro & similibus. Quibus si malum non cesserit, fontanellas brachijs aut occipitio affigere oportet, quorum indicationem proprio

A proprio capite docebo. Demùm ea medicamenta in thoracem sunt infundenda, quæ fluentis humoris acrimoniam retundat, ac probè prius corpore purgato leui aliquo medicamento, theriacam quatuor mensibus tantum confectam, semel aut bis in hebdomada porrigere oportet. In quo casu quia coniectabile est, totam eius rationem consistere in de fluxu materię acris, calidæ & mordacis ab ipso capite, non licet adstringentibus vti, nisi corpore & capite satis purgatis, ne aut in thorace maiorè compressionē, aut in capite nouā erosionem cōcitent: Si ex refrigeratis respirationis instrumentis, ob eorum compressio nem vase aliquo disrupto, aut quomodo libet affecto, sanguis à pectore fluat, præmissa sanguinis missione, ac omnis generis diuersione, ne ad apertum vas sanguis impetu ruat, medendi ratio postulat, ea medicamenta thoraci esse adhibenda, quæ calfaciendi & modicè exiccandi vim obtineant, vt contrarium omnino affectum inducant ei, quem adstringens frigiditas induxit. Nam & si caliditas omnino sit sanguinis fluxibus aduersa, huic tamen casui plurimùm esse proficuum, ratio ipsa docet. Cui etiam adstringentia medicamenta vt quæ partem compressam pressius comprimant, aduersissima esse eadem ratio docet.

B Cæterum hoc est commune præceptum, in omnibus his affectibus ac his etiam qui pulmone, asperæ arteriæ & thoraci accidunt (dum ex continui solutione, aut vasorum reseratione sanguis exilit) quod sanguis protinus in his omnibus mittendus ex vena est: & omnibus alijs diuersionis generibus distrahendus. Postea verò, quæ refrigerant & adstringunt sunt adhibēda, præterquā in his duobus vltimis casibus. In primis prodest posca pōdere duarū vnciarū pro vice ingesta, ob hoc verò quæ emplasticā aut adstringēdi vim habet, prodesse cōperimus qualia sunt quæ superiùs diximus, adhibita decoctionis, pulueris, aut eclegmatis forma. Sed demissis varijs medicamētorū cōpositionibus, quas passim reperire licet, in hunc vsu efficaciam miram habet, post venæ sectionem, medicamentum hoc, quod conficitur ex rhabarbaro puluerizato, & spica, ana. 3. j. ex mumia. g. iij. rubiæ tinctorum. g. iij. cū adstringēti vino rubro, aut aqua plātiginis exiguo aceto iniecto, & ex syrupo portulacæ quarū satis sit, vt linct' forma sumi posset. Mirabile etiā est quòd ex albumine oui, aqua rosacea, & modico aceto cōficit: in hūc etiā vsu eclegma aliud paratur, quod recipit syrups myrtini, de portulaca sing. 3. ij. sacchari mellis rosacei ana. 3. j. tragachati, amyli; vtriusq; 3. j. pulueris radice symphyti, terræ leniæ boli armeni & lapidis hæmatitis ana script. j. fiat admodum eclegmatis. Quibus etiam si & vigilia & frequens excretio adhuc præualuerint, adijci possunt

De Sanguinis fluxu ex refrigeratione thoracis

De Sanguinis fluxu ex refrigeratione thoracis

possunt, quæ modicè somnum conciliant. In quem usum adhiberi potest Philonij Persicij aut Romani script. j. Qui etiam dissolui potest in vino austero, aut aqua plantaginis. Forinfecus etiam partes irrigare oportet vino adstringenti cum oleo rosaceo, aut myrtino, ac sæpius spōgia fouere, addito aceto, præsertim si multa sanguinis fiat profusio, & laborans robustus fuerit, & anni tempus calidum, & tussis non admodum valida. Quem usum præstant cataplasmata ex farina poline, & māna thuris cum aceto, vel alumine, acacia, malicorio cum eodem aceto & vino austero, palmulis, cydonijs, portulaca, plantagine, sanguinaria, symphyto: quibus addere expedit hordei & lentium farinam, admixto oleo omphacino & aloë. Atq; hæc sufficere mihi videntur, veluti exēplar, vt alia faciliè ijs simillima adinueniātur, in casib⁹ nuper dictis.

De Sanguinis fluxu ex erosione vasorum pulmonis.

At si ob vasorum asperæ arterie, pulmonis aut thoracis erosionem, sanguinis profusio contingat, longè diuersa curationis methodo supprimi debet, nullis videlicet adhibitis adstringentibus (nisi magna fuerit profusio) neque sanguine missō, nisi validus fuerit laborans, & prius optimis edulij nutritus, idque parcè & per interualla: sed his tantum quæ emplasticam vim habeant, & renutritionem citò moliantur, ac boni sint succi, veluti ptisana, alica, amyllum, gallinarum & caponum iura & carnes: & ex oleribus intybum, lactuca buglosum, & huius census alia. Nanque in hoc affectu potissima curandi ratio stat in humorum erodentium præparatione & purgatione, & in partis à qua sanguis exiliit, obturatione & renutritione. Purgare tamen oportet corpus, his quæ nobis amica & familiaria sunt, à quibus quæ fluxionem sistant, si à capite prodit, sunt adhibenda, sumpta intus & capiti admota: cuius census sunt puluis, qui recipit seminis iusquiami, papa ueris alui sing. script. f. seminis coriandri prep. ʒ. f. corticum thuris. g. ij. maltichis. g. iiij. pulueris hirudinis præp. ʒ. f. sacchari. ʒ. iiij. qui quidem citra manifestam adstrictionem somnum cōciliat, exesam partem obturat, & humorem cogit: quantitas autem eius sit tertia quaque nocte. ʒ. j. aut. f. quæ usum etiam præstant pillule de cynoglossō Nicolai. Cætera verò quibus completur quæuis methodus ex his quas diximus, faciliè quis reperiet apud quemuis authorem, habita prius notitia eius quod fieri debet: nam hæc est huius libri mēs & ratio. Hæc quidem breui methodo circa sanguinis reiectionem è thorace dixisse placuit, vt tyronibus aliquam afferrem lucem, qua, cognito semel affectu, medicamentis, quæ his vsibus apud authores penè innumerabilia reperiuntur, distincta & rationali methodo vti possint.

Nam cum plura his affectibus ab authoribus commendētur, & affectus

A ctus diuersam habeant causæ & naturæ rationem, necessum est iuxta cuiusuis varietatem (licet omnia thoraci conueniant) distinctè etiam docere vti, iuxta methodum vniuersalem, quam sanguinis reiectioni primo loco conuenire diximus.

Quod si sanguis vomendo excernatur, conijcere statim expedit, an ex iecore præ nimia plenitudine per meseraicas in ventriculum reiectanti, id accidat: quo tempore, medendi ratio docet, sufficienter sanguinem ex vena cubiti interna detrahare. Mox tamen prospiciendum erit, ne quid sanguinis concreti in ventre superfit: cui mederi licet (præmissa vict⁹ tenuissima ratione) leporino coagulo, aut thymo vel thymbra cum aceto aut oximellite simplici exhibitis: postmodū autē aloë ventrem vacuare oportet, poscamque tepidam à purgatione ingerendam præbere, quibus præmissis ventriculum fouere oportet, adstringentibus intus extraque exhibitis, iecori etiā ne amplius libenter sanguinem reiectet, aut spleni, si causa huius fuerit, quæ modicè refrigerent, sunt adhibenda: licet aliquando id non ex sanguinis copia, sed ex vitio irritata expellente facultate contingat, aut impetu quodam, vbi semel natura errās per eam regionē delabi cœperit. Quocasu omnibus diuersionibus sanguinem ad extimas partes retrahere oportet, & tandem his medicamentis purgantibus, quæ vitium sanguinis expurgent, iuxta vitij naturam, & iecur ipsum roborent, vti: quale est rhabarbarū, aut cortices myrobalanorum citrinorum, quæ quidem incredibili efficaciam vtrūque præstant. Verum si in ventriculo vas aliquod patiat, præmissa sanguinis detractio, quæ ipsum ad distantes partes diuertat, ne fluxionis impetu in apertam venam faciliè dilabatur, omni adstringentium genere vti decet, vacuato nimirū prius ventre ex ibidem contento & concreto sanguine, ne adstringentium vi tenacius concreascet, & grauiora symptomata, grauiusque periculum inferat.

Verum si ad intestina sanguis dilabatur, idque aut propter easdem causas, aut ob membrum aliquod mutilatum, his quæ mox diximus sisti debet, sanguine videlicet missō, iecore modicè refrigerato, ciborū parsimonia, ac debito exercitio, sicuti si propter obstructionem, scirrhum aut alium iecoris manifestum affectum, ipso curato, vt proprijs capitibus licet exquirere, fluxio etiam cessabit. Verum si ob sanguificæ potentia imbecillitatem sanguis semicoctus, qualis est carnis lotura, aut faculentus, & supra modum exustus, ex ipsius visceris distemperie profluat, maius nobis facessit negotium: Nāque tenuis ille sanguis qui ob diminutam facultatem sanguificam oritur, difficulter sæpe ad pristinum statum reducit, vt qui caloris innati visceris ipsius extin-

De Sanguinis vomitu.

De Sanguinis fluxu per intestina.

Etionem sequatur, calore immodico dissipante, aut extinguente frigiditate: quod plurimum interest ad curationem nosse. Merito nanque Galenus dixit, ad causam & causæ principium in curatione veniendum esse. Quæ ut palam fiant, nosse oportet, calidam aut frigidam distemperiam, posse opus sanguificæ potentiæ minuere (iuxta vulgare illud: Omnis immodica distemperantia deicit actum propriæ virtutis) ut in dysenteria appellata hepatica, in qua excrementa, similia loturæ carnis nuper macerata prodeunt: aut (si plurimum hæc distemperies creuerint) ex toto vitare, ita ut calor exuperans, colliquationes primum humorum, deinde etiam carnis ipsius hepatis facile molliatur, tanquam iecore colliquescente, & in cruentas sancis contabescente. Quæ quidem excrementa omnia, dum calor exurens affectus huius causa est, graue odorem præ se ferunt. Frigiditas verò, sanguificandi potentiam extinguens, limum quendam sanguinis crassi generat, qui proprie ad atrabilem accedit, & plures ac ægrè iudicabiles colores præ se fert: denique crassos, & ægrè mobiles humores, ac crudos & pituitosos, nonnunquam verò his qualitibus, aut siccitas, aut humiditas adiungitur, quibus excrementa aut sicciora, aut humidiora redduntur. Quatenus verò ad morbi curationem attinet, ipsius vrgentia docet, maxima cura & diligentia præueniendum esse, ne calor ille præter naturam eousque procedat, donec ex toto facultatem iecoris sanguificam subuertat, & loco semicocti illius sanguinis, quem primo loco efficiebat, fœculenta alia excrementa iuxta rationem distemperiei conficiat. Quapropter attemperare protinus calorem illum oportet. aut calfacere, si frigiditas mali causa fuerit, vtrisque tamen adhibere oportet medicamenta, quæ citra maximam adstrictionem roborandi vires obtineant, quorum suo loco meminero. At si retinens facultas etiam causam præbuerit, adstringentia ijs, quæ aduersus distemperiam pugnent, sunt permiscenda. Tutissimum tamen mihi videtur in hac affectione consilium, dum ex calida causa prodit, temperatis & modicè vel parum adstringentibus, aut potius roborantibus uti, quàm exquisitè frigidis, etiam si cautè adstringentia sint adhibenda: quia retinens facultas nullum obtinet vitium, cuius ratione adstringentia adhibere conueniat: quinimo plus iusto retinet, si quidem eousque operatur, donec humores vrantur. Præterquam quòd id quod vitiosum factum est, retinere, periculo nõ vacat: quapropter alterare ea ac cibis miscere omni arte oportebit. At in frigida causa, paulocalidioribus cū eisdem roborantibus uti conuenit: nanque facultates eisdem debent roborari, quibus & ipsæ sua perficiunt munia. Cæterum si tantum

cre-

creuerit distemperies, quòd aut corruptos generet humores, aut ibidem contentos corrumpat, quæ modicè iecur expurgent adhibenda sunt, & ea rursus quæ ab infarctis humoribus liberent, ne amplius denuo generatos conspurcent: & vltimò quæ aut refrigerent, aut calfaciant, ut distemperies ipsa postulauerit. Quæ quidem medicamenta, quia passim apud quosuis authores reperiuntur, tantum exempli causa in medium afferam, quæ huic vsui potiora esse, mihi fuerit compertum. In calida verò & exurente distemperie, hordei decoctum cum saccharo & radicibus cichorij & buglosæ sumere oportet: mox verò transactis diebus nonnullis, rhabarbari dilutum aut ipsum rhabarbarum cum confectioe hamech, sine scammonio & colocynthyde. Prodest etiã & lactis aqua cum eodem rhabarbaro, aut corticibus myrobalanorum citrinorum. Ab his eodem modo prodest electarium diarrhodom, aut syrupus cichorij compositus, rursus autem quæ iterum iecur refrigerent, aut attemperent, sunt adhibenda. Mox verò quæ putredinem inhibeant, ut bolus, terra sigillata & similia. Purgato satis iecore, ac modicè attemperato, quæ robur addant & adstringant, ut iecur lupi, & alia huius census, quorum superius meminimus, sunt adhibenda: Item quæ exterius refrigerent & robovent, quale est vnguentum rosarum, & santalorum, cum bolo, pulueribus coralli, mytilorum, squinãti & iecoris lupi. At in frigida distemperie, aquam mullam ex origano liberaliùs porrigere oportet, aut decoctum passularum cum melle & mox purgare agarico, aut rhabarbaro conuenit, tandem quæ calfaciant sunt adhibenda (quibus roborantia addenda sunt) per potus & apposita: in quo quidè affectu sæpius quàm in calido purgare necessu est. Verum si macies ex alterutro pullulet, ex proprio capite quæ necessaria sunt, debent exquiri: nanque longum quidem esset & à ratione alienum, vbique omnia repetere.

HAEMORRHOIDES vbi semel aperiantur, & si multoties profint, variosque curent affectus, semper tamen aliquid vitij relinquunt, nanque dum plus iusto per easdem sanguis euacuatur, aut sæpius retinetur, grauiora concitant mala. Qua ratione expedit, ne in grauius periculum laborantem deferant, immodicè fluentes sistere, si vires periclitari fuerit compertum. Verum id, neque statim neque subito, neque ex toto, sed moderari prius fluxum oportet, deinde suppressere, ne aut natura succumbat, aut fluxui assuescat: tandem aliquid eius relinquere (præsertim si per interualla utiliter repetierit) ne naturæ institutum ex toto cohibentes, ad principaliores partes in vita decumbat, quapropter primitus, si virtus tolerauerit, à superiori-

k 2 bus

dysenteria hepatica

De fluxu ex hæmorrhoidibus.

bus partibus sanguinem extrahes, aut eundem per nares euacuabis **A** minus, cucurbitas iecori aut spleni adhibebis, & brachijs ligaturas, frictions, & alia diuersoria præsidia: tutius enim est, longè fluxionem auertere, quàm adstringentia adhibere, aut sanguinem inanire. Verùm si fluentis sanguinis vitium præfuerit, iuxta vitij rationem purgantia medicamenta porrigere expedit, mox sanguinem densare & cogere cuius ratione rhabarbarum bis aut ter in hebdomada exhibitum, incredibilis est efficaciam. Prodest etiam puluis ex galbano sicco pondere. script. ij. cum aqua & succo plantaginis, bis terve sumptus. Trifera item & mithridatum, myrobalani citrini, & chebuli conditi, cū aqua plantaginis, in quem etiam vsū nonnulli afferunt confectionem de scoria ferri. Quod si humoris acrimonia adhuc supersit, ius pulli pinguis singulis diebus per tres horas ante prandium, mirè opitulatur: membrum item nutrimentalibus, quæ corroborandi vim obtineant, iuxta cuiusvis distemperiem adhibenda sunt. Partem etiam exterius suffire oportet his trochiscis, qui recipiunt ladani electi. 3. iij. thuris optimi 3. ij. sandarachæ. 3. j. bdelij. 3. iij. cum mucilagine tragachati fiant trochisci. Foueatur pari lege idem locus decocto rosarum frigidum absynthij, & betonica: quod si adhuc fluxio non quieuerit, compuleritque nos ad adstringentia deuenire, hoc uti licebit, quod recipit olsium daetylorum, nucis cupressi combusti, coralli rubri, hæmatitis præp. an. 3. j. a cacia, terræ, sigillatæ, thuris, santalorum alborum, seminis portulacæ, & plantaginis. an. 3. ij. cum succo plantaginis fiat linimentum. Consi milè etiā vsū præstant, vel Celsi testimonio, ea quoque medicamenta, quæ recentibus scissuris vtilia sunt, quod si neque hæc profuerint candenti ferro venarum capitula vrere oportet, ac paulatim cicatricem inducere, vna tamen ex hæmorrhoidibus intacta superstite, ne ex toto **C** naturæ emunctorium præpediatur: alioquin grauissimum esset, eas ex toto suppressere, ut expressè docet Hippocrates in Apho. sed alibi expressius. Nam inquit, Compressione facta medicamento erodente vtere & ne proluce, donec deciderint, & semper vnam relinque: cum hoc tamen expedit corpus à prauorum succorum generatione præcauere boni succi alimentis exhibitis, & moderato exercitio ac omnibus alijs debite administratis, ne quid prauis succi aut generetur, aut supersit. Nanque reclusis hæmorrhoidibus, facile ex huiusmodi humoribus quæ diximus concitantur mala.

L. 4. Acuto:

De Sanguinis mictu.

Sanguinis mictus siue referatis renum venis, siue imbecilla existente eorum retentrice contingat, aut alteratrice debili, eisdem ferè medicamentis cohibetur, adstringentibus & roborantibus scilicet, dum id vitio

A vitio sanguinis non fiat: nam eo tempore sanguinem ab spurcitia mudare prius oportet, mox verò intus & extra alimentis & medicamentis adstringere, & roborare oportet, nullis in hoc casu adhibitis diureticis. Quod si per interualla fluxio contingat, aut subito accidat, venis nimirum ruptis aut apertis, protinus sanguinem extrahere oportet, ac si facultas permiserit, iterato: deinde sumere quæ hæmoptoicis prodesse diximus. Exterius verò ea sunt adhibenda, quæ partem refrigerent ac densent, ut spogia ex posca renibus affixa, aut linteis cum rosaceo, omphacio & aceto, quorum superius latè meminimus.

At si per vterum sanguis immodicè profiliat, qui neque tempestiue, neque in fœminæ commodum fluat, id ex illato damno & indebito fluendi tempore nosse oportebit, cuius etiam rationem & mensuram reddit Hippocrates per hæc verba: Moderati verò sunt menses prodeuntes in **B** omni verò muliere, si sana sit, ut duarum heminarum atticarum mensura secedat, aut paulo plures vel pauciores, atque hoc ad duos vel tres dies, longius autem tempus aut breue morbosum & sterile est: et subdit, ut quis propius ad certam & veritati propinquam coniecturam accedat, Coniectare porro oportet, mulieris corpus inspiciendo, & interrogare collatione ad priora facta, an semper morbosa viuat, aut non: si enim pauciores aut plures dies quam solent, prodeant, aut ipsi pauciores aut plures fuerint, morbofi sunt, nisi natura ipsa morbosa & sterilis fuerit: protinus quidem eo tempore consideranda est, erumpentis sanguinis copia, & delationis modus, et vltimò particula à qua ex vtero prodit. Fluit nanque sanguis in fœminis, ex vteri ceruicæ seu collo, qui cognoscitur ex rubro eius colore: aut ex corpore eiusdem vteri, cui mille spurcitijs vitiatus profluit. Præstat tamen huiusmodi cognitio **C** ad auxiliorum formam. Nam licet à quauis oriatur parte, idem teneatur esse auxilij genus, vtero tamen profunt magis infusa, ceruicæ verò pessaria. Ex duabus tamen primis causis facile cuius est perdiscere, nunc ex vasorum ruptura, referatione, aut erosione sanguis profiliat, atque etiam nunc ex amplioribus aut minoribus vasculis: nam amplioribus ruptis aut apertis, confertim magna sanguinis copia fluit, quemadmodum à minoribus parua. Cæterum modò hæc, modò illa rumpantur, curandi ratio præmissa totius corporis quiete, & ciborum adstringentium moderata quantitate (quæ nec plurimum copia potentias grauet, neque inanitione infirmet) & vsu, mox artus & extremas partes, præsertim superiores, comprimere oportet, sicuti & grandes cucurbitas mammis affigere, ac si vires permiserint, sanguinem mittere partibus vitibus, ut omnibus his, fluentis humoris impetus retrahatur, mo-

De Sanguinis fluxu. ex vtero.

L. 1. De morbo mul.

De V. fluxu.

returque. Ab his etiam, iuxta apertionis naturam, per superiorem **A** partem, per externam, aut per pessaria, adstringentia, glutinātia, & ob turantia adhibenda sunt. Verum si venarum erosio profusionis causa fuerit, quod maiori ex parte in ceruice vteri contingere solet, per pessaria ac nonnunquam per iniectiones facilius & tutius curatur, quam per exterius apposita, præmissa tamen debita humorum purgatione, adhibitis syrups & potionibus, quæ sanguinem attemperent, ac leniant. Contingit quoque frequenter hoc malum ob sanguinis vitium tenuitatem nimirum, ex serosorum excrementorum miscella: quem protinus expurgare oportet, ante adstringentium usum (si recte fluxum sistere velim^o, alioquin frustra alijs vtimur remedijs) adhibito rhabarbaro & alijs quæ nuper diximus. Verum si in vtero gerentibus, huiusmodi affectus suboritur, non omnino desperandum est, eum posse sistere. neque enim semper abortus signum est: quamobrem conijcere oportet, an ob redundantem sanguinem, aut foetus debilitatem, neque utis tantum alimenti consume re, id eueniat. Quo tempore aut victus parsimonia, aut sanguine misso, nullo negotio sanescet. Verum si ob disruptionem vasorum, aut conceptaculorum ipsius foetus, aut ob molæ (informis quidem foetus) generationem, sanguis suboritur, quiete, victu adstringente, & moderato potu, rem omnem tantum curare datur. Nam cataplasmate aut quouis alio adstringenti auxilio, intus aut extra si quis vtatur, nil aliud efficiet, quam transmissum iam è conceptaculis sanguinem præter naturam retinere, qui mox à retetione putrescit, & citius ante abortum, foetum interimeret. Qua quidem ratione satis esse duxi in foeminis, quibus non est consuetus vteri fluxus, gestationis tempore, paucissimis vti remedijs: nam certius est hæc mala ab eisdem provenire remedijs, quam quod abortus impediatur, sanguine præter naturam retento. Itaque monitos velim tyrones, ne confidenter adstringentibus vtantur in huiusmodi fluore, nam præstat, periculo abortus prædicto, securioribus vti auxilijs, quam vt videantur aliquid egisse, in grauius, & fortasse certius discrimen, & foetum & matrem deducere.

De Ventris fluxu.

Tanta est fluxus ventris varietas, tamque variæ circa ipsum sententia, vt difficillimum sit, vna methodo omnes differentias, & omnes eius curandi rationes complecti: quamobrem maxima consideratione & maturo consilio factum est, vt prisca illi medicinæ Parentes, tres tantum constituerint ventris fluxus differentias: quarum primam leuitatem intestinorum, secundam diarrhoeam, tertiam disenteriam appellauerunt. Quod si apud fere omnes, barbaros medicos, plures alia passi m reperian

A reperiantur, id factum esse censeo, quia secundum causas, quæ hos fluxus concitant, varietatem, diuersas etiā fluxus species potius finxerint, quam quod re vera ipsæ specie inter se differant: siquidem non inconuenit, vnicam fluxus speciem à varijs concitari causis. Dixerat profecto Galenus traditionem artis morborum curatricis, per morborum nomina nunquam ambiguitatibus carere: cum institutio, per morborum differentias, à generalissimo ad infimas species deducta, sit & certa & sufficientissima.

L. 4. de præfag. expul. c. 4.

Verum vt faciliori methodo rem hanc complectamur, nosse oportet, fluxum omnem provenire, aut quia alimenta in ventriculo non conficiuntur, sed immutata protinus excernuntur: appellaturque huiusmodi fluxus lienteria, aut quia diminutè conficiuntur, & improbè distribuuntur, idque ob imbecillam complectendi ventriculi facultatem: quod fit, vt humectiori facto alimento, longo post tempore excernatur, mutata iam propria eius forma (quem fluxum cæliacum appellant) atque ob diutinam huius incocti excrementi moram, sanè contingit cum foetore sæpius excerni. Tertia verò suboritur, quia ventriculus præuè conficit alimenta, ea mutans in nidorofam aut acidam substantiam: quæ si per aluum excernantur, ad aliud longè diuersum fluxionis genus, iure optimo reduci debent, nimirum ad diarrhoeam, nanque huiusmodi acida aut nidorosa excrementa, bilis aut pituitæ naturam referunt, ex quibus & melancholia diarrhoea omnis suboritur, & ob id, hoc ventriculi vitium ad diarrhoeam optimè reducitur. Vltimò ex his quæ in ventriculo conficiuntur, licet naturæ lege in chylum cõmutetur, fluxus tamè chilosus subinde cõcitari solèt, meferaicis nimirum obstructis, aut earum & iecoris trahente potetia, imbecilliore redita. Atq; hæc sunt omnes fluxus species, quæ ex ventriculi vitio procedunt: ex quibus cæliaca appellata affectio, genericè, sub leuitate intestinorum includitur, etiā si specie re vera differat, & hac ratione à medicis omnibus distinguatur. Altera verò species quæ ex corruptione ciborum in nidorofam aut acidam naturam mutata suboritur, ad diarrhoeam, quæ secundum genus horum fluxuum constituit, iuxta rationis legem reducitur.

At diarrhoeæ species omnis provenit ex biliosis, pituitosis & melancholicis humoribus: modo in propria forma, quâritate solum peccantes, procedant: modò putrescentes, tenuiores, crassiores aut quomodolibet præter naturam affecti excernantur. Verum quia hi humores, & qui eorum naturam referunt, modò ex iecore, modò ex splene, nonnunquam ex capite aut ventriculo (vt nuper dixim^o) ac sæpius ex toto corpore pfluat, ob id, neoterici varias finxerunt huius fluxus differentias, iecorias nimirum, splenticas ac plures alias: quas omnes ad biliosam, pituitosam, melancholicam, aut ex his mix

tam, cum putredine aut alio vitio, aut sine ipsis, ad diarrhoeam sapientiores medici consultius reducerunt: etiam si curandi ratio, non solum ob humorum, verum & ob causae varietatem, ac partium ex quibus fluit naturam, plurimum variatur, quod suspicor fuisse causam, quae compulit barbaros medicos, tot huius affectionis capita finxisse.

Sic dysenteria, ea videlicet quae generis nomen retinet, in qua intestina, humorum acrimonia, abraduntur (nam de alijs tribus dysenteriae speciebus, in quibus sanguis purus defluit, superius egimus) ab eisdem humoribus fieri certum est. Et ob easdem causas, ac ab eisdem membris demandari, a quibus diarrhoea fit, dummodo humor erodens & acris naturae sit: ita ut praeterquam quod fluat, intestina etiam abradat & exulceret: nam haec est dysenterici fluxus potissima natura, quae ab omnibus alijs fluxionum generibus differre videtur.

Quibus omnibus fluxuum differentijs, alia adhuc non minoris momenti accedit, quam coleram morbum appellant, quae sane fit ob subitam & copiosam per utramque aluum euacuationem, crudorum praesertim humorum ac nonnunquam flavae bilis. Atque haec sunt in uniuersum, omnia fluxionum genera & summa capita. Naque leuitates omnes, ad ventrem & intestina facile reducuntur: diarrhoeae species, ad venosum genus: dysenteria ad idem genus venosum, hoc addito quod in ea intestina etiam exulcerantur.

Quarum omnium fluxionum, quae symptomatis ratione profluxerint, in totum cohibendae sunt, iuxta illud Hippocratis. In medicationibus talia educere oportet, qualia sponte prodeuntia sunt utilia: quae vero contrario modo prodeunt, cohibere oportet. Item fluxiones omnes, quas ventriculi cruditas concitauerit, compescere etiam oportet, sicuti eas quae ex laudabili & optima substantia fuerint. ut colliquantes, & ramenta intestinorum praeseferentes. Diarrhoeam vero nusquam comprimere oportet, dum naturae motu excitatur, sed solum dum ultra processerit: ac si vacuatio necessaria fuerit, moderari fluxum oportet: si vero laborantis vires excesserit, suppressere, aut in aliam mutare & vires reficere.

A ventriculo igitur, cum huiusmodi fluxio, quam lenteriam appellant, suboritur, vna trium rationum prodit: nam vitiata retinente facultate, quae debitum tempus, & coctioni sufficiens nequit continere alimentum, aut licet contineat, non tamen probe complectitur, & ex primo vitio ac ex secundo caliaci potius suboritur, quam lenteria, licet experientia mihi compertum habeam, frequenter huius facultatis vitio lenteriam fieri. Saltem eo quod actibus expultricis errantis praesertim languore

A languore non contrarietur: quod probat conferentia ex adstringentium usu inter alias rationes. Quapropter primo placuit lenteriae ex hac causa curationem praescribere, licet eam a consortio causarum ablegauerim: quod factum esse intelligat lector, quia haec non est causa per se sed ex accidenti, siquidem figura inferioris ventriculi oris monstrat, non sufficere huius potentiae languore, ut primo lenteria fiat. Fit primo hoc malum concoquente facultate languida existente, quae licet diutius immoretur in conficiendis cibis, cum hoc tamen, nequit proprium munus perficere, & sic alimenta semiconfecta, aut nihil mutata prodeunt. Secundo tamen suboritur haec affectio, quia expultrix facultas valide irritata, debitum tempus expulsionis antevertit, & citra integram coctionem alimentum excernit. Quibus accedit alia huius affectus ratio, videlicet, dum intestina vitio aliquo laborant, & id malum ob id promouent, ut latius suo loco docebo. Quamobrem oportebit uniuscuiusque harum causarum seorsum meminisse, ut obscura haec & inextricabilis affectio manifestius elucescat.

Itaque prima causa est, cum alimenta immutata, ac protinus ut ingeruntur decidunt: quia ventriculi retentrix facultas ea non satis retinet, sed ante debitum tempus, & coctioni sufficiens, defluere permittit, ob humidam potissimum distemperiem, etiam si aliquando immodico calori ac saepius frigiditati iungatur, quibus facultas haec, veluti mollis & effeminata, ac impotens reddita, quod sibi committitur, facile deserit & delabi permittit, vel quouis minimo expultricis motu. Cuius equidem tota medendi ratio stat in his quae modice exiccandi, & calfaciendi vires obtineant, praemissa tamen ex rhabarbaro (aut agarico si frigidi praesint humores) cum corticibus myrobalanorum & modico benzoino, aut diachartamo purgatione, ni vitium ex alio diuturno aut graui affectu prodierit: nam eo tempore defessam ex morbo virtutem robore potius oportet, etiam si humores ibidem morantes, aut genitos per vomitum, statutis diebus commodius sit expurgare, tum vacuationis gratia, tum vero ut a consueto fluxu natura dissuescat. Post purgationem autem, curandi methodus docet, quae actum retentrix facultatis suppleat, esse adhibenda, qualia sunt quae adstringendi vires habent, ut quod praesertim impotentia facultas continere nequit, ars ipsa medicamentis adimpleat: denique modice prius euacuare oportet, mox exicare ac calfacere, aut refrigerare, iuxta distemperiei rationem, tandem robur firmare & ventrem adstringere. Secundam tamen indicationem complent cibaria, aut medicamenta, quae conficiuntur ex cinnamomo, aniso, iuco odorato, Gariophyllis, serpyllo, sapisicho, hyssopo, meta & similibus: diacymino etiam, diaisio, theriaca, mithridatum idmira quadam

quodam efficacia præstant, vino albo vetustiori excepta. Mihi tamen **A** in hoc affectu sæpe fuit ex vsu, per interualla, summo mane parum huius aquæ sumere, quæ recipit aquæ vitæ mensuram dimidiam, corticum malorum aranciorum. 3. j. florum rosmarini: p. s. cinnamomi ele. 3. j. croci, seript. s. belzuini seu assæ dulcis. 3. j. musci parum, misce, & vsui serua. Præstat etiam ante cœnam ventrem inungere oleo quod recipit succi immaturam oliuarum tantum, quantum fuerit oleum, in quo frustra aliquod alabastrum ter aut quater incensa extinguantur, deinde in puluerem redacta in oleum infundantur, addanturq; ceræ rubræ lib. ij. ac postmodum distillantur, donec oleum totum exierit, cui denique adiungito myrrhæ optimæ & in vino dissolutæ. 3. s. succi absynthij, totidem & misce. Quæ si non profuerint, ad ea quæ adstringunt deueniendum esse, curandi ratio docet, veluti sunt medicamenta quæ ex mastich & supra dictis pulueribus conficiuntur (hæ nanque **B** tertiam complent indicationem) quod si calor non nihil inesse cognouerimus, malum cidonium vino nigro feruefactum, pistatumq; pulueribus rosarum, coralli, myrtillorum & similibus, emplastrum efformari oportet. Cui vsui plurimum prodest, quod conficitur ex fursure, vino nigro oleo myrthino, mastichino, & pulueribus ultimo loco dictis. eiusdem sunt efficaciæ ad vtramque indicationem, quæ con- similem habent facultatem, vbi intus ingerantur, veluti vinum nigrum **I** vetustum, & aqua frustis alabastrum chalybeata. Vltimò tamen suffitus per infundibulum ventriculo adhibiti, maximi sunt momenti, ex eisdem rebus exhalantes, quæ exterius adhibitæ prodesse possent. Atqui non solum facultas hæc distemperantiæ vitio labascit, sed etiam instrumenti aut alterius rei, quæ ipsam cogat suo officio præuè uti (licet sua sponte secundum naturam sit) vt intestinorum & ventriculi poli- **C** ta interior facies, ob cicatrices magnas & multas à dysenteria relictas quibus ora venarum obturata nequeunt circa alimentum amplius versari: quò fit, vt cum nullam aut minimam alimentum in intestinis contrahat moram, protinus decidat, & successione ad id quod illabitur, aliud etiam è ventriculo occisimè exeat. Huic simile affectum etiã infert, plurima ac pinguis pituita, qua intestina intus induuntur. Atq; vt ab hac vltima causa in curatione initiũ sumã: huic per acria & abstergentia clysteria mederi licet, præmissa leui purgatione, per ea quæ intestinorum pituitam expurgent. Conficiuntur autem clysteria ex marina aqua aut aluminosa cum melle, aut ex mulla: In quæ vsu plura dixim⁹ capite de Clysterib. Exteriorem verò ventris regionem inungere oportet calidis oleis **A** & alimentis, & mox adstringentibus uti. Verum si inductæ cicatrices **B** caua

A caue sint, hoc mihi videtur tutissimum præsidium (quando aliud, aut non datur, aut tutum non est,) nimirum parum & sæpe alimentis facile coctilibus uti, & rebus etiam gratissimis, & probe conditis, vt auidius natura ea complectatur, ac facile & breviori tempore ab eis gratiam susceperet. Quibus sumptis laborans, duas aut tres horas quiescat, ne proptè ad intestina dilabantur. Prodeunt etiam ventriculo affigere quæ brevius coctionem moliantur, ac diutius alimenta retineant. Verum si affectio hydropis vitio oriatur, minimè oportet fluxum sistere, ne fortè natura dum se per regionem illam nititur exonerare, coacta ad principalius membrum irruat. Præstat quidem in hac re ventriculum ipsum roborare, & laborantem optimis alere alimentis.

Atqui dum hæc retinens facultas debiliter suum munus efficit **B** (hoc est) cibos non vndique complectitur, etiam si eos diu retineat, sequitur eo tempore fluctuatio, & inflatio: quod profecto contingit, ob eorum assiduam corruptionem, aut vsu alienorum, aut ob insignè ventris frigiditatem, aut calorem, aut imbecillitatem ex diuturno morbo contractam, aut medicamenti purgantis vehementiam: quibus coctio imperfecta sicuti & distributio fit. Quamobrem deiectio emanat assidua humorum excrementorum, non crudorum, vt in prædicto fluxu neque in coctorum, neque in alienam qualitatem mutatorum, sed illa interdum foetida, cum animi deliquio, aliquando cum sanguine flauo & tenui profluunt: ob idque ciborum vitiosorum appetentia, corpus decolor & cutis rugosa apparet, ac ventris etiam venæ libescunt: quò fit, vt non immeritò dixerit Aëtius diffiniens hunc affectum esse diuturnum profluuium alimenti non integrè cocti, nec distributi: **C** tandem ex corpore liquatur in ventrem, & ventriculus modò quasi ab igne vritur, modò quasi crytallo cõglaciatur. Quibus verbis inter alia ostendit, in hoc diuturno fluxu post ventris inanitionem, successione ad id quod vacuatur, totum corpus inaniri: sic in diuturno abscessu colligitur quotidie pus in maiori copia, quàm assumptum est alimentum, per quod etiã tota corporis moles sensim euanescit. Sic in antiquo catarrho, melsali profluuiio & alijs huius cõfus, totum corpus in ventre instillat. Nec mirum quòd contrarias intemperantias ventriculus persentiat: quoniã vbi primũ dierum & affectionis progressu innatus calor emarcuit, (cuius est & calido agenti, & frigido reniti) inualida pars & in nato præsidio destituta, summopere ab accedente humore mutatur: quò fit, vt à bile facile inflammetur, & à pituita gelida appareat. Quibus præmissis sistendi ratio in huiusmodi fluxu, qui vbi inueteratus

ratus fuerit grauis admodum ac difficilis redditur, circa ventris robur **A**
 in totum versatur: iuxta rationem tamen distemperatiæ, quæ ipsum
 imbecillitat. Sic subtracta per primos dies alimenti maiore parte, vt e
 uanescent ac conterantur, quæ præfuerant excrementa, institutoque
 tenui & modicè adstringente victu, & vino rubro & vetusto exhibito
 ventrem vomitu vltèrius euacuare oportet, ac mox ea medicamenta
 adhibere, quæ moderatè adstringant & roborent. Verùm in calida
 causa ea vsui sunt, quæ conficiuntur ex decocto lentisci, rosarum sicca
 rum, myrtilorum: a quibus fomentis vti expedit ex oleo mellino, létif
 cino, myrtino & rosarum, ac ex omphacio. Poscam etiam adhibere o
 portet ex pane tosto, & succo malorum punicorum, superparso pul
 uere myrtilorum, coralli, rosarum ac cornu cerbi vsui. Prodest etiã ca
 taplasma ex palmulis, polenta, malis cidonijs, aloë & absynthio. Ex
 vsu est quoque plantago trita, lentiscus & polygonum, cum hordei **B**
 farina & polenta: quibus si dolor vrget, addere licet lini semen aut fæ
 nūgræcum, vel ex horum decocto cataplasma conficere. Quæ omnia
 iudicio nostro, potius spinæ è regione ventris sunt adhibenda, quàm
 ventri, & si vtrique parti tutius sit ea affigere. Ex potionibus verò
 quæ magis probatur, fit ex chalybeata pluries aqua, in qua ferbuerint
 plantaginis semen, & vuarum passarum acini. In hunc etiam vsu su
 mere cōuenit pastillos, qui recipiūt seminis plantaginis, seminis lapa
 thi syluestris sing. 3. s. hypocistidis. succi acaciæ sing. 3. j. gūmi obol. ij.
 quibus mixtis ex decocto papaueris fiant pastilli. Verùm si frigida di
 stemperiei causa affectus oriatur, facile est & fomenta & cataplasma
 ta effingere ex vino, absynthio, anetho, hyssopo, cinnamomo, galanga
 & similibus, quorum maximam syluam reperies secunda huius volu
 minis parte. Altera autem sedandi huius fluxus methodus & ratio est **C**
 in vtraque causa, alimentum attrahere ad singulas & externas corpo
 ris partes, ac per easdem distribuere. Nam cū natura semel alicui re
 gioni assueuerit, non solum quæ inutilia sunt, sed necessaria etiam pel
 lit: quò fit, vt expediat eandem distrahere ad alias partes, frictionibus,
 linteis asperis per singulas articulationes frequenter adhibitis, vincu
 lis ac cucurbitulis. Celso etiam authore profunt cucurbitulæ citra sca
 rificationem coxis affixæ. Corpus etiã necesse est bis in hebdomada ni
 tro aut assa puluericatis fricare. Prodest quoq; mirum in modum vri
 nas & sudores mouere: sicuti & robustis corporibus balnea adhibere,
 ex dulci aqua cōfecta, præsertim his, quæ ex calida causa laborant: his
 verò quæ ex frigida, ea quæ naturalia sunt. In vsu tamen mouendi vri
 nas summopere cōfert sumere laserpitij, aut benzoini quantitatem pi
 peris

A peris magnitudinem æmulantem: sicuti per quædam interualla ven
 triculum purgare, simul ac roborare, tota nimirum rhabarbari substã
 tia exhibita, aut corticibus myrobalanorum cum belzoino & succo
 cytoniorum confectis, aut hiera Galeni cum rhabarbaro & mastichæ.
 Exteriùs item, inflammationis arcendæ gratia, ventriculum fouere o
 portet aceto mulso, ac ob flatum redundatiã cumino, anetho, rutha,
 & alijs huius census feruefacto, ac lana aut spongiã excepto. Quod si
 quæ diximus non profuerint, ferro etiam candenti ventrem inurere,
 aut setonem eidem parti affigere, iubent non pauci ex authoribus. Cæ
 terùm si alimentorum vitio fluxio concitetur, aut vi purgantis medi
 camenti, mutatis nimirum cibus, & retusa medicamenti acrimonia, fa
 cilè fluxum sistes: In quibus (præsertim si febris adiungatur) adstrin
 gentium syluam vitare conuenit, ne extrinsecus compressis humori
B bus cogantur ad interna delabi. Atque hi sunt fluxus, qui ob retenti
 cem ventriculi imbecillam suboriuntur.

Alteratricis etiã imbecillitate hoc malum oriri frequentissimè so
 let, quod facilè ab alijs vètris fluxibus internoscitur, ex maiori sanè ali
 menti in ventriculo morã: nam dum debitum tempus in ventriculo
 perstitit, & postmodum crudum excernitur, necesse est totam vi
 tij rationem in facultatem cōcoctoriam reijcere. Mederi huic affectui
 iure optimo necesse est, per ea quæ calfaciendo ventriculū roborent: nã
 ex frigida causa frequentius hoc malum suboriri solet: etiam si aliquã
 do initium sumat, à calore, qui innatum dissipando, frigidiorē red
 dit ventriculum. Qualiter verò facultates cū labuntur, ad pristinum
 statum reduci possint, capite huic rei dicato, in secunda huius volu
 minis parte reperies.

C Interim tamen nosse oportet, ea quæ ingeruntur excerni posse crudi
 da, si facilè & ante tempus defluant, vt induobus primis fluxibus di
 ctum est: aut vbi nullam subeant alterationem, etiam si debitum tem
 pus in ventriculo morentur. Verùm si intrepidè & ante naturæ actio
 nem, facultatis expellentis vitio protinus excernantur, veluti cū ven
 triculum aut intestina acriori sensu à natura pollent: aut ab vlcerè & ero
 sione facilè excitantur, à contentis nimirum acribus & erodentibus
 medicamentis, aut alimentis in ventriculo corruptis, ac vltimò excre
 mentis à corpore vniuerso in ipsum defluentibus, aut ibidem genitis,
 non minus concitatur hi fluxus, quàm ex causis superiùs dictis. Quæ
 quidem cū ab aliqua harum causarum concitatur, sistere oportet ea
 prorsus methodo, qua vomitus ab eisdem profluens causis, posse com
 pesci, paulo superiùs diximus: hoc vno addito, quod vomitum in hoc
 fluxu

fluxu ad hos humores per aliam regionem transferendos, sapius exci-
tare oportet. Quapropter ne eisdemmet rebus plures paginas imple-
re videar, ea consultò prætermitto.

In diarrhœa verò, cum excernatur ex omni humorum genere (san-
guine excepto) tum in propria forma, tum verò alterati & corrupti,
ac in excrementorum naturam conuersi: sæpe ex toto corpore, capite
aut iecore & splene ac nonnunquam ex ventriculo: ob id profecto ma-
ius nobis facessit negotium, siquidem rei varietas confusionem pa-
rit, quæ nos cogit seorsum clarioris doctrinæ gratia, cuiusque tractare.
Sic qui ex toto corpore defluunt humores, dignoscendi prius sunt ex
excretorum inspectione: nam sapius quæ fluunt humorum speciem
referunt: nonnunquam ex solidorum membrorum substantia & hu-
miditatibus per colliquationes aliquid excernitur: aliquândo verò ex
corporis imbecillitate & languore, quæ omnia apertissimis verbis do-
cuit Hippocrates cognoscere. Quapropter fluxiones quæ à toto cor-
pore fiunt, & huiusmodi diarrhœam efficiunt, his tribus capitibus cō-
plecti necessum est: nam primum continet diarrhœam à toto, ex hu-
moribus qui copia aut vitio peccantibus naturam laceſſunt ad expul-
sionem: secundum eam complectitur diarrhœam, in qua humores à
toto dilabuntur, aut quia tanquam inutiles natura renuit, aut quia im-
becillior facta, eosdem neque complecti, neque retinere valet, sed libe-
rè fluere permittit. Tertium verò caput eos continet, qui ex totius
corporis colliquatione prodeunt. Quo quidem ordine suspicor hu-
iusmodi doctrinam clariorem euadere. At qui ex toto corpore ab hu-
morum copia aut vitio concitantur fluxus, peculiarem sibi vendicant
sistendi methodum: nãque potiori quadam ratione inter omnes alios
rarò cohiberi desiderant (exceptis casibus quos superius diximus) si-
quidẽ corpus per huiusmodi fluxiones à vitiosis humoribus se se exo-
nerat, etiam si sapius moderatione egeant, ne incepto impetu natura
irruens, haud quaquam deinceps se se continere queat: non aliter quã
qui per decliuem quempiam locum decurrunt, interdum inuiti primo
impetu loci situ iuuante, rursus progrediuntur. Quapropter à prin-
cipio non impedire, sed moderari, donec naturam se exonerasse cogno-
uerimus, oportet. Verum cum hoc (si aut vires periclitantur, aut natu-
ra ex utili etiam materia nonnihil transmittat) ex toto fluxum cohibe-
re citra dubitationem cōuenit, ac si quid redundantis succi (vt par est)
adhuc supererit, fluxionis impetum aliò transferre, aut per vicinam
partem modestius euacuare, tutius est, vt natura disſuescat, & quod su-
perest excernatur. Verum cum natura lentè mouetur, ac periculum
est

L. 6. Aphor. text.
12. & 14.

A est ne diutino fluxu ipsa labatur, minusque morbo & euacuationi suf-
ficiat, eandem excitare est æquum, expurganti medicamẽto, quod hu-
moris ideam respiciat, non minus quam cum speramus eam non suf-
fecturam susceptum negotium, citra varia accidẽtia perficere. Quo tẽ-
pore absque dubitatione purgantibus medicamentis agendũ est, quæ
antequam frequentibus fluxionibus natura deficiat, materiam con-
fertim expurgare queant, biliosis tamen (præmissio humorum atten-
peramento) parcius purgare oportet, ne aut vires plurimum proſterna-
tur, aut fluxio in dyſenteria degeneret. Moderamur quidẽ hos fluxus cū
neq; ex toto cohibitos, neq; furere effraenes permittimus, idq; ijs præsi-
dijs quæ vias arctiores reddat, & modicè humores cogat, per alimẽta
& medicamẽta quæ pprio capite dicturi sumus, adhibitis etiã exterius
ac per supernam & infimam regionem, iuxta humoris fluentis natu-
ram, quæ moderatissimè adstringant, ne fluxum cohibeant, sed tantũ
moderentur. Verum cum res eò miseriæ deuenit, vt cohiberi ex
toto desideret, propter euidens quod minatur periculum: resistere ei
sanè oportet, per ea auxilia quæ aliò fluxionem transferant, ac per ea
quæ attemperandi & compescendi humorum malitiam vim habeat
tandem per ea quæ adstringunt, & fluxiones cohibent. Sic circa pri-
mam indicationem, si virtus permiserit, sanguinem mittere, ac frictio-
nibus & vinculis bis die, ieiuno ventre, humores ad cutem reuocare o-
portet, sicuti & balneis vti, ac nonnũquam sudorificis auxilijs, quæ per
ambitum corporis humores discutiant: in flaua autem bile & melan-
cholia, ex dulci aqua balneum conficere licet: ex sulphurea, in pituita
& aquosis humoribus: denique omni ingenio sudorem euocare o-
portet, vt suo loco latius docuimus. Quem vsum etiam præstant bra-
chiorum in aqua calida lotiones, euaporationes, stuphæ, fofus præfer-
tim adhibitis antea cucurbitis, scapulis & brachijs. Vomitum item ex-
citare oportet, leuioribus tamen auxilijs: vrinam quoque, licet id per-
timeſcendum sit nonnihil, propter medicamentorum ipsam mouen-
tium naturam, in pituitosis humoribus mouere sæpe est vtile. Reuoca-
re tandem oportet omnem suppressam fluxionem, si quæ est, per vterũ
nimirum, ac fluxum sanguinis narium, quibus naturæ impetus præ-
pediatur, retrahaturque ad alias regiones. Et quoniam qui fluunt
humores, modò acres sunt, modò lenti ac frigidi, pro eorum excessu,
medicamentorum quæ exhibentur, facultates quoque ac qualitates
commiscere oportet, illisque has vicissim opponere. Verum propter
continuum fluxionem simul relaxata loca firmare opus est, medica-
mentis roborantibus. Sic biliosis humoribus corrigere oportet cibis
lubricis

lubricis & boni facci, ac crassioris substantiæ. Biliosus nanque humor A
 alimentis lenientibus magis ut descendat, quam ut detineatur, est solli-
 citandus; corrigendus tamen. Potibus etiam agenda res est, & syru-
 pis huic usui aptis, veluti oxyzacchara, syrupo rosarum intibi, & simi-
 libus; quæ hunc humorem citra cohibitionem attemperent. Quem
 etiam usum lac exhibet, præsertim chalybeatū, ac si eius corruptionē
 vereamur, adiecta quarta aquæ parte, ac detracta dum coquitur spu-
 ma. Quibus præmissis ubi affectio adhuc non quieuerit, adstrin-
 gentibus res agenda est: nam licet huic malo adstringentia primo lo-
 co interdixerimus, propter casus tamen & accidentia quæ inter cu-
 rationem suboriuntur, eisdem sæpe uti cogimur, cuius census est sy-
 rupus & rob de riues, de agresta, demoris immaturis, de cydonis, de
 pyris, de myrto, de rosis sicis, additis syrupo de acetositate citri & de
 papauere, quibus adijcere etiam oportet pulveres margaritarum, cor-
 nu ceruisti, & feminum oxalidis & plantaginis. Confert quoque B
 saccharum rosaceū vetustum modico rhabbaro admixtum, ac corti-
 cibus myrobalanorum, adhita etiam aqua chalybeata. Quod si his ma-
 lum adhuc non cesserit, deueniendum est ad trochiscos de spodio, de
 succino, de terra lemnia. Inferius verò infundere necesse est, quæ capite
 de clysteribus diximus confici ex decocto plantaginis, ru obsoniorū
 balaustrarum, hypocistidos, & torrefacti hordei, addito oleo rosaceo,
 myrtilino, omphacino, & saccharo, cum succis portulacæ, plantaginis
 & similibus. Exterius verò ea sunt adhibenda, quorum superius lubin
 de meminit: inungereque ventrem oportet oleo cytoniorum, myr-
 tino, aut linimento, quod recipit olei cytoniorum & myrti ana. ʒ. j.
 pulueris rosarum, seminis oxalidis & plantaginis ana. scrup. j. terræ
 lemnia, coralli & pulueris cornu cerbi ana. ʒ. j. mixtis cum mo C
 dico aceto. Prodest etiam emplastrum diaphinicom appellatum: Sic
 & illud quod conficitur, ex cydonijs assis, vino rubro aut aqua chalybea
 ta decoctis, pistatisque cum pulueribus mox dictis, aut trochiscis &
 modico aceto: prodest adhuc emplastrum quod ex panis crusta confi-
 citur: & multa alia quæ ex his simplicibus facile alijs admixtis confi-
 ciuntur. At si qui fluunt humores, pituitosi & lenti fuerint, pari me-
 thodo sunt tractandi, licet diuersa materia: nam hos, præmissa ex mel-
 leroseo & syrupo de absynthio, de mentha, de corticibus citræ, & de
 succo cotoneorum ex Galeni consilio præparatione, per vomitum sin-
 gulis diebus aut tertio quoque die, ante prandium excitatum, diuerte-
 re & euacuare est necessarium: Veluti urinas mouere: à quibus per statu-
 ra interualla uti oportet theriaca, aut aliquo ex syrupsis supradictis, ad
 ditis

A ditis pulueribus menthæ galangæ, gariophyllorum & similibus.
 Præstat etiam mora immatura, sole feruente aut igne exsiccata, aqua a-
 nisi aut vino austero bibita. Profunt pari ratione thus, mastichæ, ga-
 riophyllus, xilaloës, anisum, ciminum, cinnamomum, aut nasturtiū
 torrefacta, vino austero excepta. Præter hæc autem in ventrem infun-
 dere oportet decoctum ex gallis, pillulis cupressi, fufuris & foliorum
 quercus cum aniso & ciminio torrefactis: quibus addere necesse est
 mel rosaceum, & oleum cytoniorum & de mentha ac nardo. Exte-
 rius tamen adhibendæ sunt irrigationes ex nardino & absynthiæ o-
 leo cum vino. quod beneficium etiam præstat vnguentum, quod reci-
 pit mastichis, corticis thuris, ana. ʒ. ij. pulueris menthæ & cinnamomi
 ana. ʒ. j. olei nardini, mastichini & absynthij. ana. ʒ. j. vini odorati.
 ʒ. j. ceræ quod sufficit ut vnguentum fiat. Confert etiam empla-
 B strum, quod constat ex palmulis, vino, farina hordei, croco, aloë ac ma-
 stichæ: illud similiter quod ex gallia conficitur, in debilibus semper est
 exusu. Sacellos item ventri admouere oportet, ex milio, sale, panico,
 cinnamomo absynthio, mentha & gariophyllis confectos. Quæ qui-
 dem præsidia ad tempus mutare, & reiterare expedit.

A toto etiam corpore humores dilabuntur, quia aut tanquam inu-
 tiles, & à natura alienos ipsa sua sponte reuult: aut quia imbecillis fa-
 cta, & si laudabiles sint, retinere tamen nequit. Si verò inutilis fuerint
 totum curantis consilium debet dirigi & ad membrum cuius inunus
 est, huiusmodi humores conficere, ut ipsum in pristinum statum pro-
 ratione vitij deducamus: & ad debitam ciborum administrationem,
 quæ humorum vitio ex toto fit contraria, ut capite de Victus ratione
 facile quiuis reperiet. Verum si præ imbecillitate natura succos de-
 C fluere permittat, ad rectam sistendi rationem nosse oportet: quod vnū
 quodque membrum propria actione fugitur, cum proprium tempe-
 ramentum iuxta naturam seruat. Cum verò id peruertitur in actioni-
 bus deficit: sic tota curandi ratio stat in reductione temperamenti to-
 tius ad pristinum: quod fit, ut plures qui ex calore languent, aquæ potus
 ex niue, aut citra ipsam persanet: quibus etiam profunt deambulatio-
 nes per loca frigida, & edulia item frigida, ut lactis spuma refrigerata,
 aut ptisana, citra salis aut alterius condimenti administrationem, fru-
 ctus etiam & poma frigida, quibus plures persanatos vidimus, citra
 vllum adstringentium usum. His verò qui ex frigida distemperie
 laborant, siue ab externo aere, aut frigido potu, siue ab alijs quæ frigidi-
 tatem inducere possunt, affectus proficiscatur, plurimum prodesse po-
 test vinum vetus, & alimenta quæ calidis condimentis parantur, sicuti
 I 3 ti rerum

ti. rerum calfacientium adhaesus, calorificæ quoque frictions, & inu-
 A siones: quibus etiam vsus adstringentium omnino est alienus, sicuti
 vtilissimus ijs, quibus ex humida distemperie aluus fluit: tum vt hu-
 miditatem exsiccent: tum verò vt munus facultatis retentricis compri-
 mendo adimpleant: præmissis tamen quæ aquosum humorem inun-
 dantem evacuent. At his qui ex siccitate alui fluore laborant, simi-
 lis omnino sistendi ratio adhibenda est, ei quæ hæctica febre laboran-
 tibus est necessaria: aut his qui ex morbo senium patiuntur. Quas om-
 nes siccitatis species adaugent plurimum austerorum ciborum ac po-
 tituum; medicamentorumve vsus: consumunt enim si quid in ipsis
 corporibus innati ac insiti humoris relinquatur, ex hauriunt quidem
 & exprimunt in interiores alui cavitates omne id quod in ambitu cō-
 tinetur. Quò fit, vt vera curandi ratio perficiatur, laxatis totius cor-
 poris meatibus, vt quod à circumiacentibus partibus propulsum est B
 facile ad easdem retrahatur, & per humectantem victum vnum
 quodque membrum simile reficiatur. Quod profecto fiet molli-
 bus frictionibus, balneis aquæ dulcis, cibis optimi nutrimenti, qui-
 bus cutis rarefiat, & balneo humectetur ac aperiantur collapsæ partes
 vt easdem alimentum promptius subingredi possit: hoc vno tamen
 animaduerso, vt Aëtius consulit, quod si calida distemperies etiam
 siccitati iungatur, quæ modicè refrigerent sunt admiscenda, sicuti si
 frigida, quæ modicè calfaciant: sic lac inter alia auxilia cum melle aut
 citra ipsum pro distemperie ratione, commodissimum fit alimētum,
 sicuti vinum his, quibus frigida iungitur distemperies. Inungere e-
 tiam omnibus ventrem oportet, ne vsquam arescat, ac præcauere ne a-
 limentum ventrem grauet. Reliqua verò huic curationi vtilia, hæcti-
 cis sunt simillima.

Colliguntur
 EX TOTO item corpore cum præ exurente calore colliqua-
 tur, alia fluxus conditio concitari solet, cuius natura ex pingui & glu-
 minosa concretionem omnibus est notissima. Cæterum sistendi ratio
 modò ex interna aliqua inflammatione, modò ex febre, aut humorum
 malitia prodeat, tantum consistit in his, quæ calorem extinguunt,
 & humoris acrimoniam retundunt, ac leniunt, & vltimo in his quæ
 quod ex corpore contabefactum deperditumque est, renutritione re-
 ficiunt: dummodo medicamenta aut alimenta tantum sint frigida,
 quantum facultas ipsa aut calor innatus ferre possit. Sic ex his plu-
 res sanant frigida potus ex niue, præsertim si corpus fuerit robustum:
 potiones etiam ex lacte, minerali aliquo aut lapillo chalybeato, ex
 aqua hordei chalybeata etiam, ac stillaticijs liquoribus actu frigidis,
 cum

A cum syrupo acetosæ, agreste, rosarum siccarum & myrti, & alia de-
 nique quæ refrigerandi & humectandi vim obtineant: quibus tamen
 adstringentia, aut nulla, aut quæ moderatissima sint, sunt admiscen-
 da: Præsertim vbi ex humorum malitia fluxio concitatur, cui signa-
 tim iura pingua frigidis rebus decocta, sunt admiscenda, veluti
 ptisana est, & amygdalum, alicæ & vltimo alia, quæ lenientem &
 mulcebrem habeant virtutem. Haud dissimili vtilitate epithe-
 mata quoque adhibemus, & inunctiones dorso, thoraci & articu-
 lationibus.

IN T E R membra quorum consensu aluus sæpe fluit, vnum est
 caput, ex cuius distemperie frigida, quæ crudos conficit humores,
 aut calida quæ eosdem tenuet & liquet, fluxibilioresque reddat, fre-
 quenter his affectus suboritur: ac nonnunquam ex falluginosis & a-
 B cribus succis, ab eodem membro delapsis, quibus in ventre receptis
 alimenta ociosissimè corrumpuntur, ac ipsi & eadem protinus per ven-
 trem defluunt, ipse tamen irritatus deinceps frequenter excernit.
 Verum vteunque sit, modò alimenta vitientur, modò secus, sistendi
 ratio tribus modis venit exercenda: Primus sanè est, qui caput præ-
 missa, iuxta rationem humoris redundantis, vaguatione, roborare
 docet, ne amplius superfluum humorem gignat: fiet autem vtrumque
 his quæ in principio huius capituli diximus prodesse fluxionibus in
 thoracem delabentibus. Secundus quidem is est, qui humorem iam
 genitum per alias regiones distrahit, per nares nimirum, per pala-
 tum, per fontanellas brachijs vtrinque affixas, per setonem in occipi-
 tio, aut bregmate vltimo ferro candenti: Prius tamen tentatis alijs le-
 uioribus auxilijs, tum his, quæ humores distrahant: tum alijs, quæ
 C roborandi caput vim habeant. Quibus etiam profunt balnea tepi-
 da aquæ, præsertim in calida distemperie: in frigida verò sulphurea:
 Tertius verò modus exercetur per ea quæ ventriculum respiciant, eua-
 cuato prius per vomitum humore, quem ex capite susceperat, aut per
 expurgantia medicamenta, & adhibitis quæ roborent, ne amplius fa-
 cile susceptet.

Varijs profecto ac plurimis rationibus aluus fluere solet, membro-
 rum nutrimentalium consensu: tum per eorum obstructionem, aut
 viarum ad ipsa deuenientium: tum propter eorundem distemperiem,
 ac impotentiam. Cum verò ex obstructionibus malum oritur (mo-
 do meseraicarum, à quibus chiloza substantia per aluum defluit:
 modo iecoris aut splenis, quorum vitio humores biliosi, aut melans-
 cholici, aut varij profluunt) distinguitur profecto ab omnibus alijs, ex
 1 4 graui

grauitate partis obstructæ, ac tumore saltem ad tactum, ex totius coloris mutatione, ex corporis grauitate citra plenitudinem, ex vrina crassa aut tenui, si viæ per quas excrementa excerni solent, obstructuantur. Simili modo obstructum viscus facile est nosse, ex his quæ excernuntur: nam melancholica excretio, splenem non recipere melancholiam sibi commissam, aut iecur plurimam generare, quorum aliud iecoris distemperiem, aliud vero splenis obstructionem facile monstrat. Sic ex chillo excreta iecur non suscipere alimentum & ex flaua bile etiam excreta, aut non posse iecur in aliud membrum transmittere suum excrementum, propter sui aut alterius obstructionem, aut plus quam par est, huius humoris generare. Vltimò tamen eos dignoscere oportet, quia per interualla & confertim repetunt, iuxta paulatinam humoris congestionem. In quibus equidem tota sistendi ratio consistit in aperiendis obstructionibus: quod latius docebo capite De Aperiendis præsijs. Interim tamen nosse ac intertingere oportet huiusmodi humores, non minus acerbari ac per interualla repetere posse, vitio facultatis trahentis membrorum, quam viarum obstructione. Quo casu sistendi methodus versatur (modò ex chillosa, fœtida aut humoralis substantia fluxus concitetur) circa visceris cuius vitio prædiçt, corroboracionem: quod facile reperiet diligens lector capite de Roborantibus præsijs.

Est etiam præter dictas alia fluxus species, quam choleram medici appellant. in qua vtraque aluus immodicè fluit: ac licet quæ in ea excernuntur, modò flatuosa sint, vt ex Hippocrate constat, modò cruda, ac nonnunquam humores sint, circa eam tamen que ex crudis edulij, aut biliosis & acris humoribus constat, expendere oportet, sistendi methodum triplicem esse. Nanque tam solet esse effrænis & copiosa per eam vacuatio, vt tantum liceat compressioni intendere, ac virtutis robori, per ea medicamentà, quæ comprimendi vtrâque aluum vires habeant, qualia sunt quæ superius hoc capite diximus. Attemperato interim humore ac comixto his, quæ leniendi vim obtineant, acrimoniamque retundendi, vt potus aquæ feruentissimæ, amyllum, ptisana & huius census alia. Secunda sistendi ratio, stat in materiæ fluentis correctione, citra vllam tamen adstrictionem (dum necessitas non fuerit plurimum vrgens) quam solet sæpe potus aquæ, vbi biliosa ac æstuas fuerit, compescere, ac frænare: sicuti si acris ac mordax aqua æstu calida, quâ nuper diximus plurimum posse præstare. Cæterum si lætè moueatur natura, tertia methodus docet, ipsius non inuare per eam partem, per quâ ipsa auidius repit: ob id igitur in ciborum crudita-

A cruditatibus vomitum mouere expedit, ac nonnunquam expurgare, in alijs verò humoribus tantum per infernam aluum moderatè ducere: In vtrisque tamen per mitissima medicamenta, & ea quæ corroborandi etiam vires habeant, post quæ adstringentia & roborantia intus & extra adhibenda sunt.

Cæterum si ob alicuius humoris defluxum, dysenteria concitetur quatenus pertinet ad vniuersalem medendi rationem, eadem methodo ac in diarrhœa vti oportet, iuxta humoris profluētis naturam: quatenus verò ad intestina pertinet, quorum exulceraciones maximum in hoc morbo negotium facescunt, dictum quidem abundè est capite de Clysteribus. Verum si dysenteria ex superpurgacione suboritur: coniectandum sanè est, an medicamentum adhuc in ventriculo moretur (nam eo tempore adhibenda tantum sunt, quæ ventrem abluant: quæ quidem alimentosa esse minimè necesse est: quia si cibi speciem referunt, ea amplectetur ventriculus simul cum medicamento: ac per consequens non quiescet fluxus, cum medicamentum semper operetur (aut iam ab eo in intestina prolapsum fuerit: quo tempore satius est, alimentum præbere, & clysteribus vti, præsertim si alimentum fuerit ius aliquod, aut amyllum, aut pultis ex farina hordei. Hoc vnum tamen in hoc morbo silentio prætermittere nolui, nimirum experientia obseruatum esse, citra omnem expectationem philipendulæ radicem pondere .ʒ. j. exhibitam vino, aut exceptam vitello oui, prodesse: Cuius profecto herbæ, & folia, & radices idem beneficium præstare, frequēti experimento mihi est compertum.

c Consilium in fluxionibus sistendis.



Non fat est in grauiissimis affectibus eorum naturam & causas nouisse, ni quò casus seu accidentia se vertant, ex certa obseruatione & iudicio cognouerimus: quod profecto in fluxionibus omnibus potissimè aduenit: quibus cōtingit, quod egregiè docet Hippocrates loquens de his qui difficulter sanitati restituuntur. Inquit enim, Egri dolentes quidem ob præsentia, timentes ob futura: & pleni quidem morbo, inanes autem ciborum, ea quæ morbo grata sunt, quam quæ ad sanitatem faciunt, assumere malunt, mori quidè non amantes, sed tolerare tamen non potètes. Quò quidem fit, vt medicis non obtemperantes, diutiùs affectus protrahatur & grauiores fiant. Quapropter eius quoque rei ediscere

cere prouidentiam conuenit: nam ob hæc mala, non minùs quàm ex-
caularum & naturæ affectus ignoratione, maior medicis & laboranti-
bus infertur molestia, & grauius periculum. & ob id maturius requi-
runt consilium. Quamobrem nosse oportet inter hos fluxus, plures ef-
se, qui licet legibus naturæ compescendi sint, accidentia tamen, aut a-
liquid particularius, contrarium debere fieri cōmonstrant. Sic sapien-
tissimus Hippocrates in sanguinis profusionibus, indulgendum esse
non nihil naturæ motui consulit, etiam si sanguinis profusiones pluri-
mùm terrere videantur, nedum in alijs fluxionibus quæ minus minã-
tur periculū: Quia tutius est sapius naturæ impetū per aliquod tēpus
permittere, quàm mox in motus principio, ex toto ei contrariari: nam
tunc temporis solet, quod semel tentauerit, dum impeditur, sapius
conari: quod si aliquando permitteremus ipsam suo motu furere, sæ-
pius suas sponte deinceps quiescit. Eodem prorsus prudentiæ con-
silio utitur Celsus, docens sapius pro valitudine esse vno die aluum
fluere, ac miro quodam artificio in sistendis alui fluxionibus proce-
dit: nanque modo remittit, modo supprimit, ac sapius fluere finit,
quasi obseruans naturæ conditionem & modum. Cæterum ma-
ior pars prudentiæ in grauioribus malis stat in animi integritate ac li-
bertate, ne videlicet, nos perturbent, quæ accidunt mala, nam turbati
& pusillanimes, etiam si docti sint, neque scientia neque prudentia ac
consilio vlllo, liberè uti possunt: quò fit, vt faciliè à recta medendi ratio-
ne aberrant. Qua etiam ratione contingit, vt indocti & minus ex-
perti medici. Cùm magis ob ignorantiam mali sibi constent, quæ uti-
liora sint, consulant (licet eis sæpe fidere non sit tutum) nanque hu-
iusmodi solent, quæ primo aspectu leuia apparent, contemnere, quos
postmodum miserè fallunt, quæ latitabant mala, & ea quæ in princi-
pio rimari exactè neglexerunt, pertimescunt fortasse, dum præsidij
nullus erat locus. Quæ quidem mala prudentia ac consilium sæ-
pius præcauere solent: qua ratione decreui nonnulla hic scribere, ex
his quæ diu obseruauit, & rationi videntur consentanea. Primò in om-
nibus fluxionibus obseruare oportet, ne naturæ impetum statim præpe-
diamus, nisi in his quæ inuita natura fiunt, velut sunt diaphoretici su-
dores, & corporis colliquamēta. Verùm in his quæ irritata expellente
facultate fiunt, primum curantis consilium sit, iuxta causam quæ flu-
xum excitat: nam in his fluxui intendere, & totum conatum ei
apponere sæpe est frustra. At in retinentis facultatis vitio primi-
tus fluxum cohibere oportet, miscereque ea medicamenta, quæ impo-
nentiæ causam auferant: quod etiam in coctricis iactura agendum est.

Verùm

A Verùm in his, qui instrumēti vitio fiunt, fluxibus, si causa vitij adhuc
perstiterit, eius primò est habenda ratio: sin minùs fluxionis tantùm.
Peculiariter etiam expendere oportet, in omnibus, non licere sistere,
quos iudicij ratione mouet natura, neque spontinos si conferunt, & be-
ne feruntur, neque eos quos nauseatiua satietas excitauerit. At dū hu-
mores vitiosi in ventriculo aut aggregantur, aut generantur, per statu-
ta interualla eos vomere necesse est, ne humorū copia aut malitia mor-
bosi vomitus concitentur. Item in his vomitibus quos infarcti humo-
res & adherentes concitant, nulla ratione adstringentibus uti oportet,
sed his medicamentis quæ coctionem iuuant. Verùm si venter hu-
moribus inundauerit, vacuatis illis prius, roborantia & adstringentia
sunt adhibenda: tum ne amplius susceptet, tum verò ne plures dein-
ceps gignat.

B In diabetica autem passione tutissimum est consilium, rarò uti ex pur-
gantibus medicamentis, ne iecore & renibus concalactis, intensius si-
tiant laborans, ac plus poterit, & vberiore fluxum concitet: lenientia
verò medicamenta sapius adhibere longè est vtilius.

Observatione etiam dignum est, menstruas purgationes, dum na-
tura modum plurimum non excedunt, etiam si grauissimis prorum-
pant accidentibus, nusquam licere supprimit, nam deteriora suppres-
se concitabunt: ac si quando contigerit, ei aliam succrescere vacuatio-
nem, eam supprimit conuenit, menstrua verò aut amplius prouo-
care, aut si id non tulerint vires, permittere, quia vtilior est, etiam si de-
bitum tempus peruertat: quapropter aliā eo tempore prouocare, quæ
contrarium inferat naturæ motum, ab omni ratione alienum esse cen-
seo: quinimo omni ingenio, vtrasque aut alteram vacuationem mode-

C rarè est necessum: artus tamen huic vsui & extremas partes primum cō-
stringere oportebit (vt in fluxibus omnibus vtriusque ventris consu-
luerat optimè Auicena) ab alis & inguinibus exordio facto. Post-
quam item non frigidam sed tepidam propinare, & eadem poscā locos
perfundere, & multam lanam oleo rosaceo aut melino, aut myrteo,
cum modico vino imbutam imponere: quæ omnia tepida sint oportet
ne vterum & vesicam perfrigerent. Imperandum est quòque
vnius diei ieiunium, quod si tolerare nequeat, panis micam ex suc-
co granatorum adhibebimus, aut alicam, orizam, aut amy-
lum aut ouum sorbibile frigidum: Postea verò dum vsu vene-
rit, vt rectius prosit, admisceatur decoctum balaufti, hypocistidis
aut acacia, Pati etiam methodo consulo, cum è duabus vacuatio-
nibus alteram supprimit necessum est, non debere eam esse, quæ
aut

L. 6. Popu. par. 3
tex. 22.

L. 4. c. 19.

Nota I

L. 1. Feni. 4. c. 16

aut familiarior est, aut antiquior, aut laborātis naturæ cōmodior, sed omnino huic contrariam: nam quæ assueta sunt, insuetis minūs mole stare solent.

L. 4. M. echo.

In fluxibus quidem sanguinis, toto animo expendere oportet, ex Galeni præcepto, ea esse eligenda quæ naturæ laborantis magis sint familiaria, siue alimenta siue medicamenta sint, & ea omnino fugere, quæ contraria fuerint. At persistente causa, quæ sanguinis fluxum mouet (siue vitium siue plenitudo sit) nulla ratione sunt adhibenda medicamenta, quæ aut fluxum comprimant, aut vlcus sanare intendant

L. 4. S. et: 4, ca. 66.

quamobrem appositisimè Aëtius consulit, ante cuiusvis fluxus curationem per topica auxilia, sanguinem esse detrahendum: Inquit enim Mulieri rubro fluxu vexata, primùm sanguinem euacuabimus per venæ sectionem, hæc enim non solum materiam ad vterum confluentem diuertit, sed detentionem etiam ac constrictionem tutam efficit: multa enim sequerentur incommoda, si sanguinis vel cuiuscunque fluxus lationem localibus auxilijs reprimeremus: nam aliquæ in hydropem, aliquæ in neruorum affectiones, aut oris ventris, aut capitis vexationes collapsæ sunt. Verùm in his omnibus dum operari desierit causa, primùm sistere sanguinem expedit: post verò ruptum vas, aut erosum sanare oportet, debito sibi (vt diximus) præsidio: euertere enim huiusmodi methodum, non solum nil commodi afferet, verum damnum longè deterius reddit: cauere tamen laborantes hoc fluxu oportet avino, a valneis, a venere, ac vociferatione, sicuti, a confertis & iubitaneis sanguinis missionibus (dummodo ex plenitudine vitium nõ oriatur)

At in alui profluuijs, sicuti oculorum passiones ipsa persanant, citra ullam capitis curationem, ita in balbucientium fluxionibus, tota curandi ratio, vt fluxio sistatur, humido capiti est adhibenda: alioquin periclitabitur laborans, ne fluxio illa in principaliorem partem decumbat, comprimantibus adhibitis. In tabidis quidem semper esset rutum fluxionem sistere, ni tam esset difficile factu. Cæterùm tentare oportet saltem his, quæ diuertant ad vniuersum ambitum: sic in extenuatis fluxum nusquam permittere oportet, neque in prægnantibus: sed facillimis præsidijs semper sistere, his præsertim quæ corroborando vim obtineant, & optimi nutrimenti edulij. In fluxibus verò complicatis hoc est tutissimum præceptum, nimirum medicamenta, quæ vni fluxus speciei profunt tantum, nusquam adhibere tam vehementia, quàm affectus ipse postulat, sed alijs, quæ alteri speciei conferunt, parum attemperata ac commista, etiam si in totum non profint, quia satius est, in diuturniori tempore complicatum affectum curare, quàm in

breui

A breui tēpore ob medicamentorū vehementiā, laborantē perdere. Plus nanque læditur fluxus, alterius fluxus medicamentis, quàm proprijs iuuetur. Quod intelligi debet, dum affectus non conueniunt in causa aut morbi ratione, nam si conuenerint, satius est, vnius rationis esse auxilia.

De communi & peculiariproouocatione suppressas fluxiones indicatione. Cap. 15.



BANTA est consuetudinis in nostris corporibus vis & efficacia, vt iure triplicè reperiatur habere potetiam. Quarum prima est, morbos propellere tanquàm natura ipsa: altera corpus à varijs præcauere affectibus. Tertia verò & vltima, non minus alterari aut iuuari ab auxilijs, ac natura ipsa: quapropter assueta (& si præter naturam sint) æquè corpus tuentur, ac ea quæ ingenita sunt & naturalia: quæ etiam dum mutantur, haud secus ipsum perdunt, quàm ea quæ nobis à principio innata sunt. Magna quidem res est consuetudo, vt Galenus scribit, & experiētia docet: ita vt quæ cōsuetudine nobis acquiruntur, quauis plurimū sint nostræ naturæ aliena & cōtraria, amica profusiat & familiaria: ob idq; nõ minus ab auxilijs alteramur insueti, ac natura ipsa. Ex quo quidem orta est difficilis illa controuersia, quam Gal. mouet, de reductione & conseruatione corporum, quæ ab optima natura recesserunt: quæ quidem si valent, si vacant & obsequantur, reducenda esse docet ad id quod in tota specie optimum est. Quæ verò laborant, cum à sua (qualiscunque illa sit) natura & consuetudine, auxiliū expectent (si verum est quod scripsit Hippocrates, Naturas esse morborum medicatrices) à reducendis vim patiuntur, & infirmantur. Quò fit, vt nullum obtineant reductioni locum. Tanta itaque est consuetudinis efficacia: vt dum corpus laborat, perinde ac ipsa natura seruari desideret: alioquin corpus infirmatur. Præcauet hæc tertio corpus ipsum à varijs affectibus. nã quod morbosum alioquin foret, salutare efficit: quemadmodum consuetæ vacuationes (quæ sua sponte graues forent) multorum affectuum præsidia fiunt: quibus suppressis (quod alijs esset proficuum) consuetis grauissima & varia minantur & inferunt mala: quapropter ex ratione me fecisse suspicabor, si docuero, quas ex fluxionibus

L. Artis med.

L. 6. V. vulgarium

m bus

bus liceat tueri, aut cum supprimuntur, iterum excitare: quid de-
aque antea considerare expediat, & quibus præsijs eadem liceat
mouere.

De internis
fluxionibus
suppressis.

NO S S E tamen prius oportet defluxionibus, quæ intus manent
quale sit proferendum iudicium, qualis ve prouocandi ratio. Eis itaq;
quæ ad partes internas prolabuntur, facilius assuescit natura, utpote quæ
minori fiant spirituum dispendio, & aliquali membrorum recipien-
tium tractu & apparatu, licet hoc habeant omnes hæ proprium & pe-
culiare, ut nusquam citra manifestum alicuius partis damnum pro-
fluant. Quamobrem earum habitus semper est detestabilis, præser-
tim cum fluxio delabitur in partem aliquam principem, quam potius
eo tempore suppressere expedit, quam dum quieuerit excitare. Verum
utcumque sit, huiusmodi fluxiones mouere, nusquam conuenit, cum
sua sponte supprimuntur, etiam si alios excitent, aut minetur affectus
sed tota curandi ratio versari tenetur iuxta alterius vacuationis excita-
tionem, quæ extra pellat, quod intus reclusum denuo in affectam par-
tem defluit: modo per expurgans medicamentum id fiat, modo per
vomitum, urinam, sputum, & huiusmodi alias manifestas excretiones
ac præcipue per fontanellas & setones, quibus internæ fluxiones faci-
lius & tutius subsistunt, ut proprio capite latius monstrauius. At si
fluxio per varices quas appellant, ad aliquam partem delapserint, ead-
em tutius est, ubi euauerint, prouocare: nam periculosum & graue
est, eas suppressere. Quapropter caloricis lauacris, frictionibus, & va-
lidis illius partis, ubi præfuerant, exercitijs confestim eas excitare oportet,
aut partem propè earum antiquum situm, ferro candenti inurere,
ut pereandem humor dilabatur, expurgeturque corpus à varicum
expurcitiis: etiam si ex usu sæpè sit, eadem per medium secare, ac im-
pedire defluxum partis, cuius vitium eisdem preualet. sed præcauere
corpus deinceps cautiùs necesse est: nam hæ ubi rescinduntur in
totius corporis, aut alterius partis perniciem, sæuiùs prorumpere
solent.

De suppressione
externarum fluxionum.

Expendere etiam oportet, ex vacuationibus quæ extra corpus pro-
rumpunt, quasdam esse, quibus tantum abest, ut natura assuescat, quod
mox a principio eandem, & totum corporis habitum depopulentur:
veluti sunt diaphoretici sudores, & excretiones, quæ ex colliuatione
prodeunt, & plures aliæ, quæ subito & confestim fiunt, & nullo mo-
do naturam assuescere permittunt, sed subita cogunt mutatione peri-
re. Quasdam verò esse, quibus assuescere est impossibile, & si eas diu na-
tura sustinuerit, quia in nullum alium habitum eandem mutare pos-
sunt.

A sunt, sed insitum natæ sunt depascere, veluti dysenteria, sanguinis flu-
xus ex thorace, & huius census pleraque. Alias etiam esse palam con-
stat, quibus vltro assuescit natura ipsa: quod fit, ut nullis cædat præsijs
sed aduersus omne auxilium habitum acquirat. Quæ rursus sunt in
duplici differentia: quædam quibus & si sæpè & vtiliter primo acces-
su assuescat, sæpius tamen fallunt, & in perniciem laborantes dedu-
cunt, veluti alui deiectio, & vomitus ex sanguine, & urinæ fluor, aut
sanguinis mictus: quibus sæpè vitur natura cum conferentia & tole-
rantia: præsertim in his quibus aut membrum aliquod est mutilatum
aut iecur supra modum calidum & sanguificum. A quibus etiam va-
cuationibus se se temporis tractu retrahit natura, non minori animan-
tis commodo, quam dum fluebant. Quas equidem neque suppressere,
dum habitualiter prodeunt, neque vsquam prouocare, etiam si præ-
B ter rationem & proprium habitum supprimantur, expedit, neque ad
huc morbis ex earum compressione concitatis, nanque graue & peri-
culo plenum est, huiusmodi concitare fluxiones. Quamobrem tu-
tius est alijs vacuationibus earum defectum supplere, quibus humo-
res per easdem solitos fluere euacuemus: quam eas met. & si consuetas
prouocare. Nanque urinæ fluor præter naturæ modum, sæpè est pe-
riculosus, licet assuetus: minatur enim aut diabeticam passionem aut
vesicæ vlcus. Quædam vltimò ex his sunt vacuationes, quibus tam-
auidè natura assuescit, ut nusquam ab eis liceat subsistere, citra maxi-
mum animantis discrimen. Veluti sunt vomitus & fluxus alui, aut
sanguinis per nares, hæmorrhoides, & vterum. Item euacuationes,
quæ fiunt per fistulas, aut manantia vlcera, ac spuitio crebra: modo à
thorace prodeat, modo à capite, aut à toto: veluti & narium emunctio
C quibus natura se se tuetur, ac defendit à varijs quos antea patiebatur af-
fectibus, & alios plures præcauet: nam cum habitum alicuius vacua-
tionis contrahit, hos citra dubitationem præstat vsus. Habent qui-
dem omnes hæ vacuationis species hoc proprium & peculiare, quod
ubi earum semel natura habitum contraxerit, amittere amplius ne-
quit, nisi aut ætate mutata, aut morbo oppressa, aut alterius affectus
præfaga, aut vltimò alia vacuatione distracta. Cum enim ætate mu-
tatur, natura ipsa alium iam contrahit habitum, qui licet præcedenti
sit contrarius, aut diuersus, non minus salubris efficitur, quam his,
quem ætas deuastrauerat: quotempore neque eundem excitare flu-
xum, neque alio eius defectum implere, citra maximum discrimen
poteris: quemadmodum videre licet in fœminis, quibus præ senio mē-
strua defecere, & in iuuenibus, quibus alius senectute siccatur, & in
alijs

alijs, qui præ corporis athletico habitu & iuuentute, statutis temporibus sanguinem è naribus fundunt, quibus vbi ætas, aut corporis habitus confenuit, aut mutatur, nihil amplius profluet citra manifestum damnum. Habent etiam id proprium hæc consuetæ vacationes, nimirum, quod natura cum iuxta proprias leges se habet, quod sibi in tempus sperat fore molestum, ingenitis vacationibus propellit, idque non ex consuetudine, sed ex lege. Sic consuetudo, tuendæ nature gratia, eadem seruat legem, & id quod semel nature vsui esse cognouit: qua ratione cum ab incepto nature præsidio inuita subsistit, facile in grauissimos morbos prorumpit, quales suppressæ vacationes moliri solent: quas equidem iterum reuocare, ipsa medendi ars manifestè docet: tum præcautionis, tum verò curationis gratia. Superfedit etiam natura à consuetis vacationibus, sæpe ab alia vacatione distracta: quod solet illi esse grauius, tum quia distracta magis labascit, tum verò quia ab insuetis vehementius læditur. Atque etiam ob id quod rarò impletur defectus consuetæ vacationis, per insuetas, citra nouum damnum: qua ratione expedit assuetam tueri, nisi aut plurimum fuerit molesta, aut superueniens admodum proficua: quo tempore probare & tueri mutationem oportet. Verum cum suppressio, non ob distractionem, neque ob mutatam atatem, sed aut nature lapsum, aut noui fluxus aduentu contigerit, quas vltimo loco diximus vacationes, excitare dum supprimuntur, omni negotio expedit, ni grauius aliud malum placuerit certius expectare. Verum quia in his concitandis, etiam quid peculiare, & cuique proprium obseruare conuenit, ne intrepidè fiat consultissimum mihi videtur, singulis excitandi rationem præscribere.

De Sputo
suppresso.

Et mucus

INTER fluxus, quibus semel natura assuescit, & postmodum supprimuntur, nullus certè est, quem prouocare iterum deceat magis, quam eum qui per os & nares expurgatur: quod facile duabus rationibus probari potest. Prima quia sputum & narium pituitam prouocare, facile & tutum est: tum ob medicamentorum quibus id molimur facilitatem & securitatem: tum verò quia nullum ex prouocatione sequitur incommodum. Quibus autem id fieri debeat, capite de Purgatione per sputum ab eodem diximus. Secunda verò ratio quia vbi huiusmodi vacuatio suppressa iterum non excitatur, in grauissimos morbos tum capitis tum thoracis & articularum frequenter degenerare solet: quapropter citra discrimen aut reuocanda est per nares & palatum, aut per setones & fontanellas alio transferenda.

De suppressis vomitibus

Solet etiam natura sæpius vomitibus assuescere, quibus multo morborum habitum facile aufert. Quos quidem aut im-

becilla

A becilla nequit amplius mouere, aut errans alio humorem transfert: aut denique in particulam cui vomitus præsidium erat, iterum transmittit, aut ibidem morari sinit. Quæ ratione præter animantis vsus suppressio contingit. Quos quidem omni arte (præsertim qua hora assueuerat natura) iterum excitare oportet. Atquæ expultrice imbecilla reddita, suppressio accidit, quod ex ventriculi grauitate, leui nausea & cibi fastidio aut auersione facile colligitur, vt quæ ventriculo grauari certò ostendant. Vomitus prouocandus est, ijs tantum quæ acrimoniam inferant, vt ventrem absterione & irritamento expurgent, qualia vinum mellitum cum semine raphani, erucæ, aut nasturci feruefactum: aut decoctum earundem rerum cum aceto & melle, aut oximellite simplici, aut schilitico. Præstant id etiam quæ propria vi vomendo purgant: qualia diximus capite de Purgatione per vomitum.

B Nosse tamen necesse est, expultrice facultate existente imbecilla, non licere tepida neque pinguia adhibere, ne amplius effœminetur & hebitior fiat: quod in omnibus alijs suppressionibus proficuum fore constat. Itaque vomitibus per interualla excitatis, naturam ad assuetam trahere oportet: quibus autem vomitus omnis generis mouere oporteat, capite citato abundè diximus: nunc verò sat est nosse, præcipuam curam di rationem in affectibus qui vomitum suppressione excitantur. Verum quia solet sæpe malum ita graue fieri, vt alia protinus exposcat præsidia quæ celerius ac vehementius auxilium præstent: necessum est statè affectus grauitate, ad alia confugere, & post vehementiæ remissionem paulatim ad assuetum vomitum reddere.

Aluum verò suppressi duobus modis intelligi potest: aut naturali bus nimirum excrementis (aluo sicciori facta) plurimum retentis, vt in conualescentibus, & diuturno morbo confectis sæpius contingit: & in his etiam quibus iecur supra modum calidum est & siccum: ac vltimò in alijs qui aut plurimum se exercuerunt, aut in ediam sustinent, aut hæmorrhoides patiuntur. Secundo verò cum aluus quæ ex consuetudine plurimum erat fluida & humecta, siccatur & subsistit. Quæ verò ratione exiccatam aluum mouere expediat, capite de clysteribus docere cœperam. Verum in conualescentibus & diuturno morbo confectis, aperte constat, nullo alio præsidio vsus fuisse Galenum, quam clysteribus ex oleo, quibus & siccus excrementum madescit, & transitus efficitur lubricus, & totus venter emollitur. At quia sæpe alimenti penuria ob edacem morbum, id contingit, eò quod inanita natura fixius excrementis innititur, donec exuccata ex toto dimittat: ob idque non solum clysteribus res agenda est, sed alimentis humidioris succi, & fa-

De Aluo suppressa.

L. 9. Defani. tu.

m 3 ciliaris

cilioris substantiæ, quæ præ existenti inanitioni satisfaciât, naturamq; A
non permittât diu versari in spurcitijs excrementorum. Verùm dum
aluus arefcit ob iecoris calorem & siccitatem, tota medendi ratio ver-
satur circa reductionem iecoris ad pristinum temperamentum. At
qui cum id reducatur frigidis & humidis, admiscere semper oportet,
quæ hebetiorem reddant tractricem iecoris facultatem, qualia sunt
quæ ex mucilagibus seminum & radicum, & ex succo portulacæ &
maluarum conficiuntur: ob id sic affectis paulo copiosior aquæ po-
tus commodissimus est, præsertim si iam aluus siccitatem sibi contra-
xerit, vt Galeno visum est, quem vsu præstant clystera quæ proprio
capite, diximus. Profunt etiam exterius fomenta ex decocto foliorum
& florum violarum, maluæ, seminis altheæ, maluarum & lini. Inun-
ctionem quoque ex butyro & oleo amigdalorum dulcium proficua
esse, mihi est experimento compertum. Quod si aluus ob exercitium B
aut inediam exiccetur, ex ocio & crapula promptissimum fit præsi-
dium. In exiccatione verò quæ ex hæmorrhoidarum dolore & ca-
lore fit, adhibenda sunt per superna quæ lubricum ventrem efficiant
veluti decoctum prunorum, ficuum, fisticorum, violarum, maluarum
addita mucilagine seminis citoniorum & psyllij, cum saccharo rubro.
Ius etiam pingue cum saccharo, aut galli decrepiti decoctum cum
carthamo, prunis & violis feruefactum: decoctum etiam mercuria-
lis cum saccharo. Prodest quoque syrupus qui conficitur ex decocto
maluarum, mercurialis, borraginis, prunorum & radice altheæ, bu-
glosæ & borraginis, cui facta expressione licet addere mucilaginis se-
minis citoniorum & psyllij quod sufficiat, vt cum saccharo possit con-
fici syrupus. Cuius dum laborans it dormitum, quatuor aut quin-
que uncias sumat, oportet. Profunt etiam suppositoria ex butyro C
recenti confecta, quæ prodesse plurimum experientia est compertum
Verùm si pituita in intestinis abundantia (eò quod eorum sensum he-
betat, vt excrementorum contactum persentire nequeant) affectus
causa fuerit, quæ absterforiam & purgatoriam vim obtineant clysteri-
bus sunt admiscenda, qualia suo loco abunde diximus. Interim ta-
men admonitum velim huius loci lectorem, in quàm plurimis dysen-
terijs reperiri huiusmodi facuum siccitates. Quibus sæpe grauius
redditur malum, quas equidem expellere necesse est, adhibitis quæ in-
duratas feces emolliendo expurgent: quapropter in dysenteria sæpius
excrementa inspicere oportet, vt vbi quæ propria alui sunt, suppressa
fuerint, protinus sibi proprijs auxilijs extrahantur. Cum verò aluus
quæ immodicè fluere solita erat, supprimitur, non est ita facile mo-
uendi

A uendi methodum inuenire. Verùm quæ in hac re iudicio nostro ratio
ni videntur esse consona, paucis aperiam. Inspicere tamen in primis o-
portet mēbri naturam, cuius vitia præcauere, ac curare suppressa flu-
xio solebat: humoris etiam suppressi ideam: ac vltimo fluendi modū
& tempus, vt sumpta ex his omnibus indicatione, naturæ defectum
(aluo medicamentis excitata) supplere possimus: Ita vt si fluxio per
interualla repetebat, per eadem necesse est purgationem instituire, ser-
uantes semper naturæ motum & ordinem: Item præmissa naturæ hu-
moris cognitione, vt nusquam liceat alia adhibere medicamenta pur-
gantia, præter ea, quæ è directo respondeant humoribus fluere solitis:
pituitosis nimirum quæ pituitam, & biliosis quæ bilem attrahant,
iuxta naturæ consuetum fluxum. Vltimò verò id fieri est necessum
inspecta natura partis, cuius vitia suppressa fluxio corrigere ac præ-
cauere solita erat: nam si caput fuerit, quæ caput è directo expurgent,
sunt adhibenda: ac simili ratione iuxta omnium aliarum partium
naturam, vt purgantibus illis medicamentis & quod naturæ deest
adimpleatur, & consueta vacuatio ad pristinam redigatur consuetu-
dinem. Quibus id medicamentis fieri debeat, capite de Purgatio-
ne particulari abundè est monstratum. Verùm si natura singulis die-
bus frequentior fuerit vacationibus, aluumque habeat assidue lu-
bricam, cum supprimitur contigerit, non per expurgantia medica-
menta, neque per interualla negotium fieri oportet, sed per ea quæ in al-
uum iniiciuntur, admixtis semper quæ ad humoris ideam & mem-
bri affecti naturam respectum habeant: quæ quidem tertio quoque
die sunt infundenda. Verùm si affectio quæ ex huiusmodi suppres-
sione suboritur, grauior fuerit, vnoquoque die, præsertim præmissa
C pleniori vacatione, per expurgans medicamentum, quæ ei quod præ-
ter consuetudinem retentum est, sit satis: nam in frequenti alui fluxu
suppressio, plenioribus purgationibus & raro, tutius & vtilius est vti.
Quibus etiam præfidijs, non paruam præstabunt efficaciam ad con-
suetudinem reuocandam, quæ suapte natura aluum lubricam reddunt
per ea quæ per infernam aluum iniiciuntur, & vmbilico apposita pur-
gandi vim habent, quibus libentiùs ego vterer, seruatis quæ suo loco di-
ximus.

Tanta est circa prouocationē sanguinolētæ fluxionis difficultas, tot e-
tiā pro vtraq; parte sese offerunt monumēta rationū, vt nō sit cuius ita
facile, aut excitare quiescentē, aut motam intrepidè quietare. Frequen-
ter enim conspicitur, naturam plurima mala finire, sanguine per na-
res profuso, veluti sunt inflammationes iecoris & splenis, ar-

De Suppres-
sione sangui-
nis narium.

dentissimas item febres, phrenitides, & capitis dolores ac grauitates: A
 sicuti & alia præcauet, statutis temporibus profluens, quibus probari
 posse, manifestum est, vtilissimam hanc vacuationem ex artis præcep-
 to dum subsistit, esse excitandam. Altera verò ex parte quàm plurimis
 exemplis quotidiana experientia probat, sanguinis è naribus fluxio-
 nes in malum corporis habitum degenerare, & in alui fluxum, vt ex
 L. 4. Apho. 32. Hippocrate manifestè constat: nam mox ab his fluxibus venter hu-
 mectatur, ac intumescit, ob improsperam alimentorum in ventriculo
 coctionem, ac sanguificationem in iecore: succrescuntq; alia penè in-
 numera mala (licet rarò contingat ex fluxu sanguinis aliquem mori,
 nisi interueniente aliquo ex nuper dictis affectibus, aut alio eis simili)
 præsertim dum diu durat fluxio, nedum cùm natura ei plurimùm in-
 nititur: quibus constat quàm difficile sit sententiam proferre, in exci-
 tandis huiusmodi fluxibus. Alterum tamen è duobus in re tam du- B
 bia vtilissimum fore existimo: primum quòd si plurimùm fluxioni-
 bus narium natura affluerit, quibus sese tuetur ab alijs affectibus,
 aut alios persanat, vbi periculum est, ne fluxibus in totum suppressis,
 ob aliquam morbosam causam iterum redeant affectus, aut alij gra-
 uiores, mihi non est dubium, quin huiusmodi fluxum excitare, sit quo-
 uis alio præsidio commodius. Cæterùm nusquam probo ad eandem
 consuetudinem naturam reducere, siquidem sanguinolenta hæc con-
 suetudo grauissima est, & periculosissima: laudo tamen per nares qua
 parte solebat, sanguinem mittere: quia eandem regionem tanquam
 commodiorem probauerat consuetudine natura ipsa: ac suspicor per
 eandem minorem sufficere sanguinis quantitatem extrahere. Qua-
 propter expediet per interualla longè maiora his, quæ cōsuetudo ser-
 uauerat, sanguinem mittere. Quod profecto fieri non debet per au- C
 xilia quæ venarum reserationem nioliantur: nam periculum est, ne
 cùm velimus sistere, difficile sit, id consequi. Nam licet venarum
 reseratio sua sponte facta, facilius curatu sit: excitata verò & vi auxilio-
 rum facta, difficilius curatur & vberius sanguis profluat. Quapro-
 pter ea sunt adhibenda auxilia, quæ venas incendant ac soluant quia
 sanguis ipse qui defluit, foramen ipsum obstruere & solidare sæpissi-
 me solet, quod in reseratione meatuum, vbi semel natura ad illam
 partem impetu confluerit, calorificis & diaphoreticis auxilijs excita-
 ta, haud ita facilè quiescet: tū ppter sanguinis dilatationē, tū verò quia
 sanguinis ipsius calor maiorē efficiet reserationē. Deniq; probo per eā
 de partē consuetudini morem gerere, non tamen ad eam iterū naturā
 reuocare. Secundum quod mihi tutissimum & vtile videtur, est
 hanc

A hanc vacuationē nō alia specie diuersa supplere, sed eodē sanguine per
 aliā partē missō. Cuius tantū ea quātitas extrahatur, quæ videatur affe-
 ctioni sufficere, iuxta mali & cōsuetudinis ac plenitudinis rationē. Est
 tamē id vtile, quia morbi materiā pari modo inanit: est & tutū quia san-
 guine missō ex vena cōspicua, nullū fluxionis, neq; cōsuetudinis immi-
 net periculum, quod mihi in sanguifluis consuetudinibus videtur tu-
 tissimū consilium, præterquam quòd id exposcit ipsa medendi ratio.

Assuescere etiā natura solet vteri fluxionibus, vno è duobus modis: De Suppres-
 sione immo-
 dica fluxio-
 nis vteri.
 primo singulis mēsis ex residuo sanguinis, quo corpus ab expurci-
 tijs naturaliter expurgat: secūdo verò per in ordinata interualla, nimi-
 rū cùm corpus sanguine abundat, & ad solitum ex natura locum abū-
 dantius transmittit: quo fluxu & si immodico & extra mensuralem
 rationem factō, foeminarum plures solent se se à varijs affectibus tueri
 B præsertim cùm aut sanguifico iecore fruuntur, aut mēbro sunt mutila-
 tæ, quibus vbi consenuerint, sua sponte natura fluxum supprimit, aut
 morbifica causa coacta, eo detento deprimitur periclitaturq; varijs af-
 fectibus. Cuius gratia expendere conuenit, quod vbi menstrualis pur-
 gatio præter ætatis rationem supprimitur, aut diminutè profluit, siue
 in morbis siue extra ipsos id accidat, citra vllam dubitationem eandē
 iterū reuocare oportet. etiā si Hip. afferat: Purgationes menstruales sex
mensibus retentas incurabiles esse: & paulo inferius subdit. Quibusdā
suppurati fiunt menses, vbi per duos aut tres menses morā traxerint.
 Quæ profecto sententia attento animo inspicere est æquū: nam multa
 mala foeminis accidūt, quæ huius supurationis rationē proculdubio
 prodeunt, vt pulchrè Hip. eo loco aduertit. Ceterū hæc prouocandi ra-
 tio nō est præsentis instituti, licet in consilio multa dixerim huic vsui
 C proficua. At dū immodica mensiū copia, quæ præter cōmunē foemina-
 rū consuetudinē fluebat, supprimitur: duplicē esse medendi rationem
 arte cōperimus, præsertim cū ex huiusmodi suppressione, aliquod ma-
 lū veremur, aut præest: prima quidē docet, dū morbus inducias dat ex-
 pectandi, singulis mensibus mensuralem vacuationē prouocare, eisdē me-
 dicamentis, quibus prouocaretur, si tātū ea quæ secundū naturā sunt
 suppressa fuissent, & ea tātū quātitate, quæ naturali respōdeat, vt in hac
 prouocatione morē cōsuetudini geramus, quaten⁹ pertinet ad locū na-
 turæ cōsuetū: quaten⁹ verò ad quātitatē minimē: nāq; nulla ratione mi-
 hi videtur citra maximū periculū posse fieri, mensiū fluorē prouocare: pe-
 riclitaretur enim foemina nimia vacuatione, tū quia mēbrum illud est
 à natura huic vacuationi destinatum: tum verò quia consuetum, præ-
 ter id quod vasa habet amplissima, & medicamenta quæ id moliuntur
 admodum

admodum sunt efficacia. Quibus rationibus coniectabile est, maximā posse fluere sanguinis copiam, quam deinceps non sine magno negotio sedare poteris. Quapropter tutissima mihi videtur medendi ratio quæ docet, singulis mensibus menstruales tantum ducere vacuationes non quidē quæ suppressæ vacuationis quantitati respondeant, sed quæ naturæ motum tantum æmulentur, ne subito consueta & quodammodo vtile vacuatione, natura priuetur. Verum ut id rationabilius fiat inspecendam prius iudico causam, quæ suppressionem efficit, veluti si ex vteri vitio proueniat, aut ipsius humoris, aut denique corporis totius: rursus an à causis internis, an ab externis: nam iuxta cuiusque rationem, vacuationem etiam moliendam, vel vnanimi omnium auctorum sententia constare arbitror. Secunda tamen prouocandi ratio docet (si quidem vberiore copiam extrahere per vterum non datur, & suppressio sæpe solet esse, dum ad aliud membrum dilabatur, aut per totum corpus diffunditur, alterius mali causa) quibus mensium prouocatio non fat est, quia affectus plurimum vrget, appositissimum esse præsidium (iuxta morbi imminentis aut præsentis vehementiā, aut suppressæ vacuationis copiam) sanguinē mittere: hac tamē lege quod si sanguinis abundantia ex iecoris vbertate prodierit, ex eis venis mittatur, quæ iecori sunt propiores: si ex toto corpore, ab ea parte mittendus, quæ affectæ partiæ è directo respondeat, si malum præsens fuerit, si aliter à communiori, iuxta maiorem aut minorem reuelliendi aut deriuandi indicationem. Quo quidem præsidio & copia minuitur, & affectum præcauemus, aut curamus, & ob id natura minus onere turget. Denique in suppressione mensium immodicè fluentiū, eosdem prouocare opus est, ne natura subito & contrario motu in maius malū prorūpat: Cæterum nō pari quantitate, sed longè minori, ne violentè irritata, dum velit quiescere nequeat. Verum quia menstrualis quātitas neq; suppressioni, neq; morbis imminētib⁹, aut præsentibus satisfacere valet, neq; rursus semper idoneū est prouocandi tēpus (licet in hoc casu id tēpus nō liceat expectare) tātū sanguinis ob id extrahere per venā oportet, quātū vtriusq; fat sit: cōtinuò tamē, vt laborās in pristinā redactus sit sanitatē, victu mediocri, iecoris attēperamēto, exercitio sufficiēti, vniuersalibus frictionibus, sanguis minuēd⁹ est, ac periculosa illa consuetudo paulatim immutanda. Verum quia sæpe contingit, non posse iterum neq; fluorem neq; menstrualem vacuationē prouocare. tutissimum est consilium (dum aut mala vrget, aut imminēt) aut venam tali, per interualla incidere, aut eam quæ in curuatura cruris est, saltem bis aut ter in anno, aut fontanellas in cruribus a-

nub

perire
apertis fontanella in cruribus

A perire, quæ quotidiano fluore hæc mala præcaueant, aut curent quem vsu etiam præitare videntur hæmorrhoides fluentes.

Nulli ex corporis vacationibus frequētius assuescit natura, quam ei quæ per hæmorrhoidas fit: nam hæc communis est omnibus corporibus, ætatibus (excepta puerili) naturisque, quam vbi semel commouerit natura, & profligandis morbis, & custodiendæ sanitati plurimum esse proficua senserit, ferè in omnibus promouet. Quod etiā cum cognouisset Hippocrates, meritò dixit: Sanguis luis venis laborātes, neque morbo laterali, neque pulmonario, neque phagedæna, neque inflammatiunculis, quæ dothiens vocantur, neque his quæ therebinthi fortasse verò neque lepris, fortasse neque alijs capiuntur. Quibus addere etiam expedit, eosdem corripere non posse alijs affectibus, qui concitari possunt ex humoribus, supradictos affectus, excitantibus, quemadmodum verbum illud (neque alijs) ostendere videtur. Quod si ita verum est, constat rationi esse cōsonum, ex earum suppressione, eosdem oriri affectus, & longè grauiores: quemadmodum idem Hippocrates testatur dicens: Medella quidem multis importunè adhibita, talibus non tardè capti sunt, & pernitiōse sic. Quò fit, vt iure optimo teneamur, aut maximum timere periculum, eis suppressis, (etiam si corpus pro valetudine se habeat: fallax nanque est illa salus) aut iterum easdē prouocare. Quæ quidem curatio vt iuxta debitam medendi rationem fieri possit, nosse oportet, sanguifluas venas esse in duplici differentia: nam quædam sunt internæ & non apparentes, aliæ externæ & circa sedem prolapsæ. Internæ quidem extrema sunt venarum intestinorū, quæ ex vena portæ disseminantur: externæ verò, propagines & extrema venarum à vena caua prodeuntium, quæ in podicem desinūt. Quò fit, vt in affectibus melancholicis in ijs præsertim qui hypochondriorum consensu prodeunt, tumoribus iecoris, splenis & mesenterij, & hydropi etiam, præsertim ei, quæ ex imbecillitate per aggrauationem iecoris fit, internarum venarum fluxus maximè sint proficui: ac per consequens cum supprimuntur, in eisdem affectibus necessariò prouocari desiderāt. In affectibus verò renuū, vteri dorfi, coxæ dicū, capitis, deniq; in omnibus qui ex vena caua principiū susceperāt, externarū fluoris, euidentissimum affert præsidium, & ob id dum supprimuntur, in eisdem affectib⁹ pari ratione excitare oportet. Quas equidē aut interstinguere poterimus ex sanguinis fluentis natura: nanq; interiorū venarū sanguis dilutus est & semiconfectus, ac substantia serosa multa cōmixtus (etiam si splendorem habeat) qualis in hepaticis fluxibus apparere solet: qui verò ex propaginibus venæ cauæ prolabitur, concoctus magis

De prouocā
dis suppressis hæmorrhoidibus.

l. 6. Popu. par. 3
tex. 36.

l. Eodem. 38

7
7
7

Nota

magis est, & elaboratus, crassior & in rubrum obscurefcens. Quò fit, A
 vt non liceat cuius pro arbitrio, has aut illas in quouis affectu excita-
 re, sed eas per quas proprius expurgari possit affecta particula: facta di-
 ligenti inquisitione de sanguinis natura, qui pro cōsuetudine fluebat
 vt inspecta semel affectus curandi natura, & fluentis sanguinis idea, fa-
 cilius quis expendat, quas teneatur excitare. Ceterum hoc præceptū
 obseruandum est in earum apertione: quod si dolentes admodum fue-
 rint, sedare prius dolorem conuenit, & eas statim aperire: Idque nō sta-
 tim acris & mordentibus medicamentis, sed præmissō aliquo eua-
 poranti auxilio, quod virtutem habeat & sedandi dolorem, & laxandi
 venarū ora: quia aut sua sponte sanguis fluet, aut minori negotio flu-
 xio excitabitur. Paratur huic vsui decoctum ex matricaria maiori, fœ-
 nugræco, capillis veneris, pasulis, violis & semine lini, ex quibus etiam
 sacculum paratur, qui post fotum parti appositus, plurimum præstat: B
 post quæ aut affixis hirudinib⁹, aut asperis linteis fricata parte sangui-
 nem euocare oportet (scalpello partem perforare nō probo) verum in
 prouocandis hæmorrhoidibus, magis probo fluxum per anasthomos-
 tism prouocatum, quàm per ruptionem. At cum fluere cœperint, tan-
 tum sanguinis quantum sat fuerit, extrahere oportet, adhibitis in sel-
 lionibus & fotibus calentis aquæ, aut supradicti decocti. Verum si in
 tantum suppressa fuerint, vt denuo eas excitare cogaris, leuiter purga-
 to corpore, poteris facile eas reuocare eisdem hirudinibus, præsertim
 externas, aut succo cepe, cyclaminis, folijs etiam viridibus perdicij her-
 bæ, assidue per partem fricatis, mercuriali trita & velut glans immilla
 felle bubulo, folijs ficus, aut borraginis, ac panno aspero, linteo etiã ma-
 dido dictis succis, aut succo cœtauræ minoris, bralicæ marinæ, chame-
 meli, thimelæ aut cū felle porci, adhibitis etiã ante & post eisdem fo- C
 mentis. At si intro recludantur, excitandæ sunt suppositorijs & clyste-
 ribus acris, quibus etiam plurimum prodest euaporatio per infun-
 dibulum sumpta, ex eodem decocto, additis etiam succis quibus exter-
 nas excitari posse diximus: nam halitus ille acris id plurimum præstat
 & adhuc amplius suppositorium, quod ex hiera conficitur, superspar-
 so puluere alcœs, quo etiam in clysteribus & suppositorijs frequenter
 vti oportet: nam miram habet in prouocandis hæmorrhoidibus effi-
 caciã, sicuti & pillulæ ex ea confectæ, interpositis diebus sumptæ.
 postquàm verò fluere cœperint, cauendum sanè est, ne continuo & cō-
 fertim fluant, nec tantum, quātum supperat, iuxta illud mirabile Hip-
 pocrates, præceptum, quo inquit: Antea verò quàm postremum fiat,
 cessandum est, ne nobis eueniat, quod multis euenisse est conspicuum:
 quod

*De videri Semotro
 Myrtili corpus*

A quod cum vnū morbū præcauere student, in grauiora mala laborâtes
 incōsideratè deferūt: nā facillimū est in his fluxib⁹ ad malū corporis ha-
 bitū deuenire, ob inordinatū & immodicū sanguinis fluxū. Deniq; ex-
 pedit per interualla, & paulatim permitttere fluere, & totū negotiū flu-
 xioni nō cōmitere, sed tantū extrahere, quātū reuocandæ cōsuetudini sit
 satis: quod verò ad affectus curationē defuerit, instituto cōmodo exer-
 citio & victu cōueniēti, & vniuerso vitæ studio, arte ac moderatiōe cō-
 uenit supplere, ita vt neq; ex toto supprimatur, ppter pbātā & utilē cō-
 suetudinē, neq; p̄tinus fluat, ppter imminens periculū. Verum quia pe-
 riculo nō vacat, sanguinē qui postea sua spōte fluat, excitare: hoc mihi
 in excitandis hæmorrhoidibus tutissimū videtur præceptū, in euntib⁹ ve-
 re & autūno, ex eisdē sanguinē extrahere, affixis hirudinib⁹, quantū sat
 esse videatur, ne ex prætermissa cōsuetudine malū aliquod suboriatur. 7
 B. Ceterum quia pars nō ita facile cōspicua fieri potest, ob aliquē morbū,
 aut inductā cicatricē, ita vt iterum hæmorrhoides excitare sit difficile,
 expedit plurimum earū necessitatē supplere, aut quotidiana vacuatio-
 ne ex ciborū parsimonia, aut alijs quæ per interualla facta, periculū sup-
 pressionis auferūt: veluti est incisio venarū ex talo aut curuatura cruris
 aut (quod mihi rationabili⁹ videtur) ex vena man⁹ sinistrae aut dextræ,
 iuxta affect⁹ indigētiã. At in lōgis affectibus tutissimū est cōsiliū, fon-
 tanellā altero crurū aperire, per quā corp⁹ facile ab spurcitijs ex suppres-
 sa vacuatione cōgestis, expurgetur: nā huiusmodi hæmorrhoides, po-
 tius vidētur datæ à natura in purgationem, quàm in morbum.

Ex fistulis & manatibus vlceribus quædā tales fiūt, ex vi & malitia
 humorū quibus mederi p̄tinus decet ante quā aut callū, obducāt, aut
 exedētia fiāt: quædā verò manatia fiūt ex naturæ vsu ac instituto, quib⁹
 ipsa assuescit ac vtitur ad excernēdū quod in toto corpore aut aliqua e-
 ius parte præter naturā accrescit. Quod cū medicus cognouerit, tenet
 maxima diligētia cōsolidationē impedire: nā qua ratioe in his quæ cu-
 rare intēdim⁹, quomin⁹ callosa fiāt præcauere: eadē in his quæ vsu sunt
 naturæ, callū inducere omni studio tenemur, vt ppetuo fluere ab immi-
 nētibus & præsentib⁹ morbis corpus tueamur. Qua ratione cū vlcera
 hæc aut fistulæ sua sponte recludūtur, corpus in maximè versatur diseri-
 mine, ac mox expedit eadē iterū aperire, aut alia eorū loco excitare: nā
 q; nō minus per eadē q; per hæmorrhoides vitiosorū humorū redundā-
 tia expurgatur: ac pleriq; nō secus q; ex hæmorrhoidū excretionē hu-
 ius euacuationis beneficio integra validudine fruūtur: quæ admodū e-
 gregiè docet Hippo. in hunc modū dicens. Quæ apta sunt sedare, cum
 post apparent, ea cum prius fiunt, impedimenta liberant: quam sen-
 tentiam

18. 8. 125 7

2

7

7

7

*apertis fontanel-
 in cruribus*

*De suppressis
 fistulis &
 manantibus
 vlceribus.*

*L. lib. de Hemor.
 Lib. 6. popu. p. 3.
 tex. 29.*

tentiam ego ita intelligo. In quibus morbis abscessus qui fiunt post morbum solvere, si prius fiant, prohibent ne morbi postea sint. Quod etiam de manantibus vlcibus & fistulis (in quas abscessus degenerare solent) subintelligi potest, vt eisdem locis testatur Hippo. inquit enim: & quicumq; alij abscessus vt fistulæ aliorum remedia sunt. Ex quibus facile constat, quod sicuti neq; oscitanter neq; sine magna diligentia curare hæmorrhoides oportet, ita ne fistulas quidem, nam ea quæ prohibere futuros morbos possunt, curare non licet prius quàm vsum & vtilitatem præstiterint: necesse enim est humores præter naturæ institutū suppressos, dolores & morbos parere. Quapropter ante quàm fistula aut vlcus curentur, expèdere oportet an eis assueverit natura, & an per eadem loca, corpus sese exoneret. Quod facile erit nosse ex larga purgatione non solum citra aliquod damnum, sed & cum conferentia, & in gratiam totius corporis, aut peculiaris alicuius affectus qui in laborante præfuerat. Quo tempore curare oportet, ne in totum sanescât fistulæ, sed apertas tenere oportet lychinîs ex spōgia, aut plumbo, & alijs quæ eundem vsum præstare possint medicamentis. Verùm cum huiusmodi vlcera aut fistulæ post consuetudinē recluduntur, toto animo rimari oportet an corp⁹ deinceps integra fruatur valitudine, & multis ante dieb⁹ fistulæ parum aut nihil fluxerint, ita vt ex earum optimo statu elici possit, corpus ad pristinū & antiquū statum reductum fuisse: nam eo tempore non est mihi certū, expediat ne iterum easdem excitare. Cæterum hoc certò scio necessum esse, maxima cum cautione deinceps viuendum esse, & corpus plus solito exerceri, ac salubriori & moderatori victu vti oportere. nãq; pertimescendum est, ne corpus in aliud maius malum degeneret, antequàm firma & secura sanitate fruatur. Verùm si intrepidè & fictitia quadã carne aut cute, huiusmodi fluxiones supprimantur, eas vt dictum est, per eadem loca excitandas iudico, adhibitis medicamentis erodentibus, & quæ exulcerandi vim obtineant: quod securius fieri posse existimo scarificata aut iterum incisa parte, cui mox cucurbitæ sunt affigendæ: vacuato tamen prius sufficienter corpore, ne pars plurimo fluxu periclitetur. Quod si propter loci aut præstatiã, aut difficultatē id propè fieri nequeat, fontanellam brachijs aut cruribus aperire probo, prope sedem affectus, per quam corpus excrementis scatens facilius expurgetur. Quod qui facere neglexerit, in maximū discrimen laborantes ducet. Nec displicet (si pars quæ denuo afficitur, fistulis reclusis, lōgo interuallo distauerit à loco, vbi fistulæ aut vlcera præfuerāt) fontanellā aperire prope partem denuo affectā, præsertim si affectus fuerit vrgēs.

Verum

A Verùm si aut non plurimū distauerit, aut affectus non plurimū vserit, fontanellam magis probo iuxta partem antiquitus vlceratam aperire, sicut in præcautione vtilius est, quàm ppe denuo affectā partē.

Assuecit etiam facilè vterus crebris euacuationibus, albarum videlicet materierū, & seminis, quibus corpus à varijs præcauet erumnis. Albæ nanq; humiditates, quandoq; totum corpus, ac sæpe vterum ipsum expurgant: semen verò vterum, & hac ratione foeminas tuetur ab vterinis affectibus. Quæ quidem vacuationes etiam si sua sponte fiāt, non semper sunt prouocandæ, neq; permittendæ: quia corpus in maciem & summiū languorem sæpe deferunt. Verùm, cum profuerint, & in vsum foeminæ delapserint, si supprimantur, haud intrepidè sunt reuocandæ: nam huiusmodi fluorem excitare, graue admodum est & periculosum, tum propter vteri officium: tum verò, propter periculū

B quod minatur, excremēta euocare ad partem, cuius vitio tam sæuia solent oriri symptomata. Moliri etiam seminis excretionem, opus solius naturæ potius arbitror esse, quàm quod medicū christianum, id confuere ingenio aliquo deceat, præterquam valneis, in fessioibus, fotibus & inunctionibus partiū vteri vicinarum. Hoc mihi in hac re videtur tutissimum consiliū, cum huiusmodi vacuationes præter consuetudinē supprimuntur, nimirum eas iterum nō excitare, sed easdem arte & alijs ingenijs supplere. Qua propter foeminis sic affectis sæpe conuenit sudores mouere, ac repetitas per interualla purgationes, balnea & moderatam victus rationem, exercitiã deniq; ac totius corporis frictiones instituere: itaq; omnia quæ per diuersam regionem humores inanire queant, administrare conuenit. Nosse tamē in hac re operæ pretiū est, rarò virginibus hoc malū accidere, nisi ex semine superfluo: quæ propter dum eis supprimitur huiusmodi vacuatio, nusquam iterū eadem reuocanda est, nisi aut modo dicto (dum in aliquod malum prorumpit) aut inedia maxima, aut fontanella cruribus aperta. Rarò enim in virginibus semen vtiliter profluit, etiam si retentum, & corruptum sæuissima inferat accidentia. Verùm quia in foeminis frequentia vacuationum minimè est ferenda fontanella vt dictum est, supplere harum defectum oportet. Vt quos per vterum natura solebat pellere humores, tutius per ignobiliorem partem foramine aperto deinceps pellat. Verùm si vitium totius corporis per vterum expurgabatur, dum supprimitur, fontanella aperienda est in externa cruris parte, at si vterus tantum sese per easdem superfluitates exonerare solebat, aperienda est in parte cruris interna: quibus dū assuecit natura, securius quam per vterum corpus ab imminentibus affectibus præcauent.

n 2

Consi-



De suppressione albarū superfluitatum vteri.

Consilium in prouocandis suppressis fluxionibus.



NON MINVS PERICVLVM infert suppressas vacuationes ad consuetudinem reuocare, propter termini incertitudinem: quam consuetas suppressere, ppter violentiā, quę in naturā infertur: quā ppter maturovtrūq; debet fieri cōsilio, ne quid mali pręter spē nobis eueniat. Atqui licet consuetudo in multis habitū acquirat, in euacuationibus verō, tam in eis quas natura molitur, quam quę arte excitantur, nusquam verum habitū acquirat: licet assuescere, vt antea diximus videatur. Quamobrem euacuationes non ex habitu debētur nature, sed potius ab eadem causa est corporibus comparatum, vt has euacuationes requirat: tum propter prauum vitę institutum: tum verō **B** propter alicuius partis imbecillitatem, quę exactē nequit alimentum conficere: quō fit vt nōnunquam ipsa vacuationem molitur, ac sepius quidem vacuari arte desideret. Pręter id etiam solet natura impetu de lationis, & loci cōmoditate plus iusto vni assuescere vacuationi, quod plurimū vitare expedit: nam licet vacuatio, (etiam si assueta sit) non proffit, nihilominus tamē dum supprimitur grauisimorum affectuū, causa esse solet. Cuius quidem suppressionem excitare minimē conuenit, sed aliam eius loco quę paulatim à cōsueta minori discrimine naturam distrahat: nā hac via solet ipsa ventris excrementa (illi alioquin naturalia) retinere, nimirum dum mouet sudorem, vomitum aut aliā vacuationem. Qua ratione in ventris siccitate primō inspiciēdum est, an ob aliquam harum causarum id contingat: quo tempore necessum est, naturam ab illis vacuationibus distrahere, & ad propriam transferre. At alius admodum sicca maximo est molienda consilio, cui quidē **C** Galenus, tantū emollientibus infusis subuenit, quibus aliquandiu immorandum est: nanq; aridi humectatio, propter ignauiam in alterando, breui tempore sperari non potest: quapropter nō sunt venia digni vulgares quidam medici, qui validis, & acerbis, ac nōnunquam eligentibus medicamentis infusis id pręter omnem rationem conantur efficere. Quibus tantū abest, vt fieri possit, quod potius maiores concitantur dolores, maioresq; obstructiones. Verū cū intestina humore obsidentur, conuenit permiscere vim soluentem, sin aliter obest: quia pellicit ad intestina ex vasis humores.

In pręgnantibus etiam graue est ventrē soluere: nā eum plurimū laxare periculum infert, ne fœtus ligamenta, iusto molliora reddantur:

Aur: cum hoc tamen dum excrementa plurimū detinentur fœtus, male habet, & in excretionē abortu periclitatur, quamobrem in huius modi fœminis moderationem semper tenere optimum est, licet affectus cui proficiebat vacuatio suppressa, quid amplius exposcat.

At in omnibus fluxibus suppressis, pręsertim in eis qui per aluum fiunt, rationi cōsonum videtur, eos nusquam licere excitare, dum graue aliquod efficiūt symptoma, donec ipse affectus antea remiserit: sed alijs auxilijs mederi prius morbo oportet, continuō tamen consuetum fluxum reuocare. Verū si suppressio morbum solūmodo minatur, protinus est reuocanda consueta fluxio, antequam in morbum prorūpat, vt apertē Galenus consulere videtur.

B Vacuationes verō quę arte statutis temporibus ex consueta necessitate fiunt (dum ex earum defectu morbus oritur) tuto in morbis reuocantur. nanq; magis fatiscit laborans in his, quę natura fieri solebāt, dum arte excitantur, quā in his quas ex consuetudine ars ipsa molitur: verū cū in morbis minimē sit fatiganda, necessum est, eius quoq; ediscere prouidentiam.

In vomitibus etiam distinguere oportet morbosum à consueto, ne nobis turpiter errare aliquando contingat, mouentibus vomitū, quę summo studio tanquam inutilem & morbosum naturā suppresserat, neq; vtilis adhuc cum supprimuntur, licet crebrius mouere, sed lōgiōrib' paulo solito interuallis. Prosternit enim hęc vacuatio plurimū ventriculum ipsum, ac appetitum deiicit, caloremq; & totius corporis robur immutat.

C In sanguinis verō eruptionibus expendisse est operę pretium, quę pręmeditatione vt liceat his medicamentis, quę ad sanguinis cohibitionem adhibentur: Nam ex his quę imponuntur, quędam adstringunt, aliqua meatus obducunt, aliā verō crustas inducunt: quamobrem vt inquit Aëtius, quę crustam inurunt, crusta excidentē vlcus cauum faciunt, & sępissimē excidentibus crustis, sanguinis eruptio curatu difficillima sequitur: & ob id sanē huiusmodi medicamentis, non nisi cogēte necessitate vtetur: veluti si à putrida erosionē sanguis erumpat, tunc enim omni putrido exciso, tutius est cauterijs mali radicem exurere, vel crustam inurentia adhibere, pręsertim in pudendorum & sedis affectionibus, ob nimiam qua abundant, humiditatem: proinde in eligendis medicamentis quę crustam inducunt, non tantū caliditate, sed etiā adstrictionē considerabim': nā quę ab adstringētibus inducuntur crustę, diutiū in corporibus persistūt, quę res nō modicā cōmoditate affert: prius enim quā excidat caro medijs partibus innata, tanquā operculum quodā vasis fit, qua de causa minimē festinandū est

ad crustarum subtractionem, nam iterum periculum eruptionis sanguinis immedicabilius imminet: Quam obrem, cum quadam cautio ne fieri hæc necessum est.

Circa mensium verò prouocationem, nolui silentio prætermittere sinistram excitandi rationem, qua medicorum vulgus passim vtitur, adhibitis ferè omnibus quæ menses mouent, medicamentis: misso ex talo sanguine, & cucurbitis affixis: atq; id citrà debitam temporis, & causæ distinctionem. Nanq; menses nulla ratione prouocare licet, nisi eo tempore quo ipsi prorumpere solent. Siquidem non minus habent congestionis tempus præfinitum, quàm expulsionis: ex quo quidem sequitur, oleum & operam perdere, qui ante vel post tempus purgationis, menses prouocare nituntur, quia nusquam natura vtiliter mouetur, nisi statutis sibi temporibus.

Errant non minùs in his fœminis, quibus menses supprimuntur ob cachexiam, medicamenta menses mouentia exhibentes: quum huiusmodi fœminæ parum sanguinis obtineant: Nanq; hoc malum veram & perfectam sanguinis generationem impedit, quò fit, vt menses mouere plurimum oblit, aut saltem nil proffit.

In eodem errore versantur, qui idem eisdem medicamentis tentant post longam sanguinis eruptionem: siue per nares fiat, siue per quamuis aliam corporis partem: Aut post diuturnum & prolixum morbum. In quibus omnibus causis, longè alia ratione menses prouocare conuenit. Nam in malo corporis habitu tutius fiet, procurata salubriori & largiori sanguinis copia, quæ & corpori & mētib; sufficiat. In atrophia quidem, adhibitis optimi & copiosioris succi alimentis, quæ plurimū sanguinis generare queant: vt non solùm corpori alēdo satis sit, sed fluxuris mensibus.

Pari quoq; errore peccant qui dum fœminarum corpus bene se habuerit, victusq; ratio purgationi congrua fuerit, & cum hoc mulier nō purgatur, protinus quæ menses mouent, porrigere audent. Nam considerandum profecto est, an vterus aliqua affectione laboret: quod si fuerit, nullum medicamentū omnino adhibere consulit Aëtius, neq; aliqua portione menses ducente, vti eo tempore necessum esse mōstrat: Ne attracto ad vterum sanguine, dum locelli ob affectum laxari nō possunt, dolores molestos veluti in partu inferat, quod in plerisq; ab his medicamentis contingere solet: quam obrem primo affectionem curare, deinceps menses mouere oportebit. Verùm quia plures ex vteri morbis, vesicæ affectionibus per similes sunt (nam in illa aliquando vrina supprimitur, aliquando stillatim prodit, & quandoq; difficulter min-

gitur

Agitur, quod in mensium fluxibus euenire sæpius conspicitur) ideo non esse satis constat, si quis intelligat suppressionis rationē, ni exactè etiā nouerit suppressionis differentias: quam obrem necessum est expendere, mensibus etiam stillitidii contingere posse haud rarò: quod si quis attento animo intueatur, reperiet facillè plurimum symptomatum (quorum rationem & principium ignoramus) causam esse, vt experientia quotidiana in plerisq; fœminarum conspicitur. Cæterum vt paulo diligentius quæ tam proficua fore existimo, expendamus, necessum est nosse, quinque esse causas menstrualis stillitidii, specie inter se diuersas: quod maxima diligentia inquiserat Aëtius. Prima nimirum earum est meatuum angustia, diuersimode tamen contingens: virium etiam debilitas, sanguinis multitudo, sanguis pituitosus, & vltimò sanguis fœculentus. Quibus omnibus aut singulis quoties impedimento fuerint, iuxta cuiusq; naturam & lædendi efficaciam ac modum, succurrendum est: ob id hoc symptoma mitigam⁹ multitudine deposita, dū ipsa ipsius est causa, sanguine extracto ex talo aut brachio, iuxta leges adductas capite de sanguinis missione: aut ex purgantibus medicamento exhibito pro peccantis humoris idea. Eadem ratione eis subuenimus, si ob crassitiam stillatim profluat, attenuatis & incisis huiusmodi humoribus. Sic dum in conualescentibus ob virium infirmitatē id accidit, firmatis roboratisq; viribus, in se rediens natura, vberius menses mouet. Eodem prorsus modo dum constrictis meatibus idem vitium accidit, eisdem laxioribus factis ac dilatatis, copiosius menses erumpunt. In omnibus tamen causis vt commodè res fiat, sedare prius dolorem oportet, aut saltem aliquo modo mitigare: Et ob id instante exacerbatione, mulier in domicilio locetur moderatè tepido, ac nonnunquā pedes in aquam calidam immergat: manuum etiam pedumq; extremitates ligentur, calidis potibus vtatur, imus venter ac fœmora varijs calfactorijs inungantur, ita vt aliquando lana succida vino & rosacéo calido imbuta imponatur, aliquando vesica oleo calido semiplena: theriacam enim vmbilico illitam, oleo liliorum dissolutam, aut ipsam in forma solida adhibitam, mirè præstare longissima experientia mihi est compertum: sicuti summo mane aquam melissæ sumptam, dum corpus præmunitū aliqua vacuatione fuerit. Vtimur etiam in hoc affectu & in sessionibus ex althæa, seminis lini, fœnugræci, anethi, rutæ artemisia decoctis, & spongijs sæpe eisdem expressis, pudenda fouere præcipimus: cauere tamen oportet, ne interim adhibeam⁹ irritatorium, aut acre aliquod pharmacū, neq; intus neq; extra adhibitū, ne antequam vias fluxioni paratas reddamus, aliquid medicamentorum vi ad eas de-

n 4 feratur

feratur. Atq; hac lege, & his omnibus satis prius consideratis, oportet A
menstruorum stillicidium curare.

In hæmorrhoidibus etiam excitādis, hoc peculiarius superfluo nolle:
quod in affectibus qui earum suppressione excitantur, frequentius li-
cet permittere eas fluere: in alijs verò quorum gratia denuò excitātur,
satis est semel aut iterum fluere, ne eis natura assuescat, & dū supprimun-
tur, iterum affectio sæuius & grauius prorumpat: tum verò quia con-
suetam vacationem, facilius quàm insuetā fert natura.

Cæterum in omnibus fluxibus hoc in vniuersum expendere oportet, nimirum, longè liberaliorem nobis subesse suppressas fluxiones p-
uocandi licentiam, sanitatis tēpore, quàm dum homo morbo aliquo
teneretur: illud nanq; citra vllam dubitationem tutò fieri potest: hoc
verò non, nisi maturo consilio & certa quadam occasione: quia si mor-
bus citra cōsuetudinis reuocātionem curari potest, tutius profecto est B
quàm in tot tantisq; laboribus vltius naturā perdere. Quòd si mor-
bus id non permiserit, eò quòd apertè cognoscitur ex consuetæ vacua-
tionis suppressione oriri, eo sanè tempore cogimur consuetam vacua-
tionē excitare: hac tamen lege, quòd omnes vacationes sanguinolentæ
ante humorum coctionē (si eius fuerit opus in morbo) excitari pos-
sunt: aut post, si id necessitas postulauerit. Verum quæ per vtramq; al-
uum, aut vrinam prorūpunt, non nisi coctione præmissa, aut saltem re-
missa morbi vehementia: si morbus ex his fuerit, qui ex humorum pu-
tredine concitantur: in alijs verò, in quibus coctio neq; spectanda, neq;
necessaria est, quouis tempore citra delectum fieri potest.

Etiam nosse docet, quòd fluxus qui ratione ætatis sua sponte suppri-
muntur, licet iterum reuocari non desiderent, nihilominus tamen ne-
cessum est, aliqua vacatione naturam deonerare: nam & si grauiora C
mala huiusmodi suppressio non excitet, diuturna tamen & ægrè cura-
bilia frequenter solet moliri: præsertim menstrualis purgatio, cuius p-
uidentiam obtinere oportet, etiam si ex tempore supprimatur, per an-
nua nimirum interualla (donec natura dissuescat) aliquo modo eam
vacuationibus leuibus deonerare.

Consulo etiam vsum vacationum, quas plures hōminum quota-
nis arte moliuntur, aut tueri, si affectio adhuc præest, cuius gratia vacua-
tionis fiunt: ne inconsideratè prætermissa vacuandi consuetudine, in a-
liquod grauius malum affectio degeneret. aut eandem consuetudinē
paulatim & sensim remittere: ne ex subita mutatione natura quam so-
let, patiat alterationem: aut vltimò oportet, vitam in temperatiore
mutare, vt quod alimento deest, & ob exercitium à corpore demittitur,
cuius ratio

A cuius, ratione necessaria erat consueta vacuatio, minuatur: & ob id non
opus sit deinceps consuetudinem tueri.

Hoc vnum tamen superfluo in hac re expendendum: nimirum quòd
in suppressione mensium, aut hæmorrhoidarum (& iudicio nostro,
omnium aliarum vacationum) veniendum protinus non est ad pro-
uocationem: sed tentare prius oportet alijs vacationum generibus,
quòd collectum est euacuare: tum quia calida medicamenta, quibus
hæmorrhoides & menses mouentur, corpus citra dubitationem tur-
bant, & affectum fortasse augent, tum verò quia satius est per commu-
nes & faciliores vias humores deferre, quàm quæ consueta sunt vali-
dis medicamentis & quæ corpus turbent, excitare.

De communi & peculiari aperiendi fon- tanellas & setones indicatione Cap. 16.



LLA profecto est cuiusvis artis potissima laus, nimirum
cū vni rei efficiendæ plura suppeditat instrumenta,
pluresq; rationes, quæ omnia peculiariùs præstatiùsq;
medicæ arti insunt, ac sæpe ipsa in medijs constituendis,
& inueniendis præsidij, naturam longè superat, licet
laus omnis præsidij, naturæ accepta feratur, nisi in ijs quæ medicus fo-
ris truncat, atq; per se aut demere, aut efficere potest, quia nonnunquā
naturæ tantum est æmulator, nonnunquam verò minister, siquidem &
illi labenti subuenit, & quæ illa nequit efficere, arte, medicus reddere
cōtendit, idq; multis modis. Quibus faciliè constat, quantis præsidij
hæc artium præclara nostris medeatur corporibus, iuxta illud Hipp. Lib. 7. Aphor.
C Quæcunq; medicamentis nō curantur, ferrū curat: quæ ferro nō cura-
tur, ignis curat: quæ igne non curantur, ea existimare oportet incurra-
bilia. Atqui cū medicus nihil habeat, quò plus sibi fidei atq; autho-
ritatis comparet, quàm ex certâ prælagandi ratione, & ex vberimā ra-
tionalium præsidiorum copia, palam fit, quantum medico intersit nosse,
methodo & ratione hæc præsidia distribuere, potius quàm, aut inor-
dinatè & multa memoriter tenere. Quò fit, vt quò magis præsidium
aspectu graue, difficile & periculosum fuerit (vt quò magis effectum
sit damnum aut commodum) eò oculatiùs tractari desideret: vt
& laborantes, & assistentes, & omnis deniq; populus amiciùs & ma-
iori fide recipiant. Atqui cū passim videam his nostris temporibus,
in quàm plurimis affectibus, fontanellis & setonib⁹ vt, placuit in me-
moriam reuocare, quæ in hac re, vetustatè obliuioni tradidisse constat.

Cuius

Cuius gratia operæpretium erit aduertere, ignem siue actu, siue A
 potentia parti adhibitum, tribus modis prodesse. Partim sua natura,
 exiccando quæ humida sunt, ac consumendo infarcta & imbibita, ve
 luti in articularum affectibus, in cæphalea, & gingibarū madore, vbi
 ferro candenti vruntur, licet videre: corruptioni etiam obsistendo exu
 sta parte corrupta. Item secundo fluxum sanguinis compescit, ac
 deniq; glandulas & superexcrecentem carnem exedit. Tertio verò
 modo hominum morbis mirè subuenit, quatenus partem cui ad
 hibetur, perforat & aperit, ea solutione, quæ magno adhuc temporis
 interuallo non coalescat, sed diu aperta manens fluat, cuius vim & ef
 ficaciam mihi modò, cum id tantum præstat, est in animo expendere:
 præterquam quòd dolorem & calorem excitando, ac attrahendo, ve
 luti quoduis reuulsorium, seu attractorium auxilium, suam gratiam
 etiam præstare potest.

Cui quidè vsui nō parū præstat nōse, quæ in nostris corporibus aggre
 B
 gantur excrementa, aut humores, vno trium modorum posse accresce
 re. Primo, vitio officinarum primæ regionis, quæ euacuari vomitibus
 & clysteribus iure optimo tenentur: secundo, ob secundæ regionis vitium
 quæ iecur & vniuersum genus venosum complectuntur, cuius vitia
 sanguinis missione, aut expurgantibus medicamentis, potius quam
 alijs auxilijs, auferri desiderat. Tertio verò & vltimo, multifariam cor
 pus afficitur ex redundantia excrementorum, quæ à tertiâ regione, in
 foeliciter munus suum perficiente, succrescunt. Quæ quidem ob alicu
 ius partis distemperiem, aut languorem, quotidiana propagatione, in
 aliam particulam dilabuntur, aut ibidem detenta, morbum efficiunt.

Quo tempore nullum artis præsidium ex his tutò partem à fluxionis
 labe vindicari valet. Nam quum humores perpetua propagatione ge
 C
 nerentur, perpetuò operans auxiliū exposcunt. Atqui cum id non pos
 sit esse sanguinis missio, propter imminens vitæ dispendium: neq; ex
 purgans medicamentum, nam licet aliquando prosit, frequentia tamen
 plurimum obest: neq; exercitium, nam sepe cocitat maiores fluxiones
 dum affecta pars in eadem perstat distemperie: neq; balnea, quia non
 sunt semper ad manum, præterquam quòd frequentia diutius tolera
 re nequit natura, neq; adhuc alia huius cæsus, iure optimo fit, vt in his
 affectibus, qui ex quotidiana excrementorum generatione, à tertiâ re
 gione fouentur, nullum aliud auxilium tutius, citius, aut mansuetius
 operetur, quam id quod ferro candenti, aut caustico medicamento per
 ficitur: facta nimirum fontanella, aut iniecto setone, quibus perpetua
 etiam fluxione corpus expurgetur: quò etiam fit, vt hoc præsidium ra
 ro & dif-

A
 rò & difficulter alijs affectibus prodesse possit, quàm ijs, qui vitio tertie
 regionis excitantur: nam alijs, quos humores vnicè ac simul efficiunt,
 vnica aut pluribus (prout res ipsa postulat) sanguinis missionibus, aut
 purgatione, facilius curantur: siquidem tota materia, aut maior eius
 pars, in morbum prorumpit potius, quàm per setones & fontanellas:
 quæ ijs tantùm affectibus sunt opus, quib' materia peccans paulatim
 ac perpetuò generatur: quam obrem paulatim ac perpetuò fluore ex
 purgari debet: licet etiam in affectibus, qui à venarum vitio fouentur,
 dum id factum & radicatum est, sæpissimè prosint, dū alijs præfidijs
 minimè cedere affectus hi videntur. Atqui licet hæc sit præcipua hu
 ius auxiliij indicatio, nihilominus tamen non statim ab affectus princi
 pio eo licet vti: sed vt Hipp. consuluit loco ante citato, præmissis alijs,
 quæ clementius humorum exuperantiam auferant: nãq; hoc præfidiū
 B vt vltimum est in efficacia, ita vltimo loco adhiberi desiderat, alijs pri
 us tentatis.

Præstat hoc præfidiū nostris corporibus suam gratiam, duobus
 modis: vno quidem, cum eadem met particula in qua humor genera
 tur, ibidem morbum parit, veluti in affectib' capitis: quos per primo
 geneam affectionem caput ipsum patitur. Cui quidem subuenit deri
 uatus humor per partes sibi conimunes, fontanella aut setone infixo,
 prope partem affectam, vt paulatim humor dilabatur, & proprium lo
 cum deleat: nãq; pars quæ & generationem humoris, & morbum
 sustinet, semper sibi proximam desiderat fontanellam, quia à distan
 tiori, præter id quòd nihil iuuatur, ad alias intermediafq; partes cogi
 tur, humorem transmittere, ac sæpius nouum affectum excitare. Secū
 do verò modo, cum in aliam suum vitium transmittit particula: quo
 C tempore duplex est auertendæ fluxionis ratio. Prima, quum prope mē
 brum mādans affigitur fontanella: quæ euacuato, per proximam mā
 danti partem humore, quasi reuulsorie iuuat. Quò fit, vt in affectum
 membrum non deferatur. Monendus tamen mihi in hac parte lector
 est, ne deceptus membri recipiētis affectu, ac miseria, iuxta ipsum fon
 tanellam aperiat, dum humor aliunde prouenit: sed expedit semper
 fluxionis originem exquirere, ac ibidem remediū affigere, alioquin
 impossibile est, quin aut maius, aut nouum efficiat damnum, hæc enim
 est huius præfidiij potissima indicatio, nimirum vt materiam fluxui
 aptam per distantem à parte, cui damnum infert, regionem, facile ex
 purget. Nulla nãq; ratione hoc auxilium fluxioni, quatenus fluxiō
 est, mederi valet, sed tantum fluxioni aptam materiam aliò trāsferat, an
 te quàm consuetum iter aggrediatur. Nam postquam primum fluere
 cepe-

Nota

ceperit, minimè ampliùs poterit fontanellis ab itinere reuocari: aqua
 lem etenim auxilium obtinere debet efficaciam cum motus celeritate.
 Atqui cum motus fluentis humoris auxilium exposcat subito & affa-
 tim agens, & fontanella sit lentum admodum, & tardum præsidium,
 hinc est, quòd non possit motui contrariari, nec reuulsionem moliri.
 Quòd aliquando proprium est secundi auersionis modi, quia non so-
 lum humore per proximam mandanti partem euacuato, fluxio suppri-
 mitur, & libera manet pericula, quæ recipere assueuerat, sed etiam in
 medio itinere, inter particulam affectam & transmittentem, aperta fon-
 tanella, per quam humores, qui fluere ceperunt, expurgentur: nam p-
 ficuum solet esse præsidium, paulo superius à parte recipiente (dum nõ
 datur alibi locus) fontanellam aperire: vt humor, qui iam iam in partem ir-
 ruit, per proximam uersionem dilabatur: veluti si quis crurium pedum
 ve dolores, aut tumores patiat, superiorum partium consensu aper-
 ta cruribus fontanella plurimum iuuat: non quia fluxionem sistit, sed
 quia in medio itinere noua patet ad exitum via, antequam ad affectam
 partem perueniat. Sic cum è pedibus aura, aut quid simile ad supernas
 partes ascendit, media etiam via foramen aperire conuenit, vt per id ex-
 purgato halitu, aut humore, impediatur quominus solitam partem as-
 cendat. Deniq; prodest hoc auxilium extracto humore per vicina, ante
 quam ad fluxum moueatur, aut impedito, quominus partem affectam
 attingat, etiam si moueatur, factò in via emulctorio, dum propter ali-
 quod impedimentum prope partem mittentem fieri nequit: aut per a-
 liam distantem aut contrariam humore distracto, antequam à parte mandan-
 te ad affectam moueatur. Quapropter in ijs quibus deriuatorie prodest
 etiam ex accidenti & oblitum partis affectæ, & mandantis, reuulsorie
 copirulatur, veluti in epilepsia, aut alijs capitis & cordis affectibus, qui
 vteri consensu concitantur, frequenter contingit: nam aperta in altero
 crurium fontanella, non solum humor ab vtero, vtpote parte primo af-
 fecta, deriuatur, verum ad contrariam & maxime distantem partem ei ad-
 quam fluere assueuerat, reuellit ac distrahitur. Cuius rei causa nosse
 oportet, maioris esse momenti, fontanellam aperire in ea parte, quæ ma-
 ximam habeat cum membro mandanti communionem, quam in ea
 que ex opposito, aut distantiori loco sita sit: alioquin iniustio nullius
 est usus.

Nosse etiam oportet, non semper idem esse setonibus aut fontanel-
 lis in quouis affectu indistinctè vti, sed aliqualem interesse differentiam.
 Nam in cutaneis affectibus, aut qui maximam habent cum externis cõ-
 munionem, maioris sunt momenti setones, quam fontanellæ: vt qui
 maior

nota de epylepsia fontanella

nota

A maiorem cutis partem perforant, & altius minimè penetrent. Quam
 obrem mirabile solet esse præsidium, in impetigine & vitiligine, &
 alijs cutis scæditatibus. Prodest etiam in pueris, & ijs qui ab auxilijs hu-
 iusmodi facillè dissipantur: tandem in his partibus, quibus neq; fonta-
 nella aperiri potest, neq; ligatura quicquam ad id præstare valet. Fon-
 tanella verò grauioribus affectibus medela est, & eis qui ab altis &
 abditis corporis sedibus prodeunt: vltimò verò ijs, quibus opus est ma-
 iori vacuatione. nanq; re vera vt palam fit experientia, maior humoris
 copia per fontanellas, quam per setones expurgatur, licet setones diffi-
 ciliùs consolidentur, & coalescant. Quamobrem in longioribus affe-
 ctibus, & his quibus diminuta vacuatio longo tēpore facta sat est, plu-
 rimùm profunt, veluti in oculorum affectibus, aurium & narium, &
 aliarum deniq; partium quæ paruæ sunt: quarum affectus potius ex
 B consuetudine fluendi ad easdem, quam ex humorum copia cõcitatur,
 quibus sat est diminuta vacuatio, ad consuetudinem fluxionis auferen-
 dam. Sic fontanella in maiorum partium affectibus, ac ijs quibus hu-
 morum moles vberior est, locum habet: hæc nanq; semper aperitur in
 ea cauitate quæ extat, inter duos musculos partis cui affigitur. Quò
 fit, vt ex altioribus corporis partibus trahat.

Cæterum quod in hac re, maius facessit negotium, veluti in re no-
 ua, aut præ vetustate adhuc deserta, iudicio nostro, est nosse, quibus af-
 fectibus indubitanter prodesse possit: & in quibus ab hoc præsidio su-
 perfedendum sit. Quia in re nosse oportet, non minorem gratiam hoc
 præsidium impartiri fluxionibus, quæ intus manent, quam ijs quæ ex
 tra prodeunt: ac etiam illi esse peculiare, vt omnibus affectibus medea-
 tur, qui ex alterius defluxus suppressione concitantur: dum eadem flu-
 xio iterum reuocari nequit, aut non conuenit, veluti in ijs contingit,
 qui assueti sunt articulare morbum pati, aut hæmorrhoides, aut
 varices, dum in alium affectum mutantur: nimirum in difficilem
 respirationem, aut quamuis alium pulmonis aut thoracis morbum,
 quo tempore altero, aut ambobus cruribus ferro candenti, aut causti-
 co medicamento apertis, affectus euanescit: quod his verbis insinua-
 uerat etiam Hippocrates: Quibus ex pulmonis abscessus circa aures
 fiunt, & superantur, & ad infernas sedes, & fistulantur, hi liberantur.
 Qua ratione ars, ex ijs quæ naturam vtiliter in morbis mouere cogno-
 uerit, indicatione sumpta, idem etiam salubriter molitur, ferè enim
 idem importat verbum illud, fistulantur, apud naturam, ac ex arte
 fontanellam efficere. Hoc etiam est quod dixerat idem Hippo-
 crates, & fistulæ aliorum medela: deniq; in omnibus suppressis
 fluxio-

nota

nota

7

7

7

Lib. 2. prog. textu
64.

fluxionibus, quæ nequeunt reuocari, dum in morbum aliquem profi-
liunt, tutissimum est præsidium, fontanellam aperire, iuxta membrū
per quod antiqua & superflua fluxio delabi assueuerat, vt quod vitio
eius suppressa factum est, reuocato per easdem partes humore, vberius
prosit. Consuetis enim vacuationibus, aut eis proximis, magis gau-
det natura, & minùs molestatur: sic si ex hæmorrhoidarum, aut vteri
suppressione aut vitio, affectus suboritur, fontanellam præstat cruri-
bus aperire, quàm prope affectam partem ni diu, vitium in affecta par-
ticula perstiterit: nam eo tempore propter habitum morbosum quem
ex diuturnitate contraxit, iuxta affectam partem, commodius aperi-
tur. At si fluxio proficiscebatur ab vna parte, ac prosiliebat per longè
diuersam, dum supprimitur, & reuocari nequit, non iuxta partem per
quam fluere assueuerat, sed prope membrum transmittens, fontanellā
aperire expedit. Veluti si alicui fluat aluus ex capitis defluxu, cuius ra-
tione à varijs præcaueatur affectibus, dum supprimitur prope caput
ipsum vstionem moliri oportebat, vt per proximam mandanti partē
humor deriuetur.

In arthritide verò aut quauis eius specie, haud ita facile est nosse, an
expediat fontanellam in earum medelam aperire. Atqui licet pauci
(quod ego legerim) hucusq; rem hanc scriptis mandauerint (fortassis
quia paud antiquos rarior erat huius affectus vsus: vt expressè vide-
tur insinuare Plinius his verbis: Podagræ morbus rarior solebat esse, nō
modò patrum auorumq; memoria, verùm etiam nostra peregrinus
& ipse: nam si Italiæ fuisset antiquitus, latinum nomen obtinisset.)
Quia tamē passim medicos hēsitare in hac re cōspicio, id breui quidē
methodo conabor docere, prout ingenij mei vires tulerint. Cuius gra-
tia asserimus, totam podagrici, aut articularis affectus rationem stare, C
in prolapsione humorum fluentium per venas ad articularum cauita-
tes, quos primò susceptant articularum loca, deinde circumstantia om-
nia, vsq; ad cutim, & ob id pars in tumorem inflammatur: quem qui-
dem affectum meritò Galenus appellauit podagricam inflammatio-
nem, licet humor potissimùm dilabatur in articuli cauitatem: ex quo
liquet necessum esse, quæ ipsum circundant ligamenta extendi, ner-
uos verò & tendones non inflammari, sed dolere, quia simul cum
articulationibus extenduntur. Est item aduertendum, totam huius
rei causam esse articularum imbecillitatem (siue ex natiuis princi-
pijs, siue ex indebito vitæ instituto proueniat) ac humorum abun-
dantiam, dum vtraq; causa simul concurrat, vt ex Galeno aperte
videtur constare: nam seorsum neutra id præstare valet.

His

A His præiactis fundamentis, videtur nulla ratione posse conuenire, in
huiusmodi affectibus fontanellam aperire, neq; præseruationis, neq;
curationis gratia: Quod verò præseruationis ratione nullius sit mo-
menti, patet: quia humorum defluxus per venosum genus dilabitur
in articularum spatia (est enim vitium humorum ad secundam corpo-
ris regionem pertinentium) sed venarum abundantia rectius & citius
aufertur, per sanguinis missiones & purgationes, quæ subito & confer-
tim eam deponant, quàm per fontanellas, quæ id moliri nequeunt,
nisi longo temporis spatio (quòd humorum vitium, aut redundantiam
extrahere, quin antea in affectum prorumpant, nequeunt) & attractis
humoribus per carnosas corporis partes, & incommodam regionem:
nanq; venarum vitia siue euacuationis, siue reuulsionis, aut deriuatio-
nis gratia auferre velis, ipsis incisis protinus detrahes, & commodius;
B citra alterius noui morbi factionem: veluti est fontanella, quæ longo
temporis tractu, & dispari plurimùm vtilitate id molitur. Quod etiā
probari potest priscorum & omnium ferè medicorum testimonijs, qui
in horum affectuum præseruatione (præter debitam vitæ institutionē)
missionis sanguinis præcipuè meminerunt, intelligentes alteram hu-
ius morbi causam inesse totam in venoso genere: vt facile est colligere
apud Celsum, qui annuam & sæpe perpetuam valetudinem pollice-
tur, sanguine misso inter initia huius affectus. Eadem miris encomijs
laudant Aëtius, Paulus, & præcipuè Gale. ac ferè omnes medici: quod
etiam probari potest ex Hippo. qui refert Citas præseruationis gratia
ab articularibus morbis, quibus ob frequentem equitationem assidue
corripiebantur, venas post aures incidere, & quod magis est admira-
tione dignum, quòd plurimum sanguinis ab eis defluere permittebāt
C à quo fluxu plurimùm dormientes deinceps præseruabantur ab hu-
iusmodi affectu. Quò fit, vt iure cōstet, auxilium præcautorium in his
affectibus, plus præstare gratiæ, quum confertim, & subito fit, quā
cum paulatim & sensim. Ex quo etiam vis rationis elicitur, nimirum
humorum vitiosorum copiam in his affectibus, totam inesse venis ma-
ioribus: siquidem sanguinis missione vnica, annua aut perpetua præ-
statur valetudo, quod cels. nequisset, si affectus ex his esset, qui paulati-
nam exposceret vacuationem. Rursus vltimò cōstat, quia eadem gene-
re debet esse auxilia (quatenus ad humorū rationē pertinent) in præser-
uatione, ac in curatione: quòd verò in curatione alienū sit ab omni me-
thodo fontanellam aperire, humoribus qui præsent scaturiendis, pri-
mò probari potest, ex ipsa cōmuni omnium medicorum sentētia, vt paulo in-
ferius ex Gal. pbabo, neq; adhuc ex ipsa affectus ratione, nā tota stat in

o 2 humo

Nota

Nota

Lib. 6. ca. 10.

Lib. 6. Aphor.
com. 49.Lib. 6. Aphor.
38. & 29.Lib. de sanguin.
misc. 7.
Lib. de loc. acri
& reg.

Lib. 6. Apho. 49

humorum prolapsu in articuli cavitatem, quam tantum posse extrahere per discussoria pharmaca nos docet Gal. & per omnia alia auxilia quæ in vaporis naturam cōmutent, ac per insensilem halitum extrahant delapsam in articulos materiam, alioquin necessum est, eam in tophos abire. Quapropter non immerito dixit Hippo. eodem loco, quæ draginta diebus terminari articulares affectus, ac nullo modo citius: cum difficillimum sit, materiam ibidem reclusam ante statutum tempus discutere, siquidem illi impedimento est ligamentorum antestantium soliditas, quod ut facilius natura assequeretur, longiori egebat tempore ad materiæ attenuationem, ac discussionem. Quod non dixisset Hippo. si aliam cognouisset posse naturam adinuenire viam, qua citius & commodius partem ab humorum labe vindicare valuisset: Præter id quod optima ratione colligi potest, nullam aliam subesse viam, per quam articulata materia promptius delabi queat, neq; ipsa curandi methodus aliud valuit adinuenire ingenium, quam per ea præsidia quæ discussoriam vim obtineant: id etiam dicente Gal. inquit enim: Quod licet rarò is affectus à sanguinis abundantia oriatur, nihilominus tamen citissime curatur, vena circa poplitem scissa, ac subdit: quemadmodum ante sæpe sola sanguinis euacuatio sufficiens auxilium existit, qua sententia aperte constat, id quod in curatione est præseruatiuum, præstantius & tutius sanguinis missione posse fieri, ac per consequens, ut superius diximus, in sola præcautione, nullum est sanguinis missione, aut purgatione præstatius auxilium, dum optime vita instituitur. Quatenus verò ad id quod iam in articulos delapsum est, pertinet, ijs tantum moliri oportet præsidijs, quæ discussoriam vim obtinent: ut ex professo probat idem Gal. scribens pharmaca ex Andromacho ad ischiadicos. Quæ omnia discussoria, & ex profundo trahentia constat esse, donec ad rubificatiam, sinapismos videlicet, & dropacismos deuenit, ut materiam in articulos delapsam, in vaporem conuersam, per insensilem halitum digerant: Quam curandi rationem pulchra quadam sententia docuerat Hippocrates his verbis: Quum coxendicum morbus à fluxione fiat, cucurbitam medicam affigere oportet, & foras trahere, & non scarificando pertundere, & calfactorijs medicamentis in potu exhibitis, intus calfacere, quo exitus fiat, tum foras ad eunte per cucurbitæ tractionem, tum intus ad ventrem per caliditatem. Deniq; quod paratum est fluere, aut actu fluit, per sanguinis missionem aut expurgantia medicamenta, & ea quæ principijs inflammationum prodesse solent, iure optimo euacuari desiderat: quod verò influxit, per insensilem vacationem, quæ discussorijs medicamen-

Lib. de locis in homi.

Artis citius & tutius fit, quam per fontanellas (nam & scarificationem adhuc interdicit Hippocrates) quibus perdifficile, aut penè impossibile est, quod semel delapsum est intra articulum extrahere: quod quum cognouissent, ratione ducti authores ipsi, ferro etiam candenti partem (præsertim in ischiade, articulatio alioquin magna) inurere iusserunt. Alij, ut refert Aurelianus, tophos inurere præcipiebant, quod ipse plurimum interdicit, ac etiam Paulus consulit. Alij etiam cucurbitas parti affigebant. Alij hirudines ut suctu non nihil ex partibus articulationi vicinis, extrahere valuissent: Cæterum intelligere hac in parte expedit, ferrum illud candens, non quatenus fontanellam efficit, prodesse posse, sed quatenus suo calore humores ibidem contentos exiccat, ac in halitum digerit, veluti rubrificantia medicamenta, non ut manantia vlcera, præterquam quod alienum est ab omni methodo, partem præ imbecillitate recipientem aut dolentem, ferro aut caustico medicamento inurere: nam & maiores dolores, & nouas fluxiones citra dubitationem concitabit. Neq; obstet quod Hippocrates proximum ventrem in doloribus igne aperire doceat: namq; ut Gal. intelligit, loquebatur de malignis ac exedentibus vlceribus, quorum malitiam igne depopulare conabatur. Neq; obstet quod Aëtius proprio capite id ex professo doceat ex antiquorum mente, nimirum in arthritide, non solum partem ipsam vrere alta vstione, cuius vlcus diu duret, sed & crura ipsa varijs vlceribus igne factis perforare: quia ut probatum est, curationis gratia ut discussorium auxilium iuuat, præcautionis verò, potius officit euocare ad crura: præterquam quod hoc non nisi ex Archigenis mente refert ac non nisi in omnino desperatis esse adhibenda consulit: Verum nobis, inquit, ad coxarum affectionis demollitionem prædicta remedia suffecerunt: loquebatur autem de alijs præsidijs, quæ medicamentis constabāt. Rursus idem Aëtius vltimis verbis inquit. Apposimus autem de vstione, ne videlicet eius vsus ignoraretur, quasi dixisset, eam rarò esse in opus dirigendam: nam aut inutile, aut gratem existimabat esse. Præterquam quod in plurimis fuisse maximi momenti constat, in vstionem: in his præsertim quibus mucidum esse articulum, & muchore plenum constat: nam vstione profundius facta, promptius operatur discussoria medicamenta, & patetior superest discussioni via. Quamobrem non displicet in ischiadicis, partem ferro inurere: cæterum longè aliud est, fontanellam aperire, quæ deriuatorie per proximam partem humores exhauriat: nam id, licet aliquando proffit, sepe tamen inutile est ob materiæ reclusionem, etiam si articulationes ad tertiam corporis regionem quodammodo pertinere videantur.

Satis

has sang. missio et
purg. in arthritide
in vno fontanella

nota

7 Hirudines

Lib. 6. vulg. text. vlti.

7. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Satis suspicor esse breui hac methodo probatum, fontanellas articu-
laribus affectibus in genere, nulla indicatione posse proficere. Verum
si Fernelio viro doctissimo credimus, qui omnem articulare affectū
à capite per defluxum fieri fatetur, non est extra rationem existimare,
profuturas esse fontanellas: quinimo ex legibus ante adductis conuin-
citur, plurimum fore proficuas. Cæterum licet ex toto verum non te-
neat Fernelij oppinio, hoc tamē vnum certò scio, in pluribus corpori-
bus articulares affectus à capite oriri, & foueri. Quod profecto aperte
docuerat Hippo. loquens de fluxionibus, quæ à capite fiunt, in hunc
modum. Alius morbus oritur ex defluxione capitis per venas in spina-
lem medullam: inde autem in sacrum os impetum facit, quo medul-
la ipsa fluxionem perducit, & in coxendicum acetabula, siue iun-
cturas deponit. Quam sententiam clarius idem author refert his ver-
bis. Si autem modicus fluxus fuerit (loquebatur quidem de septem flu-
xionibus quæ de capite fiunt) coxendicum & articularum diuturnā
affectiōnem facit, ubi fluere cessauerit. Nam vt modicus & vndiquaq;
ab omnibus fortioribus depulsus ad articulos refugium facit. Fiunt
præterea articularum & coxendicum affectiōnes, à talibus morbis fa-
natis, quum morbum quidem efficiens sanatur, in carne verò quod re-
lictū fuerit, cui non sit exitus, neque rursus intro, neq; foras, sed ad cu-
rem egressum, tuberculum utiq; fecerit, fugit autem in id quod cedit,
articulos videlicet, & aut articularum aut coxendicum affectiōnes in-
ducit. Ex quibus sententijs facile constat, Fernelium nō esse temere lo-
cutū, neq; damnandum, sed occasionem sumpsisse, ex fidissimo ma-
gistro Hippo. Quamobrem contemnenda non est huiusmodi senten-
tia, sed potius recipienda, ea limitatione quam nos diximus. Pari qui-
dem ratione sunt plures alij ex podagricis, qui vitio alicuius alterius
membrum nequeuntis probè conficere suum alimentum, articulares do-
lores patiuntur, eò quod à membro illo excrementum quod superest,
in aliquas aut plures articulationes transmittitur. In quibus omni-
bus hoc mihi habeo persuasum, nimirum plurimum prodesse aut
in media via per quam humor defertur in articulos, aut prope mem-
brum a quo fluxio prolabitur, fontanellas aperire: veluti si a capite pro-
deat, brachijs affigere oportet, quo casu ex professo, similibus præsidijs
utabatur Hippo. hæc referens verba: Quum adsunt cedmata, venæ in-
tore posteriores secandæ sunt, quo loco Gal. aperte monstrat, per il-
lud verbum cedmata, affectiōnes quæ per defluxum ad inferna ex ca-
pitis fiunt, esse intelligendas. Itaq; summum erit præsidium in huius-
modi defluxionibus, ferro candenti aut caustico medicamento fonta-
nellam

Nota

Lib. de glandul.

Lib. de loc. in ho-
mine.

Lib. 6. popul. p. 5
text. 22.

A nellâ efficere, prope membrum mandans: vt superius diximus. Nam
in his quæ à capite fiunt, alijs verbis eandem confirmat Hippo. senten-
tiâ, loquens de coxatijs inquit enim: In defluxionib⁹ ad coxâ venas re-
tro aures secato, cuius loci occasione, periti chirurgicorum in huius-
modi affectu, non sine maxima vtilitate, venas in medio auris ferro ca-
denti inurunt. Sic & in alijs articularum aut aliarum partium dolori-
bus, qui non omnino constituunt articulare affectum, sed ex recre-
mentis partium aut à parte alia mandatis, sensim fiunt, eandem gra-
tiam & vtilitatem fontanella præstat. Alioquin dum venoso genere
vitiato, aut ventriculo & primis venis crudis succis & excrementis a-
bundantibus, affectus huiusmodi oritur, graue & inutile est, partes fru-
stra vrere, quum pars certior & faciliorem aliam medendi rationē
docuerit, etiam si aliquando id efficere ex vsu esse possit, tamen longio-
ri tempore, & minori cōmodo. Itaq; qui fontanellis in articularibus
affectibus vsurus est, hac prius vti distinctione tenetur, si velit iuxta ra-
tionis & artis legem rem exequi.

In Epilepsia verò, vt frequentius hoc præsidio vtimur, ita exactius
tenemur rem expendere: qua ratione statim in hoc affectu nō licet eo
vti, sed inspecta prius affectus origine ac sede: nanq; in his quibus hoc
malum inest, capite per primogeneam affectiōnem læso, citra vllam
dubitationem (corpore purgatione & victu præmunito) occiput igne
aperire expedit, qua parte caput cū prima vertebra connectitur, diuq;
vlcus fluere permittere, vt paulatim caput quem contraxit habitum
perforantem illud sensim expurget. Nullum equidē ex his præsidijs,
quæ ars nostra probauit, cōmodius ac tutius adinuenire poteris, quā
in omnibus capitis inueteratis affectibus occiput aperire, præstantius
enim est, quàm alicubi fontanellam affigere: licet id non semper expe-
diat, citra aliquam differentiam efficere: nam in quibus hoc malum ex-
citatur ex humore melancholico caput inundante, etiam si aliquādo
prosit, sapius tamen inutiliter adhibetur: siquidem caput rarò ex pro-
prio vitio hoc humore abundat, nisi dum illi aliunde aduenit, quē po-
tius per hæmorrhoides, aut expurgantia medicamenta, & balnea ina-
nire æquū est, quā per fontanellam: secus tamen res se habet in pituito-
sis, crudis ac crassis humoribus, quos caput imbecillum sua spote gignit.
Quos (etiam si aliquādo cum melancholicis commiscantur) tu-
tò extrahere possumus, facta in occipite fontanella, per quam longo
temporis tractu, salubriorem statum citra noxam cōsequamur: in qui-
bus affectibus setones affigere, nullius aut parui esset momenti.

At cum per consensum hoc malum excitatur, non est par ratio ape-

Lib. 6. popul. p. 5

7

epilepsia

riēdi fontanellas in omnibus: nanq; in adultis inter initia, dū nullū cog^A
 noscitur caput contraxisse habitum, neq; quicquam per primogenē
 affectionem pati, in media via inter caput & membrum mandans, aut
 prope mandans ipsum, fontem aperire expediet. Verū si morbus inue
 teratus iam fuerit, etiam si consensu demandato ab aliqua parte in ac
 cessionem incidat, ipsa medendi ratio docet, iuxta vtranq; partē trās
 mittentem nimirum, & caput ipsum, fontanellam aperire: nam ratio
 ni consonum videtur, vitium aliquod iam contraxisse caput, cuius ra
 tiōe, aut in occipitio, aut in brachio foramē oporteat aperire, per quod
 contractus ex diuturno tempore habitus, paulatim euanescat. Et non
 dissimili ratione, propter consensum nimirum, oportet prope mem
 brum mādans, aut in medio itinere fontanellam aperire, vt si quid pa
 ratum est caput petere, & accensionem mouere, per proximam mandā
 ti partem deriuetur. Cæterum in pueris diuersa quodāmodo ratione ^B
 res fieri debet: nanq; siue caput primario affectu, siue per consensum la
 boret, semper in occipitio fontanella est aperienda, purgato protinus
 vt par est corpore. Cuius rei ratio est, quia etiam si per cōsensum in pue
 ris læpius hoc malum suboritur (præsertim vetriculi, vitio) nihilomi
 nus tamen vt in his est acutissimus, & summè periculosus, ita facili ne
 gotio, & continuo primis diebus caput essentialiter obsidet: idq; pro
 fecto, propter facilem apparatus, quem ex crudorum humorum redū
 dantia, caput ipsum obtinet: qui quidem ob halitus ascendentis mali
 tiam, nullo negotio eadem labe foedatur: præterquam quod puerorū
 caput imbecillimum est, & facile quoduis vitium susceperat. Quibus
 rationibus dubium non est, quin expediat, protinus caput aperire, vt
 quod caput sua sponte continet, etiam si non fuerit adhuc vitio con
 spurcatum, per foramen illud delabi facile possit, antequam integrum ^C
 vitium contrahat, aut mox contracto, infantem interimat. Ob id igitur
 facile constat, quanta solertia ac breuitate in pueris, qui hæredita
 rium hoc onus portant, antequam morbo præueniantur (trāsfecto vno
 aut duobus ab exortu mēsis) id debeat fieri: & pari ratione in ijs, qui
 bus præediti fratres huiusmodi affectum sunt perpepsi. Quorum om
 nium, vbi hoc mirabile præsidium remoratur, nullum hucusq; vidi,
 quem aut matura admodum mors non præuenerit, aut totius vitæ dif
 cursu hic infestissimus hostis non premat. Qua ratione sedula diligē
 tia curandum est, præmissa per noctem leui purgatione (sicuti in adul
 tis paulò vberiori) vt protinus fiat. In foeminis verò frequētius hoc ma
 lum accidit, & maiori ex parte vteri vitio, qui semen aut sanguinem
 mēstruū, aut vtrūq; maligna & incredibili labe foedissimè conspurcat
 ac sæpe

om de fontanella in
 uerij purgato corpore

^A ac sæpe putrefacit: quorū halitus tot possunt accidentiū varietates pare
 re, quod partes fuerit quas attigerint, aut qualis fuerit vitij illi⁹ varietas
 quæ mira & difficulter cōprehēbilis est: ita vt indies noua fingat sym
 ptomata, diuersa ac sæpe contraria, vt omnem superet artis rationem,
 & terrorem læpius incutiat, ac nouitatem & admirationem pariat. In
 quit enim Hippo. loquens de varietate accidentium huius membri: ^{Lib. de locis in}
 Vteri omnium morborum sunt causæ: quasi hoc mēbrum sit sentina, ^{homine.}
 fons & origo, cui iure optimo possint reduci ferè omnes foeminarum
 affectus. Cæterum varietatem & varietatis rationem alibi adamussim
 explicuit, omnes ferè complectens differentias, quas hic recensere con
 sultò nolui, siquidem facile quis apud eundem authorem inuenire po
 terit. Quibus omnibus nullum hucusq; præstantius aut efficacius ars
 nostra adinuenire valuit præsidium, quo omnibus huius causæ varietatibus ^{Lib. de virgi. mor}
^B ac effectibus, tutius mederi queat, quàm aperta decēti parte fon
 tanella: hac vna ratione seruata, quod incipientē adhuc ex hac causa
 malo, ambobus aut alteri cruri, præsertim sinistro, fontanellam ape
 rire expediet: verum procedente aut iam inueterato malo, ipsa meden
 di ratio postulat (siquidē necesse est conijcere, aliquid iam esse in ca
 pite firmatum) occiput ferro candenti aperire: & quia cōsensu adhuc
 ex vtero durat, primò oportet (si maior videatur consensus indicatio)
 alterum crus aperire. Verum si quod essentialē in capite est, præualue
 rit, vrgentiorēq; præstiterit indicationem, etiam si adhuc consensus
 perstet, occiput primū aperire conuenit, & mox crura: tum vt quod
 contractum est in cerebro, per proximum foramen expurgetur: tum
 verò vt consensum auferat, deriuatis vteri humoribus per crura. Verū
 quia solent timidæ foemellæ plurimum pertimescere occipitis foramē
^C eius vsu solet mirum in modum præstare fontanella brachijs aperta;
 licet remissiori efficacia. At solet sæpius à principijs generationis in foe
 minis, huiusmodi habitus in capite cōtrahi, cuius ratione à primis an
 nis epilepsia suboritur: verum vigentē ætate, & crescentibus semine &
 sanguine mēstruo, frequentius horum ratione, in epilepsiam incidūt
 quo quidem casu, fontanellam quæ cruribus aperitur, sufficere existi
 mo: siquidem natiuis ille apparatus nullo præsidio mutari vsquam
 potest, quod verò indies ab vtero transmittitur, facile per crura dilabe
 tur: quod fiet, vt rariùs & mitiùs in paroxysmum huiusmodi foeminæ in
 cidant, distracta ac euacuata causa, quæ natiuum illum ac morbosum
 apparatus ad epilepsiam excitabat. Cæterum in viris dum huiusmo
 di apparatus natiuis est, occiput aperire est necesse, vt quod indies
 in capite aggregatur, antequam paroxysmum excitet, per foramē p
 laⁿ



latim expurgetur: quod in fœminis nō fat esset, propter assiduam vte
 ri ad cerebrum transmissionem. At quemadmodum dictum est de e-
 pilepsia in fœminis, ita etiam subintelligere oportet in omnibus alijs
 accidentibus, quæ illis vteri ratione superuenire solent, veluti in cor-
 dis palpitatione, aut syncopæ, & ijs finitimis affectibus, quibus sæpissi-
 me conqueruntur. In cardiaca etiam & millè alijs ventriculi inappe-
 tēijs; aut deprauato appetitu, & varijs eiusdem motib⁹, qui mira qua-
 dam varietate huius membri vitio suboriūtur: veluti est capitis nume-
 rosa doloris varietas & sæuitia. Quorum omnium affectuū rationē,
 & aliorum omniū, qui non nisi longissima oratione exprimi possunt
 cōsultò subiceo, relegans huius mēbri affectus, ad librū nostrū de Fœ-
 minarū affectionib⁹, quē Deo dāte in lucē breuissimè edere conabor.

Haud dissimili quidem ratione, mirabile est hoc præsidium in
 omnibus inueteratis capitis doloribus, quos neq; purgationes, neq;
 alia præsidia auferre valent, dum modo neq; ex morbo gallico, neq;
 ex flatibus ibidem genitis, aut aliunde transmisis prodeat. In his nāq;
 tantum locum obtinet, qui excrementorum abundantia capite dolet.
 Cæterū ea est in huiusmodi affectibus lex & ratio, in aperiendis fon-
 tanellis, quod si capitis vitium totius corporis cōsensu suboriatur, cru-
 ribus fontanellas aperire vtilius est, quā alia quauis corporis parte:
 vt distractis corporis humoribus lōgè à parte affecta, natura proptiūs
 dissiueat à consueto loco: ac pari ratione vbi ab vtero aut ventriculo
 humores in caput irruūt, hoc seruato in his & omnibus alijs particulis
 quod prope partem transmittentem fontanella aperiatur, vt per vici-
 na antequam ad caput moueatur, facillè deriuatur. Verūm si cōsensus
 ac passio diuturna fuerit, tutissimum est consilium, brachijs fontanel-
 lam aperire, vt quod receptum in capite est, & adhuc transmittitur, C
 vtrumq; per eadem loca deriuatur. At si tota hui⁹ mali causa in caput
 reuertatur, non est ita facile partem quam perforare conueniat inueni-
 re. Quod vt facilius innotescat, aduertendum est, quod si caput admo-
 dum fuerit imbecille, ac eius imbecillitas inueterata & connaturalis fa-
 cta (vt ex sensuum omnium impotentia ac facili passione, à qualibet
 causa, facilliter cognoscitur) nulla ratione, vt mea fert sentētia, occiput
 aperire sine maximo damno poteris: nanq; imbecille membrum mi-
 nimè sustinere valet huius auxiliij vim & efficaciam. In quo quidem
 casu, brachijs solummodò licet fontanellam aperire: vt per eam quod
 imbecille caput gignit, citra eius damnum facillè expurgetur. In om-
 nibus verò alijs inueteratis capitis affectibus, dum ipsum non est ha-
 bualiter imbecillum, ita vt omnes ceribri actiones euertat, sed tantū
 prop-

Apropter aliquam distemperiem, quæ coctiones eiusdem improspere fie-
 ri cogat, ac excrementa redundare (quorum exuberantia caput dolet,
 aut alio quouis affectu læditur) occiput tutum ac vtilissimū est absq;
 dubio aperire. Verūm in doloribus, qui vitio membranæ caluariam
 ambientis (quam pericrâneum appellant) concitantur, setones occipi-
 ti affixos plus prodesse constat, aut brachijs fontanellam aperire: nam
 occiput eo tēpore perforare, vltra affectus indigentiā est. Eodem pror-
 sus modo res fieri debet, in vertiginosis affectibus, dum ob essentialē
 capitis vitium suboriuntur. Verūm dum vteri consortio fiunt, crurib⁹
 fontanellas aperire oportet: dum verò ventriculi, brachijs: nam mirum
 in modum plurimis profuisse compertum est: quia quod ex haliti-
 tibus quotidie caput ascendentibus, sensim aggregatur (cuius ratione
 certis quibusdam interuallis in affectum laborantes dilabuntur) pau-
 latim per brachiorum fontanellas expurgatur. Quamobrè rarissimè
 admodum, ac præhabita graui alia occasione, in affectum incidunt.
 Ex quibus constat, maximi esse momenti in huiusmodi affectibus hoc
 præsidium, sicuti dum plurimū inueterantur, ac frequētius affligūt
 occiput ipsum aperire.

Impartitur etiam suam vtilitatem hoc præsidium omnibus affe-
 ctibus, qui ex defluxu à capite suboriuntur, veluti inueteratis den-
 tium, gingibarum, faucium & totius deniq; oris, aut omnium aliarū
 corporis partium, dum alia præsidia non profunt: & præcipuè in om-
 ni difficilis respirationis specie, tussi & alijs inueteratis thoracis affecti-
 bus, dum ex eodem defluxu cōcitantur. Verūm hac distinctione in om-
 nibus vti oportet, quod in fluxibus qui ad abditas & præcipuas corpo-
 ris particulas dilabuntur, fontanella aperienda sit paulo distantiūs à ce-
 rebro: nam per longiores partes facilius dissiueat natura, quā per p-
 pinquas: cerebrum nanq; perforare (dixerim occiput) cum plurimū
 non distrahat naturam à deprauata cōsuetudine, faciliūs eandem tue-
 tur ac seruat. Quò fit, vt expediat eam distrahere ad distatiores partes,
 videlicet ad brachia ipsa, quibus fontanellam aperire sat & necessariū
 est. Verūm in alijs oris aut faciei affectibus, sæpe sufficit setonem occi-
 piti affigere, aut brachijs, ad moliendam distractionem.

In hydrope etiam docuit rerum magistra natura, hoc præsidium plu-
 rimū esse profuturū: siquidē ipsa dū hoc morbo vexatur, hoc vtitur
 auxilio, excitatis vlcerib⁹ in crurib⁹ ipsis, per quæ facillè vberè aquosi hu-
 moris copiam pellit, donec ex toto paulatinā vacuatione immunis eua-
 dit: Sic ars nostra eandem æmulari tenetur, dum ab huius morbi crū-
 nis humanum corpus eruere tentat. In qua quidem re præcipuum ha-
 bet

nota

in hy-
drope

hæc fontanella locum in hydrope anasarcha appellata, vt potè quæ A
 ex tertis regionis vitio pariter concitatur, quò fit: vt ab affixis vtriq;
 cruri fontanellis facile diffuat, quod in partibus carnosis in toto corpo
 ris ambitu continebatur. Pari etiam ratione in ascite prodesse hoc au-
 xilium valet: nam præter id quòd rarò vna hydropis species ab a-
 liarum consortio seiungitur, etiam quòd intra omētum & peritonæū
 continetur, aut per occultas vias ad vlceras in cruribus partes deue-
 niat, aut quòd indies in iecore generatur aquosum & inutile per pro-
 prias venas ad crura dilabetur. Qua quidem ratione fit, vt quod intra
 omentum continetur, aut natura, aut medicamētis facilius euanescat:
 in tympania verò, rarò aut nūquam hoc præsidium locum habet. Præ-
 buere quidem ansam huic auxilio in huiusmodi affectionibus, præsi-
 ci auctores: qui crura scarificantes tumidum corpus ab humore libera-
 bant. Inquit enim Hipp. (vt interim aliorum authorum sentētiam sub B
 riceam:) Si verò tumor cōstitit in scroto, & femoribus, ac tibijs, acu-
 to scalpello multa & frequentia vulnuscula incutito, & si hæc feceris,
 citò sanum facies. Cæterum præceptum hoc Hippo. (vt mea fert sentē-
 tia) tantum nos docuit auxiliij genus, nimirum ad apertis cruribus
 sanari huiusmodi affectus: verum apertionis modus multis rationibus
 mihi non placet: prima quia difficulter sanescunt vlcuscula illa, ob per-
 petuum fluxum & ineptitudinem alimenti, ac defectum innati calori-
 ris: secunda quia periclitaretur membrum sphacelo ob immodicum
 caloris innati dispendium: nanq; non minus perijt hac via, quàm dū
 non scarificantur, suffocatione. Tertia verò quia regulariùs per fonta-
 nellam extrahitur humor, quàm per vlcuscula illa: quibus rationibus
 ex sententia hac Hippo. & ex naturæ consuetudine, placuit idem auxi-
 lium probare, & experiri, cæterum diuerso modo factum: nimirum a-
 perta tantum fontanella cuius hucusq; vsus foelicissimum mihi præsti-
 tit successum. Neq; obstat, scarificationibus quoq; vsus fuisse Gal. in-
 quit enim: Scarificatis ipsorum hydropicorum talis, & vulnusculis im-
 pactis, ipsos in ferculo aut lectica gestato, ac circūuehito, multus enim
 humor ipsis hoc modo fluere solet. Quæ verba præter id quod author
 ex Archigenis mente refert, non tamen præsidium probat, idq; maxi-
 ma ratione, si quidem minus est tutum & magis graue.
 Sunt qui etiam ventrem vrant in cœliaca passione, paulo superiùs
 ab umbilico, partim vt per vstionem non nihil humiditatis sensibiliter
 expurgetur: partim verò vt madentes ventriculi partes exiccentur, ac
 robore firmiores euadant, quod præsidium rarò citra discrimen admi-
 nistrare licet: nam aut laboranti languido existenti, post mille alia au-
 xilia

Lib. de internis
affectibus.

nota hæc

nota

Lib. 9. phar. loc.

A xilia adhibetur, & eò vlteriùs languet, quia eius vim & efficaciam su-
 stinere nequit: aut statim malo incipiente, quod propter viriū robur,
 vtilius multò esset, ni in maiori discrimine medicus eo tempore versa-
 retur: quia cū vulgus posthabeat hui⁹ morbi principia, ex horrescit
 plurimū huius auxiliij aspectū: quò fit, vt cautè eo in hoc affectu lice-
 at vti, alijs videlicet prius tentatis auxilijs, & viribus non omnino labē-
 tibus. In quo quidem casu audaciùs & libentiùs ego setone vterer, quā
 fontanella: nam & commodiùs aget, propter loci situm, & min⁹ fa-
 cultatem prosterneat, ac multò magis proficiet, præter id quòd securius
 adhiberi potest.

At in omnibus alijs alui fluxibus, qui ex defluxione à capite conci-
 tantur, probarem quidem magis eos per fontanellam brachijs aperta
 distrahere, quàm bregma ferro candenti (vt multi consulunt) incinde-
 re: nam præter id quòd periculosius multis modis est, haud ita proficu-
 um semper apparet, tum quia caput aliquādo imbecillius reddit, tum
 quia sæpius fluxiones (præsertim calidas) auget. Quò fit, vt in omnib⁹
 his à quouis sint humore, tutissimum sit remedium, brachijs fontanel-
 lam aperire: vt deriuato humore per proximas partes, immune caput
 reddatur, faciliùsq; topicorum auxiliorum efficaciam susceperet, ac no-
 uum robur acquirat.

Setonum verò vsus, præter eos, quos in communi superiùs dixim⁹
 probatur quàm plurimum à neotericum nonnullis in affectionibus
 membrorum nutrimentalium: præsertim quum eorum affectus non
 possunt per alia præfidia euacuari, neq; propter situs incommoditatē
 fontanellam sustinere. Verum non licet in quouis horum membro-
 rum affectu protinus hoc præfidio vti: nanq; præcipuè opitulantiur ijs
 C affectibus melancholicis, qui ex vitio alicuius visceris suboriuntur:
 nam supra viscus ipsum affixo setonè miro modo compertum est
 prodesse. In his etiam quibus viscus aliquod, nuclidum & tumidum
 admodum est. Quò fit, vt iecori humore aliquo madenti, & in tumo-
 rem elato, opituletur plurimum, humore per setonem expurgato, ac
 pari etiam ratione spleni. Quod præfidium his visceribus loco vstionis
 qua vtitur Hippo. & vtile & tutissimum est, iecori videlicet, spleni, &
 mesaræo, ac nonnunquam vtero: licet huic minus efficaciter proficit: nāq;
 antestat vesica. Cuius ratione vterus difficulter expurgatur profunt
 non min⁹ setones omnibus cutaneis affectibus, & ijs qui ex deprauā-
 ta partis nutritione, aut humoris ad eam deuenientis vitio, oriuntur:
 sic in vitiligine, & impetigine quauis, & omnibus alijs cutis cuiusuis
 partis foeditatibus, suam ostendunt gratiam, ac præsertim in affectibus
 partiū

vt si laborer sola
intemperie et
imbecillitate

Lib. de internis
affectibus

partium faciei, veluti oculorum, aurium, narium, & oris: Quos citra A
vllam noxam mirè auferunt, humore paulatim per occipitium (cui in
his affectibus sunt affigendi) deriuato & sublata vetusta consuetudi-
ne fluendi ad defœdatas partes.

Præmissis quas nuper diximus, indicationibus, ex ratione est nosse
quibus instrumentis fontanellæ aperiri commodius possint. Nam li-
cet id nulla causa interior per se exposcere aut variare valeat, sepe tamè
laborantis timor, aut voluntas hoc quàm illud libentius amat, ac exé-
quitur: quò fit, vt non desint, qui malint ferro cādenti vri, quàm vim
caustici medicamenti experiri: alij verò contra horrent. viso ignito fe-
rro, & sustinere libentius amant vrentia medicamenta, atq; ideo scire
oportet, vno ex tribus ingenijs licere partem perforare, ac fontanellā
aperire. Primò, candenti aliquo istrumento, quod magis probo, huic
vsui confectum ex ferro, quàm ex alio quouis metallo. Secundò, septi- B
cis seu putrefactorijs medicamentis, quæ partis breui temporis spatio
natiuam tempericm ac calorem vehementer dissoluere ac colliquare
queant, donec sibi æquatum foramen excauent. Quæ quidem septica
appellantur, nō quòd re vera sint putrefactoria, veluti quæ calida sunt
& humida, sed quia similia eis inducunt symptomata, partis, nimirum
corruptionem, citra vllum dolorem aut cum minimo, qualia sunt au-
ri pigmentum, arsenicum, sandaracha, chryfocolla, dryopteris, pityo
campæ, & aconitum, ex quibus varia facilè confici possunt medicamē-
ta ruptoria: sicuti & reperiri innumera alia apud Neotericos. Inter quæ
omnia quòd miro modo & citra maximum dolorem fontanellam ex-
cauare valet, est ruptorium quod ex lexiuio paratur à doctissimis viris
sæpissimè probatum. Cuius placuit modum conficiendi scribere, ne
tanto careant beneficio ij, quibus opus fuerit. Recipit quidem calcis vi C
uæ lib. 6. cineris sarmentorum lib. 12. excipiantur simul in aliquo mag-
no receptaculo & cum aqua calida irrorentur, ac misceantur simul do-
nec calx extingatur, & redigatur ambo ad formam furfuris, post mo-
dum excipiantur in collatorio vase, manibus comprimēdo, cuius fun-
dum sit minutissimis foraminibus excautum, præmissis in fundo tri-
ticeis palleis, ne sensim percollentur cineres, mox inijcito desuper a-
quæ feruentissimæ, quantum collatorium capere possit. Cuius me-
dietas sit cineribus occupata, alteram verò occupet feruens aqua: & in
fra collatorium sit aliud vas, quod lexiuium excipiat, tegumentis opti-
mè coopertum, ne halitus lexiuij euanescent. Quòd quidem lexiuiū
in vase vitreo reponatur, & tempore vsus excipe eius quantum volu-
eris ferueatq; in vase æneo, donec aliquantulum incrassetur, & bullas ac
oculos

A oculos in medio representet: nam ea sunt optimæ cōtionis signa.

Postmodum iterum conijce in vas aliquod vitreū, donec residēat, nāq;
residētia illa est ruptoriū: cuius in digitali ac nucleo excipe quantitatē
quæ efficiēdo foramini sit par, & parti adhibe, ibidēmq; morari sine,
duarum horarum spatio, quod suspicor in mediocribus corporibus
esse sufficiens tēpus, vt fontanella excauetur. Tertiò & vltimò, eadē
etiam efficitur causticis scaroticis, seu exurentibus medicamentis, quæ
quidem nulla ratione sua sponte fontanellam efficere valēt, nisi prius
scalpello perforata parte, ac inmissis per foramen huiusmodi medica-
mentis, quæ partem exedant, & veluti ignis comburant, & exiccent.
Caterum hæc interest differentia inter hæc duo medicamenta: quòd
septica citra dolorem & crustam altius penetrāt: quò fit, vt fontanellis
aperiendis sint cōmodiora: scarotica vero, superficialius vrunt, crustā
B inducunt, ac dolores aculei infixi simillimos excitāt. Qua ratione dū
adstringētibus miscentur, fluxibus sanguinis sistendis sunt aptiora, ob
celerem crustæ confectioem: qualia sunt quæ confici possunt ex calce
viua, & arsenico: ex arsenico item & puluisculo Ioannis de vigo appe-
llato, & aqua forte confectis pastillis. Præstatur itē eadem vtilitas, vbi
pars cute est detecta, aut incisa, alioquin in superficie crustam inducit
& subiectam carnem nō exedit, neq; fontanellam excauare valet. Alia
etiam huius census recensentur à Galeno, & ab alijs medicorum do-
ctissimis, quorum nōnulla recensere libuit, ne cuiquam medicæ mate-
riæ copia desit. Huius quidem census sunt omnia ex septorum gene-
re: verum vt firmior fiat crusta è metallicis acribus nō nihil miscendū
erit, vt fiat medicamentum crassioris & adstringentis materiæ: qualis
est cadmia, chalcitis, chalcanthum quæ per se cruda, trita, & salua ho-

C minis, vel aceto excepta, crustam contrahunt. Eadem vsta lenio-
ra quidem, verum scarotica fiunt, vt calx viua, vini fœx
cremata, quæ quidem vbi altius crustam in-
ducere intendimus, septicis sunt ad
miscenda: vt hæc penitus
subeant, illa verò sca-
rā gignāt. Atq;
hęc sunt quæ
in hac re hucusq; colligere valui.

p 2 Consiliū

Consilium in administrandis fetonibus & fontanellis.



V M M A I O R ferè ratio diagnosticæ medicinæ partis à sensibus exquiratur, quibus rarò circa propria obiecta, falli contingit, hinc factum esse existimo, faciliùs posse affectus omnes dignosci, quàm curari, præsertim cum vniuersa curandi ratio in artificiosa potius coniectura consistat, cui sat est, esse veritati propinquam, quia sæpius contingit, plurimùm excessu aut defectu à iusto deflecti. Quæ ratione omnibus esse apertum suspicor, non sat esse, quæ vniuersalia sunt, & communia in quouis præsidio nosse, sed & particulares cuiusvis considerationes ad vnguem exequi, vt coniectura artificiosior fiat, & veritati propinquior. Sic in vsu huius præsidij præmitti iure debet expurgationes, & sanguinis missiones, iuxta laborantis & affectus naturam & indigentiam. Monendus præterea mihi lector est, licet in coxendicis affectibus dictum sit, non licere hoc præsidio vti, intelligendū tamen id esse, cum ex venosi generis abundantia defluxio fit in articulum. Verùm dum articulus ipse ex propria impotentia mucidus est, & humoribus abundans, nulli est dubium, quin alterum duorum necessariū sit: aut ipsum ferro candenti vrere, vt quod intra cauitatem moratur, per insensibilem halitum euanescat: aut prope ipsum in parte nempe cruris exteriori, qua parte sura ex musculis constituitur, fontanellam aperire, vt per proximas venas quod in carne, ligamenti & tendonibus prope articulum continetur, facile fluat. Consulo etiam in hoc affectu, dum à supremis partibus fluxio delabatur, & vstio auris (quam maximi momenti in aliquibus fuisse experientia nobis est cōpertum) nihil profuit, fontanellam sano cruri affigere. Nam qua ratione altero crure malè affecto, alterum scarificare iubet Galenus, eadem & fortasse præstantiore, fontanellam aperire licebit. Videtur item ab omni methodo alienum, membris summè imbecilibus existentibus fontanellam in eisdem aperire, nequeunt enim hæc citra maximū dānum huius auxiliij efficaciam sustinere: secus res se habet, dum imbecillitas nimio madori coniungitur, nam eo tempore deriuationis gratia ppe ipsa, aut causadiscussionis, in ipsis, præstantissimū est præsidium, ignem adhibere, modò caput sit, modò quoduis aliud membrum: dummodo vstio nullo modo fiat causticis medicamentis, summè enim

nim

A nim hæc partem labefactant, vt paulo inferiùs probabò. Nosse etiam ex re erit in melancholia morbo nullius esse momenti inuulsionem. nam is affectus dum è melancholico succo excitatur, minimè hoc præsidio iuuari potest: quia crassissimus & terrestris humor difficulter per fontanellas aut fetones expurgatur. Licet dum ex decubito articularis affectus aut alterius particularis mali sit, præstantissimum sit præsidium, eundem reuocare per fontanellas parti antiquitus laboranti, aut prope ipsam affixas. Atqui dum pituita non nihil commiscetur, & morbus inualefcit, vt in memoria deperdita, fatuitate, cynico spasmus & his simillimis affectibus, summum etiam est præsidium occiput primò aperire, & mox crura, ea parte quæ iuxta methodos adductas commodior visa fuerit. In pueris quidem optimum est consilium, dū epilepsia corripuntur, licet protinus occiput aperire oporteat, spectare priùs, an post sufficientem purgationem iterum accessio redeat, ac si redierit, mox fontanellam efficere, sin minus, differre: in his præsertim, qui neq; hæreditarium hunc morbum cōtrahunt, neq; præcedentes fratres consimilem perpessi sunt. In hydrope etiam consultum esse suspicor, quo tempore vires constant, fontanellas esse aperiendas: nam cum vi morbi humores prolabuntur, præter id quòd naturam non habent in his morbis adminiculantem, maiora ex irregulatis humoribus supercrefcere solent mala. Quò fit, vt non purgationes humorum, sed decubitus potius fiant, quibus & membrum sphacelo & totum deniq; corpus perit. Ex ratione & methodo constat, in affectionibus quæ ex morbo gallico contrahuntur, dum ipsa lues gallica viget, nullius esse utilitatis hoc præsidium, nam cum tota morbi gallici vis in iecoris & venosi generis affectu consistat, præter auxiliij rationem & naturam est, in his prodesse. Etiam si dum hoc malum inueteratur, aut tertiam corporis regionem fœdat, aut aliquod membrum proluxa fluxione perdit sæpius profuisse, sit compertum. Quod ego summopere eo tempore laudarem, ac probarem, tanquam summum præsidium. Pari ratione consulo, in simplicibus cuiusvis partis distemperantijs, seu in affectibus qui ex siccitate prodeunt, nulla ratione hoc licere, vt auxilio, cum hoc tamen in diuturnis capitis, aut alterius partis distemperantijs, quibus vitatur concoctrix, aut expultrix facultas, ita vt excrementa sibi congregent, aut alibi transmittant: dum rationalia præsidia diu adhibita nihil profuere (non distemperieci ratione, sed excrementi ab ea geniti) prope membrum distemperatum ea distantia qua ignis vim non experiatur, fontanellam aperire, vt quòd excrementi indies in eadem particula accrescit, paulatim facto forami

p 3 nec

nota

nota hæc

fontanella in morbo
gallico nulli e mo
menti nisi obtingat
a
dignum in 3 region

fontanella in aperit
in casu laborante

ne expurgetur, hac enim lege Hippocrates splenem vrit & hepar. **A**
 Qua quidem ratione fit, vt localia præsidia deinceps vehementius &
 securius operentur, alioquin impossibile est, sine discrimine topica ad-
 hibere.

In fœminarum affectibus, qui vteri consortio suboriuntur, vetus &
 contra experimentum consuetudo est, in parte crurium exteriori fonta-
 nellas excavare, cum in huiusmodi affectibus, dum venam tundere est
 necessum, interiori exquirere tutius fuisset. Cæterum nos sæpe co-
 git nescio quæ rustica timiditas, in eisdem partem interiori non au-
 dere fonticulis excavare, cum id commodius esset: sicuti in coxædicis
 affectionibus, externam partem cruris vrere. Quapropter consulo
 in affectibus vteri, fontanellas excavare in parte cruris interiori, pro-
 pter maiorem quem experimentum docuit præstari usum, dum mo-
 do venas tueamur, quæ hac parte deorsum præreptant: iuxta quas uti-
 lius multò est, fontanellam efficere, paulò inferius à suræ eminentia, **B**
 qua parte vena delitescit. Quam tamen habeat utilitatem aut differen-
 tiam ab externa vena scissa, antea ex Gal. & Auic. mente, in consilio
 de sanguinis detractione retulimus.

Cæterum in rumpèdis partibus, hoc præceptum est plurimum ob-
 seruandum, videlicet occipitium nusquam esse nisi igne aperiendum
 nam ruptoria medicamenta præter incertitudinem quantitatis rup-
 tionis, quam ingerunt, summè partem labefactant, quod in affecti-
 bus capitis plurimum est pertimescendum. Quò fit, vt semper expe-
 diat eam partem ferro candenti vrere, nam præter robur quod parti
 addit, non ultra permeat, quàm par sit, ac vehementius naturam ad eã
 partem reuocat. Hinc factum est, quod in his affectibus, in quibus par-
 tem vltam imbecillitare conamur, vt facilius fluxionem susceperet, sep-
 ticus medicamentis vtamur, quæ partis robur dissoluendo, eandem per-
 forent. Qua ratione vlcus ab eis illatum diutius durat. Verum in qui-
 bus attractionem excitare conamur, addito parti robore, igne vtimur
 qui dolore & calore attractionis principium molitur. Præterea vbi
 ob partis præstantiam, aut quoduis aliud inconueniens non licet fon-
 tanellam profundè excavare, crustiferis tantum medicamentis res fie-
 ri debet, sicut dum altius permeare, expedit septicis. dum vtrumq;
 nimirum altius subire & scaram inducere, ferro candenti. Præterea
 contingit sæpe vt setones vberius quàm fontanellæ profluant, contra
 propriam vtriusq; naturam, siquidem fontanella sua sponte id com-
 modius præstare valet, quia tanta est quorundam incuria, quod ci-
 tra vllum artis adminiculum, id existiment posse fieri.

Qua ratione

A Qua ratione considerandum est, quemadmodum setones (cutanea a-
 lioquin vlcera) fricatione & cōmōtione assidua, plus ad partem trahūt
 quàm p vlceris cavitare requiritur, pari prorsus ratione in fontanellis vberi-
 or fiet defluxio, si partem prope ipsas fricueris, & panno aspero aut fi-
 culneis folijs in ruborem promoueris, aut scalpello sanguinem profili-
 re effeceris: præsertim cum caro mollis circumcreuit. Quaquidem di-
 ligentia fiet, vt natura facilius ei parti assuescat, & non fontanellæ no-
 men tantum, sed officium iure optimo obtineat.

Circa inustionis modum nosse oportet, quòd dū in capite fit, mē-
 branas cerebri eius vim attingere minimè conuenit, neq; in alijs parti-
 bus ligamenta aut tendones, qui nondum perpessi sunt corruptionē,
 ne præ dolore partes conuellantur. In sanguinis verò fluxibus sistēdis
 diutius ferro cadenti immorari oportet, vt paulo crassior & robustior
 fiat crusta. Quod si scaroticis medicamentis id efficere tentaueris, sæ-
 pius mutanda non sunt, sed semel inducta scara quiescendum, neq; eã
 remouere, nec putrefactoria adhibere, sed eouq; immorari, donec sua
 sponte decidat. In extrahendo etiã veneno ab emorsis & venenatis par-
 tibus ex fera aliqua immisso; aut ibidem genito, miro modo ignis pro-
 dest. Sic partes à quibus epileptici halitus eleuantur, ferro aut causticis
 vrere oportet, si particulæ natura id perpetiatur: vt si quid veneni lati-
 tat, igne absumatur. Præterea circa loca, quæ inuri debent, nosse con-
 ducit, ne quis intrepidè aut prætermittat, aut audeat præter rationem
 quicquam, non licere præcipuum membrum inurere, non neruos, nō
 musculorum, aut neruorum capita, nō venas neq; arterias (nisi in
 sanguinis profusione) neq; adhuc capitis futuras: & hic esto
 huius primi libri finis, quo placuit vniuersaliora
 auxilia complecti. **C**

Verum ne quis in fonticularum apertione, quas in varijs affectibus
 vtiles esse diximus, auxiliij nobilitate perterritus vereatur eo vtī, existi-
 mans nullo esse experimēto cōprobatum, hac in parte institui docere,
 signatim in hydrope vbi maius facessit negotiū, nō semel neq; bis so-
 lum, foelicissimo experimēto esse firmatum: præter id quod Hippoc.
 nullo alio auxilio frequētius vtitur, quinimo ad id, et ad aliud ei per-
 simile ac fortasse grauius, tanquã ad sacrã anchorã confugit: cuius san-
 ne decretum antiquorum nō pauci insequuntur. Dimitto etiã hac in
 parte paracentesim, hoc est punctiōnē abdominis & peritonci sectio-
 nē, qua ipse & plures alij, nō sine periculo utebantur. Præterea itē cau-
 teria in circuitu vmbilici affixa, a plerisq; summo habita pretio. Sed tā-
 tum partium inferiorum vstiones referre mihi est in animo, vt quis
 vbi opus est, hoc presidio cōfidenter & prudenter vtatur. Asclepiades
 quidem

Lib. de inter-
 affectibus.

In affectibus vteri in e apertione
 fontanella interiori d'interiori


occipitium nisi aperi-
 endum causticis medica-
 mentis sed igne

fias fontanella in
 hydrope

Lib. de inter. affa.

Quidē quatuor digitis supra talū, tibiā pungebat, interiore parte, ea pro
funditate qua bēna inciditur, vt parū aque flueret, & cū postea, femo-
ra, scrotū & pudendū intumescēbāt, loca etiā supra manū, & supra arti-
culos ac alias partes, ex Leonidis & Hip. decreto incindēda esse cōsuluit
At Hipp. subdit, Si femur & scrotū intumuerint, vulnuscū audacter
cōfigito, hūc si ita curaberis, cito sanū facies. Et inquit, Si verò tumor cō-
stiterit in scroto & femoribus ac tibijs, acuto scalpello multa & frequētia
vulnacula in cutito, & si hęc feceris, cito sanū facies. Verū eadē parte cla-
rius id profert, loquēs de aqua intercutē in qua iā partes ex humore a je-
core & vētre delapso, intumescūt, inquit. Si vero tibi videatur per ferrū
vbiq; aparuerit, vrito, & aquā paulatim emittito, ac velut reliquos pri-
ores curato. Quibus sanē ebidēter cōstat, quāti momēti fuerit apud Hip.
& āriquos, vltio partiū aquoso humore in hydrope refertarū. Præterquā
quod ex nostri tēporis medicis, doctiores id olfecerūt, pferētes. Oportet
vesicas cōfingi, & vlcera aperta cōseruari, superposito folio brassicę vncto
oleo, grano ciceris, aut cerę momento. Quę profecto scio viris doctis sa-
tis esse. Cū hoc tamē hoc præsidio caute vtēdū esse, cōsulit rei ratio, alijs
nimirū tēratīs auxilijs: nec obid tarde administrādū, Sed ate quā aqueus
& pituitosus humor corruptionē subeat: nā eo tēpore lapsa facultas per
foramē simul cū humore expirabit. Vires itē huic auxilio, nōdū deiectas
esse oportet, & eo magis pficit, quo laborā minus cōsenuit, ac morbus iu-
nior fuerit. Quod sanē auxiliū causę hydropis se plerūq; opponit, quod
magis forsam quispiā mirabit: ratio est, quia cū tumor pedū & reliqua
rū partiū ex aque & pituitę frigiditate vltius iecoris & vniuersi corporis
calorē extinguat, causę quidē rationē ad maiorē frigiditatē optinet, & ob
id præsidium hoc prædictas vires habere, nulli erit dubium. Sed cum has
apertioēs efficere teneamur in his partib⁹, quę tumore turgēt, vt crura ple-
rūq; sunt, quę sua spē calore, eo quod a loco ipsius distēt, destituūtur,
& frigidi humoris præsentia magis frigeāt, periculū quidē est, ne calo-
ris defectu scarā separare natura nō possit. Quāobrem a principio vltio-
nis, puidēdū est calorē parti ebocare, medicamētis quę sicca sint, & actu
ali calore polleāt, quale illud emplastrū est, quod aduersus stiomenū chi-
rurgi adhibēt, quod sane præcautionis & curationis gratia pficuū esse ce-
leo. Curādū quoq; est, si primis diebus humiditas ad foramen vberius
cōfluat, elichinis siccis eā cuiuere, nec butyro aut alijs humidis plurimū
vti. Itē habet hoc fonticula in hydrope, vt purgata sufficienti aquę copia
corpore ad siccius & sanū vigeat, supprimi citra periculū possit, etiā si in
vtrōq; crure (quod necessum est in hac affectione) aperiatur.

FINIS

A **LVDOVICI MERCATI** 
Medici. De comuni & peculiari præ-
sidiorum artis medicæ indicatione.

Liber secundus.

Qui complectitur Topicorum auxiliorum indicationes.



B **P**timē quidem & prudenter ab
antiquis dictum esse constat, pharmaca Deorum esse
auxiliares manus, præsertim si quis prudens illis vta-
tur. Nanq; vt hæc pares semper vires in efficiēdo est cō-
pertum obtinere, nec sui naturam mutare, ad morborū mutationē
& ineffabilem varietatem, ita prudente egere artifice & administra-
tore, qui eadem adhibere & auferre, non unquam intendere, ac sæpius
remittere, miscere, aut mutare valeat: vt morbi aut morbosæ partis na-
turam ac variam conditionem & statum exposcere cōstat. Quæ enim
profuerunt, inquit Hippo. ob rectum vsum profuerunt, quæ verò no-
cuerunt, ob id qd non rectē vsurpata sunt nocuerunt. Quod qui ne-
quit efficere, fateatur se neq; artem callere, neq; medicum qualem Hip-
pocrates exposcit, esse: prudentem nimirum & mēte exercitatum. Ta-
lis enim, naturæ est iure optimo minister: sicut & alter impostor &
pseudomedicus, in cuius manibus pharmaca ferē nihil sunt, siquidem
extremorum labe semper foedantur. Atqui quum non careat extremū
C omne vitio: in arte quidē medica grauius periculofiusq; ac frequētius
ex extremis suboritur malum: quum passim reperiātur ex medicis nō
nulli, quorum tota mens totusq; animus sit, in quouis leuissimo affe-
ctu, plurima temporis momento adhibere, & mutare auxilia, quibus
miserē & inutiliter laborantes torqueant, affectusq; nonnunquam in-
tendant, ac sæpe facultatem prosterant: negligentes Hippocratis
præceptum, sæpius à me repetendum. Bonum enim aliquando me-
dicamentum est, etiam nullum adhibere medicamentum. Rursus
alios passim reperies, qui tam sunt methodo & (vt ipsi autumant)
rationi adstricti, vt solo mellicrato, aut vitæ instituto, omnes affectus
quamuis grauiissimos, contentur remittere: quum medicus teneatur vt
Hippo. docet, logē aliter efficere: inquit nanq;. Quæ propter scire qui
dem oportet de singulis optima in omni arte. vti vero ijs, quæ singulis
q vici-

Lib. de arte.

Lib. de arte.

Lib. de arte.

vide eadē sens
pag 25, et 24

nota

nota

nota

Lib. cod.

vicibus idonea visa fuerint. Ac rursus idem inquit. At verò hoc pluri- **A**
mi facere præ omnibus oportet, ut id quod ægrotat sanū facias, si verò
multis modis fieri possit sanatio, ut eum qui minimè molestus est, eli-
gas. Quod etiam experientia comprobatur: nam plures morbi cum
nullis auxilijs præpediantur, ex leuioribus in grauissimos degenerāt,
& in maximum periculum dum crescunt, laborantes deferunt. Quæ
quidem vitia fugere tenetur peritus rationalisq; medicus, ut calumniā
& infaniam, & quod grauius est, crimen effugiat: adhibens tantum
auxilia opportuno tempore, metita quantitate, debita qualitate & cō-
uenienti modo. Quapropter in quo uis præsidio hæc & plura alia uni-
cuiq; peculiaria, sunt expendenda. Quæ quidem quum tantum medi-
co & laboranti facesant negotium, vltro decreui, quæ Galenus prolixa
oratione libris de Cōpositione pharmacorum localium & generalium
& in Medendi methodo, scripsit, paucis hoc libro complecti, ut facile **B**
quis cum aliquo ex particularibus auxilijs, uti velit, eius indicationem
obtineat, valeatq; mutare iuxta affectus, causarum, & partis varietatē.
Nanq; nō sat est medico docto nosse, expedite uti repellētibus, suppu-
rātibus, discutiētibus aut quibusuis alijs, nisi exactè nouerit ea mutare, ma-
teriāq; aptā inuenire, ut partis cōditio tulerit. Quā ob rē primò vni-
uersalem omnium topicorum indicationem vno capite docebo: deinde
de per singula capita distribuam particularia ipsa auxilia, & cuiusq;
propriam indicationem conabor monstrare. In quibus omnibus faci-
lè beneuolus lector reperiet, quæ in optima medendi ratione vsui pro-
ficua desiderat.

De communi omnium topicorum

auxiliorum indicatione. Cap. I.



ADMIRANDVM & magno præditum à natura inge-
nio Hippo. coum artis medicæ conditorem primum,
inter pleraq; eximia præcepta, quibus omnium primus
medicum erudit, memoriæ prodidisse legimus, ut dili-
genter & constanter in multarum rerum contempla-
tione versetur. Vniuersa medicamenta animo contineat, eorundemq;
facultates tam simplices quàm compositas expendat, ut speciatim pro
ut singulis naturis, & cuiusq; corporis discrimini conueniant, prius
quàm ad artis doctrinam exercendam, medicus admitti debeat. Quod
ab experientia petendum esse, docuit quoq; Gal. his verbis: Ad sanitatē
retinendam, & morbos tollendos, nocentium vsus fugiendus est, quod
ad materiæ adhibendæ notitiam, experientia potēs atq; utilis est. Neq;
id satis

Lib. de opti. fec.
ad Tra.

A id satis, nisi partes corporum dignoscere, & partium vnauquanq; seor-
sum studiose disquirere, & in similaribus particulis exercitari prius
queat. Pari quoq; ratione, & instrumentariarū cognitio illi examinan-
da venit: nimirum quæ natura constitutio ve manus, cruris, capitis, io-
cinoris, cordis, censenda sit. Atqui neq; hic ei subsistendū, sed vniuscui-
usq; membri temperamentum, propria actio, formatio, positura, po-
tentia, humorum discrimina, morborum quàm plurima genera, diffe-
rentiæ, causæ, accidentia, qualiter singula in singulis adueniant, mox
quantum à statu naturali forte recedant: est quidem horum omnium
dignotio apprimè necessaria, ad præsidiorum aptam materiam atq; ce-
lebrem horum notitiam, pro multiplici medendi varietate, & ingeniū
vsuq; consequendum. Nanq; non sat est, neq; ea quæ nuper diximus
nosse, neq; adhuc plura alia, nisi exactè uti valuerimus præsidijs adinuē-
B tis, iuxta ea quæ de partibus cognitu esse necessaria diximus. Idem enim
auxilij genus resoluentium nimirum, aut repellentium & similitum,
diuersam sæpæ exposcit materiam, diuersasq; methodos & rationes, à
partis diuersitate sumpta ad id indicatione. Quamobrem licet topico-
rum auxiliorum diuersitatē certis quibusdā generibus possē cōplecti
tam solet mira varietate mutari, ut penè fiat ex affectus & affectæ par-
ticulæ differentia incōprehensibilis. Est enim si Hipp. credimus mor-
borum omnium idem modus: qui diuersitatē ex particula cui insunt,
facilè recipiunt: inquit enim. Morborum autem omnium vnus & idē
modus est, locus verò ipse eorum differentiam facit. Quare videntur
quidem morbi inter se nihil dissimile habere, præter diuersitatem scili-
cet locorum: quamobrem & partium varietatem distinxisse oportet,
& iuxta omnium naturam præsidia ipsa. Atq; ideo ut res hæc apertior
C faciliorq; fiat, ad certa quædam genera reducere hac in parte placet.
Sunt autem omnia (præter ea quæ simpliciter calfecere, refrigerare, hu-
mectare, & exiccare valent) quæ adstringunt, quæ laxant, quæ emol-
liunt, quæ aperiunt, quæ obturant, quæ attrahunt, quæ repellunt, quæ
pus mouent, quæ resoluunt, quæ abstergunt, quæ abluunt. sarcotica itē
glutinantia, epulotica, caustica, anodina, & vltimò roborantia: primo ta-
mē loco particularē vacuandi rationē, vno capite cōplexi sumus. Alia ve-
rò cōsultò præmitto, quia aut læuia sunt, aut facilè ijs reduci possūt.
Quorum omnium gratia nosse expediet, hæc omnia medicamen-
torū genera, ab affectus natura seu tēpore, veluti iure indicari, iuxta cau-
sæ & affectus dispositionē: sic humores qui in parte aliqua recōduntur
aut repulsionem, aut suppurationē, aut discursionē desiderant, pro hu-
morū qualitate & tēpore affectus. Sicuti quæ sordida sunt, absterfionē

Lib. de F latibus.

& quæ dissoluta vnionē. & sic pari ratione de omnibus alijs affectibus, aut eorū tēporibus. Ceterū materia qua quoduis medicamēti seu auxiliij genus cōstat, & quousq; & quomodo ea liceatviti, præscribit etiā particulæ ratio, & pbat vt nuper diximus, experientia. Alijs nāq; simplicib^o cōstāt repellentia, suppurātia, aut resoluētia (& sic de reliquis medicamētorū generib^o) quæ oculis debētur, alijs quæ cerebro, alijs quæ vētriculo, alijs quæ iecori, & sic facta cōputatione omniū aliarū corporis partiū: præsertim earū quas principes appellamus, aut aliquod habent cōmune officiū. Quapropter cuiusuis generis auxiliiorū, seorsum meminisse oportet, facta collatione ad quoduis membrū principale: quorū distinctē fiet mentio, si prius quædā omnibus communia docuero, quæ sæpius in certamen medicos prouocare solent.

Primū est, an omnia particularia auxilia vniuersaliū administrationē necessariō prærequirāt. In qua quidē re expendendū est, ne cū medicorū vulgo, perpetuō à corporis vacuatione citra vllā distinctionē ordiamur, quadruplices esse nostri corporis affectus, neq; in omnibus oportere eā puidentiā aut admittere, aut exquirere: siquidē nonnunquā intēperaturæ habitus parti accedens alimentū vitiat, citra humoris aduentū. Cuius ratione solis alterātibus perficitur, citra vacuantū administrationē. Quinimo in eisdē distēperaturis sæpe purgātia medicamēta officere est cōpertum, sicuti & sanguinē mittere. Secūdō sæpe euenit vt humoris fæx & vapor parti impressus aduenientē humorē conspurcet, & vitiet. Quāobrem requirit hoc affectionis genus, nō corporis sani agitationē, aut purgationē, sed de obstructionē & discursionē materiæ parti affixæ, per euaporantia sudorificaq; ac deobstruentia auxilia. Occurrit enim frequēter huiusmodi affectus species in multis periodicis morbis ac febribus: nāq; relinquitur fæculentū quoddā, corpore iam puro purgatoq; podagrico in pede, nephritico in rene, asthmatico in pectore, tertianario, aut quartanario in loco originis, cōseruans periodū lentæ sed diurnæ febris: nō enim quod ablata causa relinquitur, semper purē cōtraria alteratione abigitur: manet quidē non rarō succi portio mēbro immerfa, quā nisi digerētibus dissipauerit medicus, frustra alterātia admouebit. In quibus purgationes vt plus sæpe incōmodi afferūt, quā vtilitatis: ita topica remedia manifesto auxilio sunt. Tertiō fit sæpius, vt partis affectio materialis sit, pendensq; non à toto sed à superiori aliquo mēbro: vt thoracis morbus à capitis vitio: in quo affectus genere præcedat puidentiā oportet, nō tamen totius, sed partis primō fluxionē mādantis: quāobrem, neq; audiendi sunt, qui vt capitis purgationem regulariū videātur egisse, totū corpus prius medicamen-

A camentis purgantibus citra vllā indigentia conturbant. Superest sola quarta differentia materialis affectus, pendensq; à toto, quæ iure optimo purgatū corp^o, aut sanguine euacuatū ante localiū adhibitionē ex postulat. Ex quibus cōstat, quā verē dixerit de alopetia loquēs Gal. Particularē affectionē si leuis est, solis ad laborantē particulā remedijs curari. Et Trallianus in Cephalæa & Hemicranca medicorū errorē detegens, corpori negotiū facessentiū, vniuersalibus vacuationibus, quæ & vacuant vtilē valorū copiam, & vires frangūt, & dū turbāt fluxionē cōitant citra affectæ partis emolumentū. Quò fit, vt nisi affectio ex quarto genere sit, aut genus localis remedij fluxū excitare potēs, qualis est sectio, vltio, aut suffusionis detractio, & huius celsus alia, verēda sit corporis per sectā venā vel purgationē agitatio. Nam quantū inutile ac sæpe perniciosum est, in tribus primis affectionū generibus corpus præuacuare: ita graue & periculo plenū, ac sæpe a Gal. pclamātū, corpore particularib^o affectibus cōsentiēte, citra eius puidentiā particularia aggredi auxilia. Nam hac lege tantū, puidentiā cōsuluit Hippo. dicens primū igitur ventrē purgare oportet, sursum ac deorsum: deinde vteros subditio medicamēto. Et alibi etiā inquit: quā ppter optimū est purgare totū corpus prius, & post, ipsos vteros: in alijs verō affectibus qui extra quartum genus sunt, citra vniuersalem prouidentiam, particularem aggreditur curationem.

Secūdō expēdere licet, quæ istæc sit partiū cōditio: quæ mira varietas, quod veluti lege ac priuilegio quodā sancitū, vnaquæq; suā sibi vēdicet auxiliiorū materiā, seu formā ac peculiarē cōditionē: nāq; auxiliij gen^o vt Gal. asserit, ex morbi specie exquirere oportet: ceterū speciē & materiā particulæ natura & differētia citra dubitationē ostēdit. Quod equidē diuino quodā cōsilio inuentū esse censeo: ne imprudenter mali natura decepti, quibusuis medicamētis morbo pficuis medici vterentur: nā particulæ natiua tēperies (vt paulo inferiūs latiūs p babo) debitā præfidiorū mensurā præscribit: forma verō partis ac substātia, alterantiū moderātur quātitatē, ac vacuādi etiā modū & locū ostendūt. Partes etenim natura solidas ac dēsas, vehemētiora sustinēt alterantia: ceterū quæ tenuiū sint partiū, vt faciliè permeare possint, sicuti quæ laxa aut caua sunt, vt viscera omnia præsertim pulmo, vehemēter exiccātibus aut alijs alterātib^o nō egēt, sed crassioris substātiæ & debilis virtutis, vt diu operētur, & membrū laxū nō dissipent ac perdāt. Sit^o etiā partium & societas plurimū præstare in curādis affectib^o, Gal. docet apertē: inquit enim. Quòd si particula affecta in penitioribus locis sita sit, machinari oportet in super tale inuenire salubre remediū, cui^o vis nequaquā antea in itinere soluatur. si itaq; calidus esse oportuit, eò quòd est mode-

Lib. 1. Phar. lo. 8

Lib. 1. cap. 11.

Lib. 1. de morb. muli.
Lib. 2. de morb. muli.

Lib. de opti. se & ad Thra.

Lib. 2. ad glau.
Lib. 7. metho.
Lib. 3. artis med.

ratū, nō solū tantā habeat caliditatē, quātā exigit morb^o: sed vltra eā mēsu
 rā tātū adijciatur, quantū ex situ vt pertingere possit ad locū patientē, ne
 cessariū sit: si verò frigid^o, nō simpliciter tātū frigiditatē oportet au gere:
 sed & materia quoq; pri^o est aduertēda, si enī crassā sit, nō admodū pote-
 rit ad p̄funda penetrare, sed potius cōtrariū prestabit affectū, sp̄ illā do super
 ficiē: at si tenuiorib^o cōstet partib^o, poterit sanē plurimū subire p̄fūdū: idē
 etiā in humectātib^o & exiccātib^o accidit. Cōsiderare itaq; oportet, quot
 numero partes p̄meat medicamētū, anteq; ad partē affectā deducatur, vt
 p̄ ratione itineris, ei^o vim augeam^o. exēplū quidē est, id q̄ ad pulmones fer-
 tur, q̄ è vētriculo in iecur, venā cauā & cor, tādē ad pulmones deuehitur:
 cui certū est, in hisce partib^o humorib^o admisceri, & mutationē ac alterati-
 onē quandā p̄peti. qua p̄p̄r, quod virtutis ei^o superest, min^o omnino ac he-
 beti^o est, quā vt læsam p̄ticulā iuuare possit, quò sit vt intēdi necessari^o o-
 porteat, quare medicamēti siue id foris adhiberi, siue deuorari debeat, vi
 res nō præsentes, sed quales dū ad affectū locū puenerint, futurę sunt cōsi-
 derādā, vnde illa p̄dierūt miracula in diuturnis, quæ p̄funda esse solēt di-
 stillatorū, aquę ardētis, quintę essētia, auri potabilis. chymica enī artē sū-
 ma cōparatur mixtis tenuitas, quę dupliciter malis penitiorib^o facit, &
 quia accedit ad imū radicesq; mali, & quia cū toto affecto loco cōuersat,
 & miscet, ita vt facilē alteret, & euincat. Qua ratione quę in pulmonis af-
 fectib^o, p̄ctori forintsec^o imponūtur medicamēta, lōgē vehemētiora &
 acriora quā si ipsi visceri admoueātur, esse debēt: tātū enim aduētitiij robo-
 ris adijciēdū est, quātū per vaga spatia trāseūdo amittūt, vt quod superest,
 æquale existat ei, quod tactū iuuare tenetur. Lienis verò & iecoris, & om-
 niū deniq; peritonci partiū inflāmationes, eadē ratione curari debēt: nāq;
 si ipsis visceribus medicamēta quibus assiduē egēt, admoueri possint, eò
 mitiora essent imponēda, quò eorū natura facilius afficitur, ni locorū in-
 terualla id interdicerēt: exceptis ijs, quæ vētri & stomacho cōferūt, sola e-
 nim hæc talia adhibemus, qualia morb^o exposcit, quo breui ac expedita
 via p̄mptissimē ad dictas particulas deferāt. Cōfert etiā nō parū partiū si-
 t^o aduacuationē, reuulsionē seu deriuationē moliēdā, vt primo hui^o volu-
 minis libro abūdē diximus. Nec cōtēnendæ sunt indicationes, quas situs
 & figura partis simul præstāt, quippe quæ instrumēta quib^o aliquādo vti-
 mur ad auxiliorū administrationē cōmostrāt: id p̄fecto maximē cōmēda-
 uerat Hip. recēns internarū partiū figuras, inquit. Multę verò etiā alię
 & extra & itra corp^o figurarū species sūt, quæ magnopere inter se differūt
 q̄ ad affectiones p̄tinet, tū egro tū sano: nāq; alijs vtimur instrumentis ad
 vterū dū afficit, alijs ad vesicā, alijs ad omnia intestina crassā: quippe hæc
 per clysteres: in vterū metrēchyta vterinū clysterē, idoneorū aliquod me-
 dicamētorū immittim^o: sic in vesicā per indirectū foratas fistulas, quas si-
 phones

Lib. de vete. me.

A phones rectos appellāt, ad quorū exēplū excogitati sūt auricularij clyste-
 res, quos otēchyta appellāt. Nasalia itē, pessi & balani ad p̄tiū quib^o vsui
 sunt figurā sitūq; adaptātur. Ex eodē fonte p̄dit, mel esse miscēdū omni-
 b^o medicamētis, quæ thoracis & pulmonis vlcereb^o sūt p̄ficua: nāq; si au-
 stera sint, in vētriculo morabūtur, tardūq; aut nullū ad partē affectā obti-
 nebūt motū: pari modo quoties in vesica aut renib^o & alijs abditis corpo-
 ris partib^o, aliquod inest vitiū, ea miscere oportet, quę aut vrinas moueāt
 aut celerē medicamētis motū prestēt: sic quę pulmoni & asperæ arteriæ p̄-
 sunt, paulatī sumēda sunt, vt tunicis arteriæ adhæreant: nā quæ cōfertini
 ingerūt, nullū sui vestigiū reliquere possūt. Verū vt quæ in vētriculo sunt
 vitia, cōfertī & subito medicamēta ac crassioris substantiæ & solidioris for-
 mæ, ne facilē fluāt & dilabāt, exposcūt: ita quæ gulæ insunt, tātū gaudēt,
 medicamētis, paulatī & sēsīm adhibitis, vt lēto & nouo eorū adhæsu, ma-
 iorē ab eisdē p̄tes grām recipiāt. Deniq; tātū est momēti partis sit^o digno
 tio vt Hip. etiā plurimū cōferre, his verbis referat. Verū hoc studio habere
 oportet, vt p̄ximū exitū facias, siue infernē, siue supernē, aut etiā alia ali-
 qua corporis p̄te, vbi exit^o sunt: & subdit dicēs. Cæterū morbi ea p̄te qua
 p̄ximi sunt educēdi sunt, & qua p̄te singulis exit^o quā p̄xim^o est, extrahē-
 di. Dignitas verò & officiū p̄tis seu præstātia, licet in simplici alteratione
 parū euariēt à cōueniēti refrigeratione, calfactione, humectatiōe, & exic-
 catione: nihilomin^o tñ in alijs medicamētorū generib^o, præfertī ijs, quib^o
 aliquid notatu dignū excernit, aut naturā & facultatē mēbri vī & iactu-
 rā pati posse speram^o, cōducit quidē plurimū: vt in multis locis ex Gal. cō-
 stat: nā quò p̄ticula præstātius & magis cōe obtinuerit officiū, eò p̄mtius
 vacuari aut laxari cōsiderat, quū nō sibi soli vires obtinere teneat, sed & re-
 liquis. Expēdēdū itaq; an pars quæ afficit, d̄ earū numero sit, que toti^o cor-
 poris cōes vires habēt: an verò facultatē habeat vniuerso corpori vtilē: an
 etiā alteri p̄ti cōem: an cōmunē quidē, sed cuius actio ad vitā necessaria nō
 sit, licet ministeriū præstet, ad vitā necessariū: vltimò verò an priuatā ac p̄-
 priā, an aduētitiā & subseruiētē. Vires quidē toti^o corporis p̄tib^o cōes atq;
 necessarias habēt cerebrū, cor, iecur, ac testes, in quib^o nō leuis habēda de-
 robore viriū sollicitudo est, licet in omnib^o par nō requirat: nā maiorē ex-
 poscit cor, mox iecur, tertio cerebrū (licet aliqñ plus vrgeat iecori) cū ne-
 cessariū nō sit, ad lōgiorē vitā neruorū ac musculorū ope dū affect^o durat,
 vti: itaq; abūdē fuerit, si tātū ei^o seruatū sit, quātū respirationi sit satis. Quar-
 to verò loco testes cū præcipuis partib^o cōmunitatē maximā obtineāt, vi-
 res habēt vniuerso corpori vtilēs, licet nō alteri cōes. Vētricul^o itē ad por-
 tionē iecoris se habet: vter^o nō itē. Virtutes habēt cōes quidē, sed quarū ac-
 tiones ad vitā necessariæ nō sunt, licet ministeriū præstet ad vitā necessariū
 renes, liē, vtraq; vesica, vēter inferior, thorax, pulmo, aspa arteria & fauces

Lib. de locis in
hom.

Lib. eod.

Lib. 3, artis med

Lib. 3, meth.

ex quibus q̄ primū vacuare redūdantiā licet, dūmodo ne quid ni-
 mis dissoluatur. Priuatā itē particulā ac sibi seruientem non offendes, **A**
 si aut euacues, aut laxes, aut quomodolibet alteres. Cæterū in alijs pri-
 mi & secūdi generis partib⁹ nusquā quæ vehemēter laxāt ac discutiāt,
 sunt adhibēda, quin tantū eius medicamēti, quod roborādi & adstrin-
 gēdi vires obtineat, adijciamus, quātū mēbri vires periclitari, ac ppriæ
 subitantiæ & spirituum dissolui coniecerimus: siquidem virtutem & ro-
 bur sibi & alijs obtinere tenetur. Docet quidem pulchrè Gal. ex Hip.
 mēte, naturā esse potissimā in quavis medica actione causā, nā inquit,
 Ipsa nāq; per se auxilia causas extirpare nequeūt, sed naturæ adminicu-
 lū requirūt, & ferme solū impetū motusq; initiū naturæ adijciūt: reli-
 qua per se natura administrat ac perficit. Quò fit, vt & totius corporis
 ratione, & præstātoris propriæ particulæ salutis, robur perpetuò tue-
 ri oporteat. Itaq; cum in vili mēbro curatio laxātibus tutò fieri potest: **B**
 ita in nobili citra mixtionē adstringentiū incōmodat. Profunt quidē
 adstringentia, tū gratia modi subitantiæ partis affectæ: tū verò ne spiri-
 tus facillè dissipētur, sed vt coerceātur, & cōstēt. Verū quia huiusmo-
 di adstringētia suapte natura impedire penetrationē sunt apta, præser-
 tim in abditis & pfundis corporis sedibus, permiscendā esse tenuē &
 odoratā quandā subitantiā Gal. apertè cōsulit: quæ vbi exactè misceā-
 tur, vnā præstāt actionē ex mutuo vtriusq; auxilio. Huic etiā indicatio-
 ni facillè succedit quinta, quæ sensus acrimoniā aut hebetudinē cōside-
 rare docet: Nā quæ acrioris sunt sensus partes, mitiora longè exposu-
 lant medicamenta, q̄ affectus desideret. Expedi igitur nō confertim
 neq; semel valētioribus auxilijs mederi, sed tutò potius & in tempore.
 At vbi tardus est sensus, in his etiā celeriter obire quod iustū est, licet,
 semel adhibito præsidio, quod sit tutū. Itaq; partes docēt, & sui tēperie **C**
 figurā, societate, sitū, facultatē, ac vltimò sensū, vt quis facillè particula-
 riū auxiliōrū rōem habeat, materiāq; aptā inuenire valeat, cui vsui etiā
 maximā præstat vtilitatē, totius corporis notitia: Nanq; puerorū cor-
 pora, fœminarū, iuuenū, senum, itē & eunuchorū, nō nihil etiā euariāt
 à cōmuni auxiliōrū materia. sicuti & anni tēpus & regio. Quæ omnia
 licet vera sint, nihilominus tamē si quis particularib⁹ vtatur præsidijs
 nō statim à principio, dū morbus maius facescit negotiū, particulæ tē-
 perie expēdere tenetur: sed modicū tantū ipsam respiciēs, est admiscē-
 dū, augendū tamē quod particulā tueatur, quò magis remedia pfunt
 & morbus decrefcit: nā eo tēpore plūs præualet particulæ ratio: secus
 res se habet in vacuātibus auxilijs, in quib⁹ partis tantū officiū à princi-
 pio maximi facere oportet: nā sæpe ex vacuationib⁹ circa affectus prin-
 cipia incōsideratis, aut facultas in medio itinere subsidet & labitur, aut
 membro

Lib. de opt. scd.
adtra.

Lib. art. med.

A mēbro principaliori imbecillo factō, denuo alter affectus grauior su-
 percrefcit, primo malo nō curato: vt hydrops ex acuto morbo p̄diēs,
 fortassis, ob copiosiores vacuationes orta, potius quā mali sauitia.
 Quapropter tutius est, misiones sanguinis aut vacuationes partiri:
 vt membri robur in interuallis tueamur, quā vt affectus à principio
 cesset, sanguine copiosiore extracto, protinus animal perdere.

Diferendū vltimo est, vtra è duabus indicatio præstātor sit: affect⁹
 nimirū an loci. Mota verò quæstio ita expediēda esse videtur. Si è duo-
 bus alterū tantū agnoscitur, ignorato reliquo, multo præstat agnosci
 affectus speciē, ex qua genus curātis remedij summum perspicitur, li-
 cet ad indiuiduas differētias quod conandū est, nō descendatur. No-
 uit aliquis laborare calore hominis viscera: nū verò is calor hepar, an
 renes an magis ventriculū occupet, perspectū nō habet. Idē cōfestim o-
 portere admouere frigorificū remediū, intelligit, licet qua, quantum,
 quale, non satis cernat. Qui verò intelligens morbū ex capite pende-
 re, secū nō decernit mali naturā, & morbi originē, nū tumor in causa
 sit, an intēperies, & calida ne an frigida magis: is ne genus quidem au-
 xilij decernit, & cōsiliij inops p̄det animi, summa & maximè neces-
 saria affectus cognitione destitutus. Si verò ambo illa medico perspe-
 cta sunt, & in dubiū reuocatur, vtra cognitio plures præstet curādi in-
 dicationes, & remediorū præscripta, respōdet Galen. inueniri causam
 morborū salubrem, partim quidē ex affectu, species ex affecto loco. **B**
 Quāta enim sit remedij p̄pter loci diuersitatē mutatio, manifestū est
 cōiectātū, quātū curatio phrenitici, à pleuritici curatione distat. Cūq;
 species pauca & in genere doceat, locus multò plura & magis indiui-
 dua, efficitur quod Gal. asserat, quod vtraq; cognita, imparē vsu cu-
 ranti præbeat: maiorē locus: affectus minorē. Itaq; hæc est collatio in-
 ter genus & species, in quibus nulli dubiū est, gen⁹ anteire: nam quan-
 tō grauius est, genus ignorare, quia totū ignoratur, quā species, qua
 ignorata ignoratur solū pars, tantò præstātor est indicatio à morbo
 indicationi quæ à parte sumitur. **C**

Tempestiuū quidē iam est, eā aggredi tractationē, quā à principio
 sum pollicitus. Atqui ne aliquibus mirū videatur, quam ratione
 factū sit, quū thopicorū naturā ac varietatē docere pmiserim, medica-
 menta tamen per genera in disputationē afferā: quod factū esse intelli-
 gant velim, vt facilius quæ cuiq; morbo sunt proficua, ex generalibus
 præsidijs innotescat.

De communi & peculiari indicatione

vacuationis quæ fit à parte. Cap. II.

Non

Lib. artis. med.
cap. 94.



ON solum in disciplinis ordo ac methodus & optima A docendi ratio verum ad scientiam aditū, perfectāq; earum notitiam præstant: sed & in his quæ fieri debent, eadē & ordo aut ordinis perturbatio optatum in quavis actione finem remorantur, aut accelerant. Sic mihi de Topicis auxilijs tractaturo, vt eūdem ordinem & docendi rationem seruem, primo sese offert topica seu particularis vacuandi ratio, quæ iure optimo præire tenetur in quouis peculiari auxilio, si a materia affectus in particula excitatur: nanq; non sat est, capite, vētriculo & vtero, aut quibusuis alijs officinis affectis, totū corpus euacuare, vt ex arte parti affectæ auxilia adhibeantur, ni prius partē ipsam vacuauerimus, dū tanta inest illi plenitudo, q̄ speremus particularia auxilia vniuersam discutere, repellere, aut diriuare non posse. Quamo brem, ante omne particulare auxiliū necesse est, hui⁹ vacuationis pri⁹ meminisse. B

Sunt quidē tot peculiare vacuandi rationes, quot sunt partes in corpore, ceteris cōes & pficua, veluti cerebrū, vētricus, thorax, iecur, splē vter⁹, renes, vesica, ac testes, & partes quæ habēt peculiare vias, quibus citra totius corporis turbationem expurgari possunt, aut sanguine misso vacuari.

Sic quum sanguis ali cui parti ita inhæsit, vt sanguine ex communi vena extracto, minimē separetur, deriueturq;, duplex insurgit vacuandi ratio: altera per scissionē venæ, illi parti propriæ & peculiaris, à qua pars ipsa affecta fouetur: aut quæ ab eadē oritur: nā huiusmodi sectiones ocissimē particularē plenitudinem deponūt. Sic venulas nasi, frōtis & linguæ in capitis affectibus optimē scindimus, aut eā quæ prope humerū sita est. in præcautione verò, eos ramos, qui inter pollicem & indicē sunt. sic capitis dolores, vertigines & alios ex calido affluxu affectus sanat incisio earū venarū, quæ ponē aures sunt. Pari lege & cucurbitæ, in scapulis scarificantur. Oculorū verò affectibus medemur, post cōmunem venā scissam, scarificatis partibus humerorū & ceruicis, & scissione venarū, quæ sunt in angulis oculorū. Aurib⁹ verò inflāmati, & parotidibus vena scissa sub aure pdest. Gingibarū, maxillarū, & dentium dolorib⁹ ea scissa auxiliatur, quæ sub labijs extat. Cordis verò ac pulmonis affectibus interior sinistri, potius quàm dextri cubiti vena prodest: quoniā pulmonū venæ è dextro cordis sinu pdeunt, hic autē in sinistrū parietē venæ cauæ inferitur, qui per alā sinistrā in cubitū excurrit. Iecori itē oppresso inflāmatove, dextra ceditur, sicuti lieni succurrit interior sinistra: vtrifq; tamen medetur saluatella eiusdē manus. In his verò affectibus qui inter clauiculas & renes siti sunt, reuellit vena,

A na interior, tardius autem vena manus: at ex vtrifq; partibus vena media, siquidem ex communibus illa humerariæ & interioris ramis coagmentata est. Subter renes in quacunq; parte insit affectus, secta poplitis vena, præsidium fit: ea tamen lege, quam diximus capite de Sanguinis missione. Renes verò ancipites sunt. Musculos abdominis ab inflāmate vindicat aperta inferior vena. Colli intestini vitia quamuis subter renes sint, interior cubiti vena secta, aufert: nam ita commōstrāt venarum origines deriuationesq;. Vteri verò affectus, (licet membrum vnum sit) varias tamen venarum sectiones desiderant: nam immodicē fluentibus menstruis, interna brachij medetur. suppressis malleoli. inflammationi quidem per initia, item interna brachij, mox ab impetu fluxionis, aut procedente malo, ex tali venis. nam prima sectio plenitudinem euacuat, & impetum reuellit: secunda directiūs partem affectam respicit. Ac quemadmodum in mensibus, ita in hemorrhoidibus suppressis, aut fluentibus res fieri debet. Verum si quæ inflāmatio vel podicem, vel partes obscenas, vel vesicam, vel alterum inguem infestabit, modo veneni particeps non sit, ex superioribus cubiti venis multitudo summouenda, inhibendaq; fluxio est: verum deriuatio particulariūs directiūsq; ab inferioribus fiet: cui similis est in mittēdo sanguine crurium inflāmatio. Atq; hæc est venarum particularium incisionis ratio. Secundus verò vacuandi à parte modus, per ea fit auxilia, quæ ab ipsa parte per eandemmet sanguinem demit, quod fieri est necessum, in his quæ nō obsident alium à cute & carne locum: quibus cucurbitas affigere, scarificationem admouere aut hirudines, p̄mpte quod in parte est, & secta vena neq; medicamento reuelli potest, ab eadem euacuat. Atq; hæc sunt quæ de particularis sanguinis detractioe nouisse oportet: Quæ quidem aut mutare, aut alio modo euertere, alienum ab artis præceptis esse existimo. Et præterquam quòd nihil prodesse sectiones quæ aliter fiunt, omnibus est compertum, lædere sapissimē constat, aut nouum affectum excitare, aut deniq; frustra facultates imbecillitare. Quamobrem sicut in purgationibus, cum humorē qui peccat non eligere, graue est, & periculosum: ita in sanguinis detractioibus aliam venam secare, ab ea, quæ è directo partem affectam respicit, aut ab eadem proficiscitur, aut in eandem inferitur, nefas quidem est: sicuti particulares has moliri vacuationes, citra totius corporis prouidentia & vacuationem, quæ præterquā quòd reuellit, etiam præcaueat, ne plus in affectā particulā fluat, sanguine ad eā per particularē vacuationē euocato. Quod si aliquādo citra eā prouidentia fieri contingat, vt in cōualescētibus, imbecillibus, & ijs quib⁹ abūdentia tantū parti

E parti affectæ inest: necessum antea est, frictionibus & ligaturis longè à parte affecta factis, totius corporis humores ad distantes partes quodam modo euocare, ne impetū sanguinis fluentis, in dictam partem affectam fluant.

Pari etiam ratione, quum vitiosus humor alicui parti infedit, modò ibidem generetur, modò aliunde transmittatur, ea purgatione quæ è directo partem affectam respiciat, euacuari desiderat, cum vniuersalis purgatio nequit ex toto humorem peccantē auferre. Est tamen hæc vacuandi ratio proficua his præcipuè affectibus, qui ex peculiari partis affectæ vitio suboriuntur, generato in eadem parte humore superabundante, quæ vniuersales purgationes non valuerunt satis purgare: Quamobrem, his medicamentis, & ea vacuandi forma quæ è directo partem respiciat, exhaurire omnino oportet. ita vt sicut membrum generat, pari lege per eius emultoria peculiare medicamentum excernat, citra totius corporis (alioquin inculpati) turbationem. Quamobrem pluries contingit, laborantes magis lædi, dum vna signatim particula affecta est, ex vniuersali vacuatione, quam iuuari: commotis nimirum totius corporis inculpatis humoribus, ac ob id in particulam affectam cōfluentibus. Cum hoc tamen dum humores in aliqua parte existentes, aliunde proficiscuntur, aut ex toto corpore: tutius mea sententia est, vniuersalioribus vti vacuationibus, quam his, quæ partem respiciant: nam turbata fortasse magis parte affecta, ipsam plus susceperat cogunt. Vniuersalis enim vacuatio turbatos, & ad partem affectam commotos humores, protinus vacuatione retrahet, à quibus corpore vacuato, facile est, partem affectam humores quos susceperat, discutere: nisi eò malum deuenit, quòd vacuato adhuc toto corpore, quod receptū est in particula, nequeat facilè resolui, aut sua sponte expurgari: quo tēpore particulares vacuationes suam solent præstare gratiam. Docuisse tamen prius oportet, sit ne aliquod medicamentum purgans, aut respiciens peculiare aliquod membrum:

Cui dubitationi facilè respondemus, medicamenta quæ simplicem aliquam actionem alicui particulæ præstant, eam posse præstare, habito ad illam partem respectu, potius quam ad aliam quantumuis intermedia sit, aut ei vicina: quemadmodum videre est, de scolopendrio lienem absumente, & de stœchade caput respiciente, de splenio lienem, ac de vetonica renes: & pari lege de alijs, quæ non gratiam sed perniciem quibusdam partibus afferunt, veluti de cantharidibus constat, quæ tantum vesicam vitiant: sicut marinus lepus pulmonem, Quæ omnia late Gal. lib. de theriaca ad Pisonē & alibi sæpius docet. Quod suspicor ex ana-

A ex analogia, seu sympathia quadam inter partes & medicamentum proficisci: mihi enim non est dubium, quin qua ratione sunt medicamenta quædam, quæ peculiarem quandam habent cum quibusdam humoribus similitudinem, eandem partes cum quibusdam medicamentis obtineant, siquidem id adductis exemplis, & rationibus facile probatur: Verum quod sit aliquod medicamentum purgans, quod partem aliquam ex propria & peculiari natura respiciat, haud ita facile videtur posse probari: ratio difficultatis est, quia vis medicamenti purgantis in similitudine consistit, non partis sed humoris: ex quo constat, in quocunq; sit loco ille humor, cum medicamentū trahere. Quò fit vt ratio ni videatur consonum, non esse aliquod medicamentum purgans, partem hanc potius quam illam respiciens. Cæterum quia doctissimorum virorum sententijs constat, id posse fieri, necessum est, modum & rationem adinuenire, quibus tantorum virorum autoritas probari possit. Cuius gratia dicimus, medicamentum purgans tribus è partibus posse signatim purgare: primò à toto corpore, ex similitudine humorum vniuersum corpus obsidentium: secundò è partibus vicinis ei cui medicamentum purgans inest: quamobrem obseruatissimum est præceptum, in purgationibus quæ per vicina fiunt, non licere valida adhibere medicamenta, ne à distantioribus partibus ad affectam vi medicamenti plus iusto trahatur. Atq; licet in caput purgijs, validis Galenus & antiquiores, sicuti in his qui vterum expurgant, vsi fuerint, ob id factum esse credo, quia in vtero, ore, aut naribus hæc non recipiunt eam actuationem, & principium agendi, quam in ventriculo, propter diuersum caloris modum: nam illæ partes neq; multum caloris obtinent neq; actuare satis valent medicamenta, ob idq; etiam si adhibeantur, non opus est timere validam attractionem: nam leuis tantum fit, iuxta actuationis medicamenti rationem. Tertio verò modo medicamenta dicuntur purgare, quum in vnica parte existentia, à distatissima & signata quadam particula citra aliarum turbationem (neq; eius adhuc in qua est) humores trahunt, & expurgant: quæ quidē actionē aliqui ijs tribuunt medicamentis, ob peculiarem quadam similitudinē, quæ cum humore illius partis potius quàm alteri (etiā si humor sit eiusdem speciei) obtinet: nāq; nō esse alienū à ratione existimant, dari aliquod medicamentū purgabile, quod non habeat similitudinē eū omnibile, sed cū ea tantum quæ habet peculiare quasdam conditiones, quas illi tribuit cerebrū, & sic hæc medicamenta signatim à cerebro purgant: aut venter, & sic à venterculo signatim purgant: & pari lege omnibus alijs corporis particulis. Præter quā opinionem, quæ nō suspicor esse à ratione alienā, ego existimo, ob aliud notius

& manifestius medicamēta aliqua à partibus signatim posse purgare: A
 eo nimirū, quod medicamenta quæ purgandi vim habēt, simplicibus
 admiscantur medicamentis, quæ è directo partem aliquam respiciūt,
 qualia sunt à medicis appellata iecoraria, splenetica, capitalia, & huius
 census. Quæ omnia cū medicamentis purgantibus admiscantur, &
 suapte natura habeant in illas partes deferri, propter sympathiam quā
 superius diximus, secū deferunt in partem illā vim medicamenti pur-
 gantis, ex cuius attractu partes illæ proprius purgantur, ex contactu
 virtutis medicamenti, quā reliquæ omnes: præterquam quod par-
 tes quæ afficiuntur, necessum est promptius expurgari à virtute medi-
 camenti, (quanuis leuissima) quā quæ sunt humoris exortes: nam
 illæ naturam habent vacuationi adminiculantem, propter humoris re-
 dundantiam, qua particula affecta turget: hæ verò minimè, quia carēt
 humorum abundantia, & ob id non à quavis medicamenti potētia al-
 terātur. Et hac ratione, iudicio nostro, aliqua effingit ars nostra medica-
 B menta, quæ particulariter euacuant, admixtis semper medicamentis,
 quæ connexionē habent cum parte ipsa affecta, eis quæ purgatoriā vim
 habent, ex quibus cōstat, quale sit medicamentū à parte purgās. Quā
 obrē factū est, vt maiores nostri catapotia caput purgantia semper cōfi-
 ciāt itœchade, & capitalibus herbis: & trochiscos iecori etiā parant, cū
 absynthio: & sic de reliquis medicamētis, quæ particularia appellam⁹.

Purgamus itaq; caput, aut quoduis peculiare membrum, dum hu-
 morum vitio laborat, duobus modis: aut per pprias & peculiare vias
 oculos nimirum, nares, aures, & palatum: aut per communes, eo tamē
 medicamento, quod è directo caput, aut quamuis aliam partem respi-
 ciat, habeatq; peculiarem illum quem mox diximus respectum. Quā
 obrē partiri oportet huiusmodi vacuādi rationē, in duas partes, in qua C
 rū prima, modū & indicationem vacuationis eius quæ fit per cuiusq;
 partis propria emultoria, mōstrabo: in secūda verò eius vacuationis me-
 minero, quæ licet particularis sit, per cōmunes corporis canales perficiē.

Sunt autem capitis emultoria (vt ab eo initium sumamus) oculi, na-
 res, aures & palatum: rarò tamen per oculos natura cerebri purgamen-
 ta pellit, nisi errans, aut præcauens maius malū, quā sit oculum per-
 dere: quod si aliquando salubriter id ipsa moliatur, nobis quidem non
 licet eiusdem motum imitari: ne quod intendimus, consequi minimè
 valeamus, cuius loco cæcitatem, aut visus aliquod vitium moliamur.
 Sunt quidem oculi partes, quæ sensus tactus plurimū participant, &
 ob id intense dolent, quod potissimè fiet ab acribus medicamentis, qui
 bus vacuationes à capite mouere est necessum: ob idq; consulerem

abster

A abstinere ab huiusmodi purgationibus. Pari quoq; gradu aures ælti-
 mantur: licet sepius maiores vacuationes per eandem moliatur natura,
 præter eam qua cerebri quotidianum purgamentum expellitur: etiā
 si tutissimum sit, dum aliquam tentauerit natura, eandem leuiter exe-
 qui ijs quæ abstergunt, & modicè irritāt, quale est mel rosaceū, succus
 porri & eius census pleraq;: cū verò ipsa id non tentauerit, minimè
 medico licet id efficere. At per nares & palatum errhinis, gargarisma-
 tibus, dentifricijs, & masticatorijs probè caput expurgatur, sed pprius
 per errhina medicamenta. Ostendit quidem Gal. solam palati ex infun-
 dibulo purgationem, sano cerebro sufficere, accedere autem etiam ceu
 auctuariū eam q; naribus peragitur: siquidem narium constructio &
 neruorum eo pertinentium odoratui facit, & respirationi: infundi-
 bulum verò, & rimæ ad palatum pertinentes, & deorsum graua ex-
 B crementa promptius deducunt, & nullum habent præter hanc expur-
 gationem in corpore vsum: vbi tamen ægrotat præ humoris copia ce-
 rebrum, & arte paramus peculiarem capitis inanitionem. tantò potē-
 tius faciunt, quā gargarismata errhina: quāntò errhini non vis tan-
 tum, sed copia ad ventriculos accedens, plus exhaurit, quā medica-
 menti qualitas ex gargarizatione conscendens. Cum hoc tamen ma-
 sticatoria & quæ palato indita pituitam trahunt, iudicio nostro ob e-
 multorij & viarum commoditatem) plus trahere possunt, & fortasse
 securius: minùs nanq; commouetur in his cerebrum, ac minùs agita-
 tur, quā in errhinis. Solet enim cerebri commotio, maioris mali sæ-
 pe præstare causam, ex conatu ad expellendū factò, quo errās natura in
 principaliorē partem fortè noxium humorem trāsmittit. Cum hoc
 tamen, vniuscuiusq; harum vacuationum naturam, ad vnguem expē-
 C disse oportet: ne alicui inopinato quid mali accidat, aut ex ignorantia
 salutaribus alioquin præsidijs vti non audeat.

Errhina itaq; medicamenta solū naribus indita, suum præstant
 vsum. qui duplex est, alter pituitam crassam, mucum, ac omnes humo-
 res ad expulsionem præparandi, qui postea sua sponte dilabuntur: al-
 ter verò eosdem expellendi. Cæterum expulsio hæc duobus modis fit:
 aut peculiari nimirum medicamenti vi id trahere valente: aut irritata
 expellente cerebri facultate, vt ipsa deinceps sua sponte cerebrum qua-
 tiens, sternutamento factò, quosuis superuacuos humores impetu
 pellat: quibus expellendi modis quosuis humores pellere habet natu-
 ra. Cæterum dum ars vacuationē molitur, peculiaria habet medicamē-
 ta, quæ præter id quod facultatem lacesiant, cuiq; humorum attenuā-
 do expellēdove sigillatim proficua sunt. Quorū, anteq; leges huic va-

r 2 cua-

Lib. 8. de vfu pa.

uationi imponamus, meminisse erit operapretiū, si prius dixerō, errhi A
na duplicem præstare gratiam nostris corporibus: alteram in absterge
dis narium fordibus, vlcibusq;: alteram verò ad cerebri præsertim an
terioris partis, excrementa expurganda: non ea quidem, quæ in cerebri
posterioribus ventriculis (hinc quidem nulla viæ excurrit in nares) sed
quæ circum cerebri substantiam, circumq; meninges colligitur & flu
ctuat: licet aliquando, præsertim per ea quæ sternutamenta mouent, e
tiam quæ in ventriculis continentur, excernantur. Quò fit, vt omnibus
medeantur soporosis affectibus, obtusosq; sensus omnes expediant: &
interiores in quavis sede infixos dolores discutiant: sic sternutamentū
validè quæ in fauces irruunt distillationes, pōtenter reuellit.

Medicamenta verò quæ naribus indita purgant, sunt in duplici dif
ferentia: nam quædam propria & peculiari vi id efficiunt, quæ verè er
rhina dicuntur: quædam verò id efficiunt, cæterum commoto cerebro B
& sternutamento facto: quæ quidem appellatur ptarmica: hoc est, ster
nutatoria. Vtraq; tamen reperiuntur multis gradibus vehementiæ aut
debilitatis dissidètia, quemadmodum exemplis latius p̄babo. Vtraq;
etiam necessaria sunt, pro affectus vehemètia, aut sensus obtusione &
acuitate: & vtraq; ferè eiusdem sunt generis, dissident tamen tenuità
te substantiæ, qua promptius sese in cerebri membranas inferunt, qui
bus velicatis & demorsis, mouetur sternutamentum, facultate lacessi
ta ad expulsionem: quo quidem motu simul quod alienum est, & in
cerebro præerat, excernitur. Quæ verè errhina sunt, crassioris sint sub
stantiæ oportet, vt naribus indita & adhærètia, efficacius humores alli
ciant. Quod quidem opus duobus modis errhina perficiunt: median
te nimirum caliditate ac feruore, aperiendo ac fundendo humores, de
tèrgendove: aut ex propria virtute humores trahendo. Quæ autem ca C
liditate id efficiunt, sunt succus radicum betæ, succus calamenti mon
tani, succus hæderæ, nigellæ semen cum oleo irino, & sales omnes, fi
cut & omnia alia quæ odorata cerebrum dilatant, & quæ cerebrum ip
sum etiam delectant, veluti sampucus, pullegium & huius celsus alia.
Quibus vti nusquā decet in eo affectu, què coryzā medici appellāt, ne
dilatatione maiore, & tenuitate humoribus induc̄ta, fluxio maior fiat.
In quo quidè affectu resiccātibus & refrigerātib⁹ tātum opus habem⁹
ob humoris acrimoniā, qui nimis tenuis & calidior iusto fluit, vt facul
tatè expultricè cerebri ita irritet, sicuti bilis intestina in dysenteria: ob
idq; purgatur cū multis sternutamentis. Verum quæ tota substantia e
uacuāt, alliciūtq; humoris maiorè copiā, sunt veluti cyclamē, quod &
sua acredine & tota substantia euacuat, elateriū, nitrū, quod euacuat sua
etiam

A etiam caliditate, nedum tota substantia, atramentum sutorium nari
bus inditum: quod licet manifesta qualitate adstringat, tamè tota sub
stantia euacuat, additis anemonis radice & veratro albo, quæ omnia
crasso modo trita, & in nares indita, aut contorto linamento excerpta,
maximam humoris copiam per nares extrahendi vim habent. Quæ
verò per nares commoto sternutamento humores purgant, licet præ
dictis multis modis similia sint, cum hoc tamen quodammodo viden
tur esse diuersa: nam acriora sunt & tenuium partium: talia enim esse
debent, quæ cerebrum subire tenètur, irritareq; idem ad expulsionem;
quem vsum præstat saponaria herba, castoreum, batrachij radix arefa
cta & trita, eleborus & euphorbiū. Verum quia ijs effrænata vis inest,
(ne quid inopinatò contingat) singulis, certius quàm permixtis, com
plicatis atq; compositis vti licet: cæterum alijs attemperatis: strutium
B enim & batrachium terantur & macerentur per diem in oxymellite,
quæ non nisi beterno aut sopore capiti laboranti adhibenda sunt. Nā
alijs affectibus alia sunt mitiora, veluti radix acori, nux muscata, piper
album, zingiber, & ea quæ paulo antea retulimus. Ex quibus simplici
bus & alijs huius census, ptarmica medicamēta (seu sternutatoria) duo
bus modis parari possunt: vno quidem partim ex solidis, partim verò
ex humidis: illis quidè vt pyrethro, radice acori, veratro albo & simili
bus: ijs verò ex succis supradictorum simplicium, aut porri, nasturtij,
cœpe, & alij: altero verò modo fiunt huiusmodi medicamenta ex ari
dis & humidioribus ad vnguenti spissitudinem. Itaq; aut in tenuissi
mum puluerem exuflata, aut in liquorem iniecta, aut in forma solida
apposita, profunt. Primum ex vso est ijs, qui sensibus & mente constant
secundum verò & tertium, vbi laborantes sua sponte sufficienter exu
C flare non valent.

Variatur quidem errhinorum & ptarmicorum auxiliorum mate
ria, iuxta humoris peccantis ideam: nam dum pituitam purgare cona
mur, compositione hac aut simili vti poterimus: recipit enim radices
pyrethri, iridis, vtriusq; semunciam, pulegij, calamintæ, origani, sin
gulorum manipulum, agarici in pastillos redacti fescunciam, florum
rosmarini, stœchados, singulorū pugilū dimidiū, decoquātur in aquæ
libra, mellis & aceti scillitici singulorū 3. 2. ex iure decocti fiat errhinū,
manè ante cibū suptū, cui etiā electaria pituitā purgātia addi possūt, si
cut electariū ex palmulis, hierapicra, agaric⁹: possunt etiā addi aliæ her
bæ, & succi, quæ eundè vsum præstēt. Scrofos etiā capitis humores pur
gamus errhino, quod recipit, succi maioranæ fescuciā, succi rutæ vnciā
mellis vnciā semissem, cuius semuncia singulis vicib⁹ infundi potest.

Recrementaverò pituitę cūm abstergere conamur, hac lege errhinum **A** paramus: ordeï integri pugilus, lentium vel lupinorum pugilus dimidius, marrubij aut pulegij manipulus dimidius, sambuci tantundem, decoquantur in aquę libra cum. 3. 2. mellis, additis guttis vini alibi. Bilem etiam dum in capite abundat, per nares purgamus medicamento quod recipit, succi rosarum semunciam, diachrydij scrupulū vnum, mellis modicum. Quod si valentiū purgare velimus, diachrydij quātitatem simul cum aqua ordeï adaugere oportebit. ac si calor aut acrimonia naribus sentiatur, lac iniicere oportebit, deterfis primū naribus aqua calida vel oleo rosaceo, & si calor ingens fuerit, aqua rosacea, aut plantaginis. Securius tamen bilis purgabitur succo rosaceo, aut infusionibus rosarum, antequam conficiatur syrupus. Melancholicum verò humorem purgamus addito dictis decoctis aut aqua, polypodio, thymo, epithymo, aut veratro. At si expurgamenta quę extrahere conamur in ossē spongioso fuerint, ea extrahere oportebit ordeï decocto cum melle aut saccharo. **B**

Atq; hæc est errhinorum materia & varietas, quibus non nisi corpore prius purgato vti datur, & naribus minimè affectis, aut vtcunq; vlceratis: facile enim in maligna vlcera aut incurabilia vitia malum degenerabit, prauis humoribus per eam partem defluentibus. Cauere etiam hoc præsidij genus oportet in malis, quę nec plurimum vrgent, nec graua sunt. nam cūm peculiaris sit partis principis vacuatio, facile ex frequentia & medicamentorum acrium contactu cerebrū imbecillitatur, ex quo & actiones animales sæpe peruertuntur, & in alia vitia aut assiduas fluxiones ipsum prolabitur.

Quod verò pituitam ex cerebro per os educit, apophlegmatismos vocatur: medicamentum quidem quod ori & palato inditum multis **C** modis huiusmodi beneficium præstat, atq; non id solum, verum & ex ventriculo propter tunicę quę ventrem & os ambit communionē acetiam ex thorace si antiquioribus credimus. Partiemur quidem huius medicamenti modum in tres species: vna sanè est, quę hoc opus præstat cūm palatum inungitur, aut dentes fricantur: alia cūm eadem medicamenta dentibus manduntur, & ob id masticatoria appellantur alia verò dum os colluitur eisdem medicamentis, quamobrem gargarismata appellantur medici. Quorum omnium Gal. etiā meminit, multos cognoscens in eisdem vsus. Omnia verò quę in has species secari possunt, duorum constat esse generum: nam quędam sunt, quę à prædictis partibus euacuant, prædita tantum caliditate & acrimonia, quę omnium mitissima sunt, cum hoc tamen inter ea, quędam sunt acerrima,

Arima, grauioribus affectibus proficua. Quędam rursus eandem vacationem moliuntur, quia à tota substantia id habent efficere. Quę verò calida & leuia esse dixim⁹, sunt anethi semen, capparis radix, mastix iridis radix sicca, & virens, hyssopi, origani coma, piper, gariophyllū, pyrethri radix, sinapis semen, eruca, gentiana, valeriana, galāga, passule, ficus, sambuci succus, cardamomum, grana paradisi, & bacca laurei. Ea verò quę valentiū purgāt, sunt iridis radix virens, attrahit enim non solum sua caliditate, sed etiam facultate pharmacoła: nitrum, anemones radix, radix etiam staphidis agrię & alia quę superiū commemorauimus. Quę omnia ad gargarizandum debent aqua macerari & cōcoqui: vñm vt masticatoria fiant, excipienda sunt melle, cera, gumi mi, ammoniaco, mastichæ, myrrha, aut tereuentina: cæterū vt dentifricia fiant, ex eisdem addito sale omnis generis, optimum paratur apophlegmatissima. Quę omnia multis etiam modis parari possunt, iuxta affectus & affecti corporis cōditiones. Optima itaq; & vtilissima cerebri purgatio per palatum fit ijs quos diximus modis, præter quos etiam non minoris est vtilitatis, si aptus conueniensq; liquor haustus in nares resupino capite relabatur in fauces: nam in transitu cerebri basim subiens, viam per quam excremento cursus est, expedit, & cerebrū etiam vi sua excrementa deducit. Medicamenta verò quę hunc vsū præstant, non excedunt ea, quę primo ordini inesse diximus. Purgāt quidem cerebrū hæc auxilia, excreta per os maxima saluę cōpia: atq; ob id maximam inesse vim apophlegmatismo diximus, si resupino capite hauriatur in nares, vt mox per summa palati relabatur in fauces, ita quippe cerebri basim proluens, longè validiū ex illius ventriculis excrementa detrahit. Cæteræ autem apophlegmatismi differentię, **C** primò dentium gingibarum & palati pituitam expurgant: hoc verò primò eam quę in cerebro residet, mox quidem pituitam quę in cæteris partibus vagatur, educit.

Vtimur verò huiusmodi præsidijs, in inueteratis capitis & partium vicinarum affectibus, ijs præsertim qui per epicrasin vacuari desiderāt: cauere tamen oportet, ne ea adhibeantur, vbi os, palatum & aliqua ex partibus quę has constituunt, afficitur, etiam si in huiusmodi affectibus, oris collutiones maximè sint proficua.

Expendere tamen hac in re oportet horum auxiliorum differentiā in vsū venire, iuxta humoris peccantis & affectus naturam & conditionem: nam in leuiore affectu & crassa causa sæpe ea medicameta sufficiūt, quę caliditate & acrimonia humores funderē & liquare, ac vias referare nata sunt: in alijs verò quę causam habent altiū in cerebro si-

ram, & affectus maximum minatur apericulum (licet ijs vti ad viarū A
& humorum præparationem, per vices & interualla non sit rationi ab
sonum) ea adhibere conuenit, quæ valentioribus viribus cōstant. Qua
propter, sedula diligentia metiri oportet causæ & affectus vim & effi-
caciā, vt iuxta cuiusq; indigentiam auxilia adhibeātur proficua, alio
quin necessum est, in graue aliquod periculum laborantes deferre, eis
dem auxilijs, quæ multis fuere salutis.

Caput etiam per ea medicamenta purgamus, quæ per communes
vias excrementa deducere valent, habito tamen respectu partis quæ af-
ficitur. Quod quidem purgationis genus his debetur affectibus, qui
maiores expostulant purgationem, quàm eam quæ per propria emul-
toria fit, & rursus caput aut propter imbecillitatem, aut dolorem, aut
sensus acuitatem, nequit ferre contactū caput purgiorum: & rursus his
affectibus sunt proficua, qui fomentum aliquod recipiūt à toto corpo- B
re, aut quauis alia particula: tutissimum quidem eo tempore est, per cō-
munes venas euacuare, quod in capite & membro mandanti contine-
tur: & tutius profecto cauere vacuationem, quæ fit per propria capitis
emultoria, ne turbato commotoq; capite, aut amplius trahat, aut faci-
lius suscipiat. Confiuntur autē huic vsui pharmaca, eo medicamen-
to, quod è directo humorem peccantem respiciat & extrahat, additis
his medicamentis quæ cum capite habeant sympathiam & connexio-
nem, vt virtus eorum dum caput petit, secum deferat medicamēti pur-
gantis efficaciam, & humorem sibi familiarem ibidem redundantem
facile extrahat. Verū quia passim apud scriptores, huiusmodi reperi-
untur capitalia pharmaca, breuitatis studio, ea consultò præmitto.

Ventriculum etiam quum mille modis premant affectus, totidem
etiam purgare docet ars nostra. Cui aliquando adhibemus quæ abster C
gendo: nonnunquam quæ irritando: quandoq; abluendo: sæpe quæ le-
niendo, aut comprimēdo purgant: sæpissimè verò quæ propria vi pur-
gando ventrem ab humoribus aut excrementis immunem reddunt.
nec temere quidem factum est, artem nostram tot adinuenisse purgan-
di vias, quæ vis certè necessaria est pro ratione & differētia affectus vē-
triculi. Nam absterforijs vtimur pharmacis, dū pituita mucaginosusq;
humor ventri adhærescens, ibidem tenaciter immoratur: cui abstergē-
do prodest mel crudum, coctū, aut rosaccum, item terebinthina: sicuti
dum calor simul ventrem infestat, orde decoctum cū plantagine sicca
& saccharo rubeo: abstergunt etiam ex purgātibus aliqua veluti aloes
sic exposcente affectu & membri natura. Irritatorijs quoq; vtimur vē-
triculo ex pituita aut alijs excrementis, obruso. Sic mercurialis, sicla aut
earū

A earum succus & rosarum, aut vrtice cum aceto & melle laboranti ad-
hibeantur. nam probè hæc ventrem irritant. Abluimus etiam ipsum,
dum humoris vitiosi, aut acrioris medicamenti reliquiæ à purgatione
aut à morbo supersunt, & ventriculo adhærent. Quo tempore ius pin-
gue, aqua calida, orde decoctum, amyllum & alia quæ cōsimilem vir-
tutem obtineant, purgationem mali succi, aut acrioris medicamenti
placide moliuntur: partim retundendo causæ malitiam, partim facta
dilutiore, propter separationem à ventriculi tunicis, quam medicamē-
ta hæc præstant. Lenitiuis quidem vtimur pharmacis, dum tenaciore fa-
cta facultate retentrice, plus iusto ventris excrementa detinet. Solet po-
rò natura coctioni perficiendæ intēta, eò superuacua excrementa reti-
nere, donec aut in morbum prorumpant, aut iam genitum augeant.

Quamobrem ex arte factum est, eandem retentricem imbecillitare, vt
B paulo laxior facta nequeat excrementa diutiùs retinere, sed fluere li-
berè permittat: huius quidem census sunt pinguis omnia, lenia ac hu-
mida, veluti castia, manna & eius census pleraq;, quæ fibris retentricis
facultatis mollioribus factis, ac ipsa deiecta, alium nimis adstrictam
soluant laxentq;: adstringunt quidem alia medicamenta, & ob id ven-
trem soluunt. quorum vsus proficius est quibus in animo est, post te-
nuis humoris totalem purgationem, vltiorē impedire: cæterum nō
subitò, sed quodam modo amplius quid educere, & cum hoc ventrem
roborare. Quem vsum præstant rhabarbarum, cortices myrobolano-
rum, & pleraq; huius census. Præstat etiam vsum hæc euacuandi ratio
dum venter nimis est laxus, cum hoc tamen opus est vacuatione: ve-
rūm timem⁹ ne vētris laxitate, & humoris impetu plus fluat, quàm pos-
sit ferre facultas: ob idq; his medicamentis vtimur, quæ necessitati va-
C cuationis satisfaciāt, cum hoc tamen ventri moderationem imponāt.

Vtimur tamen propriè purgantibus medicamentis, dū humor altiùs
in ipsum ventriculi corpus pancreas aut meseraicas, inferitur recondi-
turq;, cui necessum est medicamentum adhibere, quod maiores vires
obtineat: tum vt calore (qui pprius est omnibus purgantibus) pori sub-
stantiaq; ventriculi laxentur, & aperiantur, vt faciliùs medicamēti vis
intus in humoris sedem sese inferat: tum verò, quia ob similitudinem,
eum tantum qui peccat humorem eligat, aut abstergat, cæteris intactis
manentibus. Atqui huius rei gratia expendere oportet, ea quæ ven-
triculi cavitatem inundant, faciliùs vomitu quàm expurgantibus ex-
cerni posse, vt proprio capite diximus, nisi tam sit humor acris & mor-
dax, quod vereamur, ne ventriculi os superueniens maius efficiat dam-
num: aliter verò per seligens medicamentum deorsum pelli deside-
rat

rat. Ex poscit tamen hæc vacuandi ratio triplicem considerationem. **A**
 Prima quidem est, nō licere in particularibus vacuationibus, multōq;
 minūs in ventriculo, vehementer purgantia adhibere medicamenta,
 ne plus trahant in ipsum à toto corporis ambitu, quàm ab eo pellant:
 quamobrem leuioribus vti præstat, aut in minori copia, vt tantū quod
 in vētriculo immoratur, ac partibus ei vicinis citra totius corporis tur-
 bationem expelli possit: qualia sunt aloës, tota rhabarbari substantia,
 pilulæ ex maithichæ & hiera Gal. & huius efficacix pleraq;, quibus a-
 romatica admiscere oportet, multis quidem proficua rationibus. Secū-
 da quidem consideratio est, ventriculum pluries esse purgandum, non
 semel. nam cū pars princeps sit, minimè citra euidens damnum sus-
 tinet copiosam vacuationem: ob idq; tutissimum est, eum per interua-
 lla purgare. Superest quidem ex copiosa vacuatione sæpe venter ita lā-
 guid', vt deinceps suum munus p̄bē perficere nequeat: quò fit vt vnc **B**
 malo curato, frequenter in grauiora decidat. Tertia verò & vltima cō-
 sideratio est, ventriculi vitia ad expurgationem prærequirere medica-
 menta in forma solida exhibita, ne ocissimè à ventriculo dillabantur,
 anteq; opus perficiant: nam cū hæc leuioris efficacix esse teneantur,
 necessum est, ibidem immorari si profutura sunt, fluida quidem cum
 promptè à ventriculo deferantur, nil ab affecta parte detrahunt.

Eiisdem ferè legibus (verū paulo largioribus) iecur dum humo-
 rum vitio laborat, expurgari desiderat: nam neq; vehementia sustinet
 medicamenta (licet paulo vehementiora quàm ventriculus) neq; per
 longiora interualla, licet copiosam vacuationem non ferat: hoc tamen
 habet peculiare, vt dilutiora medicamēta expostulet, ob viarum angu-
 stia, & locorum interualla, quibus a vētriculo distat. Quū enim iecoris
 tum substantia, tū venæ exiles, sæpe infarctū & humorū allubie laborēt, **C**
 magnaq; sit huius visceris dignitas & præstantia, ob id quidem ea me-
 dicamēta maximè postulat, quæ obstructione liberent atq; corroborēt
 nullo calore medio. Id quidem citra dubitationem præstant gramen,
 intibi omne genus, hepatica, adiātum, eupatorium, quorum decoctis,
 succis aut syrupis admiscere oportet rhabarbarum, agaricum & ex ele-
 ctuarijs aliqua, quæ adamusin recēdere non est præsentis instituti. Ha-
 bent itaq; expurgantia medicamenta iecori proficua hoc peculiare, vt
 misceri semper desiderent incindentibus & attenuantibus medicamē-
 tis, ac sæpe abstergentibus: illis quidem vt purganti pharmaco viam &
 humores præparent: hoc verò vt simul cum eodem purgante partem
 ab humoribus liberent purgentq;. In qua quidem purgatione præire
 debēt diebus intermedijs inter vnam & aliam purgationem nuper di-

A Et attenuantia & incidentia, vt purgans medicamentum prōptiūs
 qua die accipitur, suum munus subire queat: præsertim cū in hac pur-
 gandi ratione non admodum vehementia neq; in magna quantitate
 medicamenta purgantia esse debeant. Verū si cū humorum abun-
 dantia quam purgare nitimur, aliqua etiam præsit distemperies, para-
 re purgantia pharmaca eo tēpore oportet ijs quæ calfaciant, refrigerēt
 ve, iuxta iecoris distemperiem: calida verò (nam frigida superiūs retu-
 lim⁹) sunt asparragus, apij, petrosilini, sceniculiq; radices: absynthium,
 prærsium, chamædrys, chamæptiys, iuncus odoratus, schinantum, &
 & vua passā: atq; hæc omnia dicta sint de huius visceris affectionibus,
 quæ simam eius partem obsident: verū quæ gibam partem occupāt,
 per vrinam potius expurgare oportet, sic exposcente iecoris constru-
 ctione. Medicamenta verò huic vsui proficua & indicationes adduxi-
B mus capite de purgatione per vrinam.

Lieni quidem purgando haud ita facilis indicatio est: nam cū eius
 naturæ viscus sit, quòd terreo crassiq; humore abundet, & ob id maxi-
 mas ac difficillimas obstructions frequenter patiat, necessum qui-
 dem erat, paulo grauioribus & efficacioribus vti medicamentis: atq;
 cum humor ex propria natura tam sit tractu difficilis, & viæ longè ar-
 ctiores cæteris omnibus, hinc factum quidem est, pharmaca vehemen-
 ter purgantia humorem alioquin quietum excitare, & in maximas an-
 guitias & labores laborantes ipsos deferre, cū angustæ viæ nequeant
 vberem illius crassissimi humoris simul susceptare copiam. At leuia
 medicamenta contemnit huiusmodi humor, præterquam quòd pusi-
 lla eorum vis partem affectam pertingere nequit: quamobrem matu-
 ro in hac re opus est consilio. Ego tamen apta lieni medicamenta esse
C censo, quæ primò suauitate quadam terream illum humorem vel e-
 molliunt, vel quodammodo colliquant, attenuant & detergant sine
 adstrictione cōspicua, vt deinde obstructione vel leuiter soluta, faciliūs
 & leuioribus medicamentis humores excidant in aluum. Horū enim
 quædam moderatè frigida sunt & humida, quæ exuperanti bili retori-
 dæ conueniunt, vt viola, buglossum vtrumq;, succus malorum fragrā-
 tium: plurima verò moderatè calida & tenuium partium, vt crassam
 fæculentamq; melancholiam, attenuent atq; dissipent, qualia sunt lu-
 pulus, cassuta, scolopendrium, radix apij, cortex tamarisci, capparidis ra-
 dicis cortices, acori veri radix, strutium, vrtica, centaurium, & huius cē-
 sus alia. Itaq; in vniuersum duplex erit purgandi ratio: altera quæ blan-
 dè & leniter aduersus humoris qualitatem & substantiā pugnet: qua
 sæpe tantū licet liquare humores, vt citra alterius auxiliij adminicu-
 lum

lum, per ventrem singulis diebus prorumpat: præterquam quòd hæc A
medicamenta leuem quandam habent purgandi efficaciam. Altera
verò quæ humoris electione & tractione eūdem pellere nata est, quæ
exercetur non leuibus medicamentis vt multi cēsēt, sed fortioribus,
qualia humoris conditio requirit: verūm in parua quantitate, vt
paulatina fiat expurgatio, qualem requirit viarum angustia & anfra-
ctus, vt vtraq; cōditione, sine vlla molestia ac discrimine humor peccās
excernatur. Qualia debeant esse huiusmodi medicamenta capite de
Purgatione diximus. & Hippo. aperte inuit dicens: Si verò splenicus
fuerit, ne purges neq; lacte, neq; suo, sero eo quod modicum ingestum
multum cducat.

Lib. 1. de morb.

Renes verò & vesicam purgare, docuimus satis, capite de Purgatio-
ne per vrinam.

Vterum quidem varia medicamenta purgant: sicut sunt alia quæ B
per vterum totum corpus euacuant, more naturæ pellentis excremen-
ta alba & rubra per eandem partem, totius corporis gratia, vt Gal. ex
professo docet. Itaq; sicut quoduis aliud membrum, vterus purgatur,
& per proprium emultorium, & per commune: per proprium quidē,
dum totum vitium reieritur in vterum ipsum: per communem verò,
quando corpus ipsum vitio vteri consentit. Purgatur equidem primo
modo per pessaria, aut per clysteres metrenchytas appellatos, per suffi-
tus aut euaporationes. Cæterum per methrenchytyas purgamus cum
potius absterfione aut ablutione conamur vterum curare: nam ijs vsi-
bus aptior est hæc medicamēti forma. Suffimus verò aut euaporamus
dum in animo est, aut reliquias humoris conterere, aut distemperiem
auferre, aut tandem vterum & humores ad euacuationem parare: Ve-
rūm suppositoria seu pessaria (quibus frequenter Hipp. utebatur) ex C
trium generum medicamentis constare conspicitur, dum tantum eis-
dem purgare nitimur (nam varijs etiam modis parari solent, iuxta va-
rios affectus) nimirū ex attrahētibus pharmacis, & ijs quæ valida sunt,
veluti flos æris, pulpa colocynthidis, nitrum, cucumis asininus, &
huius census pleraq;: quibus licet antiquitas utebatur, & frequentissi-
mè Hipp. ego minimè auderem vti, nisi aut maxima vrgente neces-
sitate, aut coopertis lana aut gossippio ipsis pessarijs, ne partes vi medica-
mētorū exedātur, vel plus illius partis humores trahā, quā particulæ
cōditio patiatur. nā caliditas facilè in actū reducere ea medicamēta na-
ta est. Aliud pfecto gen^o eorū est, quæ modicè purgare possunt, vt aga-
ric^o, aloës, puluis benedictæ, succ^o mercurialis, aut alicui^o rei acris, quæ
aut vterū irritādo, aut modicè trahēdo ipsum expurgent. Tertiū verò
mul &

Lib. de locis pa-
ci. 4.

A & vltimū genus cōstat ijs, quæ calfaciēdo, incindendo & attenuādo hu-
mores liqueāt, fundūt & attenuāt, vteri q; vias aperiunt, vt facilè dein-
ceps humores sua sponte dilabantur. Sunt tamen pessaria forma rotū-
da & longiora, crassioraq; glandibus ipsis: conficiuntur quidem ex a-
liquo ex dictis medicamentis, quod molli lana aut alia simili re sit ex-
ceptum, sicut cera, panno, aut bombace, aut linamēto quod multis for-
mis solet fieri, filo quodam serico appenso, vt possit facilius educi. Im-
ponuntur ano aut vtero, ad vtriusq; inflāmationes sedandas, ad vlcera
siccanda, præcipuè verò ad menstrua euocanda sistendaq;: item ad se-
cundas educendas, & ad vteri humores purgandos. Cauendum tamē
est, ne partem aliquam principem, ex his cum quibus habet connexio-
nem vterus, offendamus: Quamobrem cautè est procedendum, à le-
uioribus nimirum & his quæ citra periculum adhiberi possunt. Cly-
steribus verò vterinis aliquod ex leuioribus purgantibus addere licet
purgandi vterum gratia, mihi tamen non videtur nimis tutum, ne ali-
quid medicamenti tunicis vteri penitus adhæreat, & aut fluorem vte-
ri, aut exulcerationem commoueat. Purgamus etiam vterum per in-
fernam aluum deriuationis distractionisq; gratia, agarico, aut aloë vel
vti peculiaribus medicamentis.

De communi & peculiari indicatione

præsidiōrum alterantium. Cap. III.



C VVM dignatione quidem temperies in quouis affe-
ctu maior sit (licet non semper ab ea initium curationis
habeatur) propterea quod (vt optimè aduertit Gal.) & ipsa temperies, quasi virtutem & robur mēbri eam di-
xeris: ideo ab ea initiū sumere decreui: præsertim cum
distemperies affectio sit primarum simpliciumq; partium: cuius qui-
dem vitia ad animam pertinere potius quàm ad corpus dixere (animæ
essentiam ignorātes) Hippo. & Gal. Nam de morbo comitale loquen-
tes hæc præferunt verba: Siquidem enim ad corpus inclinauerit (loque-
batur de atra bile) comitiales fiunt: si verò ad animum (hoc est ad par-
tes simplices, quæ tātūm vitio temperamēti affici possunt) atrabiliarij
melancholici dicti. Itaq; tantæ est præstantiæ temperamentum, vt ab
eius medela in topicis auxilijs scribendis initium sumere sit æquum.

Lib. 7. meth. c. 12.

Lib. 6. popu. p. 6
prope fi.
Lib. 3. de locis af

Profert quidem Hippo, de primis qualitibus ænigma quoddam
haud facile solutu. Nam inquit, Frigiditatem & caliditatem, omni-
um facultatum minimè potentes esse in corpore. At qui cum ne-
s

Lib. de vete. me

cessum sit simplicium qualitatum naturam & efficaciam exactè nosse, A
 si quis rectè velit, temperamentum vitiatum ad præstinum statum re-
 ducere: ob id quidem quid velit intelligere per hæc verba Hippo. dili-
 gentiùs rimari oportet: nam si vt iacent, quis intelligat, omnibus phi-
 losophiæ principijs aduersari, non inficiabitur: si quidem inter omnes
 qualitates, caliditatem & frigiditatem esse in actionibus efficacissimas
 decretum est apud omnes sapientiores, quas ob id actiuas qualitates
 appellarunt. Cæterùm si quis diligentius sapientissimi illius senis ver-
 ba expendat, & mentem exquirat, reperiet facilè id esse dictum, dum
 vtraq; qualitas ad inuicem est commixta & cōtemperata. Inquit enim
 idem author: Quo equidem tēpore ipsa inter se permixta simul frigi-
 dum ac calidum fuerint, non lædunt: temperamentum enim & mode-
 ratio contingit frigido à calido, & vicissim calido à frigido (in quem
 sensum sub audire oportet Platonis sententiam, qui refert. Apices pug- B
 nantium iunxisse Deum) vbi verò seorsim vtrūq; secretum fuerit, tūc
 affligit. Quod quidem apertiore sententia docuerat idem Hippo. di-
 cens. Non enim siccum, neq; humidum, neq; frigidū, neq; aliud quic-
 quam ex his putauerunt hominem lædere (& subdit) hæc enim in ho-
 mine inesse viderunt, & hominem lædere. Inest enim in homine & a-
 marum, & salum, & dulce, & acidum, & acerbum, & fluidum, & a-
 lia infinita omnigenas facultates habentia, copiāq; ac robur. Atq; hæc
 quidem iusta & in se temperata, neq; conspicua sunt, neq; hominem læ-
 dunt. Vbi verò quid horum secretum fuerit, atq; ipsum in se ipso fue-
 rit, tunc & conspicuum est, & hominem lædit. Quaquidem sententia
 aperte monstrat, quid velit significare per ea verba, quæ superius dixi-
 mus. Cæterùm Hippo. verbis (licet quæ dicta sunt, ex eius mēte vera ef-
 se appareāt, sensu dicto accepta) quid altius sub intelligi possit, iudicio
 nostro constat: hoc est, caliditatem & frigiditatem in nostris corpori- C
 bus cū temperamētum constituunt, si altera à medio recedat, à se ip-
 sis foueri & ad maiorem intensiōem sepe reduci: hoc est dum corpus
 frigidius redditur (si ex toto non sit) sua sponte calidius solito reddi,
 & pari lege dum calidius efficitur, postea ad maiorem frigiditatem de-
 deuenire. Ostendunt id quidem sequantia Hippo. verba. Inquit enim:
 In hoc itaq; tempore, quum frigidum intus generatur, & citò homi-
 nem affligit, primū propter hoc ipsum est calidum, inde adeo ex homi-
 ne ipso nullo alio auxilio, neq; præparatione opus habens. Et subdit
 exemplum: si quis sanus hyeme corpus perfrigerare velit, aut frigida
 lotionē, aut alio quoppiam modo: quanto id amplius fecerit, si modo
 non omnino corpus congeletur, vbi vestimenta acceperit, & subteg-
 men

I m phedone.

L i. de veti. medi.

L i. de vet. med.

A men venerit, magis & ampliùs corpore calefcit. Quibus constat hu-
 ius dogmatis veritas. Hæc quidem dixerim vt studiofi intelligāt duo:
 primum calorem & frigiditatem dum inter se amica sunt, & ab extrin-
 seco alterum alteratur, dum omnino non sit, ita vt amicitia & tempe-
 ramentum subuertatur, in situ ex natura habere ad inuicem per anti-
 paritatem foueri, quod etiam pulchra quadam sentētia protulerat Hip-
 pocrates dicens: Omne enim calidum frigido moderato nutritur: inte-
 lligens has qualitates dum temperantur, ad inuicem foueri: dum verò
 altera sua sponte excedit, corpus lædere. Secundum, nulla ratione hanc
 mutuam & spontaneam gratiam seu antiparitasim posse pertinere
 ad passiuas qualitates: ob idq; semper altera alterius præsentia remitti-
 tur, & nulla earum cū patitur à se ipsa gratiam recipere constat, nisi
 ope alicuius facultatis naturalis, quæ sua propria actione corpus hume-
 B et, si arefcit: & rursus arefaciat, si humectum fuerit. Hæc omnia dixi-
 mus, vt in vsu administrationis alterantium auxiliorum medicus intē-
 lligat, quantum facessit negotium calfacere, aut refrigerare: & quan-
 tum maius humectare aut exiccare, si quidem hæc citra virium natura-
 lium adminiculum fieri nequent: illa verò aliquando sua sponte ac sæ-
 pe contraria qualitate adhibita, ex accidenti, contraria intensiùs furit:
 sæpissimè verò ex adhibitione contrariæ mitescit.

Cæterùm cū ea quæ calfaciunt, refrigerant, humectāt aut exiccāt,
 non solūm id efficere habeant, sed aut alijs intermedijs illatis alteratio-
 nibus, vt paulo inferiùs probabo: aut alijs postmodum acquisitis: neces-
 sūm est ad vnguem exequi, quid harum qualitatum quælibet sua spō-
 te in nostris corporibus efficere queat: vt iuxta affectus & affecti corpo-
 ris indigentiam, hunc aut illum cuiusuis alterantium effectum exqui-
 C ramus, & facilè citra alterius damni confectionem assequamur. Sic ca-
 liditatis natura est, vt ad agendum omnium sit efficacissima & poten-
 tissima: contra ad resistendum omnium maximè infirma. Cum hoc
 tamen si conferatur frigiditati virtus caloris in agendo, longè maior
 est, quam virtus in agendo frigiditatis: etiam si frigiditas in resistendo
 superet caliditatem: licet tanta sit caliditatis vis & efficacia, vt dum a-
 git in frigiditatem, ipsius resistantiam superet: saltem quidem quoad
 intensiōem qualitatis, non actionis. Est itaq; calor si frigori compa-
 retur, habens rationem naturæ, vitæ & habitus: frigiditas verò priua-
 tionis & interitus. Caloris enim est componere & congregare homo-
 genea, dum naturalis est & coctionem molitur, ob idq; aliena separat
 verūm cū modum excedit (nam loquimur de calore animantium)
 omnia perdit disgregatq; vt de calore putredinis constat. Quæ om-

L i. de nat. pueri.
L i. de carnibus.

nia calor perficit mediantibus quibusdam alterationibus, quas primò A inducit. Nam præter calorem quem præstat, tenuat etiam, fundit, mollit, digerit, siccat, rarefacit, trahit, dolores sedat, dolores efficit: præterquam quòd calor innatus coquit alimenta & humores habiles ob idq; homogœna cogit & æthereogœna separat. Calor item tan internus quàm externus per accidens refrigerat, per accidens humectat aut exiccat, deniq; alia efficit opera quæ latius exequar capite de Resoluentibus. Hoc tamen vnum habet peculiare, quòd humanum corpus securiùs calferi, quàm refrigerari potest, ob innatam conditionem corporibus viuientium propriam.

Sequitur calorem frigiditas, quæ item actiua est qualitas longè tamen diuersa à caliditatis actiuitate. Nam quanuis frigiditas magnam habeat in agendo efficaciam, minimè tamen conferenda est cum vi caliditatis, licet in resistendo longè superet resistantiam caliditatis. B Sic natura proportionem quadam compensat ac librat vim vtriusq; qualitatis: quæ cum sint inter se contrariæ, alteraq; alterius interitum machinetur, hac moderatione librantur, vt perpetuò perseuerent.

Quapropter dixit Hippocrates in corpore minimè esse actiuas & nō lædere, cum hoc tamen calor veluti instrumentum primum naturæ est, & veluti habitus. Frigiditas contra, cum sit veluti priuatio, habet etiam in agendo vim priuatiuam. Nam frigus congregat tam homogœna, quàm æthereogœna, constipatq; omnia & vnumquodq; reddit suapte natura immobile & veluti mortuum, & sicut motus inditium est vitæ, ita immobilitas mortis & interitus. Per accidens tamen frigoris actiua vis facit ad operationem naturæ: nam cum actiones naturales à moderato proficiscantur calore, frigiditas huiusmodi moderationem illi præstat. Sæpe etiam vi frigoris circumstantis calor cogitur in vnum, & per antiparitasim multa generat & conficit.

Item vi, frigoris arcetur sæpe extraneus calor, à quo solet proficisci corruptio & putrefactio mixtorum. Quamobrem meritò dicere possumus frigiditatem esse naturæ instrumentum, ceterum non primū, sed per accidens. Præterea frigiditas, propter propriam quam infert sibi similitudinem, crassat, gelat, glaciatur, ac durum concretione facit, veluti crystallum & succinum: hinc à frigido libores, vt ex Hippocrate constat, sic scirrhum conficit pituita crassiore facta, aut melancholia: pigros item frigiditas facit spiritus, & veluti congelat: hinc senibus & moribundis, sensus omnis & motus imbecillus & tardus suboritur: ob id etiam frigus somnolentos facit, spiritibus à frigore congelatis, & spiraculis in neruosa substantia contractis. Frigus etiam

1. lib. 4. Aphor. text.
27. & 28.

A cutim condensando, retroeunte calore ad partem infernā ex ærea sanguinis substantia per vasorum tunicas exudante, corpora impinguat. Præterea frigus tensa & dura congelat, maximè si erant humida, vt lintea madefacta & funes hyberno tempore ostendunt. Hinc à frigore conuulsiones Hippocrates oriri docet loco superius citato. Frigidum densat poros cutis & meatus corporis internos, occultos & manifestos, & ob id calfacit si repenti adhibeatur, vt etiam Galenus ostendit.

Lib. 9. Method.

Frigidum repellit, & intro protrudit foras admotum. Sumptum verò fluentibus materijs opponitur: hinc ferrum, ebur, & frigida alia contusionibus recentibus applicamus, fluxum sanguinis repulsuri. Frigidum insuper præterquam quòd coctioni alimentorum, & humorum resistit, vt ex Hippocrate constat, rem coqui coeptam recrudescit: hinc fit in aqua puteali legumina, & alia minimè posse concoqui. Verum quòd in hac re frigori tribuimus, idem calori imbecillo tribuendum esse constat. Frigidum item partibus nostri corporis frigidis sed calore actuali & vitali calentibus est aduersissimum, vt in ossibus, neruis & cerebro. Frigidum quoq; præter naturam vehementiùs, tam internum quàm externum corrumpit & enecat, non solum viuentia, verum & non viuentia, vt plantas. Frigidum denigrat & obscurat, vt ij qui prope mortem sunt, ostendunt. Siccat etiam & humectat per accidens: hoc humectante materia præ frigore, à compressione fluente, illud expulsa alitura humiditate, quia partium pabulum e-ducit, vt ex Aristotele & Galeno videtur aperte constare.

Lib. 5. simp. 2. 4.
Lib. 4. Phleg. 4.
Lib. 4. Method. 5.
Lib. 1. de Mor.

C Qua ratione dixit etiam Hippocrates, Siccant autem & calida vbi nimium calfaciunt, & frigida vbi nimium frigefaciunt. Hæc ita quæ sunt calidi & frigidi (inter alia quæ breuitatis studio subitico) officia: Quæ quidem auget medicamentorum tenuitas in calidis, & moratur crassities, sicut contra in frigiditate, etiam si tenuitas celeriore præstet frigiditati & maiorem actionem.

Siccitas quidem & humiditas, cum magis sint materiales qualitates, minus suas actiones pandunt. Vis ergo humiditatis in agendo non est admodum magna, in resistendo contra humiditas vim magnam habet. Quæ quidem præter propriam

33 qua

qualitatem quam inducit, mollitiem etiam conciliat, sicut in - A
omnibus in quibus prædominatur humiditas apertè conspicitur. Hæc quoq; qualitas habet hoc proprium & peculiare, ut in penitissimâ cuiusvis corporis sese inferat insinuetq;, modò per nutritionem nostris corporibus succrescat, modò per madefactionem, cum hoc tamen vera & naturalis partium humectatio quæ per solam nutritionem fit, ut ex Galeno apertè constat, lentè, & insensibiliter introducitur.

Lib. 4. simpl. c. 9

Siccitas præter suam qualitatem quam partibus infert, durat etiam easdem, ut ostendit aperte lutum aestivo sole induratum, ostendunt, & ossa, cartilagine, lapides, metalla, & reliqua huius census. Siccum etiam duobus modis indurat: primo alterando partium substantiam, consumptâ videlicet ipsarum humiditate, ut ex Galeno multis in locis videtur constare: secundo, humorem in proprijs spatijs ebibendo: cui videntur referri posse omnes illas siccitatis species, quas Galenus latissima oratione recenset. Est itaq; siccitas eius naturæ, quæ minimam omnium vim habet in agendo, & maximam omnium in resistendo: quemadmodum dura omnia quæ siccitate fiunt, facile monstrant. Cum hoc etiam habet id sibi proprium, ut difficile ea quæ sicca sunt, terminari possint termino alieno, ob constipationem, & soliditatem, quam rebus inducunt. Habet etiam aliud peculiare, nimirum esse caliditatis stimulum: sicut humiditas frænum, etiam si calori sit pabulum. Quamobrem inspicere oportet ad leniendam siccitatem, quid ipsa operetur, ac rursus à quibus causis procedat: nam iuxta rationem causæ, oportet ei resistere.

Li. 7. Metho.
Lib. 4. simpl. c. 8

Hæc omnia placuit hoc loco referre, ut quisq; intelligat, dum simplicem alterationem moliri conatur, quam varia opera ex quavis harum qualitatum dum corpus lædit, eidem succrescere possunt: ut habita eorum cognitione, facile possimus administrari calfacientia, refrigerantia, humectantia & exiccantia. Cuius rei gratia toto animo perdiscere oportet, quæ de vnaquaq; qualitatum diximus: ut dum altera extuperat, alterius beneficio uti rectè possimus. Sæpe enim contingit non satis inspecta præsidiorum quibus utimur, natura: aut ultra id quod intendimus, deterius quid præexistenti malo efficere: aut longè infra intentum subsistere. Quamobrem qui refri-

gerat

A gerat aut calfacit, caueat, ne ob incuriam quid aliud ex ijs quæ calfacientia & refrigerantia posse efficere diximus, perperam & contra institutum moliatur.

Verum ut quis minori laborantium damno, huiusmodi præsidij uti valeat, necessum est expendere, quod licet partium diuersitas diuersam admodum ad calfactionem & alias consimiles alterationes materiam non expostulet (quemadmodum cætera auxiliorum genera) nihilominus tamen, hoc habent cum omnibus commune, ut nulla ratione sint adhibenda, quin partis etiam distemperie laborantis nativæ temperies prius expendatur, officium item, figura & reliqua, quæ antea diximus. Sic partes natura calidiores, dum ex frigore laborant, liberalius & diutius calferi postulant: sicuti etiam quæ frigidioris; siccioris aut humidioris sunt naturæ, pari ratione: quippe eatenus redeat ad naturam vnumquodq; necessum est, quatenus ab eadem recessit. Præterea nec semper est in calidis distemperantijs refrigerandum eodem modo, sed iuxta caloris actionem aut modum quo causa operatur. Multa enim sunt quæ calorem compescunt rarefacta cuti: nonnulla quiete: alia vacuatione rei calidæ, aut retentione frigidæ: plura verò alteratione. Sic dum calidior natura pars calido morbo laborat, aut frigida frigido, exigua brevisve temporis alteratione egent: siquidem parvus est in huiusmodi in id quod præter naturam est lapsus: & rursus in id quod secundum naturam est, reditus: quod de conjugatis distemperantijs pari ratione est proferendum. Verum cum diuersa particulæ affectæ temperatura diuersam ab eaq; ex ægri sumitur natura, indicationem præbeat, illius quoq; ediscere providentiâ conuenit: quippe si quantum ægri temperamentum iusto est humidius, ut Galenus refert, tantò particula sit siccior iusto: neq; adijciendum neq; detrahendum pharmaco quicquam est, sed tale adhibendum, quale particula medijs temperamētis exposceret: si siccior debito particula tantò fuerit, quantum corporis temperamentum iusto est humidius: utiq; in tantum intendi siccitatem medicamenti conuenit, quantum particulæ temperamentum totius temperamentum excedit. Veluti si quatuor numeris exulcerata pars sit medio temperamento siccior, ægri natura gradibus tribus humidior, manifestum est, particulam quæ nunc exulcerata est, siccioris vno gradu desideraturam medicamentum

tum, quàm quæ pars sit temperata. Præterea neq; reficere sic. **A** eam partem semper eodem modo licet, sed iuxta siccitatis conditionem: siccitas enim duobus modis in aliquo fieri potest, vel alteratione scilicet noua quadam induc̄ta siccitate, vel per ablationem partium humidarum: quæ quidem aut lateant compressæ & contentæ à terrestribus partibus siccioribus, aut euolent resolutæ in vaporem. Prima quidem siccitatis species, per meram alterationem ab humido factam corrigitur: secunda per calfacientia, quæ quod congelatione siccum factum est, liquefactione humescant: tertia verò & vltima tantum renutritione corrigitur & humectatur. Particulæ verò officium (dummodo alterantia auxilia non attingant robur ipsius membri) nihil euariat à debita alteratione, sed singulæ particulæ pro morbi portione id metiuntur. Situs item partis non nihil etiam **B** deuiat: nam si superficialius sit, medicamentum æquatè contrarium desiderat: si verò penitus iacet, augenda est medicamenti vis, quantum extimatur in interuallo exoluenda: augetur tamen vis calfacientis medicamenti intensione maiori: reliquorum infrigidantis nimirum, humectantis & exiccantis, non sola intensione, sed & innata conditione substantiæ medicamenti, tenuium non crassarum partium, vt accedat ad affectum locum vis admota. Neque spernenda item illa indicatio est, quam sensus partium hebetudo que suppetant nam aliquam etiam moderationem alterantibus ponunt.

Quemadmodum superius diximus, non semper esse in calidis distemperantijs eodem modo refrigerandum, ita neque in frigidis calfaciendum. Nam corpus calfacere possunt **C** motus, rei calidæ vicinia, constrictio corporis, & alimenti aut medicamenti calfacientis assumptio: motus quidem calorem concitat exercitio, frictione, compressione & cucurbitulis, gaudio etiam ac moderata ira: rei calidæ vicinia, vt aer, ignis, balneum, medicamentum, aut ex accidenti frigiditas. Constrictio meatus corporis ab aëre frigido, ab aqua mineralium frigidorum, ab adstringentibus. Alimenta siue medicamenta calida, aut multa, acia, mordacia, aut erodentia: Quæ omnia maturo quodam consilio veteres authores distinxerunt, nimirum vt singulis refrigerationibus, sua subsit calfaciendi ratio. Sic exercitium his conuenit, qui ex ocio refrigerantur, aut **crudos**

A crudos frigido (quæ humores gignunt, à quibus frigidi affectus suboriuntur. Frictio, cute dentatis hominibus refrigeratisq; ob suffocationem. Compressio, his quibus ob nimiam viscerum affectionem corpus refrigeratur: cucurbita pari pensu. Ira, timore refrigeratis: gaudium, tristitia. Aër calidus, his quibus frigus mali causam præstitit: ignis, dum opus est frigidi affectus materiam discutere: balneum, dum mitius lentius & è profundo eandem tenuare, extrahere, ac resoluere nitimur. Medicamentum, dum partem aliquam ab eisdem vitijs vindicare intendimus. Frigiditas dum ob calidi innati exolutionem corpus refrigeratur, aut dum augere copiam innati caloris intendimus, reuocareq; ad interna. At alimento vtimur dum & copiam (si calidum est) & substantiam) si in maiori copia adhibeatur) innati caloris augere intendimus, vt inanitione **B** aut resolutione refrigeratas partes calfaciat: sicut medicamenti dum positiua inest corpori frigiditas, sola aut cum frigida materia. Quantum verò hæc distinxisse præstet, vsus necessitalq; promptè monstrabunt: nanq; non solum calfacere in refrigerationibus sat est, sed aduersus frigidi affectum pugnare oportet.

Expendisse hac in parte etiam conuenit (licet primo accessu difficile videatur) eodem prorsus tempore calidam distemperiam **discuti** ac frigidam, quanuis caloris maior quàm frigoris sit efficacia: illa tamen, affecti corporis intemperies aduersa magis resistit, frigori autem vrgenti, vt minus efficaci minor quoq; corporis offensi aduersaria intemperies occurrit. Vnde fit, vt æquali tempore vires suas exercent, effectusq; obtineant, dum distemperies simplices sunt, alioquin ob materiæ vitium difficilius frigida quàm calida euanescit. **C** Quorum etiam auxiliorum, ea quæ calida sunt, tutissima admodum esse videntur: nam frigida, dum calorem naturæ contrarium restinguere incipiunt, natiuo pariter negotium facessunt: calida verò, dum frigus pellunt: natiuum similiter calorem excitant, fouentq;. Quin etiam genuinus corporis calor, ascitio tanquàm auxiliarius opitulatur, vt facilius mitiusq; externum frigus expellat: eòq; frigida intemperies, præsertim recens & leuis securius, ac lenius quàm calida aufertur: inueterata autem consumataq; difficilius multo quàm calida remedijs cædit: sicut extrema senectus infito calore destituta, mortiq; iam proxima, minus sanari quàm febris hæctica potest: eodem modo sicca intemperies tardius omnino ac difficilius quàm humida tollitur.

Est etiam in hac re maximæ momenti expēdisse, omnes has primas qualitates

qualitates non semper humanum corpus lædere, ob insitam sui natu-
 ram & conditionem, sed ob alias qualitates sibi comites, quibus hu-
 manum corpus frequenter mille obnoxium miserijs perdunt: quod pul-
 chra quadam sententia his verbis dixerit Hippo. Si autem est calidū quo-
 dam acerbū existens, aliud verò calidū fluidū, aliud calidū tenue: sunt
 enim & alia calida alias etiam vires subcontrarias sibi ipsis habentia
 (& subdit) non enim calidum est quod magna vim habet, sed ipsum a-
 cerbum & fluidum, & alia quæ à me relata sunt, tum in homine, tum
 extra hominem, siue edantur siue bibantur, siue forinsecus illiniatur,
 aut quomodocunq; formata adhibeantur (& paulo inferius addit) At
 qui ego hoc maximum signum esse puto, quod non propter calidum
 simpliciter homines febricitet, neq; hoc sit simpliciter afflictionis cau-
 sa, sed est & amarum ac calidum item, & calidum & acidum, & sal-
 sum & calidum & alia infinita: & rursus frigidum cum alijs facultati-
 bus coniunctum. Quæ omnia animo perdiscere oportet, ut iuxta cu-
 iusvis qualitatis coniugium auxilia parare medicus discat: namq; ob hu-
 ius rei imperitiam fit sæpe, ut optimè aliàs adhibita præsidia prodesse
 minimè queant, non citra maximam doctissimorum confulsionem.
 Quo etiam loco idem author ob eandem rationem, diuersam in his cō-
 stituit curandi legem, dicens. Omnibus autem liberatio hæc est, ut ex
 frigiditate quidem affecti percalescant, ex ardore verò perfrigerentur. re-
 liquæ autem omnes fluxiones, quas propter humorum acrimonias &
 intemperantias ego fieri sentio, restituntur & curantur, ubi tempera-
 tæ fuerint & concoctæ: Sedatur autem (inquit) aliquo modo ardor in
 naribus, non cum fluxus prodit, & inflammatio consistit: sed postquã
 fluxus crassior & minus acris, concoctusq; & magis premixtus priore
 fuerit, tunc sanè iam etiam ardor cessat. Quibus manifestè probat pri-
 mas qualitates cessare, secundis qualitatibus sibi adiunctis, attempera-
 tis, commixtis & concoctis.

Vltimo perdiscere oportet, seruandum esse modum certum certaq;
 mensuram in quavis alteratione: quamobrem qui refrigerat aut calfa-
 cit, caueat ne ob incuriam quid aliud ex his quæ calfacientia aut refri-
 gerantia posse efficere diximus, superueniat, attentoq; animo expèdat,
 ea nō esse diu neq; multum adhibenda, ne vltra affectus indigentiam
 operentur, quod egregiè consuluit Galenus: namq; sæpe & innopina-
 to ex vno in alium affectum facilè fit transitus: quapropter mensuram
 in omnibus seruare oportet, aut paulo inferius subsistere, id enim sa-
 tius est, quàm vltra progredi: ob idq; sepe auxilium mutare oportet, nō
 nunquam aliud eiusdem generis interponere, & semper aut intende-

Li. 7. Meth. c. 7
 Li. 9. Meth. c. 19

Arre, aut remittere: tum ne natura vno assuescat, idq; contemnat: tum ve-
 rò ut quod vno fieri nequit, alio forte consequamur.

De communi & peculiari præfidiorum

adstringentium indicatione. Caput. III.



OLET quidem rerum omnium varietas & multipli-
 citas confusionem & obscuritatem parere, in his præfer-
 tim, quibus uti ad actionem aliquam cogimur, in qui-
 bus administrandis periti etiam medici decipiuntur,
 nequeuntes facile discernere ob rei cuiusvis varietatem,
 quid tutius sit ad vsum eligere. Ac si quæ res in materia medica varias
 longèq; diuersas obtinet vires, ea quidem est ad strictionis ratio: namq;
 tanta est horum medicamentorum varietas, ut non nisi aperta distin-
 ctione & sedula diligentia cognosci possit: quamobrem paulo dilige-
 tius huius auxiliij vim & differentiam expendere, decreui.

Appellatur quidem Græci omne adstringens medicamentum, sty-
 phon, quod velut genus quoddam est ad omnia quæ comprimendi,
 contrahendi, adstringendi, & vtcunq; cogendi ac densandi partium
 meatus ac partes ipsas, vires obtinet: atq; etiam ad omnia quæ humo-
 res cogunt, incrassant, siccant, reprimunt ac deniq; vincunt, & conti-
 nent partium sibi inuicem cohærentium substantiam. Est tamen ad-
 stringens præcipuè genus acerbis & austeris, continetq; hoc proprium
 quod terreum sit, & compagis quidem suæ crassarum partium &
 maiori ex parte frigidum. Acerbum verò (quod vehementia tantum
 adstringendi à genere differt) est corpus vehementer adstringens, fa-
 cultate frigidum atq; terreum, ut galla immatura & huius census ple-
 raq;. Quod autem quicquid huiusmodi est, frigidum sit, perspicuum
 esse potest, quoniam tale gustantibus lingua contrahitur, densatur, sic-
 catur exasperaturq;, hæc enim non nisi à frigido fieri possunt. Terreū
 verò idem siccūq; esse ex eo apparet, quia tardè admodum in corpus
 permeat: humiditas enim facilè intro subijt, eaq; frigiditate coniuncta
 non acerbum quidè, sed acidum potius efficit. Acerbi quidè ut Theo-
 phrastus refert, sunt fructus omnes prope sui ortus principium, qui po-
 stea quàm humore impleri cœperint, decidit quidem acerbitas, acce-
 dit aciditas. Cæterum acerba tribus modis exolui posse declarat Gale-
 in calefcētia nimirum, humescētia, aut vtrūq; perpessa: si in calefcūt dū
 taxat, solam acquirunt dulcedinē, ut glandes & castanæ: si tantū hu-
 morijs accesserit, austera fiēt, minusq; adstringentia, si modo humoris
 fuerit aqueus & crassarum partium: si verò æreus fuerit, accida euadēt.

Quod

Quod si pariter, & humor, & calor, accesserint, ex aqueo quidem dulcedo, ex aëreo verò pinguedo comparabitur. Atqui quemadmodum calfaciens duplex est, partim simplex & summum veluti ignis, partim per exuperantiam caloris vt vinum & piperita & adstringens vel summum est, vt alumen, melantheria, galla, & rhus, vel modicæ cuiusdam adstrictionis particeps, vt pyrū, pomum & rosa. Cæterum horum omnium maior quidem pars frigida nature est, minor verò manifesta caliditate pollet, vtraq; tamē tertio ordine sicca apparent, ac terrea sunt, & crassa corporis consistencia: quæ tamen omnia esse maioris minoris uè in adstringendo potentia, ex Gal. manifestè constat. nanq; in austerris adstringēdi qualitas remissa est, in acerbis verò intensa.

Lib. 3. simp.

In gratiam tamē huius auxiliij nosse oportet, aliud longè esse cōsiderare adstrictionem in genere, aliud adstringēs, vt optimè Gal. insinuarē videtur: nā quod adstringit non adstringit modo, sed præter adstrictionem acre est, aut pingue, aut dulce, aut amarum, aut salsum, aut acidum. At adstrictio vnum id solum perpetuò est, quod est, vti salitas & dulcor, & aliarum qualitatum quælibet. Quod si vt adstrictio ita & adstringens vnum esset, sanè vnum quoq; pereniter esset opus. Verū cum præter adstrictionem insuper alias qualitates recipiat non paucas, semper quidem illis omnibus coaget, sed euidentius alias per aliam nempe vincentem, idq; vt ad corpus scilicet cui admotum fuerit, pertinere videatur. Itaq; vt ex Gal. constat, & ex dictis apertè colligitur, adstringētia medicamenta duorū sunt generū. Primū, eorum est quæ citra manifestam qualitatem ex ijs quas mox diximus, adstringunt, quorū munus est cōstringere, densare, repellere, incrassare, refrigerare & exicare, cuius generis sunt balauustum, galla, citinus, hypocistis, glauciū, acacia, succus rhu & pleraq; alia, quæ licet ex toto non sint alterius qualitatis expertia, nihilominus tamen quia id sensu deprehendi facile nequit, sincera iudicantur, & adstringentia iure optimo debent appellari. Secundum verò ijs constat, quæ cum adstrictione aliquid etiam habent acre, aut pingue, aut dulce, aut amarum, aut salsum, aut acidum. Nec mirum quidem videri debet, si sub adstringenti materia diuersæ ac sæpe contrariæ reperiantur indicationes, siquidem id Galenus expresso docet.

Lib. 3. simp. c. 14

Neq; est quidem abs re, & citra maximum vsum, hæc interstringere nouisse: nanq; plures sunt affectus, & partes, quæ præter adstrictionem etiam aliquam ex supra dictis qualitibus sibi iure expositulant: quæ enim acida sunt & adstringunt, veluti immatura pruna, cerasa, mala, mora, & immatura vua, & alij fructus non pauci, licet non simpliciter acidi

A acidi opera efficiant, nihilominus tamen penetrationem maiorem moliantur, vbi forinfecus adhibentur, & visceri alicui adstringendo sunt profutura. Intrinfecus verò idem præstant, præsertim vbi mali causa æstuans & maligna fuerit, & quantitate peccans, quam sæpe per aluum mouere solent huiusmodi pharmaca magno laborantis commodo.

Acre in primis medicamentum sæpe adstringens reperitur, licet calidum sit natura, veluti æs vstum, atramentum sutorium, flos æris, scamaq; & calcitis: quæ quidem omnia, & eis similia extenuant, purgant, digerunt, rumpunt, attrahunt & scaram efficiunt, præter adstrictionem quam etiam præstant: nam eò quòd in quoq; istorum adstringenti facultati ac substantiæ alia quæpiam sit admixta, euenit vt opera quæ mox diximus, edere valeant, vt ex Galeno apertè constat: nanq; in quo qualitas inest adstringens ipsa est, vicina corpora cogit, constringit ac refrigerat, quod quidem corpus alias sui partes calfacientes, alias refrigerantes habere potest, atq; alias diuersas potentias, iuxta partium miram diuersitatem, qua quoduis constat: quò fit vt præter dicta opera mineralia hæc omnia purgandi insuper potestatem obtineant: tum ob tenues & calidas partes, tum verò ob molestam ingrathamq; & medicamento-sam qualitatem, quod alijs adstringentibus non euenit, quia mitior & suauior est eorum natura, Quò fit vt hæc profint in his affectibus quibus subitam & profundam adstrictionem moliri conamur, veluti in sanguinis profusionibus, quas sauciata pars excitat, vt humores & partes aduisione cogantur, crustaq; soboriatur, quorum rarò vti expedit in viscerum affectibus.

Lib. 2. de alim. ca. fa. cap. 1.

C Amara etiam medicamenta veluti aloës, rhabarbarum absynthium, nitrum & numerosa seminum & plantarum copia præter adstrictionem, manifestiorem insuper habent purgandi potentiam: Nanq; hæc omnia purgant, abstergunt, incidunt humorum crassitatem absq; manifesta calfactione, licet calida sint: qua ratione profunt omnia fluxionibus in quibus æquum est humorem fluxum excitantem euacuare, & partes fluxui ineptiores reddere: ob idq; ventericulo intus & extra plurimum profunt, discussis humoribus: & roborata particula. Ex quibus etiam pleraq; sanguinis diapedesi & alijs innumeris sanguinis fluxionibus, præsertim quæ ob serosam substantiam admixtam fiunt, aut venarum laxitatem insuper admodum profunt, expurgata serosa parte & compressis vasculis, quæ reserata

fuerant: etiam si aloës excitandi hæmorrhoidum fluxum vires obti- A
neat.

Lib. 4. supero
Lib. 5. supero Salia quidē omnia propinqua esse amariorum (quippe quæ terrena am-
bo sunt, & calida) ex Galeno aperte conitatur, proinde ut idem author
refert, salia contrahunt, constringunt & condiendo seruant: quæ etiā
ob innatam acrimoniam soluendi aluum potentiam habent. Profunt
quidem extrinsecus partibus constringendis, præsertim si mucida la-
xæ ac flaccidæ ex inundate humiditate fuerint: nanq; salia omnia nō
solum constrictionem efficiant, verum & humido resolutio firmius
contrahunt. Quamobrem intestinis & alijs visceribus eis proximis
per infernam aluum infusa, & balneis opitulatur nervis & articulo-
rum laxitatibus, ac mille alijs affectionibus, quæ ex prædictis causis o-
riginem trahunt.

Dulcia simul & adstringentia sunt myrti fructus & pyri agrestis, B
& roboris, & castanæ ac palmæ, quibus profecto opus est, ubi adstrin-
gere est necessum, citra aliquam medicamentosam qualitatem, quam
laborantes frequenter pertimescunt.

Hæc itaq; sunt omnes adstringentium differentia, quas colligere
hucusq; potui: quibus adhuc alia (licet non propria) insuper addi fa-
cile possunt: veluti sunt omnia frigida & glutinantia, quæ materiam
incrassando ac partes comprimendo, adstringere dicuntur. Arida etiā,
viscida, item crassa tum medicamenta, tum alimenta, postremo quæ re-
soluendi materiam fluentem vires habent, quæ quidem quia certo quo-
dam modo fluxioni repugnant, eò adstringentia appellantur, quippe
quæ vel ariditate duritieq; , vel lentore aut crassitie lenta, pigra fixaq;
reddant ea, quibus adhærent. Neq; abs re quidem factum esse existi-
mo, tot adstringentium differentias hoc vno capite conclusisse: nam C
cum auxiliorum materia nō solum ex particulæ natura, sed & ex mor-
bi materia exquiri debeat, hinc factum est, quædam esse, quæ simplici-
ter adstringentia ex postulant, alia quæ eadem cum acore & ama-
rore, aut alia quavis qualitate (crassitie aut lentore) ex his quas
mox diximus, ac sæpe pluribus commisceri desiderent. Nam ali-
ud partis natura, aliud affectus materia, & sæpe quidem aliud
morbi proteruia ex adstringentibus medicamentis exoptant.

Expendere autem vnum hoc in hac re interest, nimirum par-
tes quæ propter fluxum aut laxitatem adstringentia sibi vendi-
cant, aliquando postulare, quæ tantum partem ipsam cogant ac cō-
stringant, citra alterius qualitatis admixtionē quales sunt partes quæ
præ-

A præ nimia laxitate aut impotentia humores delabi permittunt, aut
ita sunt casu aliquo adaperatæ, aut disruptæ, ut eosdē continere nequeat
alia quidem fluxiones supprimuntur emplastricis medicamentis,
quia & partem obturant, & humoris acrimoniam retundunt. Rur-
sus quædam sunt partes, quæ non quæ adstringunt modo, sed quæ hu-
mores ipsos condensent ac incrassent, expostulant. Siquidem tota flu-
xus ratio nō in particulæ vitio tantum, sed in humorum tenuitate ac
fluiditate etiam consistit. Nonnulla etiam sunt medicamenta quæ flu-
xum sistunt, vtrumq; præstando, sicuti alia ex accidenti (ut diximus)
ac digerendo in halitum homores ipsos.

Verum ante quàm quid peculiare circa hoc auxilij genus expendā,
necessum est dubitare (siquidem apud medicorum vulgus pleraq; ex
his medicamentis roborantia esse censentur) robovent ne adstringen-
B tia expultricem, an retentricem facultatem. Sunt nanq; qui credat sic-
citate minori iuuari expulsionem, maiori verò retentionem: & sic iux-
ta rationem facultatis languidæ, sicca aut sicciora adstringentia exqui-
ri. Sed quod huic tractationi videtur proficuum (siquidem capite de-
Repellentibus & de roborantibus rem latius teneor exequi) est, quod
adstringentia quia contrahunt meatus, non secus quàm vis expultrix
facit, intro pellunt, & fluxum à membro proritat: cæterum id est pro-
varia partis & medicamenti appliciti ratione. Nam si inaninato mem-
bro accedant, retentrix augetur roboraturq; , & cessant hac ratione flu-
xiones (ut est vulgare illud medicorum dogma, adstringentia nimi-
rum ante cibum adhibita aluum cohibere) si verò pleno propter vaso-
rum aut cavitatum contractum expultrix operatur & robustior effi-
citur: qua lege adstringentia vltimo ingesta aluum citant: nō quidem
C quod re vera vires adaugeantur, sed quia actiones earum videantur
perfectius fieri. Inuehitur quidem Galenus in eos qui credunt virtutes
firmari & augeri adstringentium vsu, atq; hac ratione, licet rem hanc
intelligere ut mox diximus, nimirum ex accidenti firmari facultates,
ac nonnunquam quod præter modum fluebat cohiberi: & sæpe quod
plùs iusto cohibitum erat, expellere. Nam constricta densataq; ac com-
pressa superiore alui parte, fit ut deorsum natura pellere præoptior red-
datur. In qua quidem re Galenus consulit, prius porrigere quæ ven-
trem lubricum reddant, ut oleracum oleo & garo, mox tamen post
iustum cibi modum aliquid eorum quæ stomachum robovent, ac-
cipere: ea enim sunt (inquit pyra, mala, punica, & cidonia per se,
aut saccharo condita, quippe aliqua sunt horum generum, quæ ci-
tra acorē adstringunt. Nec multum tamen horum est sumendum, sed
t 2 quan

Lib. de opti. sect.
cap. vlti.

Lib. 6. de sani. tu.

quātum imbecillitatem stomachi reficiat: nam ventris os roboratum **A**
(aut vt rectius loquat compressum) & trudit deorsum quod in summo natat, & cum ijs vnā quæ in toto superiori ventre sunt. Optima igitur ratione si lubricantes cibi stomachum innatent, austeri aut acerba sumpta vbi superioribus partibus robur addiderint (aut vires facultatis impleuerint) principium deorsum ferendi ijs quæ in eo continentur, suppeditant: atq; principium ferendi intestina tum excipere, tum ad inuam vsq; exitum seruare. Quod quidem sæpe accidere, experientia compertum est ijs, qui ventrem habent imbecillum, si ab epulis adstringentium quicquam sumpserint, quod aperte Galenus docuerat. Pari quidem lege secundi adstringentium generis medicamenta (licet dispari ratione) aluum mouent: nam acre, amarū, acidum & salsum aut irritando, aut abstergendo, aut humores incin-
dendo, citra dubitationem aluum mouere nata sunt.

Præterea licet ratione affectus potius quàm partis affectæ, adstringentium materia variari contingat, cum hoc tamen quæ capiti dum ab eo aliquid fluit, & administrari adstringentia conuenit, competere videntur, ea sint oportet, quæ præter adstrictionem exiccandi etiam vires obtineant, ac discutiendi. Vt pote quæ partem roborent, & humorem simul discutiunt, & ob id simul fluxionem auertant, præterquam quòd humores resolutioni promptius obediunt quiescētes vi adstringentium. Duplici quidem ratione ob id cephalicis medicamentis adstringentia misceri solent, vt Galenus etiam aperte docet: primò vt id quod affectis partibus influit repellatur: secundò vt in profundum cætera medicamenta ducāt, vt proprijs facultatibus liberaliùs vti possint. Cui vsui adstringentia in tenuissimum puluerem reducenda sunt, vt eodem loco Galenus consulit, alioquin noxam magis quàm emolumentum sunt allatura. At si calida fuerit fluxio, sat est vt merè adstringentibus, vt quæ frigiditate humores crassent & attemperent, adstrictione verò comprimāt, & faciliè hac ratione concoqui ob attemperamentum, aut digeri queant. Oculi quidem dum ob fluxum adstrictione egent, mineralibus potius gaudent, quodammodo præparatis & correctis, nam hæc ferè sola sunt quibus prolixa & importuna eorum vitia curantur, licet mitissima exposcant adstringentia, qualia Galenus ex Asclepiadis libro refert: quæ vitandæ prolixitatis gratia consultò prætereo, nanq; plura loco citato diligens lector reperiet faciliè. Oris etiam, faucium & gurgulionis vitia ex adstringentibus ea renunt, quæ medicamentosa plurimùm & gustui ingrata sunt: rationem quidem subdit apertissimis vrbis Galenus.

dicens

A dicens, scimus enim rariorem esse ac molliorem superficiem tunice oris, non paulo quàm est cutis, quæ totum corpus ambit: inest autem & aliud quiddam particulis oris, atq; id duplex, quod nõ adest ipsi cuti: in suauitatem enim medicamentorum quæ adhibentur, sentiunt, & duos meatus subiacentes habent, per quos in ventrem & pulmonem defluere quicquam ex stomatichis pharmacis potest. Huiusmodi itaq; fortibus quale atramentum est, & quæ venenosam habet qualitatem, non conuenit vti ad affectionum oris curationem, nisi magna necessitas urgeat. Quò fit vt peculiaria quædam ori sint adhibenda, qualiaq; ex moris, nucibus & agrestia cōficiuntur, sicuti & alia pleraq; quæ passim apud Galenum loco citato reperiuntur. Sic ventriculus omne amplexatur adstringentium genus, exceptis ijs, quæ mineralibus conitant, calidaq; & crassa sunt, quæ tanquam medicamentosa plurimùm renunt: etiam si Hippocrates æris scamam per os infundat ad suppuratam peripneumoniã, quod etiam ad sputi facilitatem iterum repetit, dicens. In expuitionibus autem si dolor habeat & expuere non possit, ieiuno æris florem dato: quæ proculdubio suspecta mihi videntur, etiam si eodem libro pluries repetat. Ex alijs verò medicamentis, quæ vsualia sunt, pro ratione humoris peccantis signatim eligere oportet. Nam si is crassus fuerit, quæ simul incendant, si tenuis, quæ incrascent: & sic de singulis complicatis qualitatibus quas adstringentia obtinent, aut ventriculus patitur: etiam si vt paulo inferiùs docebo, repellentia pro ratione partis mutare deceat: hoc enim capite tantum de adstringentibus, quatenus talia sunt, fit mentio, citra alterius operis considerationem. Intestinorū verò vlcera & difficultas vt ex Galeno etiam aperte constat, ex adstringentibus medicamentis ea tantum desiderant quæ amarorem, aut acorem non habeant, nam ijs plurimùm offenduntur.

Dictum quidem antea est, adstringentia esse in duplici differentia, vt Galenus etiam insinuauit, aliud summū vt elementum tale esse dicimus in summo, sic alumen, melantheria, sive atramentum sutorium & galla. Aliud quia adstrictionis cuiusdam est particeps, veluti pyrum, malum, rosa, quorum vberem copiam faciliè apud Galenum reperies: quæ quidem scitu esse optimè curaturo necessaria iam constat: siquidem hæc aut illa alijs medicamentis (quæ alterius indicationis gratia adhibentur) admiscere, maximi quidem est momenti. Nam quæ magnopere austeri & acerbaq; sunt: primo statim contactu superficiem condensantia medicamenta, alia quibus miscentur quantumuis humida sunt ingredi vbiq; est, prohibentur.

t 3 At

Lib. 2. de ali. fa. cap. 22.

Li. 1. phar. ge. c. 9

Li. 4. Phar. lo. c. 2. 3. 4. 5. 6.

Lib. 2. phar. lo. c. 1

Lib. 2. de morb. lib. 3.

Lib. de suff. 9. 2. empi.

Lib. 3. simp. c. 5.

Lib. 6. Phar. lo. c. 4. & 5.

At quæ paululum adstringunt, tantum abest, ut præ adstrictione ingredi alius corpora admota prohibeantur, ut etiam ab ea, magis scilicet impellente, iuuentur, ut de rosaceo Galenus aperte probat. Hoc dixerim, ne quis imprudenter quouis adstringenti in ijs quæ altiùs debet subire medicamentis utatur. Adstrictionis enim natura est, ut meatus occludere præoccupans vicinamque substantiam ad se contrahens constipansque, ijs quæ humectare valent, impedimento existat: reddunt quidem hæc quamuis nostri corporis partem rugosam contractamque, ut Galenus palam ostendit. Præstat insuper id nosse, quia etiam si adstringere in aliquo affectu aliquando expediat, non ob id quæ vehementer adstringunt, protinus sunt adhibenda, neque credendum est, ut Galenus docet, verisimile esse, id quod amplius adstringit, amplius prodesse, quam quod moderatè idem præstat: à vehementer quidem adstringentibus partes simile quid contusioni perpetiuntur, quia substantia ipsarum violenter condensatur: qua quidem ratione tutius est moderatioribus uti. Secus quidem res se habet in dentium doloribus citra gingivarum inflammationem, quibus vehementissima medicamenta loco paulo superius citato Galenus iubet ministrare: id expofcente partis natura. Præterea licet iecur commixta semper desideret suis medicamentis adstringentia, ut ex Galeno aperte colligitur, nihilominus tamen plurimum ab eisdem offenditur, dum flava bilis aut alius humor meatus infarcit: nam vilem ipsam excerni prohibent: quò fit ut iecoris inflammationibus sint incommoda, præsertim ijs, quæ in cauo visceris consistunt. Quare commiscere & attemperare ea sæpe oportet, ut tantum dissolutionem ac vim medicamenti impediunt, adstrictionem verò minime moliantur, namque in ijs visceribus, præcipue tum adstringentibus est utendum, cum in eadem superuacuum quid C profluit ut coquatur supereturque, ut Galenus testatur.

Licet pluribus affectibus ex ijs, qui à fluxione prodeunt, adstringentia medicamenta ex usu sint: cum hoc tamen neque omnibus, neque semper, neque quibusvis particulis, namque sanguinem è pulmone expuentibus, nulla ratione convenire possunt, ut Galenus aperte docet. Inquit enim: maxime igitur lædere eos novi, qui sanguinem è pulmone extusientibus, adstringentia per totum thoracem medicamenta in orbem circumponunt. Nam præter id, quòd eorum facultas in pulmone non penetrat, sanguinem etiam, qui in thorace est, ad viscus compellunt, quo etiam affectu intus sumpta, dum ijs quæ tenues partes habeant medicamentis commisceantur, plurimum prodesse eodem loco fatetur, dum modo vas à quo sanguis exilit, ruptum dilatatumve sit. Præ-

3A

terea

At terea quibus reiectio sanguinis frequentior ab utero & intestinis prodit, quæ soporem inducendo adstringunt, plurimum esse proficua idem Galenus probat. Item in dysentericis fluxibus, qui ex acris concitantur humoribus, vitare omnem adstringentium sylvam, citra dubitationem oportet, præterquam ea, quæ obliniendi & attemperandi acrimoniam, habet potentiam: quæ etiam ijs quæ adstringunt, iure optimo sunt reducenda. Vteri quoque tumores adstringere interdicit Hippocrates. Nam inquit. Quicumque verò tumores vteri in partu aut ex partu fiunt, eos adstringere non oportet, velut medici faciunt.

Frequenter etiam adstringentia hæc medicamenta, purgantibus admiscemus, quo tempore moderatissima sint quantitate oportet, ne medicamenti purgantis vi superata, improspere cedat purgatio: nimirum aut vomitum excitando, aut tormina.

B Præterea licet hæc adstringentia principio & fini vlcis administranda esse aperte doceat Galenus, diuersa tamen ratione: in principio quidem, ne phlegmone vlcus infestetur: in fine verò, ut citius ad cicatricem ducantur, cum hoc tamen maxima cum cautione in principijs adhibenda sunt: nam ut idem Galenus refert, carnis generationem impedire sunt apta. Quò fit ut posthabito inflammationis timore aut tempore, ab his sit superledendum. Quibus etiam in maximis inflammationibus raro aut cautè esse utendum Galenus cõsultat: periculum enim est ne prohibita ventilatione in gangrænam degenerent. Pari lege neque in magno ecchymosi, ut idem author ex professo docet: nam idem periculum instat, aut fortassis ne quicquam sanguinis discutiatur, sed ibidem concretus maneat, difficiliusque deinceps curetur, & grauioribus indigeat auxilijs.

C Vitanda etiam sunt in capitis affectibus frigida, quæ vehementer adstringunt, periculum enim est, ne intro pellat, ut idem author etiam aduertit. Verum dum nervis vulneratis carne detectis, administrantur, admiscenda esse digerentibus medicamentis Galenus aperte testatur. Profunt quoque hæc medicamenta ea lege commixta ijs, quibus coctionem perficere opus est, prohibito naturalis caloris (dum debilis est) effluxu.

Præterea ex adstringentibus, ea pueris sunt adhibenda, quæ leuius adstringendi vires obtinent, ut ex Galeno quis facile colligere potest: tenerima autem puerorum substantia est, & quæ facile quibusvis medicamentis cædit.

Ultimò tamen in hac re expendisse liceat, esse quasdam partes, quæ ob sui naturam adstringentia medicamenta, omnino renuunt: alias verò quæ

Lib. 3. simpl. c. 16

Lib. 9. simpl. c. 1

Lib. 5. simpl. c. 9

Lib. 13. & 14.

Lib. 11. Meth. c. 15

Lib. de consti. ar. med.

Lib. 7. Phar. lo. cap. 4

Lib. 1. de Morb. muli.

Lib. 1. Phar. ge. c. 12

Lib. 3. Meth. c. 4

Lib. Phar. lo. c. 1

Lib. 2. Phar. lo. c. 1

Lib. 3. Phar. gen. cap. 8.

rō quæ ex toto eadem amplexantur, quas omnes miro quodam artifi-
cio Galenus annumerat ac distinguit, quamobrem breuitatis gratia
studiosis legendum dimitto.

Lib. 11. cap. 16.

De communi & peculiari laxantium

auxiliorum indicatione. Cap. V.



AXANTIA iam sese offerunt medicamēta, mul-
tis quidem affectionibus proficua & familiaria, ijs
præsertim quæ tensionem in corpore molliuntur.

Quorum quidem natura vt facile innotescat, expē-
denda prius est differentia inter laxa & mollia, quæ
longiſſimo diſſident interuallo: sicuti in altera op-
positione, tensa & dura, vt multis in locis Galenus

Lib. 2. de ſani. tu.
cap. 6.

testatur. Fit itaq; tensio (cui propriè laxantia auxilia opponuntur) quo-
riens materia quæuis seu vapor, aut flatus vacuitates partium replent,
extendiq; cogunt, aut dilatari: quæ quidem sola est vera tēſionis ratio.
Nam ea, quæ à frigore aut ſiccitate rigent, aut ſpſmo tenentur, con-
trahi potiùs quàm tendi, iure optimo dixeris: licet à Galeno tensis cō-
iungantur, nihilominus tamen longè differunt durum, cuius capite
de Emollientibus meminaero) & tēſum, cui propriè opponitur laxitas
quàm moliri hoc capite auxilijs paramus. Est tamen inſignis quædā
differentia inter tenſum & durum: nimirum, quod illud nuſquam per-
tinet ad humores, ſed ad corporis partes: hoc verò viuenti animali im-
propriè ad partes, propriùs verò ad humores ipſos, pertinere cernitur.

Lib. 5. ſimp. c. 10.

Nequit enim ſuſtinere viuens corpus tantam frigiditatem, quæ ſui
partes indurare poſſit, ſicuti neq; ſiccitate: etiam ſi Galenus partes præ-
frigiditate comprimi fateatur. Quod licet verum ſit, non ob id credē-
dum est, naturalem mollitiem amittere, ac tantum duritiæ acquirere,

Lib. 6. ſimp. p. 5.
lib. 7. c. 7.

Lib. 5. ſimp. c. 5.

quod notatu dignam præ ſe ferant. Refert etiam Galenus corpora ip-
ſa duriora reddere labore, ſolis æſtu, & ijs, quæ diaphoretica dicuntur
medicamentis. Verum huiusmodi durities nō ea est, quæ emollientia
deſiderat, ſed humectātia: at humores ipſi facile duriores fieri poſſunt,
partes quidem non duras ſed tenſas. Inſpecta itaq; dura & tenſa maté-
ria, laxum facile id conſtat eſſe, cuius partes remiſſæ inter ſe cōcidunt,
non vt, vt in congelatione contingere diximus (qua ratione contra-
ctiones potiùs eſſe oſtenſum eſt) ſed laxitatis ipſius interuentu. Memi-
nit quidem Galenus triplicis laxitatis differentia: nanq; inquit, differ-
re longè collapſionem à dimiſſione & laxitate. Collapſio quidem &

Lib. de diſſe. reſ.
pt. cap. 23.

subi-

A ſubita demiſſio (nam demiſſiones paulatinæ ex facultate fiunt) citra
vllum facultatis interuentum accidunt: laxitas verò abſq; facultatis vi-
tio, ſed partis ſubſtantia tantum molliori facta, quò fit, vt laxitas parti-
bus viuētibus familiaris ſit, ſicut & tenſio: durities verò præcipuè par-
tium non viuētium eſt, videlicet humorum. Rurſus hæc laxitas, quæ
nobis hoc capite ſe ſe offert, duplex eſt: altera morboſa, quæ ex præter-
naturali cauſa partis temperiem vitante ac ſubuertente, proficiſcitur:
altera quidem, quæ in partibus præter naturam tenſis, medicamentis
laxantibus perficitur. Qua ratione tot neceſſariò tenentur eſſe medica-
mentorum differentia, quot ſunt laxitatis ſpecies, quibus pars tenſa la-
xa fieri queat. Cæterum præter differentias laxitatis dictas, tutius eſt au-
xiliorum differentiam rimari. penes cauſas quæ tenſionem efficit varie-
tatem, qua methodo quid vnicuiq; debeatur, faciliùs quiuis expēdet.

B Refert quidem Galenus tenſionem eſſe dupliciter conſiderandam:
vno modo quum circa articulos, accidit, ligamentiſ pariter & ten-
donibus affectis, quibus tenſio contingit ipſis exiccatis aut refrigeratis
(nam id quoq; inter tenſiones annumerare licet) non tamen ſimplici-
ter, ſed pluſculum: vt phlegmone affectis, aut ſcirrho obſeſis. Alio ve-
rò modo in cute, non hac tantum ratione, ſed muſculis qui ei ſubiecti
ſunt, quoquomodo in tumorem ſublatis, aut ipſa ex receptione alicui-
us dictarum ſubſtantiarum extenſa: quamobrem ex laxantibus medi-
camentis, quædam partem humectare, alia emolliere, plura item vacua-
re, plurimaq; diſcutere neceſſum eſt. (Licet quæ emolliunt, ex acciden-
ti laxent, præterquam ea, quæ frigore aut ſiccitate denſatas partes hu-
miditate emolliendo, laxant. Quò fit vt merito ea Galenus laxantibus
annumeret, ob idq; docet induratis tantum ex his cauſis proficua eſſe:

Lib. 7. Phar. gē.
cap. 7.

C nam alijs tenſionis cauſis hæc parum prodeſſe queunt) ſed adhuc cla-
riùs laxantium differentiam & vſum oſtendit, loquens de aqua calida,
quam omni tenſionis ſpeciei conuenire, apertè docuit. Quæcūq; enim
inquit, ex repletionem erant intenta, ſicuti omnia quæ inflammationem
patiuntur, ea dum euacuantur, laxari conſueuerunt: quæ ex concretio-
ne ob refrigerationem intentionem habent, dum caleſcunt: quæ ex ſic-
citate dum humectantur: quæ ex humiditate, dum ſuperfluo humore
exinaniuntur: quoniam calida aqua præſtare hæc omnia poteſt, quum
ampliùs ac diutiùs corpori fuerit infuſa. Quibus addere etiam expē-
dit ea præſidia, quæ diſcuſſoriam vim obtinent. vt quæ tenſis ex flatu
plurimum ſint profutura.

Lib. 5. de his que
in me. ſi. com. 14

Expedit tamen vt res apertior fiat, ſpeciatiim de ſingulis laxandi modis
agere, vt cuiq; inſpecta ſemel tenſionis natura, facile innotescat, qua la-

xan

xātium differentia vti liceat, initio sumpto ab ijs, quæ ex refrigeratio A
ne intenta sunt, (nam de induratis proprium caput constituimus) que
quidem sensim ac paulatim calfacere oportet, ne subita calfactione no
uo excitato dolore, pars fluxione tentetur. Quò fit vt refrigeratis cor
poribus ex vfu sit aqua calida, vt simul quod contractum est, madore
absq; dolore laxetur: ac frigidum blando calore ad pristinum redeat
statum. Quem etiam vsum præstat oleum amygdalarum dulcium,
aut sesaminum modicè calidum, eo calore, quo pars affecta delectetur
cui vsui fugiendum est, ab ijs auxilijs, quæ calida & sicca simul sunt,
ob idq; ignis quātumuis modicè adhibeatur, acerbissimos infert dolo
res. qua ratione humida simul & calida esse oportet, vt experimento
facile comperitur. Nam sic affecti, vbi primùm affectam partem in ca
lidam aquam immergunt, protinus delectationem quandam præsen
tiunt, & maximum experiuntur præsidium.

Pari etiam ratione, quæ ex siccitate tenduntur partes, humectatione B
egent, vt laxiores fiant. Quæ quidem tensionis ratio, paulo diligentius
expendenda est. Cùm duobus modis partes ex siccitate tendi possint.
Vno depauperata parte substantifica ac nativa humiditate, quæ nulla
ratione humectari ac laxari deinceps potest, nisi alimentis, & ijs quæ
per nutritionem denuo eandem humiditatē reficiant: Alio quidem,
dum partes suaptæ natura mucidæ, ac mucore & madore exuberan
tes ob calorem externum, ob exercitium, solisq; æstus & huius gene
ris alia priuantur madore ipso. Quò fit vt partes tendi cogantur: qui
bus equidem opitulatur potius madefactio, quam humectatio simpli
citer dicta: quæ qualitas substantifica censeri debet. Madefactio quidē,
quæ aqua & alijs liquoribus fit, longè distat ab humectationis natu
ra. Hæc nanq; interstat differentia, quod in prima siccitate, licet præ
cipuè renutritio humectationem molliatur, nihilominus tamen ea, C
quæ exterius humectandi, aut potius madefaciendi, vires obtinet, plu
rimùm esse proficua, omnibus est conspicuum, vt de balneis aquarum
dulcium Galenus refert. In secunda verò, licet madefactio ab aqua &
ijs quæ madorem inducunt, primum locum teneat: quum hoc tamen
alimenta quæ plurimum mucorem gignant, proficua esse nemo am
bigit. Deniq; interstinguere oportet, an substantifica desit humiditas,
quæ refici per alimenta desiderat, an membrorum articulorum nimi
rum tendonum & ligamentorum mador: vt ex causis quæ morbo præ
fuerunt facile erit colligere: nam eo tempore, quæ madefaciāt sunt ad
hibenda, & quæ simul lentorem inducant: qualis aqua, aut avium &
intestinatorum ac extremitatum animalium iura, quæ mirum in modū
hanc

A hanc præstant gratiam, tensis ex hac causa particulis. Cæterùm in ab
ditis & internis tensionibus, aqua modicè calida obtinet locum pri
mum, sicuti in ijs quæ sunt conspicuæ, quæ oleaginosa sunt, & mucore
abundant.

Laxant eodem modo, ac vehementissimos sedant dolores, quæ tu
mores præter naturam expurgant, vt Galenus manifestè docet, aperto
nanq; tumore præter naturam protinus concidunt partes, præ nimio
humore tense, ac laxantur: sic vniuersum corpus cùm tensiva lassitu
dine tumet ac riget, sanguine confertim extracto, protinus subsidet
laxaturq;. Quibus affectionibus, nulla ratione paulatinis auxilijs agē
dum est: vti balneis, frictionibus, inedia & exercitio, sed ijs quæ subito
plenitudinem demant: alijs verò tensionibus, quæ ex particulari ali
quo humore concitantur, non sic, sed lentè & paulatim vacuare opor
tet, ac eo modo eandem laxare.


Qua etiam via venit exercendus quartus laxandi modus, qui par
tē insensibiliter euacuat, ac ab humore replente liberat: veluti in parti
bus inflammatis contingit, quæ requirunt proculdubio, quæ meatus
nimia molle oppressos & constrictos aperiant: quia materia in loco in
flammato contenta, alioquin tenuis, calida, humida, & vaporosa, non
putrescit, & ebullit, nisi dum meatus obstructi sunt & coarctati. Quò
fit vt calidis indigeamus auxilijs, discutientibus nimirum, & quæ per
insensilem halitum humores dissipent. Rarefacit quidem moderata
caliditas, quæ aperit sibi vias, & quod obstat ingressui mediocriter per
halitum discutit, sine aliqua exiccatione substantiæ membri, vt patet
de aëre balnei & continentis temperatæ caliditatis, & aqua tepida. me
dicamenta igitur quæ rarefaciunt, moderatæ sint caliditatis oportet,
C ne adurāt: tenuis substantiæ, vt penetrent ad profundum: humida vel
saltem temperate humidis commixta, ne exiccant, & partes constrin
gant, vt Galenus aperte docere videtur. Medicamenta etiam quæ adu
runt superficiem assando, potius constipant, quam rarefaciant, & calō
rem & fluxionem maiorem concitāt. Verùm vbi sine attractionis ti
more discussionem validam optamus, validioribus liberalius vtimur.

Differunt tamen longè rarefacientia medicamenta, ab aperienti
bus, vt potè quæ crassarum sunt partium, & substantia mordaci & acri:
quibus non indigemus ad discussionem & rarefactionem: nam quæ
rarefaciunt, moderatioris debent esse caloris. Siquidem calor non ra
tione sui, sed ex accidenti est opportunus, nimirum quatenus meatus
aperit. Cuius quidem census sunt, liliū, chamæmelum, lini semē, fœ
num græcum, sampsuchus, pulegium, calamintha, origanum, althea,
& præ

& præsertim horum decoctum, & oleum etiam quod ex ipsis conficitur. Vetus item ac cicini, & raphaninum. Parimodo rarefaciunt butyrum recens, oleum dulce, cefypus, adipēs, & reliqua quæ intra secundū gradum calfaciunt, quæ omnia efficiunt, quominus resolutioni cutis impedimento sit: humores ipsos etiam attenuant, ac per insensibilem halitum discutunt, quibus resolutis facilè tēsa pars sublidet, laxaturq; & in pristinam reducatur magnitudinem. Superest adhuc quintus laxandi modus: qui per eadem fit medicamenta, in eis quidem partibus quæ cutaneæ & membranose sunt, flatibus tamen tenduntur, vt sæpe sub cute, intestinis, vesica, vtero, ventriculo, ac thoracis tegumentis contingit, excitatis vehementiùs cruciatibus, quibus medicamenta super dicta admodum sunt proficua: additis tamen quæ mollia & lenia sunt quæ quidem partem tensam quodammodo obliniant, & cedere tendenti substantiæ faciant, vt minùs doleat, minùsq; tensa sit. Sic in huiusmodi partium doloribus, vt colico, præstantissimum est consilium discutientibus clysteribus & præsijs, quæ emolliant & leniant medicamenta miscere, vt mucidiore facta parte, causis tendentibus faciliùs cædat. Præterea dum hæc medicamenta partibus præ frigore tensis adhibentur, nec plurimam calida, nec subito & confertim sunt adhibenda. Neq; (vt Galenus consulit) pleno exsistente corpore: insuper in affectibus qui coctione debent finire, quales sunt tumores præternaturam, non nisi transacto principio sunt adhibenda. Itaq; hæc sunt in vniuersum medicamenta omnia: quæ chalaistica appellantur, quæ eum tensio multis modis contingat, videntur plures obtinere laxantium species: nam quædam humectando laxant, alia molliendo, alia vacuando, alia tumores præternaturam purgando, alia aliud quicquam faciēdo. Quorum omnium substantia ea certè erit, quæ ex genere medicæ calfacientium prodit. Qua ratione & conuientia corporis laxantur, & flatuosi spiritus tenuantur, & quod phlegmones iam conflatum est digeruntur.

De communi & peculiari emollientium

præsidiorum indicatione. Cap. VI.



Mollientia præsidia, quæ duris affectionibus opponuntur, & proficua sunt, in examen hoc loco subeunt. Dicitur namq; à Galeno est, durum tribus modis fieri posse, repletionē videlicet, siccitate, aut cōcretionē. De duro verò, instrumentalibus particulis, ob plenitudinem

A oborto (quod potiùs testum appellatur, nam durities, quæ instrumentibus partibus contingit, renitentia potiùs quàm durities à Galeno citato capite appellatur) proximo capite egimus, cui laxantia medicamenta proficua esse docuimus. At humores dum concretione aut siccitate duriores in simplicibus particulis fiunt, non nisi emolliētibus medicamentis mollire poteris. Insinuat quidem Galenus durum & molle, similaribus tantum particulis accidere: rarum verò aut densum (ob meatuum rationem) instrumentalibus, quibus pari lege tensum & durum debent reduci. Cæterum cum ex concretione, aut siccitate humores in particulis induruerūt, (cuius duritiei nunc est institutum meminisse) id sæpe duabus de causis contingit, vt ex Galeno loco superius citato aperte constat. Altera est caliditas, quæ partem exiccando, humores ibidē impactos, digesto per halitum quod eorum tenue est, ac subtile

B densos solidosq; ac duros reddit. Altera verò frigiditas est, quæ concretione eosdem duros efficit, vt in glacie ac grandine sæpe conspiciamus. Cæterum vnam hanc differentiam has duas causas habere compertum est, nimirum calorem, siccitate media, rem densam ac duram efficere: frigiditatem verò sine ipsa, sola tantum concretione, densatis utiq; & cōpressis partibus: cuius rei testis est Galenus. Docet namq; falsam sicci imaginem repræsentare quæ dura ex frigore sunt. nam licet inseparabilis ab omni siccitate duritia sit, non tamen è cōuerso verum tenet: nam quæ frigiditate concresecunt, falsam potiùs sicci imaginem repræsentant, quàm quod re vera talia sint, vt Galenus aduertit.

Sunt tamen ea quæ de concretione nuper diximus tam graua, tamq; difficilia & obscura, vt sine summa diligentia nequeant facile percipi: præterquam quod ad veram medendi rationem, duris affectibus proficua inueniendam, necessum sit eorum omnium quæ dura sunt, modos & causam adamsim inuenire. Coagulatio & durities itaq; omnis exiccatione quadam fit: sicuti contra liquefactio efficitur per humectationem: quoniam sicci est terminari diffiniriq; sicuti contra humidum est diffluere & proprio termino non contineri. Ex quibus constat, necessum esse, id à quo res coagulatur, siccitatem efficere (modo ea vera sit, modo apparens.) Cuius rei gratia siccitatem posse duobus modis fieri, nosse conuenit, videlicet alteratione quadam, noua inducta siccitate: vel per ablationem partium humidarum, quæ scilicet aut lateant compressæ & contentæ à terrestribus partibus siccioribus, aut euolent resolutæ in vaporem. Non dissimili ratione necesse est, vt id à quo res quæpiam liquefit, humiditatem efficiat. Pluribus quidem modis humiditas in re quæpiam potest principium nancisci:

Lib. 2. de fani. ca.
cap. 5.

Li. 2. de temper.
Li. 1. propo. fin.

Li. 7. Meth. c. 15

Li. 5. Simplic. c. 4

Li. 5. Simplic. c. 4

aut eam alteratione fit, qua ea res exuat siccitatem priorem, & induat A humiditatem nouam: aut resolutione quadam partium aquearum, quæ compressæ constipataq; prius erant: vel coactione vaporis in aqueam naturā. siue per subingressum in poros partium aquearum, dissolutioneq; terrestrium prius in vnum coactarum. His expositis dicendum, coagulationem interdum fieri à calido per se, si calidū illud fuerit etiam siccum (quæ verā durities est) tum inducendo nouam siccitatem, quatenus est siccum, tum componendo partes aqueas aëreas ve, & humidas cum terrestribus siccis, necnon resoluendo partes aqueas in vaporem, qui euolet & euanescat. Quam quidem coagulationem à calido per se fieri dicimus. Interdum calidum etiam per accidens efficit coagulationem: cum per antiparitasim cogit in vnum frigidum quemadmodum in grandinis generatione contingit. Frigidum autē coagulationem per se facit exiccando, si fuerit coniunctum siccitati, B item condensando partes aqueas, in vnumq; cogendo cum partibus terrestribus, à quibus fortius condensatæ etiam continentur, maiorēq; soliditatem accipiunt. Per accidens verò frigidum etiam coagulat, exprimendo partes calidas subtiliores immixtas humido, cum quibus humidum quoq; implicitum euanescit. Item per accidens coagulationem facit frigidum, si vi caloris humidum resoluatur, qui in vnum cogitur, circumstante & constipante frigido. Quibus omnibus addi potest alia coagulandi ratio, quæ fit mixtione quadam cōplexioni cuiuspiā apta, quam consultò in hac parte prætermitto.

Quæ omnia adhuc claritatis gratia, amplius oportet lucidiora reddere. Ea itaq; coagulatio quæ fit per se à frigido, conuenit mixtis illis imperfectis, quæ non sunt vnum per formam quandam substantialē tertiam, conflata ex elementorum mixtione, sicut grando, nix, pruina, cæteraq; huiusmodi. Ea quidem quæ per se fiunt a frigido, non tantum quia calidum exprimat, simulq; humidū: sed quoniam vi sua humidum aqueum seu vaporem condensat, & in vnum cogit, partesq; terrestriores congregat: quæ tenaciùs solidiùsq; detinet partes aqueas vt vaporibus constipatas: nam frigidum ideo coagulat, quia frige faciendo condensat, & constipat humidum aqueum vel vaporosum.

Præterea frigiditas hæc quæ coagulationem facit, quandoq; extrinseca est ab illo mixto corpore, quod coagulatur, & præter illius naturā quandoq; secundum naturam & intrinseca. Præter naturam quidem est in mixtis illis imperfectis, qualis grando est & nix: in metallis verò & lapidibus est intrinseca, & naturæ eorū propria. Quò fit vt glacies grando, nix, liquefactæ permaneant fluidæ. Metalla verò liqua facta cessante

A cessante ignis vi confestim nulla frigiditatis extrinsecæ efficacia, sed proprio intrinsecoq; nixu coguntur & durefcunt.

Hæc quidem sunt quæ de duritie & coagulatione ex optimis philosophorum colligere potui: superest nunc docere, quā nā ratione quæ dura coagulataq; sunt, liquari & emolliri possint. Liquefiunt itaq; coagulata per se à calido, quoniam calidū partes in vnū coactas à frigido, refacit & disgregat, simulq; dissiūgit partes terrestres, quæ vi frigoris artius cōtinebāt partes aqueas. Pari etiā ratione calidū vt per accides cōgelat, ita per accides liquefacit, quando scilicet resoluit partes aqueas in vaporem, simulq; in vnū cogit partes frigidas per antiparitasim, quarum vi vapor ille disgregatus, in aquā cogitur vi frigiditatis in vnum coactæ. A frigido verò per se lique fieri dici possunt, improprie tamen. Vapor enim in aquam cogitur à frigore, sicq; condensando & coagulando frigidum liquefacit. Item à frigido humido liquefcunt sal, nitrū eiusq; generis alia: quoniam humidum aqueum frigidum eorum poros subit, sicq; discindit partes terrestres exiccatas & in vnum coactas vi caloris. Per accidens verò à frigido quædam liquefcunt: quoniam à frigido expellitur calidum, cuius vi fit crassitudo in aliquo corpore & impinguatio.

Sunt præterea inter corpora nonnulla, quæ nequeunt coagulari, neq; à calido, neq; à frigido: ab utroq; tamē crassescunt. Quædam verò neq; coagulari neq; crassescere possunt, sed semper fluida super sunt. Ea nāq; quæ aëris plurimum habent, habentq; etiā lentorem, crassescunt à calido & à frigido, à neutro durefcunt, vt oleum, quia plurimum habet aëris & parum terrestris substantiæ. Nonnulla etiam quanuis non sunt aërea, quia tamen valde tenatia & glutinosa sunt, nequeunt durefcere, sed crassescunt, vt mel, eò quòd neq; caliditas ei; iuncta humiditas exprimi potest vi frigoris, propter tenacitatem & lentorem: neq; etiam vi caloris partes aqueæ resolui queunt, ob tenacitatem. Postremo loco nonnulla sunt corpora fluida, quæ neq; caloris, neq; frigoris vi durefcunt, crassiora ve fiunt, vt acetum: in quo quanuis paucissimæ sunt partes terrestres, itemq; calor ille, à quo acutum saporem habet, adeo implicitus est, per totumq; diffusus, vt vi frigoris exprimi non possit. Ideoq; continet partes aqueas, ne densentur à frigore, & ob paucitatem partium terrestriū contineri nō possunt partes aqueæ, ne diffluant.

Præter ea quæ hucusq; diximus, quædam pculdubio inueniuntur coagulata, quæ prius à frigido coacta sunt, deinde à calido perfectā capiunt duritiē & cōpactionē, vt fictilia oīa. Nonnulla cōtra prius cōpinguntur in vnū à calido, demū post actionē & cōcoctionē calidi, pfectā coagulatio

nē capiunt à frigido: huiusmodi à natura sunt metalla & lapides, quo rum duritici extremam manum imponit frigidum, licet eorum mixtio & coactio facta prius fuerit à calido.

Ex ijs verò corporibus quæ dura sunt, quædam molliri possunt & inflecti, quædam minimè. Ea inquam in quibus humor aqueus propter coagulationem non ita resolutus est atq; euauit, quin tatum eius reliquum sit, & in tota ea massa dispersum, vt vi ignis dissolui nequeat & si ob paucitatem multasq; partes terreas, quibus est implicatum, nequeat fluere. Hæc utiq; igne mollescunt, vt ferrum & cornu. Item nonnulla mixta aqua aspersa madescunt, vt lana & huius generis alia, liquefcere tamen non possunt. Quædam contrà in aqua posita liquefcunt, ægrè tamen madescunt, vt nitrum, sal. Nonnulla in aqua & madescunt & liquefcunt, vt later non dum in fornace coctus. Ea quorum partes terræ glutino tenaci inuicem compactæ sunt, poros tamen habent maiores aquæ globulis, in aqua posita madescunt, non tamen possunt liquefcere. Contrà, quorum partes terræ lentore glutinoq; carent, poros tamen habent neq; ita exiguos, vt sint aquæ imperbij, neq; adeo magnos, vt sine iniuria & scissione, aqua per eos meare possit, in aqua posita non madescunt, sed soluta ab aqua liquefcunt. Nonnulla præterea frangibilia sunt in partes magnas, nonnulla in partes exiguas: ite quædam scindi possunt, nec non etiam frangi vt ligna. Omnis quidè huius generis accidentium causa est in poris, eorumq; situ, item in modo quo partes terræ inuicem coherent. Quæ omnia si quis exactè nouerit, poterit emollire minori negotio, cognitis duritiei causa & ratione.

Quamobrem expendere hac in parte oportet, qua via quæuis duritiei species à suis causis perficiatur, vt eadem emollientia medicamenta propria ac magis proficua facile sit cuius adhibere. Causæ tamen quæ duritiam mediante siccitate & calore introducunt, quales sunt validum exercitium, solis æstus, inedia, febris ardens ac medicameta quæ subito & vehementer ultra modum calfaciunt, id quidem efficiunt, extracta ab humoribus subtili substantia, ac dum crassa terrestrioreq; remanet, cogitur duriorq; efficitur: nãq; humor omnis eo ad terræ naturam propius accedit, quò magis aëreæ aquosæq; substantiæ fuerit expers: quibus facile priuatur vi calfacientium & exiccantium causarum, quod optimè aduertit Aëtius. Quaquidò ratione humida pharmaca his prodesse, omnibus esse compertum suspicor. Primò quia humidum viscidum separat à parte cui adhæret, & crassum mixtionè attenuat: quò fit, vt quæ humida sunt, ijs quæ à pulmone & thiorace (aut quauis alia corporis parte prodeunt) expuuntur crassa & viscida, plurimum

Lib. 3. fer. 4. c. 41

Arimum sint proficua. Causæ verò quæ concretione duritiam molliuntur, qualis vehemens est frigiditas, facile calore superantur, & quæ congelatione dura fiunt, facile calore liquante mollescunt.

At frigiditatis ipsius triplex reperitur causa (vt iuxta cuiusq; naturam quæuis oppugnari possit) vna à foris incidentibus, puta à aëre, aqua aut medicamento, quibus sæpe imperiti medici perperâ adhibitis, ex erysipolate scirrhum veluti manu efficiunt. Altera ex propria partis intemperie, qua humores in eam profluentes duritiam facile perpetiuntur: nam partes morbosa frigiditate affectæ humores & excrementa in scirrhum duritiam frequenter mutare habent. Tertia quidem ab influente in ipsam partem humore puenit, qui perpeffa resolutione facile duritiæ cōtrahit. Quibus equidè rationibus iure optimo Galenus dixit loco sæpius citato, Humeftantia medicamenta ijs quæ ex siccitate indurantur, tantum esse proficua. alij verò quæ ex concretione dura fiunt, quæ verè emollientia appellatur. Quæ vt promptius adinueniret Galenus & ab omnibus sibi similibus medicamentis distingueret, hæc refert verba: Oritur autem induratorum affectio ex fluxione viscosa & crassa paruis particulae poris siue meatibus impacta, digesto verò per halitum quod tenue est eius, ac subtile: ac deinde quod reliquum est, refrigerato ac veluti congelato, scirrhusa sequitur dispositio, ac proinde frigidum pathos aiunt. Porro quoniam cum frigiditate humor redundat superfluous, idcirco etiam compositam eius esse medelam oportet, ob refrigerationem scilicet, excalfacientia poscentem affectu, ob alienam verò humiditatem, quæ mediocriter sicant. Quo quidem factum est vt emollientia pharmaca quæ verè talia debent esse, calidæ & siccæ sint naturæ: Quæcūq; enim inquit Aristotelis, per frigiditatem congelantur, per caliditatem soluntur: caliditas autem neq; debilis sit oportet, impropres enim erit ad soluendam materiam: neq; rursus intensa: nã si talis est: non tantum soluet, sed resoluet quod subtile est, parte crassa duriori facta: ergo quæ congelata soluunt, nec nimis intensa, nec remissa caliditatis eligenda sunt: huiusmodi enim naturam obtinent quæ secundo gradu calfaciunt: sicut in primo constituta imbecilliora haberi debent: quæ verò in tertio validiora. Hinc euenit quod quæ congelata soluunt, non tantum calida sint, sed etiã sicca, qualia iure optimo esse debent: quæ enim secundum caliditatis attingunt, maxima ex parte ob id exiccant. Atqui licet caloris sint moderati (ne quis medicamentorum similitudine decipiatur) in hoc à pus mouentibus differunt, quod emollientia calidiora sunt & moderatè desiccant existentem in partibus humiditatem: pus autem mouentia non utcūq; obtinent calorem moderatum, sed corporibus quidem nostris simile

Lib. 5. sim. 6. 66

Lib. 4. Metho?

Cū hoc tamen existentē in eisdē humiditatē seruant, neq; adauctā neq; A
diminutā. Itaq; pus mouētia æqualem accendunt calorem ei, qui est in
homine secundum naturam: quæ verò emolliunt, multo maiorem.

Quo circa, illa quidem quantitatē potius quàm qualitatem caloris au
gere sunt nata: at quæ indurata emolliunt, qualitate potius: secus qui
dem res se habet in emollientibus, quæ humectiorem reddunt partē,
licet ipsa sicca sint, liquata calore materia. Quo sensu intelligendus est

Lib. 5. simp. c. 2.

Galenus, qui loquens de emollientibus, hæc refert verba. Illa verò ceu
maiorē calorem quàm pro natura ascendunt, ac nō nihil quoq;
humiditatis contrahentia. Quo loco conatur ostendere emollientia
partem reddere humectiorem, licet ipsa sicca sint: nam iuxta optimā
rationem credendum est, fuisse factum, emollientia sicca etiam esse na
turæ: nimirum vt materia liquata calore ebiberetur, ac contabesceret.

Verū quia partes affectæ periclitarentur, si eiusmodi medicamenta B
tenuis simul essent substantiæ (non enim tantum congelata soluerent,
sed etiam partes ipsas) necessum ideo est, ea esse quodammodo terre
stria, vt mineraliū per plura, quæ huiusmodi distillationi maiori quàm
par foret, quodammodo obstant, qua quidem ratione factum fuisse
censeo, mineralia medicamenta emollientibus frequenter misceri, li
cet non solum hac ratione, sed aliquando ad formandum emplastrū:
nonnunquam ob leuē resolutionem, quam propter vstionem, aut a
liam quauis præparationem habent. Sæpe verò quia plumbum sero
sam materiam scirrhis humoribus admixtam, qua degenerare in vl
cus solent, attemperat: nam fit quidem vt mineralia hæc acres, calidos,
& serofos humores facillimè attemperent. Rursus vltimò quia emolli
entia pharmaca frequenter conficiuntur ex laxantibus, quibus humi
ditas inest, cuius attemperamēto mineralia vtiliter admiscemus, vt ex C
vtrifq; supersit medicamentum debito calore & siccitate constans. Ve
rū cum Galenus cognouisset, pluries esse necessarium, tum penetra
tionis gratia, tum verò membri & affectus natura sic exposcēte, ea de
bere tenuium esse partium, aut eisd misceri, his verbis id videtur ostē
dere. Emollientium medicamentorum mixturam laudauī, nimirum
vt præparantem indurata corpora, & prædictis pharmacis idonea fa
cientem (loquebatur quidem de calidis tenuium partium, quæ frigi
dis, crassis, & viscidis humoribus erant proficua) citra verò præmolli
tionem (inquit) diffunduntur quodam modo ea ipsa corpora; & eū
stigio manifestam immutationem habent, sed in immedicabiles reli
quias terminatur res, vbi fuerint resiccata. Quibus constat nō esse ita
tenuium emollientia pharmaca tenuium esse partium, licet Galenus mix
turam

Lib. 8. de com.
phar. loco. c. 8.

A turam laudauerit in prima huius textus parte. Secus quidem res se ha
bet in induratis visceribus, quibus emollientia mitiora debent esse, &
ob id libentius tenuium partium miscellam admittunt, quo quidem
sensu subintelligere conuenit huiusmodi contradictionem. Confir
mat enim nostram sententiam Galenus loco nuper citato dicens (de
hepate verba faciens,) Nā cum compagis humectæ sit hepatis corpus
valde moderatis opus habet emollientibus, prædominatur itaq; in ip
so præter aliarum partium induraturam morem, calfacientium & at
tenuantium mixtura, meritò itaq; ex præscriptis quatuor pharmacis
Asclepiadis vt quod multum de se experientiam præbuit, ex aromatis
enim componitur, attenuare ac discutere valentibus. Deniq; in iecoris
duritie hæc sunt commodissima, sicuti in alijs visceribus, etiam pene
trationis gratia: proinde quauis innumera sint calfacientia symul

B ac desiccantia medicamenta, sola tamen ea quæ conuenientem ac sim
metrum calorem possident, vnā quæ illi correspondentē sortita sunt
siccitatem, molliiri possunt quæ scirrhī instar indurata sunt. Nanq; vt
Galenus inquit, Nō igitur curandæ sunt partes indurata medicamen
to immodicè siccanti, sed cum eo, quod calorem habeat tepidum, hu
miditatem verò neq; multam neq; omnino minimam, quod enim su
perfluum humorem habet, nihil omnino dissoluit, quod verò mini
mum, plus quàm oportet exiccat: quò fit vt malactica, id est emollien
tia, medicamenta eodem tempore vtrumq; simul sint agentia, nempe
quod congelatum est, fundentia, & sensim per halitum digerentia, pe
culiariter enim medicamentum emolliens nō de omnibus induratis
ex quauis causa dicitur, sed de ijs quæ congelatione induruerunt, ma
gisq; si in eis contentus sit humor præter naturā, verū nos in hac par
te omnium emollientium meminisse tenemur, tale enim est (vt exem
plo vtar) bdellium, styrax, galbanum, thymiana, ammoniacum, me
dulla tum cerbina, tum vitellina, adeps caprinus & taurinus, atq; alia
quorum paulo inferiùs meminero.

Lib. 2. ad glaucō
lo, cap. de scirrho.

Verū vt quiuis facillè noscat vti his emollientibus præsijs iuxta
duritie terminum & renitentiam, prætium studij fuerit expendere, ea
quæ induratur, posse vna trium dispositionum permanere. Prima qua
dura manēt, citra alterius qualitatis commercium, quibus quæ verè e
mollientia dicuntur, qualia nuper diximus, proficua esse omnium con
sensu constat. Secunda verò cum duritie associatur lentor & visciditas,
cui iure optimò debentur emollientia ea, quæ aut tenuium sunt partium,
aut eisdem commiscentur, vt Galeni est sententia, inquit enim. Quæ ve
rò ob frigidos ac viscosos humores in solidis corporibus imbutos in
durā

Lib. 8. pharma
lo, cap. 8.

durantur, ex necessitate frigidam habent affectionem. Quare & ca-
 lescentibus simulq; tenuium partium pharmacis opus habent, hæc
 enim sufficiētia sunt, & ad viscositatem humorum induratis partibus
 infarctorū extergendā, & ad secandā crassitudinē, & discutiendos hu-
 mores ita extenuatos. Quo etiam sensu tollitur contradictio, quæ ex
 eodem capite circa eādē rem suboritur. Nam tenuium partium me-
 dicamenta, quæ emollientibus miscentur, licet in immedicabiles reli-
 quias degenerent, cum hoc tamen id nō debet intelligi incorporibus,
 & tumoribus, in quibus humores crassi & frigidi in affectum coeunt,
 sed in calidioribus naturis, & humoribus, aut cūm cōgrua horum me-
 dicamentorum mensura non seruatur. Quorum quidem auxiliorum
 meminit Galenus multis in locis. Sunt autem hæc acetum mulsum
 per se, vel in quo hyssopum, thymum, pulegium, anethum & similia
 præcoxeris. Oleum item sabinum aut vetustum, in quibus ferbuerit
 cucumeris sylvestris radix, acetum item acerrimum, in quo dissolu-
 tur ammoniacum thymiana, opoponax & alia huius cēsus. Item pin-
 guediffes anseris, anatis, cerbi cum oleo ricino vetusto, aut sabino: qui-
 bus prædictæ herbe ferbuerint, addito ad consumptionem aceto. Eun-
 dem quoq; præstāt vsum euaporationes, quæ ex aceto acerrimo in py-
 ritæ, aut molari lapide ignito fiunt. Tertia & vltima forma dura ma-
 nent, quæ in callosam, tophaceam & lapideam naturam degenerant:
 quibus frustra adhibemus emollientia, quorum hucusq; meminimus:
 quapropter in his porrigere oportet quæ humidam & fluentem sub-
 stantiam habent, tenuissimāq; cum multis partibus igneis vel terreis
 attenuatis: quia huiusmodi dura adeo sicca & terrestria sunt, vt angu-
 stissimos & nullos pene meatus habeant, per quos humidū permeari
 possit: cui vsui conceduntur liquores omnes, qui vel purè acidi sunt,
 vt succus limonum, vel purè acres, vt chelidonij, vel mixti ex utroq; a-
 crimonia inquam & aciditate, vt acetum, præsertim quod potentius
 redditur, dū aliquod acre infunditur, vt scylla. Quò fit, vt medici om-
 nes plurimis laudibus extollant ad frangēdos calculos, succum limo-
 nū, & chelidonij, & oxymel simplex, & scilliticū, hæc enim & quæcū-
 q; talia sub hoc ordine constituta sunt, semper huiusmodi vsibus pro-
 pera experimur: nanq; à tenuitate substantiæ habent quod penetrent;
 ab acrimonia siue aciditate, quod incidant & in minutas partes dissi-
 pent: ab humore verò copioso quod madefaciant, & veluti emolliant,
 quorum etiam latius meminero capite sequēti. Quartum insuper præ-
 dictis addi potest, nimirum considerandam attento animo esse indu-
 ratam partem, an tantūm aliquā ex tribus speciebus duritiei obtineat,
 an cō-

Li. 4. Meth. c. 5
 Lib. 7. de glauco.
 cap. de scirrho.

Li. 7. Phar. ger.
 cap. 3.

Li. 7. Phar. ger.
 cap. 4.

A an commixtam secum habeat tenuium acrium & erodentium ixoru
 fluxionem, cuius ratione vt diximus, in vlcus degenerat scirrhusa duri-
 ties, cui vsui deseruiunt quidem quæ emolliunt, cæterum admixtis mi-
 neralibus, aut oleo de mandragora, quorum ratione acres humidita-
 tes attemperantur, & ebibuntur sensim & lentè. In quibus etiam cauē-
 dum est ab ijs, quæ vehementer emolliunt, aut mixta habēt secum me-
 dicamenta tenuium partium, nam hæc calore & tenuitate promptius
 furere cogunt huiusmodi ixores, & in exulcerationem degenerare,
 quæ postea vllis auxilijs cædere nusquam visum est: quapropter peri-
 tus medicus hæc attendat oportet. Præterea, quia emollientia pharma-
 ca vires resoluunt, vt locis paulo antea citatis aduertit Galeus, per vi-
 ces & interualla sunt adhibenda: ne impotentiori facta partis natura,
 deterius deinceps resolutioni adminiculetur, & promptius recipiat, ac
 B veluti ex toto oneri succumbat: vt frequenter contingere solet.

Verūm quia non est vnica omnium corporum aut corporis partiū
 conditio, sicuti neq; vnus duritiei gradus: ideo docerè expedit, varios
 esse medicamentorum emollientum ordines, iuxta excessus maioris
 minoris ve rationem, aut corporis & affectæ partis varietatē, quod qui
 neglexerit, in grauissimum discrimen laborantes sepe ducet. Sic imbe-
 cilia molliētia paruis medicatur inflammationibus: vt apertè ex Ga-
 leno videtur constare: his adhuc fortiora leuem duritiam sine phleg-
 mone persanant. validiora item maiores, quemadmodum & quæ du-
 ritiam in scirrhum propè degenerantem curant. Cui vsui extant apud
 Galenum quatuor emollientium medicamentorum ordines, quos ad
 duos tantūm placuit reducere: nam & hic etiam inter se differunt iuxta
 maiorem aut minorem emolliendi rationem. Primi autē ordinis sunt
 C (in quo etiam quædam leuius, & nonnulla efficacius agere reperiun-
 tur) cera alba, butyrum, axungia porcina, & vitulorum sepium, axu-
 giæ item anseris, anatis, gallinæ: medulla vituli, hæfypus, lana succida
 oleo amigdalino insuccata aut chamæmelino, in quo semē lini, althæe
 fœnugræci, maluæ, item cucumeris agrestis, althææ & liliorum radix
 tenella maluæ agrestis, & liliorum folia, vel anethi cacumina præco-
 xerint, aut si eum axungijs eadem pistaueris. Expendere etiam in hac
 re decet, medullas, sepium, & axungias quò recentiores fuerint, eò de-
 bilius emollire: quò vetustiores verò acritus. Ex quibus addita resina,
 quæ chia vocatur, & larix pinea, aut abietina, aut gummi non nihil, mi-
 rum in modum confici possunt variæ emollientium formæ. Quibus
 omnibus necessum esse, fidissima experientia monstrauit, addere mine-
 ralia suo modo præparata, vt plumbum elotum, quod mirè emollit, &
 quæ

Li. 7. Phar. ger.
 cap. 3.

Li. 7. Phar. ger.
 cap. 4.

Li. 7. Phar. gē. 2
Li. 7. Phar. gē. 5

Li. 7. Phar. gē. 3.

quæ præ calore dura sunt, humectat. Præstant item emplastrum filij Zachariæ aliquo ex mineralibus addito, & parygron à Galeno appellatum, & emplastrum Mnasci, ab eodem authore probatum: quorum pro corporum aut affectuum leuitate, quod utilius fuerit, facile erit eligere. Quæ verò secundi sunt ordinis validiusq; emolliunt, in validis etiam & robustis corporibus, aut inuetereta duritie proficiunt. Ea quidem sunt, vt Galenus refert, gutta ammoniaci, bdellium, galbanum, ladanum, propolis, thus, pinguia tamē omnia pro cuiusq; natura. Pinguedines etiam hircorum, taurorum, & leonum, quæ omnia efficaciora facilè reddi possunt, addito aceto, ad consumptionē, dum igne miscentur. Emolliunt etiam ea quæ mox diximus, dum aceto liquantur; callosas, tophaceas, & lapideas item durities: præsertim si pars vapore prius feruefacti aceti infumetur. Ex quibus pro cuiusuis duritiei indigentia varia medicamenta confici possunt.

Variantur quidem gradus & natura horum medicamentorum, nō solum ex affectus varietate, verū & ex partis ipsius, cui affectus inest conditione: partes namq; nerueæ dum scirrhosæ fuerint, nullo aut modico aceto commixta emollientia desiderant, erit autem his partibus idoneum medicamentum, quod citra id conficitur: sat enim est partē calidē aceto, & oleo tertio aut quarto quoq; die euaporare, aut modico tempore illinire, inter medijs tamen diebus, emollienti aliquo eam inungere: sic enim & medicamenta facilius penetrant, & euidentius operantur, ob incisionem quam acetum molitur. At in partibus mollioribus & rarioribus, dum abditæ sunt, vt splen & iecur, aut quæ neruis carent, vt carnosæ musculi partes, tutior est aceti vsus: præstat quidem penetrationem, & citra molestiam actionem suam parit: quare musculi carnosæ partibus scirrhus affectis, plurimum confert ammoniacum aceto liquatum, dummodo inter initia affectus, & interpositis diebus, cataplasmate ex althea, radice lilij, axungia porcina & oleo liliorum vtamur. In tendonibus verò & ligamentis, solo vtitur Galenus aceti vapore, in quo ferrum candens aut lapis pyritis extinguitur. At dum scirrhus in māmīs contrahitur, eautius aceto est vtendum, facilius enim huiusmodi partis substantiā aceto demoliamur, quò fit vt in principijs scirrhusi tumoris huius partis, nullā ratione liceat acetum adhibere, indurato tamen admodum tumore (nam huic solum Galenus fatetur loco nuper citato, conuenire) mixtione aliorum medicamentorum in mediocriter robustis corporibus non erit abs re modico vti. Periclitantur enim huiusmodi partes, ne ocissimè in maiore duritiem tumor degeneret, & ipsæ in inconsuetam gracilitatem. Vte

ri vero

Ari verò durities omnino acetū renuit, sicuti ea quæ ventris os attingit, licet hæc euaporationem sustineat, illa verò nequaquam, vterus enim celerrimè ab aceto excandescit. Exposcunt tamen huiusmodi partes quæ ipsi sunt familiaria, emollientibus commixta, nam facilius gratiam emollientium recipiunt, dum illis commiscantur quæ sibi sunt familiaria & proficua: gaudet namq; ventriculus absynthio, spica nardi, menta, ladanō, & similibus, quibus emollientia iure optimo misceri debent. Sic vterus emollientia desiderat, oleo liliorum alborum commixta, mirra, aloë, & lupinorum cremore. Cui etiam opitulatur styrax, anserinus & gallinaceus adeps, bdellium, panax Herculeus, sambuci, etiam partenij & fœnugræci decoctum. Sic splenem induratum præter communia emollientia, soluit caro myrobalanorum chebullo cum ammoniaco & aceto pistata. Item succus foliorum sambuci cum aceto & aloë, scolopendriæ succus, cortex radicis capparidis, chamædrios, & huius census pleraq;. Quæ aut liquata aut feruefacta aceto & communibus emollientibus commixta mirè opitulantur: sustinet quidem splen, tum illita, tum intus sumpta validissima medicamenta, vt ex Galeno constare videtur. Iecur verò contrariō modo nō nisi leuissima, cuius durities, rarò, nisi dum in principijs fuerit, ad sanitatem reducitur, quapropter maxima cum consideratione emollientia sunt adhibenda, quæ vt mox diximus omnium sint imbecilliora. Augere autem, inquit Galenus loco citato, ea oportet, ad tutiorem emolliationem, quæ ratione inflammationis iecori adhibentur per mollificantium admixtionem: erant autem illa ex absynthij coma ex vtraq; nardo, ex myrobalanorum cremore, croco, œnante, mastiche, & vnguentis, quæ ex spica nardi conficiuntur: sicut & mastichino œnantino & melino. His igitur ammoniacum thymiana, & bdelliū: & quas diximus medullæ, & adipes, & quæ incindere possunt, addenda sunt: nam hæc factum etiam, in hepate scirrhum sanare poterunt. Cui etiam opitulatur vrinas mouentia auxilia, & extergentia, præsertim si quid præemollitum est topicis auxilijs.

Miro etiam quodam artificio Galenus nititur curare ex omnibus aut aliquibus causis complicatam duritiem, etiam admixtis quæ tensionem efficiunt causis. Quod quidem, quia ipse ad vnguem loco citato exequitur, breuitatis studio prætereo, & doctis legendum dimitto.

De communi & peculiari aperientium
auxiliorum indicatione. Cap. VII.

Hoc



C loco sese offert vulgatissimum illud aperientium. **A** medicamentorum auxilij genus, quo quæ occlusa sunt, patula fiunt, quod quidem tam est utile ac necessarium, quantum ipsa affectio grauis, abdita, & miris varietatibus difficilis & incognita. Qua ratione (licet huic tractationi longior disputatio foret necessaria) qua potero claritate ac cōpendiosa methodo, quæ illi necessaria sunt, expendam: si prius cavitatū quæ occludi possunt, differentiam docuero, quod ad medicamentorū varietatem proficuum fore constat.

Ex cavitatibus itaq; quæ in corpore præfunt, quædam sunt insensibiles: cuius census sunt cutis meatus: quædam verò euidentes, quales cavitates venarum, arteriarum, ventriculi, intestinorum, renum, vesicæ, vteri, pudendorum, ani, aurium, narium, faucium, meatuum etiā, qui ad vrinam & semen transmittendum comparati sunt. Itaq; vt varia est meatum differentia, eodem profus modo variæ sunt clausionis formæ, & causæ: iuxta quæ omnia curandi ratio diuersificatur.

At cutis quidem meatus ab ijs quæ habent vim densandi, cuiusmodi est externum frigus: vel adstringendi, vt faciunt lotiones aquæ aluminosæ: vel exiccandi, vt solis feruor: vel indurandi, vt duræ frictions potissimum constringuntur. Caloris etiam contractiones ad interna viscera extremam superficiem densiorem reddunt. Sordes item quæ adhærent cuti, & terrena vel emplastrica medicamenta, quæ ei admoventur eisdem meatus angustiores efficiunt, licet non per densationem, sed per obstructionem potius, id quod etiam moliuntur vapores, aut humores crassi, qui ab internis partibus ad cutim efferuntur, à quibus pruritus & scabies fiunt, hærentibus circa cutim humoribus, qui liberam non habuerunt per illam, viam. Itaq; omnibus his modis cutis recludi potest.

Cuius rei gratia nosse oportet, in duplici esse differentia medicamentorum, quæ id quod occlusum est, aperire valent. Quædam namq; rarefacientia appellantur, quæ tantum sunt proficua cutis obturationibus.

Quædam rursus verè dicuntur aperientia, quæ obstructis cavitatibus medentur, quæ quidem inter se magno dissident intervallo, vt apertis verbis ex Galeno constat: nam præter id quod quæ cutis meatus referant, nomine ab alijs differunt, nam rarefacientia dicuntur: & quæ vaporum oscula & cavitates, aperientia, re etiam longè distant: rarefacere namq; tantum est superficiem cutis magis solutam reddere, vt vapores per ipsius meatus diffilari commodè possint. Aperire autem est, ad profunditatem meatum penetrare, obstructiãq; corpora attenuare

absterge

A abstergere, & excutere. Sunt itaq; rarefacientia, vt ex Galeno constat, modicè calida, minimè desiccantia, & tenuium partium. Aperientia verò crassæ substantiæ esse oportet, & maioris caloris, quum ad profunditatem penetrare teneantur. In crassa enim substantia calor fundatus diutiùs conseruabitur, nec facile expirabit, donec proprium actum impleuerit. Verum quia periculum esset, si admodum calida, & partium crassarum essent, ne partes potius putrescerent, non oportet ea secundum gradum caloris transcendere, ac tantum cōuenit crassæ substantiæ habere, quantum ad sustinendum diutiùs calorem sufficit: nec ultra pergere vsquam licet ob dicta incommoda.

Quibus sic habitis, primo loco institutum est agere de ijs quæ rarefaciunt, iuxta cutis diuersos constrictionis modos. Sic etenim **B** cutis densata quatuor modis rarefiet. Calore nimirum, aut humore, aut calore & humore simul, aut motu. Rarefacere namq; cutim dum ab externo frigore constringitur, moderatè & sensim calfacientibus tantum oportet. Qualia sunt aër calidus, in quo iubet Galenus huiusmodi densatos diutiùs immorari, priusquam in aquam immergantur. Lib. 1. ad Glau. 3. Inunctionibus etiam calidis, densa cutis rarefit, oleis videlicet aperientibus, vt chamæmelino, anethino, veteri, cicino, & raphanino. Tegumenta quoq;, & stuphæ ac vestimenta calida eundem præstant vsum, præsertim dum sudorem mouent: quam item gratiam impartiuntur molles frictions. Quod præter Hippocrati sententiam Galenus ipse etiam consulit, nam qui cutim habent constipatam (inquit) tum pinguius simul ac molliter fricandi sunt. Lib. 8. metho. 3. Cauendum tamen ne frictio ultra pergat iuxta Hippocratis decretum: namq; quatuor posse fieri ex frictione corporis dispositiones fatetur, nimirum pinguedinem, maciem, duritiem, aut molliem, iuxta variam fricandi rationem: quod alibi latius docuimus. Lib. de medicat. 1. na.

C tis decretum: namq; quatuor posse fieri ex frictione corporis dispositiones fatetur, nimirum pinguedinem, maciem, duritiem, aut molliem, iuxta variam fricandi rationem: quod alibi latius docuimus. At verò dum ex densitate hoc vitium contrahitur, ob lotionem aquæ aluminosæ, aut alterius similis medicamenti, ea quidem sunt huic vsui proficua, quæ emolliendi vires obtineant: qualia sunt, inunctiones, & fons ex oleo tepido, amygdalarum dulcium, euaporationes ex dulci aqua calida, aër etiam ipsius balnei calidus: sicut & balneum ipsum. Verum si à siccitate ex solis æstu, aut dura frictione, cutis densior facta fuerit: ijs quæ humectare virtutem obtineant, facile cutis laxatur & meatus aperiantur. Quo tēpore balnei humiditas, item & olei frictions conferunt, vbi frequenter adhibe-

x antur

antur. Constrictionem verò, quæ caloris retractione oritur, curant A
extremarum partium frictiones, ac totius etiam corporis, linteolo
aliquo factæ, donec corpus in calorem alteretur. Vltimò quidem
meatus aperiuntur abstersione: qui modus ijs tantum conuenit, qui-
bus ob puluerem, aut sordes, aut excrementorum detentionem cu-
tis constipatur, (licet in omnibus densitatis modis excrementa cutis
quæ perpetuò gignuntur, abstergenda sint.) Quò fit, vt Auicena nò
immeritò loquens de constipatione ex frigore, iubeat ægros fricare
ijs quæ cutim abstergant, & mollificent, vt sunt lotiones ex decocto
hordei, furfuris, marathri, anethi & similium. At vbi amplius est
quod abstergi exoptulet, vt in leui obstructione, aut multa sordiu
copia, aut excrementorum fuliginosorum, augenda est abstersionis
intentio, vt optimè idem consulit, curans febres ex priuatione resolu-
tionis, propter oppilationes, non profundatas (vt ipse loquitur) quo B
casu præcipit frictionem ex furfure, farina fabarum, & amygdala-
rum amararum, & semine melonis, & herbæ alafnam, idest, ex qua
vitrum conficitur, hispanè, sola dicta, & ex sale. Atq; hæc sunt in vni-
uersum rarefacientia appellata auxilia. quibus obturata cutis ab in-
farctu liberatur: quæ mille modis diuersa esse ab alijs aperiensibus, cui
denter constare arbitror.

Maius tamen negotium facessit, patentiores meatus, dum occlu-
duntur, aperire: tum propter locorum abditam sedem, tum propter
causarum varietatem, tum verò propter partium diuersam naturam.
Sed vt omnia hæc methodo complectamur, nò se expedit, quòd pa-
tentiores viæ (quales superius retulimus) angustiores redduntur,
quando corpora quæ cavitatem constituunt, comprimuntur, concu-
dunt, contrahuntur, obstruuntur, coalescunt, tenduntur, distorquē- C
tur, vel à suis sedibus egrediuntur. Quæ omnia ad amussim retuli, vt
omnibus pateat quàm sit difficile & varium, medicamentis aperiens-
ibus vt, præsertim si præter has differentias etiam ignorauerit cau-
sarum varietatem: nam compressio contingit vel ob adiacentis corpo-
ris, aut ipsius partis extrinsecus tumorem, vel ob rem extrinsecus gra-
uem, vel arctius alligatam. At concidunt latera meatus constru-
entia, dum nimio humore imbuta, suum terminum retinere neque-
unt, vel cum euacuatur id quod in cavitatem contentum latera inter
se distare faciebat. At verò contractio à siccantibus nascitur: nam sic-
cata corpora corrugantur, & ex corrugatione contrahuntur, quemad-
modum mammæ, & uterus in vetulis minuuntur, fit etiam contra-

ctio

A ctio ab adstringentibus medicamentis, necnon à facultate retentri-
ce vehementius cogente, & constringente partem cauam, in qua
ipsa residet, ociù quoq; præstat idem. Quæ ratione venereæ partes in-
te remissa venere contrahuntur. Porro obstructio fit à rei quæ in cavitatem
continetur crassitie, lentore, & multitudine: quorū quædam fami-
liaria sunt ipsi parti, vt cibus & sanguis contentus in venis: quædam
excremēta sola qualitate inimica, vt crassi tenacesq; humores: quædam
quantitate: alia verò etiam tota substātia, vt lapis in vesica, pus, sanguis
concretus, callus, stercus durum, & alia huiusmodi, quæ partium mea-
tus obturant. Ad quod genus pertinent tubercula, quæ innascuntur
cavitatibus partium, & eas obstruunt: ad idem quoq; pertinere videtur,
quum partes ob innatam pinguedinem obturantur, quomodo vteri
& intestinorum cavitates sæpe angustissimæ redduntur: quapropter
B scripsit Hippocrates in Aphorismis: mulieres eo modo affectas, nò cō-
cipere. Coalescunt partes cum vulneratæ vel exulceratæ fuerint, interce-
dente siquidem carne, coalitu partium cavitates illarum minui docet
etiam sensus. Cum partis luxatæ vt longiores et adunt venæ, & liga-
menta, sic etiam angustiores apparent, quod etiam probat ratio: nam
quod longitudini additur, à latitudine detrahi compertum est. Quin
etiam malè figuratas partes ob distorsionē suas cavitates obtinere an-
gustiores nulli dubium est, quemadmodum excrementis alui via præ-
cluditur, quum intestina à suis sedibus dimota in scrotum dilabuntur
nimirum quod situs mutationes, rectas quas habent cum ano con-
iunctas cavitates amittant. Ex qua causarum varietate facile constat,
quàm difficile sit nosse, aperiensibus medicamentis vt.

Cui vsui expendere oportet, aperiensia medicamenta (qualia sunt,
C quæ ex terrena substātia, & acri sapore, & maiori calore constare om-
nibus est conspicuum, vt cyclamen, allia, fel taurinum, cæpa, oleum iri-
num, & amaricinum: ac deniq; omnia quæ amara sunt: nam huiusmo-
di sapor in terrena substātia semper fundatur) tantum conuenire ijs
reclusionibus, quæ ab humoribus in aliqua fiunt corporis cavitatem.
Quæ quidem vsui nusquam esse possunt alijs obstructionis generibus
sed quæuis species suam ab alia diuersam sibi expostulat aperiendi ra-
tionem, quam ob rem compendiosa methodo cuiusvis differentie ob-
structionis propriam ac peculiarem aperiendi viam monstrabo. Vlti-
mo tamen loco morabor in aperiendis obstructionibus, quæ ab humo-
re, aut alio quouis corpore cavitatem obstruente fiunt: Quibus iure op-
timum debentur aperiensia appellata medicamenta.

Qui verò ex adiacente tumore præter naturam, aut quouis alio

meatus occluduntur: non aperiuntur medicamentis, sed ijs quæ aut A
 tumorem præter naturam curent, aut rem adiacentem auferant, curari
 desiderant. Quod alijs auxilijs tentare frustra quidem erit. Dum ve
 rò ob laterum conscissionem meatus aperiuntur, duplici remediorum
 genere vti oportet, iuxta duplicem quæ habet huiusmodi conscissio cau
 sam. Nam aut id fit ex nimia humiditate, partes cavitatem constituen
 tes inundante, quam exiccare est necessum, vt consumpta humidita
 te ad pristinum statum reducatur: aut fit conscissa vena ob immodicam
 vacuationem. Cui affectioni medebimur per ea quæ humores adauge
 re valent: qualia sunt alimenta optimi & multi nutrimenti, quæ ite
 rum eadem vasa distendat. Ex siccitate etiam partes contractæ occlu
 duntur, quas balneis exterius madefacere, & interius alimentis hume
 ctare cōuenit: vt parte mucidiore & humectiore reddita, facile redenti
 potentia & aduenientibus humoribus cedat, vt patentior deinops red B
 datur. Adstringentia medicamenta dum partem constringunt, aufe
 renda protinus sunt, parsq; fouenda est aqua calida, oleo amygdalarū
 dulcium tepido, aut hydrelæo. Verum si facultas continens ultra pro
 prium finem agens, plurimum partes compresserit, labefactanda est, ijs
 quæ eius robur deiciant, qualia tepida, humida, & mucilaginosa sunt
 ac nonnunquam expultrix irritanda, vt contra operetur. Ocium verò
 dum inducta partibus ignauia cavitates occludit, facile exercitijs tem
 pore & modo adhibitis, ac calorificis frictionibus propellitur. Verum
 si ob situs partis mutationem, vt in luxationibus aut fracturis contin
 git, cavitates angustiores fiant, reditus ad pristinum locum easdem
 patulas efficit.

Lib. 3. artis med.

De obstructione verò cui iure optimo aperiuntur auxilia debentur C
 nosse licet, triplicem eius reperiri speciem apud Galenū, iuxta tres cō
 munes vias humoribus deferendis, aut excrementis excernendis desti
 natas, nimirum omne venosum genus, intestina & instrumenta vrine
 seruiencia. Quibus associari poterat aspera pulmonis arteria ni hæc si
 bi dicasset certum quendam aperiendi modum, quem capite de purga
 tione per sputum, abunde exposuimus. Nares verò & aures non expo
 stulant propriam tractationem, vt potè partes quæ potius manibus aut
 aliquo alio instrumento, quam peculiari medicamēto aperiiri possunt,
 etiam si aures amara desiderent pharmaca. De alui verò excrementis
 dum præ duritie intestina occludunt, satis suspicor dictum esse capite
 de Clysteribus.

At instrumenta vrine seruiencia dum recluduntur, maius facessunt
 negotium. Quamobrem methodo perstringam viam & ratione ape
 rien

A riendi huiusmodi meatus: quos frequenter occludi ab humoribus cras
 sis, à sanguinis grummo, à pure, à tuberculo aut tumore quouis
 præter naturam, à carne supercrescente, aut caruncula, aut lapide, om
 nibus compertum est. Quæ quidem omnes causæ hoc habent com
 mune, quod antequam medicamenta quæ contra causam pugnent,
 & ipsam auferant, adhibeantur, consulunt protinus vrinam deponere,
 ab eiusque plenitudine vesicam liberare, ne nobis præter spem contin
 gat, foramine adhuc obturato, medicamentis quibus salutem spera
 mus, maiorem allicere vrine copiam, grauioraq; symptomata concit
 are. Sunt enim pleraq; ex his quæ meatus vrinarios aperiunt, vrinam
 ducentia ad vesicam ipsam, quæ cum expellere ob obstructionem ean
 dem nequeat, grauius auxilia ipsa tolerat. Sic prius fomentis, in fessio
 nibus, in unctionibus, catheteribus, motibus vehementioribus, aut e
 B quitationibus vrina prouocanda est, vesicaq; ab onere liberanda, &
 mox pro ratione cuiusq; causæ obstructionem efficientis foramen ape
 rire, liberumq; & patens reddere oportet. Sic ab humoribus crassis &
 viscidis huiusmodi meatus liberant, omniaq; obstructionibus venarū,
 & interiorum viscerum, ab eisdem causis obortis profunt. qualia pau
 lō inferius abunde referam. Hoc vnum tamen habent hæc partes, pro
 pria sui ratione peculiare, aperiuntur medicamentis additum, nimi
 rum, admiscenda illis semper esse, quæ vrinas mouent, non tamen quæ
 vretica proprie dicuntur, sed ea tantum quæ meatus vrinarios abster
 gunt. Qualia abunde diximus capite de Expurgatione per vrinas. Nā
 hæc non suppeditant plurimam vrine copiam, sicut illa, sed tantum
 vrinarios meatus abstergendo, expurgandoq; huic vsui plurimum fi
 unt proficua. Si verò sanguis cōcretus meatus obstruxerit, ea licet adhi
 C bere medicamenta, quæ lapidem comminuere nata sunt, qualia mox
 sum dicturus. Hoc vnum tamen habet huiusmodi causa proprium &
 peculiare, vt semper aliquid calidorum medicamentorum sibi com
 misceri desideret. Nanq; non sat est tenuia, acria, aut acida, & humo
 re multo inundantia medicamenta adhibere, nisi caliditatis aliquid
 obtinuerint. Fundit enim quod frigiditate concretum est, caliditas, dū
 in lapideam substantiam nondum degenerauerit. Quò fit, vt his quali
 tatibus prædita medicamenta dissoluendo grūmo plurimum sint pro
 ficua, qualia sunt, oxymel in potu datum, præsertim si confectum fue
 rit, ex decocto artemisiæ, rubi, aut betæ: quæ etiā gratiā præstat harū her
 barū succus, cū leporis, aut hoedi coagulo, addito aceto mulso. At puru
 lenta materia dum hos obstruit meatus, ea medicamenta expostulat,
 quæ abstergendi potentiam obtinent, licet nō desint inter neotericos,

qui laxantia, emollientia & incindentia medicamenta citra vllam rationem (aut saltem laxandi meatus gratia) consulant. Ipsa verò rei natura docet, abstergentia proficua esse, præsertim si eis miscuerimus quæ tenuandi vim obtinent, ac mouendi etiam vrinas, idq; ob affectæ partis conditionem vtile fore constat. Qualia verò hæc debeant esse, capite de Abstergentibus, reperies. Verùm si tuberculus aut tumor aliquis præter naturam obstructionis causa fuerit, propriã & peculiarem postulat deobstruendi rationem, nimirum curationem tumorum præter naturam, à qua supersedeo, quia in hoc opere tantùm mihi in animo est, summas cuiusq; auxiliij indicationes attingere.

Cæterùm si supercrescens caro, aut caruncula aliqua vrinariũ meatum obstruxerit: longè diuersa ratione aperiri desiderat (nō tamen ea, quam Galenus scribit, putà si ænea fistula immisã illas eradicemus, ita vt cum vrina ipsa & cruor, & carnis fragmenta decidant) tantùm nanq; in huiusmodi obstructioni ea medicamenta proficua fore constat, quæ carnem exedendi, ac carunculam perforandi vires habet: præmissa tamen medicamentorum copia, quæ emolliendi, ac laxandi carnem & carunculam ipsam, ac dilatandi partes, potentiam obtineant, per infusions, fomenta, inunctiones, emplasta, à quibus mox tentare conuenit, hastulas petroselini aut maluarum per canales ad vesicæ vsq; cavitatē immittere, quibus caro aut carūcula si fieri potest, perforetur. Quod si ob duritiem fieri nequeat, inserenda leuiter est candela cerea: (cauendum tamen ne intus frāgatur, ne aliquid eius intra vesicam excidat.) Quòd si ita res successerit, vt caro rumpatur, quod ex saltu & portione candelæ ingressa cognosces, maiorem te exiltima fecisse partem. Verùm si neq; adhuc candela carnem deuincere queat, conficienda est virgula plumbea, qua iterum conari oportet carnem dirumpere. Quòd si hæc quoq; non profuerit: argenteo cathetere vtendū est, donec caro paulatim & leniter pforetur, ac sedato sanguinis fluore, si quis fuerit, & relicta per diem cerea candela, aut petroselini hastula in foramine, postea extracta, curiosè est inspiciendā, qua in parte sit contusa, & cōpressa (nanq; pars perforata ad similitudinē nerui aut cordis cuiusdam, candelam solet cingere & excuare) circa quā est obducendum medicamentum, huic apertioni proficuum, exiccans nimirum & erodens, quod carnem depopuletur, & excedat, qualia sunt ex metallicis & mineralibus per plura. Cæterùm quia periculum est, ne cum huiusmodi carne simul depascantur sanam, miris alterationibus oportet ea præparare. Verùm quia in rebus dubijs, incertis & periculosis satius est expertis vti, quàm intrepidè noua experiri, placuit scribere, mirabile

Alle illud vnguentum me quo sæpe & tutò vtebatur Lusitanus quidam in hac re peritissimus, non sine magna omnium admiratione, nam eodē carnem sanam tuebatur, exedebatq; quod præter naturam excreuerat. Recipit quidem ærugnis, auri pigmenti, chalcitidos (quam officinæ vitriolum nominant) aluminis rupei singulorū vncias duas, per fusa per quàm acerrimo aceto, inter duos marmoreos lapides ducatur acuratissimè redacta; in leuorē tenuissimū, exponantur soli caniculari: exiccatus puluis rursus aceto affuso, ducendus ac læuigandus est, soliq; similiter exponendus: id quod octo, aut nouem dierum curriculo facere necessum est, donec partium summa tenuitate acquisita, omnē prorsus acrimoniam atq; mordacitatem amiserint: nanq; fortia medicamentā ex aceto diebus pluribus contrita, morsu quidem & acrimonia carent vires tamen maiores acquirunt. Confecto itaq; puluere accipito argenti spumæ (quæ & lithargyreos appellatur) vncias duas olei rosacei vncias quatuor, quibus per cocturam ad emplastri consistentiam redactis, illius vncias duas permisceto, cum pari portione prædicti pulueris: aut minori si corpus fuerit imbecillum, aut acriori sensu præditum nanq; præstantius est remissiori vti medicamento, etiam si diutiùs operetur: nam hac ratione tutiùs finē consequimur. Quod quidem vnguentum in se excipiet candela cerea parte signata, & à caruncula excuata, (nam deradenda excuandaq; modicè est candela ipsa, circa eam partem quæ receptura est emplastrum, vt liberè per vrinarium meatum permeare possit, ac secū emplastrū deferre) curandūq; est, vt medicamentum exquisitè carūculæ diruptæ adhæreat, donec eadē extirpasse cognouerimus quod ex mordacitate percepta, circa exulceratā particulā, si minor indies fuerit, & libero candelæ trāsitu, ac puris copia facile pdisces: mox tamè vlcus absterges & cōuenienti methodo curabis.

At si forsam vrinariũ foramen aut aliquod eorū quæ à renibus in vesicā deferuntur, lapide obstruantur: longè aliter aperienda sunt, nimirū fracto cōminutoq; lapide, qui meatus occludit. Atqui licet multis sæpius contingat eundem medicamentis frangere conari frustra: ego tamen, ne huic tractationi quicquam desit, etiam id tentabo, methodo tamen quadam ac ratione breuissima. Cui vsui præstat scire, varia medicamentorum frangentium lipidem genera, à varijs authoribus scribi, quod non citra maximam considerationem & salubre medendi cōsiliū factum esse censeo: nanq; proficiscitur hæc mira varietas, vt me fert sententia, ex varia frangendi lapidem ratione. Quamobrem postquam medicus ex proprijs signis (& ex crebra pituitæ crassæ cum vrina excretionem) quod ego suspicor certius esse signum, & frequenti ob-

seruatione firmissimum, tale nanq; est alimentum quo lapis concre- A
cit, id verò quod excernitur, reliquum est) cognouerit lapidem inesse
vesicæ: non decet hoc aut illo indistinctè medicamentorum genere uti
sed à principio id eligere tenetur, quod eo tempore proficuum esse cog-
nouerit. Quapropter quatuor esse medicamentorum genera, quæ la-
pidem comminuunt, multis doctissimorum virorum compertum est
vnumquodq; tamen diuersam ab alio & sibi propriam habens frangē-
di rationem, ac rursus suo tempore vtilem. Primò quidem rimari dili-
genter oportet, an lapis ipse iam fuerit plurimùm induratus, concre-
tus, ac compactus: an paruo aut nullo glutine confectus: nam hoc esse
lapidis principium ex Hippocrate contare arbitror, inquit enim, Glu-
tinū quidē fit pituita ad facē admixta, & primū parua lanugo supstat
deinde quod accedit arenosum fit, glutino fiēte pituita: quod longiore
oratione clariùs eo loco docet. Quo tempore profecto solēt à doctissi- B
mis adhiberi calidiora medicamenta, quàm pro frangendo lapide
forent necessaria: quod iuxta optimam medendi rationem factum esse
existimo, atq; etiam Galeni sententia confirmatum. Quibus exiccato
debili, & nondum cōcreto glutine faciliùs lapis dissoluatur: quē vsum
præstant inter alia quæ breuitatis gratia prætermitto nichociana In-
dorum calidissima herba, ab eisdem Tabaco appellata, cuius (vt experiē-
tia mihi compertum est) puluis pondere .3. s. cum vino aut aqua fœni-
culi, aut saxifragiæ exhibitus plurimum huic vsui conducit, veluti sti-
llatitia eius aqua, qua mirum in modum ab huiusmodi miserijs quosdā
liberatos vidimus. Calcithrapa etiam (cardus genus quoddam) miris
laudibus, apud populum extollitur, cuius (licet nullus doctissimorum
in hunc vsum eius meminerit) indies maiorem agnoscimus, in purgā-
dis renibus & vesica, vim & efficaciam, dum stillatitius eius liquor sum- C
mo mane pondere. ʒ. ij. sumatur. Prodestq; etiam hac lege, quod protin-
us per vomitum aut secessum crudos pituitososq; humores pellit (cu-
ius quidem meminerunt Ruellius & Rembertus, Dodoneus) ac per
vrinam arenosam subsidentiam plurimam trahit. Cum hoc tamē ma-
iorem efficaciam præstant, tum flores, tum semen. Verùm si iam indu-
ratum esse lapidem compertum fuerit, necessaria sunt ea medicamen-
ta, quæ tenuibus constant partibus, acida tamen & multo humore inū-
dantia, ac calore moderata, quæ quidem verè lapidem frangētia ab om-
nibus iure optimo censentur. Nam talia à tenuitate habent, vt pene-
trent densas concreti lapidis partes, ab acrimonia siue aciditate, quod
incindāt & in minutissimas partes lapidem dissipent: à copioso verò
humore habent, quod madefaciant, & veluti emolliant: egent tamen

A moderato calore: nam quæ acriùs calfaciunt, magis excoquunt indu-
rantq; lapidem, quàm comminuunt. Cuius generis sunt succus limo-
num, oxalidis, radicis rubi, betonica ipsa, graminis radix, adiantum, al-
plenum, smyrnij semen, rumicis radix, vitis lachryma, semen maluæ
sylueltris, radices canarum, blitis, saxifragiæ, vrtica amygdalæ amaræ,
nuclei ceraforum, persicorum, & alia huius census, veluti cantharidū
& cicadarum, & noctilucarū cinis, licet hæc maioris sint caloris. Ter-
tij generis medicamenta, ea sunt quæ improprie lapides incindere di-
cuntur, nam abstergendo tantum atterendoq; superficiem, plurimū
huic vsui conferunt. Talia autem sunt omnia quæ sua asperitate abster-
gunt, & veluti atterunt. Duo enim corpora aspera simul collisa, atterū-
tur inuicem, & comminuuntur. Quē vsum præstant pleraq; ex ijs quæ
apud autores reperiuntur, qualia sunt vitrum cōtritum, lapis spongiæ
B lapis lyncis, cinis leporis combusti, cinis corticum ouorum, lapis vesicæ
hominis, aut porci. Lapis gallorum, cornu cerui, lapis vesicæ fellis
bouis, quod etiam de pseudo smargdo fertur. Quibus medicamētis,
dum verè frangētia nihil profunt, vti oportet: quibus ego vt verum fa-
tear parum fiderem. Apposui tamen ne quid huic tractationi deesse vi-
deretur. Quarto loco eā oportet porrigere medicamenta, quæ multā
vrinam prouocent, vt quod ex lapide excussum est, & in arenulas aut
frusta cōminutum, inundante multa vrina, facile pellatur: qualia sunt
quæ diximus capite de Purgatione per vrinam. Quibus sic præmissis,
quum medicus legerit apud authores medicamenta lapidem frangē-
tia, hac lege ea tenetur distinguere, & sic suo loco, tempore, ac ordine
adhibere.

Præter hæc insuper, medicamentorum lapidem frangentium gene-
C ra passim apud omnes ferè medicos aliud quintum reperitur, quod ab
occulta proprietate operari fatentur: in quo genere etiam multa repe-
riuntur medicamenta, quæ manifestis qualitatibus vim frangendi ad-
augent: Qualia sunt lapis iudaicus, cinis caudæ tremulæ & vermium
terrestrium, sanguis hirci, lapis hepatis apri, cinis erinacei, puluis scara-
bei, & alia quæ passim apud plerosq; reperies. Verùm quia frequenter
opus est ijs vti medicamentis, quæ vtrasq; habeāt simul facultates, qui-
bus simplicia compertum est carere: consultissimum est eo tempore,
ad composita confugere, quibus inesse omnes facile possunt. A signa-
bo tamen ex eis nonnulla (exempli tantum causa) quæ magis mihi vi-
dentur rationi consona. Primum quidem est in forma electuarij, quod
recipit sanguinis hirci præparati, lapidis iudaici, lapidis vesicæ fellis
vacca, asari, amygdalarū amararum, seminis cucumeris, bdellij costi,

Li. 4. de morb.

Li. 9. phar. loc.
cap. 1.

Li. 2. cap. 118

pulueris virgæ aureæ sing, partes æquales: mellis. q. s. vt fiat electuariū: **A**
 quibus etiā addi possunt seminis altheæ & petroselini, sing. 3. s. & alia
 huiusmodi quæ aut incendant. vt limonis succus, in quo per diem sim-
 plicia hæc macerentur prius: aut abstergant, penetrent, prouocent, &
 vltimò quæ dolorem sedent: Syrupus etiam confici potest ex radice a-
 pij, fœniculi petroselini, ex saxifragia, virga aurea, & millio solis, sin-
 gu. m. i. ex feminibus dictarum herbarum singu. 3. ij. cichorij cum ra-
 dicibus scolopendrij ana. m. i. contundantur omnia mediocriter & bu-
 llant in li. 4. aquæ. ad medietatem. Tandem diuidatur hæc quantitas
 & in medietate bulliat. 3. i. cātharidum sine alis & capitibus (quibus
 frequenter in potionibus hac lege vsus est Hippocrates) quæ prius in
 puluerem debent redigi, & tranfacta prima ebullitione coletur: cui ad-
 dere oportet sacchari, lib. 1. Alteri decoctionis medietati adiiciatur me-
 llis lib. 1. & bulliāt donec fiat syr. Ac eius qui cātharidis recipit, sumat **B**
 laborās quintoquoq; die. 3. i. & intermedijs diebus alterius syr. 3. ij.
 Stillatitia itē confici potest aqua, quam ferunt mirum in modum lapi-
 des frangere. Recipit hæc quidem radice asparagi, canarum, saxifra-
 giæ, virgulæ aureæ, milij solis singulorum. lib. s. (quibus totidem folio-
 rū addere expedit) aceti scillitici. lib. 4. succi limonū. lib. 2. vitri vsti. lib. s.
 polij mōtani. lib. 1. quæ omnia excepta vase vitreo igni ponātur, donec
 sufficiens stillatio prodeat, cuius exhibeatur cum vino decoctionis al-
 theæ. 3. i. s.

Expendere etiam oportet eadem auxilia renum lapidem frange-
 re posse, licet minoris oporteat esse efficaciam. Nam vesicæ lapis ob id, ve-
 hementiora exposcit auxilia, quia in distantiori residet loco & durio-
 ris est substantiæ. Quò fit vt multa sint ex ijs quæ diximus, quæ reni-
 bus calculo affectis prodesse possint, quorum mansuetiora sunt eligen-
 da. Præter quæ etiam alia reperiuntur, quæ peculiari quadam vi renū **C**
 lapidem frangere ac comminuere habent, qualia sunt virga aurea, car-
 dus omne genus ac præcipuè calcithrapa, semen altheæ, gummi pru-
 norum, amygdalorum & pini, dissolutum in vino, decoctum item be-
 tonicæ, abrotani omne genus. Etiā & mirabili efficacia eūdem vsū
 præstat vinum, in quo per noctem macerentur frustra minutim incissa
 radice raphani, succus item saxifragiæ & apij clarificatus, cum modi-
 co oxymelite exhibitus. Vltimo tamen loco ne omnia videar referre)
 miram præstat efficaciam in hac re oleum citoniorum pondere. 3. i. s.
 ieiuno ventriculo, singulis hebdomadis sumptum: quod cōcinnandū,
 planè est hoc modo. Suptis li. 6. olei optimi, coloris auri pellucidi, odo-
 ris satis pro sui natura purgatissimi, sycerissimi saporis, ita vt minimè
 gutur

lib. de internis
 affectioni. & lib. de
 natura muliebri.

A guttur exasperet, in vitream tamen phialā coniectis: mox adde pomō-
 rum citoniorum exactè maturatorum lib. 6. quæ satis omni lanugine
 expurgata & minutim incisa cū suis seminibus per quadraginta dies
 soli exponantur, commoto hinc inde singulis diebus vase, atq; agita-
 tis citonijs & oleo: quibus tranfactis leuissimo igne modicum feruere
 oportet, & postea excoletur oleum & vsui seruetur.

Quod verò maximi est momenti in aperiendis meatibus, tum pp-
 ter varios morbos quibus comitatur aut excitat, tum verò sui ratione
 venarū aut arteriarum alicuius visceris, aut totius corporis obstructio
 est. Quam moliantur humores multi confertim & subito vasa obturā-
 tes: aut visceri & crassi ibidem congesti, vasorum tunicis adhærentes,
 præpedienteq; aliorum humorum distensionem, ac sæpe liberum trā-
 situm, vt in ictero & alijs huiusmodi affectibus contingit, quod etiam **B**
 crassorum vaporum abundantia euenire posse, experiētia comperitur.
 Itaq; in visceris alicuius venis, vt mesenterij, iecoris, & splenis, ac sæpe
 vteri. (Præterquàm quòd ex vasorum tenui & angusta constitutione,
 quæ nequit capere (adhuc pro corporis natura) humorum quantitatē
 aut substantiæ debitum modū, frequenter obstructio contingit, ob fi-
 brarum inæqualem potentiam. Nanq; si rectæ fibræ vasorum sint fir-
 miores, & transversæ imbecilliores: illæ plus quidem attrahent, quàm
 hæc expellere queant. Quò fit, vt facile ibidem relicto humore aut ex-
 cremento cavititas obstruatur. Fert quidem natura patienter collectio-
 nes humorum, donec vel qualitate sua sint admodum molesti, vel in-
 cremento iam incipiant eandem premere, tunc nimirum excitata pe-
 riculi magnitudine, aduersus hostem insurgit, ex quo varij motus in-
 corpore proueniunt. Et quatenus naturæ morbiq; potentia varia fue-
 rit, victoria magis in hanc vel illam partem inclinat. Si tamen natura **C**
 valida sit, & firma, quæ facile vi morbi non dissipetur, aut alteretur,
 humor nisi sit admodum renitens, tandem à natura vincetur, præser-
 tim si fuerit hæc præsidio medicamentorum optimorū adiuta, & per
 conspicuos meatus, per vtramq; nimirum aluum & vrinam facile hu-
 mores pellantur, vt contingit sæpe in ijs qui prauo aut immodico sunt
 vsi victu: quos equidem aut diarrhœa, aut cholera morbus sæpissimè
 curant. Sin verò natura succumbat, humores ibidem fixi permanebūt
 obstructionem efficientes, siue eodem loco generentur, siue aliunde
 transmittantur: ac si multi & calidi fuerint, protinus febrem succen-
 dent. si verò crassi & tenaces, minimè, aut longo post tempore, quæ o-
 mnia facile quis ex Galeno colligere potest. Eueniunt quidem huius-
 modi obstructiones, sæpius ac citius in frigidis ac foemineis naturis,
 qui

Li. 8. phar. loc. 6.
 Lib. 8. & 11.
 metho.
 Li. de costi. ar. m.

oleū cito,
 njo 4/

quibus ob crudi sanguinis copiam (præsertim cū tempus purgationis menstruæ instat, aut dum fluit, improspere expurgatur. Quibus raro febris coniungitur, quæ notatu sit digna, licet rariùs febricula careant) ac vitam ociosam & sedentariam, facillè huiusmodi humoribus aut excrementis abundant: tardiùs verò in calidis ac virilibus quibus dum accedit, frequentius maiores febres suboriuntur. His tamen præhabitis, necessum est medicamentorum deobstruentium naturam satis expendere.

Est nanq; horum medicamentorum natura triplex. Vna quidem quæ primò & per se humorum peccantium prauæ conditioni se opponit, aduersus quam validè pugnat. Altera rursus quæ accidenti obstructionem demolitur, pondere videlicet & grauitate, quibus cavitates quasuis permeans, secum obstruentes humores defert. Prima quidem ijs perficitur auxilijs, quæ aut quantitatè (si humores superabundauerint) conuenienti vacuationum genere prout humoris conditio tulerit, auferat, sanguine nimirum misso, aut expurganti medicamento exhibito si humorum aliquis redundans obstructionis causa fuerit: aut deniq; vitiosam qualitatem seu conditionem emendent, qua quidem humores internis vasorum tunicis, fixiùs adhærent. Sunt enim tales viscosi & crassi. Tertia verò continet medicamenta quæ infarctu liberant, & obstructione: ea quidem sunt quæ à Galeno ecphractica & echatartica appellantur, quasi expurgantia & farctu liberantia dixeris, quæ omnia nitrosa & amara sunt, non nihil adstrictionis habentia, cuius ratione (licet partibus externis abstergendis non sint admodum proficua, quia poros occludunt) quæ circa ventrem sunt partes, quæq; in iocinore, liene alijsq; omnibus visceribus, cū maxime in se meatus habeant, maius accipiunt commodum ex vasorum corroboratio-
ne; quàm propter osculorum exiguitatem lædantur: sunt autem ea, vt scilla, iris, nitrum, aphronitrum, & spuma nitri, & seriphion, & id genus reliqua. Cæterum licet huius naturæ medicamenta sola tanquam infarctu liberantia à Galeno loco citato recenseantur: humoris tamen obstruentis conditio docet, alijs (nimirum primi generis) esse etiam agendum medicamentis. Nanq; humores obstructionem efficientes visciditatis ratione sibi ipsis continui sunt, & partibus quoq; adhærent. Ratione verò crassitiei difficulter mouentur ac fluunt. Quapropter vt ex Galeno constat, medicamenta ea adhibenda sunt, quæ abster-
gendi (qualia sunt quæ nuper diximus) & incidendi vires obtineant quibus iure optimo etiam addenda esse constat, quæ extenuandi vires
habent

A habet. Nam abstergentia & incidencia solum remedia sunt viscositatis, non crassitiei humorum. Quia id quod viscosum est, duplicem habet naturam, sibi quidem continuum est, & alteri adhæret. Continuitas enim incisione tollitur, & abstergentia partem ab humore qui ipsi adhæret, liberat. Crassus verò humor extenuationem requirit, quod per varia fit auxiliorum genera, quoniam crassum pluribus fit modis, vt abunde antea docuimus. Cum hoc tamen non latet medicamentorum genera nosse, ex his quæ obstructis opitulatur, ni medicus exactè noverit quæ sint in particulari, quæ iecori obstructo profunt, spleni, & reliquis visceribus. Qua ratione expendere oportet medicamenta quæ cuiq; sint familiaria, veluti quæ iecur respiciunt, vt nardus indica, & celtica ex aqua frigida hausta, lauri cortex, tribus ouolis vino odorato epota, piceæ folia aqua mulsa diluta, amygdalæ amaræ cum melle, gētiannæ radicis succus cum aqua epotus, agarici, rapontici, eryngij dilu-
B tū, antemidis decoctū, chamæpyteos folia trita cū vino epota, betonica in aceto mulso, eupatorij herba, aut semē cum vino, papaueris corniculati radix, rubiæ sinopica hausta, glycyricæ succus delinctus, cichorij, radix, plantaginis item & semen foliaq; sicca, siue per se vnūquodq; siue simul exhibeantur. Item anagallis quæ carulum habet florem, stœchas tum cocta tum trita, acori radix, asarum, apium, absynthium, cassia lignea, viticis, ac dauci semen, similiter & centaury decoctum, flos iunci odorati, item galli veteris decoctum. Quibus etiam modicas lic-
C nis obstructions auferre poterimus, nam quæ maiores sunt, vehementiora desiderant, nempe capparidis corticem, radices tamariscis, scolopendrium, scillam, trichomanes, adiantum, aspleni folia, vel decoctum cū aceto quadraginta diebus exhibitum, anchusæ quoq; radix prodest cū mulsa epota, vini scillitici vsus, glans vnguentaria, bryonia, aqua vel
vinum in quo chalybs vel ferrum extinctum fuerit in potu, miricæ ex vino decoctum, sagapenum ebibitum, ammoniacum drachmæ pondere ex aceto sumptum, radix cynoglossi, lupuli, calamintha, pulegiū, scordium, trifolium vituminosum, acorum, asarum, eryngium, serpillum cum aceto, aut panacis radix cum aqua mulsa, & pleraq; alia his similia quæ breuitatis studio prætermitto. Cum hoc tamen his vtendum esse in quouis viscerum Galenus aperte consulit, ad iecur nimirum per se duntaxat, facta tamen distinctione, nam si iecoris cauum obstructione tumeat, quæ ventrem soluunt administrare oportet, si verò eius simū, miscere ea oportet his quæ vrinas mouent, vt mille in locis Galenus consulit & Auicena: ad lienis verò affectus ex obstructione
prode-

prodeunt aceto mixtis, aut eodem incoctis, ad theraem qui-
dem pulmonemq; melicrato, ptisana, oxymelite, aut dulcium
vinorum quouis: & pari ratione vino aut aqua artemisæ, capi-
llorum veneris aut fœniculi dissoluta; vterum ab obstructione li-
berant. Quem vsum etiam præstant in iecore deobstruendo, sy-
rupus de succo cichorij, oxizacharus, seu acetosus simplex, aut
compositus ex absynthio, ex hysopo, marrubio de vilancijs, de
quinq; radicibus, de eupatorio, oxymel simplex, aut composi-
tum, aut scilliticum. Et sic ad singulorum viscerum obstructiones
pro cuiusq; ratione efficere oportet.

Neq; adhuc hæc nosse satis est, ni exactè medicus nouerit, quid
primò sit agendum in deobstruendis visceribus, incindendum ne,
an abstergendum, aut extenuandum, an simul totum peragen-
dum. In qua quidem hæsitazione iudicio nostro, semper attenuan-
tibus primò est vtendum, mox incindentibus, vltimò verò abstergen-
tibus. Cæterum vtilius multo fore adhuc existimo, ex omnibus
vnum conficere medicamentum, in quo primis diebus attenuatio
polleat, cui transactis aliquot diebus, addere oportet quæ incin-
dendi vires obtineant in maiori copia: vltimò tamen abstergen-
tia, & expurgantia polleant necessum est. Extenuant quidem ea
quæ capite de Emollientibus diximus: incidunt acetosa omnia,
& ea quæ cum acore tenuium sunt partium. At abstergunt at-
tenuatos incisosq; humores mei, saccharum, terebenthina, & alia
quæ superius diximus: ex quibus pro dignitate ac laborantis ar-
bitrio cuius facile erit, varias conficere medicamentorum formas,
Quibus (transactis primis diebus) plurimam laudarem rhabar-
bari, aut agarici nonnihil commiscere in substantia, aut diluto.
Nec placet quorundam Medicorum vsus, qui exhibitis septem,
aut octo syrupis, & expurganti aliquo pharmaco, protinus vtun-
tur agarici, aut rhabarbari diluto singulis diebus, existimantes eo
solo curari obstructiones. Ego tamen magnifacio horum medica-
mentorum per crebra interualla vsum: cæterum consulo prius lon-
go temporis tractu vti serapijs, aut Apozematibus extenuanti-
bus, & incindentibus: nam purgantia illa medicamenta parua
quantitate exhibita, censeo nihil posse agere in humorem visci-
dum, tenacem, ac crassum. Quamobrem incindentibus, & ex-
tenuantibus præmissis plurimum prodesse citra dubitationem existimo
præterquam quod experientia mihi frequenter cōpertum est. Cæterum ex-
hibendi forma sit, p partis affectu situ: nã meseraicis, & ventriculo malè
se ha-

A se habentibus rhabarbarum & agaricum, & cætera medicamenta
solidiori forma exhibita, plus prodesse, rationi videtur consonum,
præterquam quod per interualla nonnihil fluidum adhibere,
ex rei necessitate constat esse vtile. Si verò iecur, splen, aut vterus
affecti sint, liquidior medicamentorum forma multo est vtilior:
quò fit, vt rhabarbari aut agarici dilutum aut syrupus cichorij com-
positus iuxta leges supra adductas exhibitus, huic vsui plurimum præ-
stent, inter alia pleraq; medicamenta quæ passim apud practicos scri-
ptores reperiuntur.

Quatenus verò ad secundum genus apertionis obstructionum vis-
cerum pertinet, nosse oportet: id etiam commodè fieri posse per ea me-
dicamenta, quæ vt nonnulli censent, virtutem habeat sua grauitate de-
orsum ferre omne id quod in vijs antestit: quale est medicamentum
B quod ex chalybe preparato conficitur: quod quidem iudicio nostro
non solum auxilium hoc suo pondere & grauitate præstat, sed vt ex
Galeno colligi potest, ob alias etiam quas mirè obtinet facultates:
nanq; eo loco nonnihil caliditatis obtinere refert: plurimum abster-
sionis (præter adstrictionem maximam quam obtinere vt ex vino aut
ferro chalybeato aperte constat) omnibus cōpertum est, licet eadem
priuatur præmili præparatione) quò fit, vt his tribus de causis aperien-
dis cuiuslibet visceris obstructionibus plurimum præstet. nanq; calore
sibi viam parat, ac humores etiam attenuat, præsertim dum his præpa-
ratur, quæ calida sunt & tenuium partium. Pondere quidem celeri-
ter quosuis vel minimos meatus permeat: absterfione verò humores
abradit, ac à parte cui adhærent, separat & secum defert. Cæterum li-
cet pondere ac grauitate nonnihil præstare possit: nusquam tamen pla-
C cuit ea ratione chalybem præparare in magna, ac sensibilia frustra, etiã
si ab antiquioribus fuerit religiosissime, & tanquam maximum secre-
tum obseruatum. Nan Aëtius rusticis tantum hominibus ad lienis
scirrhum demolliendum iubet hoc modo præparare: mollioribus ta-
men corporibus tantum præbet vinum vel mulfam, in qua extinctus
fuerit chalybs. Ego tamen semper habui suspectum medicamentum,
quod suo pondere ageret. Ratio quidem iudicio nostro manifestissi-
ma est: nam cum medicamentum hoc celeriter permeet obstructos
meatus & protinus per secessum excernatur, rationi consonum vide-
tur, potius rumpere ac permeare humores ipsos obstruentes, quam
eosdè calore proprio, & medicamentorū quibus admiscetur, attenuare,
neq; abstergere, cū præ nimia celeritate humores nullā possint recipere

de chalybe

à virtutibus huius medicamenti gratiam. Quamobrem frequen- A
 ter conspicitur ab assumpto hoc medicamento, fœminas in pristinum
 statum rediisse: quod constat rationi consonum esse, quia meatus, &
 partes obstructæ facillè hoc medicamento peruiæ fiunt: cæterum quia
 fallax est salus illa, protinus in maiores obstructions delabuntur,
 nam humores qui tunicis vasorum adhiærentes locum medicamento
 transeunti dederunt, postmodum leui quodam vitæ errato aut cres-
 cunt, aut cohærent iterum inter se, & denuo maius malum efficiunt.
 Quâ quidem ratione placuit semper magis ea præparatio, in qua pa-
 rum corpulentæ ponderosæq; substantiæ supersit, plurimum verò ab-
 sterfionis, ac partium tenuium & calidarum, vt his potius quàm fa-
 llaci pondere finè consequamur. Qua ratione miro quodam euentu
 fœminis febre alba ac vteri, & cuiusvis alterius visceris obstructione
 laborantibus, & vitis scirrho aut obstructione lienis, aut mesenterij affe- B
 ctis opitulantur: cū hoc tamen neq; temere, neq; inconsideratè exhibe-
 re id oportet, sed corporis natura expendenda prius est, ac etiam ob-
 structionis magnitudo, & ætas: nam iuxta corporis vigorem, & tem-
 periem ac affectus diurnitatem, medicamentum hoc parari debet.
 Quapropter placuit quatuor conficiendi, ac præparandi formas scri-
 bere, vt cuius pateat, qua liceat vt iuxta corporis & affectus exigen-
 tiam. Paratur primò hoc modo: æcipe limaturæ chalybis. ℥. iij.
 quas ferreo aliquo instrumento impone, & candescere igne per mitte
 moxq; projice in lib. ij. vini albi optimi, coletur, & iterum ignian-
 tur, & projiciantur in prædicto vino, & sic ter, aut quater fiat sæpius
 agitato vino: cui vsui corpus purgare prius oportet, & hoc medica-
 mento summo mane vt, sumptis. ℥. iij. cum cinnamomo. Expen-
 dere hoc loco oportet, necessum esse, corpus ante purgare, ac præpara C
 re: cæterum in præparatione cauendum est à syrupis, & apozema-
 tibus diureticis, & ijs quæ attenuandi & deoltruendi vires obtinent:
 nam hæc maiorem humorum redundantium copiam ad partem ob-
 structam euocant. Quapropter tantum ijs syrupis & potionibus
 vti licet, quæ humores superuacuos, aut intra venas redundantes,
 præparare ad vacationem queant: & hac lege præparato, & purga-
 to corpore, chalybeato hoc medicamento vti cōuenit, à quo mox cor-
 pus exercitio mandare oportet: vt concitato maiore calore, vasa ac
 meatus omnes patentiores fiant, quò facilius medicamentum permea-
 re quasuis reconditas corporis sedes possit, ac secum deferre humorem
 exercitio & calore penè commotum. Sed longè citius præstat:
 suam

A suam gratiam secunda chalybis confectio, quæ talis est: Excipe lima-
 turæ chalybis lib. j. quam semel ablue aceto, ac à recrementis expurga:
 postea facta colatura supra pannum inspergito, ac demum projice pul-
 ueris gariophyllorum. ℥. f. quæ per diem ac noctem eodem modo sunt di-
 mittenda. Et mox ea excipere oportet vase aliquo vitreo, cui infun-
 de vini albi optimi. ℥. x. ac projice desuper limaturam, quam validè
 cōcutito, commota vehementer phiala, mox soli feruenti expone per
 integrum diem, ac si hyems fuerit, in furnaria stupha aut loco alio ca-
 lido serua: tandem octo aut decem diebus idem facies, donec limatu
 ra ipsa in vinum liquetur, adeo vt nihil in fundo resideat: sed veluti
 mixtum quoddam sit factum, cuius summo mane tres uncias exhibe-
 beto, seruatis exercitio & purgatione supradictis. Cuius quidem me-
 dicamenti tanta est vis & efficacia, vt magnos etiam scirrhos partim
 B discutiendo, partim per aluum expurgando persanasse facillè visum sit,
 nedum alias obstructions, quæ longè à scirrho pertinacia distant: Con-
 ficiuntur etiam tertio modo ex chalybe electaria, miræ profecto effica-
 cix, ac miraculosæ penè vtilitatis. Cæterum ad eorum confectioem
 necessum est chalybem prius præparare, longè diuersa ac vtiliori via
 ab ea qua vulgariter præparatur: quisq; enim suo modo præparat, cæ-
 terum nullus mihi adhuc placuit. Nonnulli nanq; eandem chalybis
 substantiam præbent, alij aceto miscent, quos quidem præparandi,
 modos nonnihil suspicionis obtinere experientia comperitur. Ego ta-
 men hac vtor præparatione. Excipe chalybis recenter limati omni re-
 cremento lignoso exenti lib. f. quem vase vitreo excipe, additis vini al-
 bi optimi. ℥. viij. mox vas illud igne mollissimo appone, diligenter
 hinc inde chalybem & vinum sursum ac deorsum agitando. Tan-
 dem decem, aut duodecim ebullitionibus feruere finito, quoad usq;
 C eius spumosum sursum ferre videas, ac medioeriter crassescere con-
 spicias: tunc spumam ac pinguosam chalybis partem quæ feruore se-
 paratur, simul cum vino in aliud vas transfunde, idq; ter facito or-
 dine prædicto: nimirum denuo aliam vini quantitatem conijce, &
 eodem modo feruere sine pariq; ratione separari, & pro tertio idem fa-
 cies seruato ordine. Deniq; vinu cū supradicta triplici spuma, tribus co-
 ctionibus à chalybe extracta, rursus igni appone, donec leniter, feruēs
 mellis spissitudinem acquisierit, quo tēpore vsui seruare oportet. Ex-
 quo electariū hoc modo cōstituere licet. Excipe seminis petroselini,
 dauci & specierū diacurcumæ, diarhodonis, & epithymi, ana. ʒ. j. cinna-
 momi script. j. chalybis modo dicto præparati, ʒ. iij. ex melle optimo
 & spu-

& spumato quod sufficiat, vt fiat electuarium. Cuius à. 3. ij. ad. 3. iij. A
 facile summo mane exhiberi potest. Quarta & vltima conficiendi
 ratio, quam sæpè plurimum probaui & quæ vetustioribus ac ægrè cu-
 rabilibus affectibus ex usu est, ita paratur. Excipe rhabarbari electi
 specierum diarhodonis, diacurcumæ añã. 3. j. corticis radicis rumicis,
 rubiæ, feminis dauci, añã. 3. j. sigariophyllorū. 3. j. chalibis ex prædicta
 preparatione (aut ea quæ vulgariter fit, si robustis corporibus adhibe-
 ri debet). 3. j. mellis despumati quod sufficiat, fiat electarium: cuius
 exhiberi potest à. 3. ij. ad. 3. iij. Quibus sic perspectis, cuius facile e-
 rit prob. corporis & affectus varietate sibi eligere quod vsui vtilius
 fore existimauerit: hoc vno in omnibus seruato, quod si accidens ali-
 quod superuenerit, donec mitescat, supersedendum est ab exhibitio-
 ne eius: corpus interim clysteribus euacuare conuenit, aut si alius cita-
 ta fuerit, donec sua sponte quiescat, permittere: nam sæpè pro valetu-
 dine est, præsertim cum medicamentum hoc non sit estræne. B

Atqui præter ea quæ hucusq; diximus, hoc vnum obseruatione
 dignum esse existimo: nimirum ea esse medicamenta commiscenda,
 quæ naturam obstructæ partis, cui mederi intendimus, respiciant:
 veluti si iecur fuerit, quæ è directo, ac ex propria natura iecori corres-
 pondent, ac sic de alijs visceribus, quorum gratia aliquod ex his me-
 dicamentis adhibetur.


Vltimò tamen monitos velim tyrones, ne plurimum solliciti sint
 in exhibendis pharmacis purgantibus, quæ obstructam particulam
 respiciant: nam obstructes humores, vtpotè crassi viscidi adhæren-
 tes, & in loco abdito siti, minimè queunt medicamentis huiusmodi
 accedere: quamobrem tutius est ab his supersedere, vtpote inu-
 tiler corpus turbantibus, & ea tantum porrigere, quæ C

aut communes vias expurgent, ne excrementa
 ad obstructas partes deferantur, aut
 ea quæ humores superabundã
 intra venas eligant,
 expurgentq; ne idem
 malum aut dete-
 rius contin-
 gat, atq; hæc de obstructibus
 dixisse sufficiat.

De conti-

A De communi & peculiari trahentium

auxiliorum indicatione. Cap. VIII.



VM OMNIVM artium opera frequenti firmentur
 exercitio, vt iuxta institutū omnia succedant, non satis
 est generalia ipsarum tantum addiscere, sed in particu-
 laribus etiam exerceri subinde oportet: nam actio-
 num vsus ad perfectorum possessionem via est. Qua-
 propter eò diligentius auxilium quoduis expendere oportet, quò aut
 vtilius est, aut rarius adhibetur: nam quæ raro se se nobis offerunt, ob
 rei nouitatem, maiorem admirationem ac terrorem (etiam si leuia
 sint) incutiunt, eòq; segnius præpediuntur, quia quæ exposcunt au-
 xilia neq; admodum cognita, neq; frequenter experta nobis sunt. Sic
 B trahentium vsus quò rarius exercetur, eò diligentius debet expendi:
 ne si quando contingat eis vti, turpiter decipiamur. Sunt igitur tra-
 hentia auxilia, ex eorum genere, quæ ab extrinseco principium mo-
 uendi præstant: nanq; vno ex duobus modis quem admodum ex
 Aristotele constat, omnia quæ localiter mouentur, moueri pos-
 sunt, nempe à principio quodam intrinseco, sicuti elementa à me-
 dio & ad medium, nimirum ad propria & naturalia loca, vt ignis sur-
 sum, & terra deorsum: qui motus naturales appellantur. Alio verò
 modo (vt interim silentio præteream animalium motus) mouentur
 à principio quodam extrinseco, in quibus res, mota renitentiam po-
 tius quam actionem præstat. Diuiduntur autem huiusmodi motus in
 quatuor species, quales sunt pulsio, tractio, vectio & vertigo: inter
 quas hæc est differentia, quod pulsio sumit denominationem à ter-
 C mino à quo pellens incipit motum: tractio à termino ad quem tra-
 hens trahit: vectio ex vniuerso motus spatio: vertigo verò ex pulsu
 & tractu componitur. Ex quibus duorum inspecta natura pulsionis
 videlicet & tractationis, medendi ratio docet, eis frequenter ad certos
 quosdam fines consequendos vti. Nam si quid ex his quæ in corpore
 mouentur, quò non oportet vergat, diligenter considerare oportet,
 an eam partem obsideat, quæ manibus subiici possit, quo tempore
 pulsu est vtendum (ni aliquod fuerit impedimentum) medicamen-
 tis nimirum & auxilijs quæ parti adhibitis, repellendi ab ea vim obti-
 neant: an potius in altis & abditas corporis sedes dilabens reconda-
 tur, fugiatq; omnem, auxiliorum contactum & gratiam, ac maius
 ob id & partium dignitatem facessat periculum: qua ratione tractu

eo tempore uti, consultissimum esse, inter omnes medicos citra dubitationem constat, ab affecta parte ea arte quod alia fieri nequit, auferre. Habet etiam trahentia auxilia hoc proprium & peculiare, ut non solum mathematico contactu, ut agentia omnia naturalia, verum & phisico, solo nimirum virtutis robore, & efficacia suam actionem perficiant. Cæterum dupliciter trahentia considerantur: vno modo iuxta mentem Philosophorum, qui tantum tractionem considerant, à virtute quadam trahente factam, ut magneti ferrum trahenti contingit, & purgantibus medicamentis humores sibi proprios & familiares eligentibus. Alio modo rursus tractio apud medicos consideratur, quæ quidem tantum est humorum transmutatio absq; aliqua virtute, quæ significatione trahentia auxilia licet genere motus eadem, specie tamè longè diuersa sunt, rursus & diuersissima constantia materia, idq; non nisi magna ratione, nimirum iuxta corporis & affectus varietatem. **B**

Quæ quidem trahentia omnia quatuor generibus tantum includuntur, in vacuo videlicet, in suctu, in dolore, aut in calore: quorum omnium seorsum meminisse æquum esse duxi, ut faciliè cuius innotescat quando hoc aut illo, & quibus in partibus uti liceat. Nam huiusmodi auxilia licet soli cuti adhibenda sint (saltem frequentius) dummodo connexio, societas, & consensus partis, cui adhibentur, & affectus particulæ exquisitè & adamussim seruetur, mirum in modum præstant: ideoq; viscera internumq; corpus exonerant, foras translata materia, tabidas ac veluti syderatas partes vitæ restitunt. Venenum in cutim euocant, vitiosam saniem exhauriunt: quæ neruis & cuniculis ulceribus latent. Criticos abscessus accelerant, deploratos pleuriticos & fortasse attonitos releuant, inguinum tumores amplificant, aliò etiam trahunt, quod pestiferum vel nimis vitiosum in medio corpore receptum est. Squamas ossium detrahunt, coxendice laborantes iuuant, hydropicos suctione minuunt, clauos, spinas, sagittas è profundo reuocant, præsertim si plaga fiat paulo amplior. Quæ quidem bona omnia & pleraq; alia hæc auxilia suggerunt, veluti reuulsiones, quæ sanguinis missione fieri nequeunt, præsertim si medicus prudens & doctus arte & distinctione eis utatur.

Vacuum itaq; licet apud omnes in confesso sit trahere, haud simpliciter intelligi id oportet, nanq; cum ipsum nihil sit posituum, nihil etiam sua sponte agere natum est. Cum hoc tamen vacuo duobus modis tractio accidit: primo quia partes quæ vacuo circumstant, propter sui conservationem, quæ in continuitate & vnione consistit, naturaliter

raliter coniunguntur. Quia ratione contingit sæpè aquàm sua sponte ascendere, contra proprium ipsius motum: idq; maiori impetu quàm dum ad proprium locum descendit: quia ad proprium & naturalem locum it, ut melius se habeat: ad vacuum verò ascendit, ne corrumpatur, vnione nanq; faciliè conseruatur vniuersum. Trahitur secundo alia ratione in vacuo, nempe quia in corporis partibus vacuis & inanis, excitantur facultates ad validam & inconsuetam tractionem sursum nimirum, deorsum, & ut inanis partis fors tulit, qui quidem tractionis modus frequenter vsui medico admodum est proficuum. Hac enim lege fiunt reuulsiones, quæ cum euacuatione associantur, nam inanito distantiori è parte affecta membro, quod ibidem superest, facile ab inanito trahitur, modò ipsa facultate trahente, modo successione ad id quod euacuatur, humore delapso. Vtimur autem hoc trahenti auxilio citra distinctionem, quauis corporis parte affecta: idq; aut vbi euacuatione simul & tractione opus est, veluti in affectibus quæ ex plenitudine prodeunt, aut vbi (licet abundantia non præsit) tantum affectus minatur periculum, ut medicus iure optimo teneatur maioris periculi vitandi gratia, irregulariter huiusmodi mouere tractionem, veluti in ijs qui difficile respiratione suffocantur, à quauis oriatur causa, æquum est moliri. Nanq; vacuatis per tractionem illam partibus circa pulmonem & thoracem (licet plenitudine non abundant) faciliè & per maius spatium dilatari possunt instrumenta respirationi seruiencia, quo quidem suffocationis periculum sæpè vitari contingit. Hoc tamen vnum habet præsidium peculiare, ut dum vacuationi iungitur, nusquam viribus collapsis, aut collabentibus, exerceri citra maximum periculum queat. Nam sanguinè mittere, & eousq; corpus vacuum reddere, ut à distantissimis trahere cogatur, graue est & periculosum. Exercetur etiam hoc præsidium expurgantibus medicamentis, dum videlicet vnicus humor redundat, frequentius tamen sanguinè misso.

Suctus etiam validas trahendi vires obtinet, & è profundioribus ac distantissimis partibus foras educere valet. Quem usum præstant cucurbitulæ, hirudines, ac folles, seu syringa vacua, quæ sugendo à partibus quibus adhærent, ad se faciliè alliciant, quod in altis corporis partibus est reconditum. Vtimur tamen hoc præsidio vbi vires periclitari timemus maioribus vacuationibus, quibus cucurbitulæ mirè profunt, veluti in thorace, ventre & similibus, quorum humores aut flatus trahere extra intendimus, potius quàm distantissimas re-

De Suctu.

tractiones moliri, vt in pestiferis febribus contingit, in quibus è regio **A**
ne cordis adhibita cucurbitula, venenum miro modo à corde distra-
hit, nanq; hæ facillè ex internis ad extrema trahunt, vt suo loco abunde,
diximus. Sanguisugæ verò, vt quæ sensibiliùs euacuant ab altioribus
& distantissimis partibus validiùs trahunt, quorù meminimus capite
de Sanguinis missione. Syringa etiam ac follis flatus atq; pus & mate-
rias præter naturam in cauis partibus contentas facillè extrahere solèt,
dum alijs communioribus præsidijs affectus non cædit. Placuit ad su-
ctum reducere cucurbitarum, follis, & syringæ actionē, licet ad vacuū
possent reduci, eò quòd aliud est partes vacuas nostri corporis trahere:
aliud quidem aliquod vacuum dum foris adhibetur, id efficere: qua
ratione placuit distinguere inter tractionem vacui, & cucurbitarum.

De Dolore,

Pari etiam ratione dolorem de maximè trahentibus esse asseruerant **B**
Galenus & omnes ferè medici, licet sua sponte trahere absurdum sit
proferre. Nanq; dolor qualitas est intentionalis, tractio quidem, actio
est realis, quæ nequit ab intentione proficisci, dolori tamen succresce-
re tractionem omnibus compertum est. Primò quia licet dolor nō tra-
hat, transmittunt tamen partes propter communem sympathiam quæ
habent. Quò fit, vt omnes condolentiam persentiscant. ob idq; contin-
git, vt omnes ad partem affectam expellant id quod aut superest, aut
eandem irritat, etiam si nec plurimum sit, nec deterrimum: nam quod
deest plenitudinis aut vitij, supplet condolentia, quæ gerit vicem irri-
tantis, aut aggrauantis. Quò fit, vt etiam sanis corporibus, ex dolore
contingat tractio. Licet nec tam citò, nec tam validè, quantum in vitio-
sis contingit. Itaq; vt tractio ex dolore fiat, necessum est præesse aut co-
piam, aut malitiam humoris. sin aliter, dum dolor fuerit paulò vehe-
mentior: condolentia etiam in sanis corporibus tractionem efficiet, fa **C**
cultate nimirum totius corporis transmittente, ad partes affectas;
(non vt vulgò fertur, vt doloris tempore illis opem ferat.) Sed
ratione nuper adducta, præter quàm quòd Galenus ex professo
docet, dolorem non trahere, sed transmittere, & fluxionem mo-
uere, quam duplici ratione mouere existimo, nimirum aut spi-
ritu & calore per arterias transmissio ad partem dolentem, aut hu-
more per venas ad eandem delapso. Illud quidem necessariò fit in om-
ni dolore, eò quòd facultas vitalis spiritum & calorem, ad singulas par-
tes pro ratione vsus & indigentia transmittit, & cum pars dolore affe-
ctæ eo tempore ad causam molestantem propulsandam, plus indigeat
calore & spiritu, ob id natura ex propria lege id semper nititur, Quam
obrem aliquando intentum finem consequitur, hoc est, quòd causam
aut

Lib. 5. met. c. 3.

A aut aliud transmittat, aut per insensilem halitū digerat. Quas sanè va-
cuationes inter cæteras Galenus sæpe laudauit: nam materiam suppu-
rare, opus quidem est facultatis non admodum robustæ: humorem vi
transmitti ad partem dolore affectam, aut irritatis per coniectum do-
lētibus partib⁹, aut ipso humore ad partem affectam ducto, impetu ca-
loris & spiritus arteriarum. Nam veram tractionem aut pulsionem
feri existimo: quia vtraq; fit appetitu mouente facultatem ad expellen-
dū nocuū, aut ad trahendū simile & necessarium, quorum neutrum
in dolore reperitur, etiam si qua diximus ratione vehementissimè fi-
ant tractiones. Quapropter morbis omnibus in quibus sanguinem
mittere (aut iam misso) non datur: præsentaneum remedium est longè
à parte affecta dolorē vinculis, aut alio quouis ingenio excitare. Quo
quidem, si quicquam ad partem affectam confluit, lacerata nouo do-
Blore natura, inceptū motum intercipit, & dolenti parti sanguine &
spiritu (vt ferunt) subuenit. Sic in ijs qui animo delinquant, aut suffo-
cationem, aut retrocessum sanguinis & spirituum ad interna, aut ob
halitum deprauatę qualitatis, qualis in hysteris affectibus reperitur,
aut vbi supra admodum est sensifica potentia, modò ob vteri affectum
modò quous alia causa fiat (dum ex impotentia id non cōtingat: quæ
admodum in ijs fit, qui ob facultatum languorem nequeunt vigilare,
loqui, aut quicquam aliud peragere) maioris & præsentioris remedij
est, dolorem excitare, quàm quoduis aliud auxilium adhibere, dum vr-
get mali vehementia: præsertim, quia hoc modo affecti nequeunt alia
suscipere, aut sustinere præfidia, licet malo sint proficua. Frictiones ve-
rò calore & dolore mirum in modum attractiones etiam moliri affo-
lent.

C Calore cōmuni & potiori ratione fiunt attractiones, non tamen
vt multi existimant, quòd calori insit trahendi potentia, decepti autho-
rum sententijs, præsertim Hippocratis, qui hæc refert verba: Mem-
brum per caliditatem trahit ad se ipsum à vicinis venis ac carnibus pi-
tuitam ac bilem: verum si quis authoris mētem satis expēdat, reperiet
partes potius medio calore posse promptiùs trahere, quàm quòd ipse
per se trahat: nanq; ex accidenti illi inest posse trahere, dilatata nimirū
parte cui calor præest, & fusis ac liquatis humoribus vicinarum par-
tium. Quò fit, vt partes præter naturam calidæ protin⁹ humoribus re-
pleantur, tum quia dilatata faciliùs susceptant: tum verò quia humo-
res promptiùs ad eas liquati confluunt. Qua quidem ratione Galenus
trahentia omnia medicamenta calida esse & tenuium partium asseue-
rat. Caloris enim est & fundere humores, & partes dilatare. Tenuium
verò

De Calore,

Lib. 1. de morb.

Lib. 5. simp. c. 16

verò partium ratione obtinent, vt in altas corporis partes facilius sese A
 insinuent, permeentq; quibus rationibus validas in corpore calor fre-
 quenter molitur tractions. Expendere tamen hoc in loco oportet,
 trahentia auxilia aliquando quod attractum est à corpore, sensibilibiter
 excludere, vt in reuulsorijs attractionibus sæpe contingit: his nimirum
 quæ vacuatione aliqua fiunt, quas non est in animo hac parte iterum
 refferre. Aliquando verò insensibilibiter, vt digerentia solent medica-
 menta. Nonnunquam verò solum attrahunt, citra aliquam discussio-
 nem: vt cum in partem emortuam calorem & spiritus reuocant, quod
 eleganti quadam sententia probauerat Galenus, inquit enim. Vicinæ si-
 bi virtutes sunt eorum quæ in alto latent, attractrix, & attractorum di-
 gestrix: nanquæ trahunt, etiam nonnihil omnino discutiunt: & quæ dis-
 cutiunt, pariter trahunt. Differunt tamen, quia in digerentibus medi-
 camentis discussoria virtus, in attrahentibus attractrix præpollet: quo- B
 rum meminimus cap. de Resoluētibus: quapropter distinctione opus
 est, dum ea adhibemus medicamenta. Nam quæ plus attrahunt quam
 digerant, proficua admodum sunt demortuis particulis excitandis:
 quæ verò secus se habent, quibus & extrahere & resoluerre aliquid si-
 mul conamur, alijs in quibus trahere extra nobis in animo est. Qua ra-
 tione iure optimo Galenus loco nuper citato, valenter trahentibus ad-
 stringentia permisit, ac nonnunquam emplastica, vt vno tantum me-
 dicamento, aut solum quod opus est trahatur, aut minus, vt discussio-
 ni detur locus, prout necessitas trahendi aut discutiendi sibi affectus
 præscripserit: quod qui considerat, tractionem liberè aggredi, deinceps
 poterit.

Sunt itaq; hæc medicamenta duorum tantum generum: nam quæ-
 dam sua sponte nata sunt trahere, vt thapsia, sagapenum, propolis, suc- C
 cus cyrenaicus, euphorbium, opopanax, calx viua, cinis e face vini &
 aceti, aristolochia longa, sinapis, lepidium, thytimalus, nasturtium, py-
 rethrum, ranunculus, draconium, & sales. Quædam rursus aduentitio
 calore trahunt, vt fermentum, & stercorea putrefacta, inter quæ non parua
 inest trahendi diuersitas, in minoris maiorisq; ratione, quæ Galenus ad-
 vnguem, vt cætera omnia exponit: quæ medicamenta à secundo ad
 tertium ordinem calfacientia vagantur. Sunt etiam præter dicta a-
 lia, quæ proprietate quadam magis quam qualitatibus id agere vi-
 dentur, radix nimirum arundinis cum melle, radix oxycanthæ, coa-
 gula, cochlearum & limacum carnes, aliàs per se, aliàs cum suis
 testis tritæ, oleum etiam scorpionum & theriaca atq; alia his similia.

Tamē

A Tamen in eorum omnium recto vsu illud expendere oportet, quod
 egregiè consuluerat Galenus dicens, Quod si summæ quidem par-
 tes omni noxa caruerint, id verò quod euacuari oporteat, in penitio-
 ribus partibus fuerit, intendendus, atq; augendus, dispergentis me-
 dicamenti calor, cum dubitandum sit, ne prius quam profundas
 attigerit partes, interim vires amittat: neq; tamen ex eo superiores
 partes aliquem dolorem sentient, cum omni vacent affectu. Quare
 nunc hæc duo simul inuitant ad calidorum pariter, atq; acrium me-
 dicaminum vsu, & summæ partes quæ tolerant, & profundæ quæ
 egent. Quibus verbis significat in profundis diuturnisq; malis,
 vtendum esse præcalidis remedijs, ita vt iam acria sint, quæ Græci
 methasyncritica vocant, id est transponentia, traducentiaq; ab inter-
 nis ad externas sedes, quæ etiam vocant rubrificantia: quoniam par-
 tem cui adhibentur, rubram faciunt, tumentemq; reddunt, qualia si-
 napismus, zingiber, elenium, iberis, & plura alia. Inter quæ medi-
 camenta non parua est differentia, ita vt vti eis non liceat citra maxi-
 mum discrimen, vt egregiè consulit Galenus, quo loco inquit. Si
 quidem vbi totum corpus celeriter calfacere consilium est, ea tunc
 exhibenda sunt, quæ & celerrimè à caloris nostri contactu inca-
 lescent, & promptissimè vndiquaq; ferantur, (erat eo loco sermo
 de medicamentis cum sicca substantia ac de calidis cum humida.)
 Verum vbi partem quamuis refrigeratam recalfacere studemus, con-
 tra agendum est, nimirum, quæ tardè calefcentia plurimo tempore
 perdurent ea præbendo. Itaq; cum in calorificis mens est, vt per mo-
 ram igneæ partes in profundas sedes meent, non in solas eas quibus
 admouentur, eligenda sunt calida, multam habentia lentamq; humi-
 ditatem, quæ festinam calidi euolationem cohibeant, & remouentur: cu-
 ius generis sunt ptasia, agrestium columbarum sterces, nasturtium, si-
 napis, quibus vti in euocandis ad extimas partes humoribus consul-
 tius esse existimo, vtpote quæ magnum sunt suffectura negotium,
 maius nimirum quam aliæ quæ protinus incallescunt, & pereunt.

At vbi contra placet, partem quamprimum contingunt citra a-
 liquam attractionem exalfacere, deligenda sunt quæ citra inco-
 ctam humiditatem promptè incallescunt, qualem quidem substan-
 tiam Galenus in pipere coniecit, dum compositionem diatrion pi-
 pereon eo nomine extollit, quod piper ventriculum, cui primum
 obuiat, tenuitate calidarum partium exalfacit. Ob eandem quoq;
 tenuitatem humiditatis expertem citissimè illis exiuit, acceditq;
 ad hepar innoxium & exalfacere potens, quod etiam alio loco de

Lib. sim. 6. ca.
de zingibere.

pipere apertis verbis protulerat idem author. Inquit enim : Atq; hinc **A** est, quod perseverat, diutius quæ proficiscitur à zingibere aut à pipere longo caliditas, quàm quæ ab albo aut nigro. Ex quibus omnibus apertè constare arbitror, trahentia omnia aut sicca & tenuium partium esse, aut humida ilaborata humiditate, (vt Galeni verbo utar) siccis verò uti etiam oportere in his affectibus, in quibus tantùm extimas partes excalfacere, aut ab eis quicquam idq; leue discutere nitimur. Humidis verò & tenacioris substantiæ, ubi ab altis corporis partibus aliquid extrahere conamur, quibus vt faciliùs permeent, tenuium partium medicamenta etiã permiscere oportet. In vtrisque; tamen adhibendis, vacuatione corpus præmunire oportet, ne tãto calore totius corporis humores ultra institutũ moueantur, & aut ad eã quæ calorificis alterat, plus iusto irruat: atq; ob id præsertim dura his partibus adhibetur, quæ naturæ sunt emũctoria, quia his (eò quod repellentia non sustineant) à principio adhibenda sunt: quamobrem **B** maiorem expedit vacuationem præmittere, ne nobis vsu veniat, auxiliij salutaris actione, maiorè periculosioremq; efficere morbum. Præterea sensim aut confertim leuiora, aut maiora, continuò aut interpolatè huiusmodi præsidia adhibenda sunt, prout affectus diuturnus, grauis, aut acutus fuerit. Pars verò aut totum corpus, sensibile admodum, aut hebeti sensu præditum fuerit. Nanq; in diuturnis malis sensim sunt à leuioribus augendæ horum medicamentorum vires: in acutis verò & qui breui admodum minantur periculum, extrema à principio sunt adhibenda medicamenta, idq; magis aut minus, prout corporis sensus tolerauerit. Inspicere tamen partem cui adhibentur crebriùs oportet, ne ultra institutum operentur, quam equidem vt faciliùs suscepter, promptiùsq; medicamenti vires persentiscat, aqua aut **C** vino calido abluere priùs oportet, aut acriùs fricare percutereq;.

I T E M toto animo expendere conuenit, ne cuius affectioni, cui attrahentia proficua sunt, indistinctè quoduis adhibeatur: qui enim in cute sunt affectus, quos maiores efficere conamur, vt tota veneni vis per eosdem expiret, vt in pestiferis bubonibus, ac venatorum morsibus, aut criticis tumoribus moliri est æquum, ea tantùm trahentia proficua sunt, quæ leniter & citra ruborè, & vltionem suum opus perficiant. Quapropter scarificatione & cucurbitulis vti sæpius præsidium fuit. Nam quæ plurimùm excalfaciunt, præter id quod maiorem calorem excitant, prohibita aut, vt rectiùs loquar, minori facta respiratione, in grauius periculum laborantes deducunt: præsertim si laborantes febribus antea erant detenti, aut corpus

A pus languidum & morbo confectum aut vitiosis humoribus scatens. Vltimò tamen vt Galeni consilio licet, qui partem, cui adhibentur **Lib. 5. phar. lo. c. 10.** medicamenta hæc circumlenire medicamento aliquo inflammatio-nem arcente docet. In alijs verò affectibus, qui interiores sunt, secus res se habet: nam vehementiùs trahentibus iure optimo vti datur, licet in hydropicis, in coxarijs, ac in diuturno & graui morbo detentis consultius mihi videatur, paulatim ac sensim attrahere, ad auctis in dies, quæ attrahunt medicamentis: quæ etiam variæ oportet, ac diuersæ operationis eligere, pro partis natura & ratione. Quæ verò à capite in os trahunt, vt quæ parum distant, leuiora esse oportet, licet aliquando affectus vehementia efficaciora exoptulet, & ea lege seruata in omnibus partibus adhibere remedia oportet, pro distantia loci & affectus vehementia, seruata tamen partis cui adhibentur, conditione.

B **V E R V M** ne quid huic tractationi deesse videatur, placuit non nihil de purgantium pharmacorum tractione diserere. Circa quarum vim & naturalem potentiam tot sunt sententiæ, totq; difficilia, vt vix reperias certam ac determinatam rationem, cui animum adhibere possis: paucis tamen quæ in hac re sentio dicam. Conueniunt ferè omnes medici, medicamenta purgantia trahere peculiari quadam trahente virtute ex calore quo abundant, demandata. Alij tamen ex similitudine tractionem fieri contendunt, reducentes ad certum quendam substantiæ modum vniuersam tractionis & similitudinis rationem. Rursus alij qui ad veritatem propiùs accedere videntur, tractionem in calorem, electionem verò huius aut illius humoris in similitudinè referunt: neq; cuiq; rationes & argumenta desunt, sed sufficièter vnusquisq; suam positionem confirmat, & veritati propiorem existimat.

C Cæterũ in re tam graui & abdita quod mihi probabilius videtur est, totam tractionis rationem pertinere potiùs ad similitudinem & sympathiam, quæ est inter medicamentum & humorem: (nam hac lege cuncta suam tuentur naturam, & voluptuosa quadam conseruatione diutius persistunt, quod apertè dixerat Hippocrates varijs in locis: simile nanq; ad simile peruenire & trahi, pluries refert (licet ope indigeat caloris) quàm ad calorem ipsum: cuius de per se nulla inest trahendi potentia. Ratio in promptu est, nam qua lege, membra nostri corporis humorem sibi familiarem & consimilem attrahunt, reiectis excrementis, & inter cæteros eligunt: eadem ratione & medicamenta purgantia. Verim licet hæc à plerisque pro comperto habeantur, nequeunt tamen huius similitudinis rationem reddere. Nam alij appellant modum substantiæ, alij ad qualitates sensui ma-

Lib. 4. de morbo

nifestas referunt: alij rursus ad formæ similitudinem reducunt, quod A
quidem esset potius res eiusdem speciei constituere (quod à forma pro-
ficiscitur) quam similitudinis rationem docere. Secundò qualita-
tes inter humores & medicamenta saepe accidit esse contrarias. Item
modus substantiæ diuersissimus plerunq; est, si per substantiam non
forma ut vltima opinio tenet intelligatur, sed quid accidentale.
Restat igitur per similitudinem subaudire modum quendam mix-
tionis in medicamento & humore similem, hoc est, quod æquis
proportionibus elementorum constant humores & medicamen-
tum illis simile: nimirum quòd ad mixtionem elementa concur-
rant æqua lance in vtriusq; librata. Hac lege quòd in medicamen-
tò sint vnus elementi partes. II. alterius pars. I. alterius. III. quar-
ti verò. III. Rursus in humore sibi familiari necessum est seruetur,
vt similitudo fiat, par portio omnium simul & singulorum ele-
mentorum. Expendere tamen oportet minimè esse necessarium has B
portiones aut alias eis similes esse in medicamento & humore ex eis-
dem elementis: bene quidem possunt esse per diuersa elementa di-
tributæ, modò proportio eadem seruetur. Verbi gratia quòd me-
dicamentum habeat. III. ignis partes. Humor. III. aquæ. medica-
mentum. II. terræ. Humor. II. ignis. medicamentum. III. aëris.
Humor. III. terræ. & rursus meamentum. I. aquæ Humor ve-
rò aëris. I. Ex quibus constat similitudo maxima in modo mix-
tionis quem huiusce tractionis & sympathiæ potissimam censeo
esse causam. Hæc itaq; mixtio est, quam potissimum quoduis mix-
tum sibi conseruare nititur. Atq; cum id similibus, (hoc est, simili
mixtionis modo, in cuius perstantia mixta omnia diutius conseruan-
tur) præstantius fiat, hinc factum est, similitudinem posse trahere &
quod in hoc sibi simile esse cognouerit, a met, expetat, & ad sui conser- C
uationem trahat: nanq; mixta non conseruantur per similitudinē ac-
cidentium, quæ ex mixtione resultāt, quia saepe adueniētibus copioso
calore aut frigiditate (licet mixtum his qualitatibus aut secūdis & his
similibus polleat) ipsa corrumpuntur, quod illis non euenit adiuncto
mixto sibi simili in mixtionis modo, in quo quidem mixtum consistit
& conseruatur. Quæ pfecto similitudinis ratione facile multa argumē-
ta diluuntur. Primò hinc constat medicamētum debere trahere humo-
rem & non è contra, nimirū ob præstantiorem formā quam habet, licet
mixtionis modus idem sit, præstantior quidem est medicamēti forma
formis humorū, ne dum excrementorum biliosorū, pituitosorū, & alio-
rum humorū naturā redolentium, quæ potissimū medicamēta trahūt,
Secundò

A Secundò non inconuenit medicamentum esse calidum, & humo-
rem quem attrahit frigidum: nam ratio similitudinis, non consistit
in qualitatibus his, neq; adhuc in secundis. Neq; inconuenit vni-
cum medicamentum posse plures humores trahere, nam sibi fami-
liarem & similem trahit, cæteros irritata natura ipsa sua sponte pellit.
Itaq; hæc est similitudo aut modus substantiæ, cui Galenus totam
tractionis rationem tribuit. Præterea quatenus pertinet ad calorem,
quo pollere tenentur purgantia medicamenta: non quidem par est
ratio in tractione, quæ fit in corporibus viuentium, & in ea, quæ fit
inter non viuentia. Nam illa nulla ratione fieri potest citra calorem
manifestum & excedentem. Ratio est, quia hæ tractiones minimè
fieri possunt, nisi in paruissima distantia & libero medio: atqui cum
medicamentum in ventriculo residens, humores habeat distantes &
B medijs plurimis præpeditos, necessum erat calorem præsto esse, qui
vias aperiret, humores funderet, ac tenuaret, & iam fusos per aper-
tas vias & anfractus duceret, quod alijs trahentibus putâ magneti &
electro non contingit, vt quæ per liberum aërem trahant: quò fit, vt
minimè egeant ad tractionem calore, sicut purgantia medicamenta
quibus datum est, trahere & vias ac humores tractioni parare.

Atq; hæc est de medicamentis quæ tractione purgant, mea
sententia, quam si quis non acceperit non grauabo,
sed hilari animo redargutionem accipiam
donec aliquid veritati propinquius
ex disputatione suboriatur.

c De communi et peculiari repellentium auxiliorum indicatione. Cap. IX.



Ompertum est Philosophis omnibus, eò rem quamuis
esse digniorem ac perfectiorem, quò pluribus ad sui in-
tegritatem & naturam opus habet: sic humani corpo-
ris sanitas adeo pretiosa est, vt amissa non nisi plurimis
ac maximis auxilijs iterum recuperari possit: nam licet
eius sit naturæ, vt quæuis causa eam euertere queat, cum hoc tamē plu-
rimis opus habet, vt ad pristinum redeat statum. Quò quidem fit, vt
in repellendis, sistendisq; fluentibus ad partem quamlibet humoribus,
non solum egeat trahentibus diuertentibusq; auxilijs (quorum subin-
de mentionem fecimus) verum repulso etiam iure optime exposcat,

si partem à fluxionis labe vindicare libuerit, vt quæ non solum, humores qui in motu sunt diuertant, vt trahentia efficiunt auxilia. Verùm & delapsos iam ac in particulis contentos simul cum his, quæ ad eas mouentur, repellant, aliòq; transferant. cuius mirabilis auxiliij natura ex efficacia, vt satis expendatur, nosse oportet. Repellentia medicamenta nõ eò repellere, quia virtute aliqua id efficiant, sicuti neq; trahentia: nam quæ admodum hæc partium dilatatione id efficiunt, nam ipsæ sua sponate deinceps coguntur humores suscipere, caliditate etiam trahentium fusos: ita & illa compressa parte à frigiditate & astrictione (more naturalis facultatis quo tempore expellit) quæ compressione id molitur, exprimunt, trudentq; humores in eadem contentos. Deniq; quemadmodum caloris proprium est dilatatis partibus trahere, ita etiam frigiditatis, eisdem compressis repellere.

Lib. artis med.
cap. 85.

Lib. 6. phar. lo.
c. 1.

Ex quibus constat (post habitis antiquorum, de repellentium natura sententijs) vt ex Galeno facile colligitur, repellentia omnia iure optimo esse frigida & astringentia, licet per se frigida citra adstrictionem ad leuiter repellendum, tenuem & paucum humorem superficiem corporis occupantem, sufficere possint: id etiam docente eodem Galeno his verbis: Genus igitur repellentium pharmacorum, in principio inflammationum in refrigerantium materia situm est. Hæc enim medicamenta molli tantum, aqueaq; natura præpollent, & densantia medici vocat, quæ quidem sunt, aqua frigida, semper viuium, portulaca, tribulus viridis, psyllion, auricula muris, lenticula, palustris, lactuca, endiuia, liquor oui, & umbilicus veneris. Refrigerant etiam cæterum vehementer, pomum mandragoræ, hyoscyamus, papaueris succus, altercum & cicuta, ac deniq; omnia frigida, quæ aqueo liquore soluta sunt. At in affectu grauiori & qui postulet reuulsiones maiores, & vehemētiores, neq; illa neq; solū astringentia, sed quæ simul adstringunt & refrigerent, requiruntur: namq; hæc sunt verè repellentia, vt apertè ex Galeno constat, qui frigida & crassarum partium esse ostendit. Ad adstrictionem enim opus esse crassæ terrenæq; substantiæ, idem author apertè docet. Nam quia refrigerant, cutis meatus occludunt, & ita prohibita exteriori euacuatione interiorem augent: & etiam ob refrigerationem leuiter ad interiorè partem compellunt humores: quia rem in ea contentam exprimunt, quæ retrocedens in vasa tandem recipitur. Nam proprium adstringentium munus est, quemadmodum Galenus inquit, contrahere, consistipare & substantiam nostram condensare. Sic enim idem author inquit, Adstrictio facit penetrare. Huius itaq; naturæ duorum generum sunt medicamenta, frigidorum cum adstrictione nimirum vnum. Arno-

Lib. 5. sim. me.
cap. 16.

Lib. 6. sim. me.
c. de centa. maio.

Lib. 9. sim. c. 1.
Lib. 3. hum. c. 17.

glossum,

A glossum, rubus, capreoli vitis, polygonum, myrtus, balauustum, oleum rosaceum, omphacinum, & pleraq; alia quæ partis affectæ natura aut ipsius affectus conditio sibi necessariò desinant. Calidorum verò aliud, qualia sunt castia, cinnamomum, spica, aloës, crocus, myrrha, cyperus, calamus aromaticus, absinthium, marrubium, polium, saluia, centaurum, cupressi nuce, iuncus odoratus, lupinorum farina, & vina etiam austera ac ex aromatibus plura. Huius itaq; naturæ in genere repellentia omnia sunt, licet alia passim reperiantur, quibus frequenter, iuxta affectus & partis affectæ naturam vtimur, vt ligaturæ in medio partis affectæ & mandatis, dum situs conditio id patitur. Defensiuæ etiam pharmaca, quæ medici appellant, quæ licet materia non differant à repellentibus, loco tamen cui adhibentur longè disident. Nam quæ tantum partem à fluxione tuentur, quæ verè defensiuæ appellamus, paulo distantiùs à parte affecta supra canales, per quos fluxio delabatur, sunt adhibenda, vt repellenti vi & adstringenti prohibeant, quo minus ad affectam partem humores confluant. At repellentia, parti tantum affectæ sunt adhibenda, vt compressione superficiali propulsis humoribus facile pateat aditus, quem si etiam deiensiuæ appellatis medicamentis oblineas, facile est occludere, ac prohibere repulsionem quam intendis.

Quorum auxiliorum rectè vti nequit quisquam, ni exactè nouerit naturam affectionum, locum & deniq; tempus in quo adhibenda sunt. Quo quidem modo partes afficiantur, vt hoc præsidio iure optimo ex postulent, apertis verbis docet Galenus. Inquit namq;, Supponatur cuiuspiam partiæ multitudinem sanguinis influi, adeo vt intendatur in ea venæ, non maiores tantum sed etiam paruæ, quæ sensum priùs effugiebant, nunc verò iam plenè visu comprehenduntur, sicuti plerumq; in oculis ob tunicæ albedinem, manifestissimè patet. Par siquidem est, quod & alia vasa quæ latent sensum, iam plena distendantur, non & ipsa od paruitatem visui manifesta. Et iam periculū imminet, ne quod ex vasis exodat ad spatia vacua, quæ in medio sunt, effundatur, ac ne ià paucum aliquod sit effusum, Huius quidem affectus sanatio intentionem habet euacuationem, aut vt manifestiori vocabulo vtatur, ad euacuationem: siquidem morbus immoderata partis erat repletio. Necessum igitur est, vt aut superfluitas retrocedens euacuetur, aut per ipsam patientem particulam. Qua sententia constat, qualiter debeant partes disponi, vt materiæ retrocessus in eis moliamur. Eadem ferè verba refert alibi idem author: namq; inquit, Quoniam igitur momentum omne curationis laborantis phlegmone partis in redundantis in ipsa sanguinis vacuatione consistit, ac subdit: Vacuatio autem hoc genus affectorū

Modus seu dispositio affectus qui repellentia expostulat.

Lib. art. me. c. 85

Lib. 13. met. c. 9

excogitata est duplex, aut translato ad alias partes, qui in ægra conti-
nebatur sanguine, aut foris à corpore expulso. Satius pfecto est, vtraq;
vti obseruantibus diligenter, ne qua ex accidenti lætio sequatur, ergo
cum gemina sit, dictarum vacuationum vtraq;, quadruplex in vni-
uersum nascitur vacuantium auxiliorum genus. Quorum omnium
præcipuum primumq; est trāslatio humoris ad alias partes, quam his
auxilijs, quorum subinde meminibus hoc, capite molimur. Idem etiā
author præter eundem generationis modum quem docet, ostendit
phlegmonem propriè esse affectum musculorum, quod fortè frequen-
tius musculos afficiat, quàm alias partes, quæ venas non habent copio-
sas & latas, per quas possit sanguis facilè diffundi, præterquam quòd
duriores densioresq; sunt aliæ partes ferè omnes, & ob id difficiliùs san-
guinem in se recipere possunt. Inflammatio autem non fit, antequam
partis substantia eo humore sit imbuta & irrigata: cum hoc tamen &
membranæ, & cartilagine ac nerui, & etiam ossa inflammationes ex-
periuntur. Fit autem inflammatio, cùm sanguis à maioribus venis ob
aliquam causam, quæ hanc vim habeat, mouetur, & in minores fer-
tur, eas quæ replet, atq; ex repletione orificia illarum aperit, & per illa
effunditur in partis substantiam, simulq; inania spatia, quæ sunt inter
duas partes, vel plures inter se cōiunctas, replet. Nam inter duos muscu-
los inter se connexos, cavitatis aliqua siue spatium inane, id est, non
plenum aliqua solida substantia, sed solo spiritu interiacet: nimirum,
q; corpora ex sua circumscriptione diuersa facta, non verè sint continua
sed solum contigua. Hæc ergo spatia repleri inquit Galenus, Cùm fit
inflammatio humore qui effunditur à venis. Qui quidem affectus
hoc modo explicitus optima ratione ad sui curationem corpus inani-
ri præcipit, vt iterū resumi possit, qui delabatur humor, ac si vacuatio
nè non tulerit, reuulsionibus vtendū est: moxq; à parte humor abigen-
dus, vt delapsa materia in venas à quibus emanauit, iterum recipiatur.

Q **V** **E** **M** quidem vsu incredibilem quadam efficacia præstant
repellentia hæc auxilia, quibus & initijs fluxionum, & post vtendum
est. Hinc enim phlegmonarum ortus atq; incrementa, hinc vomicas,
maligna vlcera, febrium dolorumq; causas, deniq; varia corporum vi-
tia declinamus, ex his quas fluxiones concitare compertum fuerit. Do-
cet quidem Galenus materiam parti affixam mirum in modum ab ea-
dem tribus modis propellere (aut iam iam casuram.) Inquit enim Ga-
lenus: Retrocedet autem vel impulsa, vel attracta vel transmissa, vel
horum vno aliquo modorum, vel omnibus, quos etiam extractionis,
modos idem author apertius monstrauerat: nam per reuulsionem in-
telligit

Li. 4. de inequa-
litate.

Vis & efficacia
repellentium.

Li. art. med.
c. 85.

Li. 13. meth.
c. 6.

A telligit, quod à facultate expultrice partis affectæ citra alicuius medi-
camenti adminiculum propellitur, quod rarò contingit, quia ægra par-
ticula præsertim quæ hac ratione recipit, nequit susceptum à se iterum
pellere. Trahi autem intelligit, quod ad se allicit per easdem vias, per
quas humor in locum affectum confluxit, modò virtute trahentium
auxiliorum id fiat, modò à facultate corporis trahente, vt apertè docet
loco nuper citato. Transmissio verò intelligitur, prout refertur ad frigi-
da & adstringentia medicamenta, quorum munus est, constringendo
expellere humorem, & in vicinas partes immittere. Est enim facillimū
vacuandi genus, vt apertè docet idem Galenus. Nanq; inquit, loquens
de hac vacuatione ad alias collatione facta, Quātò enim per maiora fit
tantò expeditior est euacuatio, (placet enim magis translatio, quæ ma-
iora, quàm quæ minora vertit) à patiente verò loco adstringendo ac re-
frigerando expellemus. Quibus verbis constat, Quātò per maiora va-
forum conceptacula fiat euacuatio, eò promptiorem esse: nam per eam
expellitur à laborante loco materia ad maiores membrorum meatus.
Qua enim ratione delabatur materia à maioribus ad minores, eadem
iterum remeat à minoribus ad maiores, compressis minoribus, vi me-
dicamentorum adstringentium. Atqui cùm in generatione tumoris
præter naturam, aut cuiusuis alterius affectus, qui per defluxum fit, par-
tim humor adhuc ruat, & in exilibus venis contineatur: partim iam de-
lapsus spatijs nō naturalibus hæreat, omnibus compertum est, id quod
in venis adhuc continetur, facilè repelli posse, atq; à minoribus ad ma-
iora vasa transuehi, impediriq; hac ratione affectuum omnium augmē-
tum: quemadmodum sæpe comperimus inflammationes solis repel-
lentibus sili & curari, postea quàm reuulsionibus sunt adhibitæ, vt Gale-
nus etiam optimè animaduertit. Verum quod maiorem ingerit dubi-
tationem est, an tanta sit repellentium vis, & efficacia, vt quod in spatia
non naturalia à venis iam excisum est, in easdem iterum resumi effi-
ciant. Cuius gratia primò probabo id esse possibile, & frequenti experi-
mento cōfirmatum. mox Galeni testimonijs firmissimum esse dogma
ostendam. Primò itaq; id probant puerorum exanthemata, & tenuia
illa & crasiora, quæ vocat morbilos & variolas, quæ crebro percussu
frigidi aëris repentè occultantur: cucurbitæ etiam mammis appositæ,
aut secta cubiti vena retrahunt, & rursus reuocant menstruum san-
guinem: neq; est vasis ductus aliquis continuus coherensq; ab vtero
in mammas, sed fibræ vasorum in carnes cessant, per quas medias per-
means sanguis, in descendentes alias à pectore venas, ingressus euoca-
tur. Cuius retractionis modus apertè à Galeno monstratur his verbis:

Sed

Li. art. med.
c. allegato.

Li. de optima
c. 3. ad Trai.

Li. art. med.

Sed exinanita loca trahunt ad se ipsa, ergo humorem in tumore contē-
tum, ad vasorum inanitatem (quam in omni tumoris curatione præ-
mittere docet Galenus) remeare & secta vena purgari, manifestum est.
Rursus inflammatio lienis & hepatis, secto cubito sanatur, licet in he-
pate cogatur e porta sanguis per poros carneos dispergi, & ab illis ad fi-
bras cavæ venæ transfuehi. Pus etiam ipsum per media ossa & sangui-
nem mandare nonnunquam naturam, dixerat Galenus, quo loco ab-
duta vitæ sententiæ Hipp. quæ huiusmodi est. Quibus inter
ventriculum & septum pituita reposita est, & dolorem affert, non ha-
bens exitū neq; ad alterū vētrē, his per venas ad vesicā pituita versa, sol-
uitur morbus. Cui quidem assentit Galenus in commento, asserens
in omnibus etiam abscessus fieri posse. Valenti enim naturæ non est im-
possibile inuenire viam materiæ etiam crassis, & omnino per vias,
non naturæ tantum, sed & peritis medicis incognitas, excrementa tñs
mittere, & ossibus alimenta demandare, & excrementa ossiū diffunde-
re, & euacuare: quod egregiè docuerat Hippocrates, nanq; natura per
se impetus motionesq; citra intellectum reperit, vt tunc nictare, & ea
quibus lingua subseruit, & quæcunq; alia similia, non edocta natura
citra disciplinam, quæ oportet, facit. Quo etiam modo ex pleuritide
commigratio fit in pulmoniam, ex pulmonia in anginam, humore ni-
mirum partem vnā opplente ex ea ad vasa, à vasis ad nouam partem
remigrante. Pus item suppuratorum & humer pleuriticorum, nisi ora,
fibraeque alperæ arteriæ ingrederentur, nusquam tussi reijci possent. In
his verò qui ex acoribus scabie, & morbo gallico fœdatis innungun-
tur (mirabile dictū) quàm repente crassæ illæ pustulæ, tumores, nodi,
per vasa ad os expuenda mandentur. Quibus rationibus satis esse pro-
batum existimo, humorum ad venas recursum esse possibilem, & fre-
quenter repertum, quemadmodum apertiori experimento monstrat
ecchymosis curatio, quæ repellentibus maiori ex parte finitur, in quo
nulli dubium est, sanguinem esse extravenatum, cumq; ope repellenti-
um ad eandem recurrere. Expendendum tamen est hac in parte, hu-
morem qui in membri meatibus retinetur, per vasorum quidem late-
ra, magis adhuc per ora non difficilius recurrere posse, quàm ad mem-
brorum allitionem per eadem latera & ora vasorum perpetuò dilabi;
licet aliquando ad maiora spatia & internos viscerum poros (vt pote
qui longè sunt latiores) sæpe recurrat. Huius quidem doctrinæ testis
est Galenus multis in locis, nanq; loquens de emplastro, quod ex argē-
ti spuma & hydrelæo conficitur, hæc profert verba: Cuius auxilio exul-
seratis partibus, ne quid influat, impedit, & iam influxum denuo ad
partes

7. apho. com. 54.

Lib. 6. de morb.
popu. parte. 5.+ Lib. 13. metho.
ca. 9.
Lib. 1. de compo.
phar. per ge. c. 6.

A partes circuniacentes trudit, vt res fiat huiusmodi, qualis cum spongiâ
aqua frigida humetem particula cuiusdam corporis imponimus: nam
illa rugosum contractumq; totum locum facit, non tantum repellens
quod influit, sed etiam quod in eo continetur, ad vicina elidens. Sed
adhuc clariùs nostram confirmat sententiam, his verbis. A patiente
verò loco adstringendo ac refrigerando repellemus, sed & loca exina-
nita attrahunt ad se ipsa, quæcunq; reperiuntur. Subdit tamen pau-
lo inferiùs. Si igitur hac via superfluum omne retrocesserit, bene res ha-
bebit: at si aliquid fuerit in parte retentum, coniectandum erit id len-
tum ac crassum exire. Et cōtinuò inquit. Quod reliquum est, per pa-
tientem locum euacuemus. Ex quibus verbis nonnulli nituntur pro-
bare (& ex communi medendi ratione, quæ gratia eius, quod relinqui-
tur, disculoria iubet ad miscere medicamenta) non esse materiæ dela-
pse commeatu. Quibus respondemus, Galenum non voluisse intelli-
gere per verbum illud, in parte retentum, quod iam in partes delapsum
vtcunq; est, sed id tantum quod repulsionis refugit potentiam, tanquã
crassum & partiam impactum, vt Galeni verba aperte monstrant.
Cui scarificationes, & resoluentia auxilia iure optimo debentur. Non
enim necessarium semper, vniuersam materiam remeare, sed eam tan-
tum quæ medicamentis cedit, & parti adhuc non adhæret. Quapro-
pter licet aliquid in parte post repulsionem adhuc supersit, non ideo
commeatus humorum negari debet. Hoc vnum tamen mihi iuxta
optimam medendi rationem videtur consulendum, ne medicus eo re-
pellendo persistat, donec vniuersa retrocedat, quæ fluxit materia, sed
aut alijs cōmiscet præsijs, aut alio vtatur. Periculosum enim & gra-
ue est, plurimum in refrigerandis partibus persistere. nanq; vt alibi do-
cuimus, aut sæpe mutatur affectus in aliam specie deteriore, aut par-
ticula moritur. Sic Galenus consulit. Vbi sanguis in particula, quam
phlegmoneprehendit, vehementer est impactus, non amplius reper-
cutientibus vtendum esse, siquidem Hippocrates inquit, Ante verò quã
postremum fiat, cessandum est, quod alibi dixerat: ex adhibitione con-
traria adhibere & quiescere. Quo loco constat non negare retrocessum
humorum, sed interdicare repellentia, vbi admodum impactus iam est
humor. Neq; verò id nos remorari debet, etiam si millies Galenus scri-
bat, crassum humorem non recurrere: quoniam aliud est inquirere, nū
retrocessus ille crassorum humorum fieri possit. Quod ego indubita-
tum habeo, vel ex eiusdem Galeni & Hippocratis sententia, & etiam
quotidiana experientia confirmatum in pedum tumoribus, qui ex cras-
sa pituita in malo corporis habitu singulis diebus fiunt, & singulis no-
ctibus

Lib. artis. medi.

Lib. 13. metho.
ca. 6. & ca. 15.Lib. de humido.
vsu.Lib. 6. popu. part.
. 2. tex. 26.

Li. 7. apho. 74.

etibus euanescent. Neq; enim coniectandum est, totum illum humorē alioquin crassissimum vnius noctis spatio euanescere, sed maiorē eius partem ad venas permeare credendum est. Lōgē verò aliud, num commodè tentandus, in reliquijs humorū crassis sit, præferēdaq; hæc curationis ratio inter multas & faciles: nam sicut crassum posse ad vasa remeare, verum est, ita difficile esse, & tardum, vehementiq; medicamentum exoptulare: ideo reiiciendum curanti esse, certum est, tanquam graue & periculofum.

C V M hoc tamen non solum vires huius auxiliij sese protrahūt, ad calidorum tenuiumq; humorum ex fluxione affectus, Verūmetiā eorum vis aduersus frigidas fluxiones & affectus validè pugnat. Sic enim œdemata curare præcipit Galenus, adhibitis nimirum in principio repellentibus, licet huiusmodi affectus non fiant ex humore tenui & calido, quales repellentia exposcere millies ab eo proclamatum est: sic optima vtens ratione, locis nuper citatis, œdematosi tumoribus adhibet spongiam ex aqua, in qua sit aceti aliquid, cui incrementi tempore sæpe addi plusculum aceti & aluminis, (cui non parum adstrictionis inest) apertè præcipit. Atqui licet hoc sit Galeni præceptum, id sub distinctione intelligi oportet: nam in omnibus affectibus pituitosis, qui ex fluxione adhuc persistente prodeunt, nulli dubium est, quin etiam repellentia liceat adhibere, etiam si materia sit frigida, vt Galeni sententia commonstrat. In his tamen qui per paulatinam fiunt congestionem citra sensibilem affluxum, quales sunt omnes affectus qui a crasso prodeunt humore, reprimentibus vti minimè licet: nanq; eis partes tantum abest vt euacuentur, quod potius impleatur, magis crassiori vtique; effecto humore. Nam pari methodo regulantur huiusmodi affectus, & hi quibus iam fluxio cessauit, quos tantum exposcere resolutoria pharmaca cuius compertum est.

Neq; est omnibus repellentibus æqualis efficacia & natura, sed quoduis eorum suam habet agendi rationem, suosq; exposcit affectionis modos. Quò factum est, vt apud Galenum & recentiores omnes duorum generum sint reprimentia omnia, (quorum materiam superius abunde explicuimus) frigida nimirum cuius munus est incrassare humores, ac partes condensare, ne facile pateant, aliud vero ex adstringenti & crassarum partium materia, cui proprium est, & fluxum impedire, & influxum constrictione expellere. Quod quidem iuxta optimam medendi rationem factum esse suspicor. Nam partes quæ præ nimio calore fluxione tentantur, sibi iure optimo exposculat quæ refrigerando repellunt auxilia, (nanq; non fat est, vt Galenus docet cau-

sam

A sam cuiusuis affectus considerasse: sed ad causæ principium deueniendum esse) quibus & principium fluxionis auferatur, simulq; pars compressione firmetur. Quæ quidem adhuc liberalius adhiberi possunt, calidis biliosisq; fluentibus humoribus, vt apertè. Galenus in erysipelate consultit. Pari etiam ratione ijs partibus in quas humor dilabitur ob earum impotentiam, adhibenda sunt, iuxta optimam medendi viam, medicamenta adstringentia: nam hæc vt inquit Galenus quæ reprimentia dicuntur, quæ adstringendi certè vim obtinent, in principijs idonea sunt, duplici ratione: & quòd robur affectis partibus inferunt, vnde minus promptè affluxum excrementorum in se recipiunt: & quòd eorum quæ in ijs iam contenta sunt, tenuissimum extrorsum exprimunt. Quod quidem haud secus fieri debet in his fluxionibus, quæ ex dolore concitantur: cuius gratia adstringentibus anodina admiscere oportet, vt fluxionis principio præpedito, protinus affectio subsideat cessetq;

Neq; adhuc sufficere quæ diximus, (vt quispiam optimè repellentibus, & iuxta artis præcepta vt valeat) omnibus esse perspicuum arbitror, ni prudenter expendat quando eis vtendum sit, & quantum persistendum eisdem. Siquidem inflammationes post euacuationem totius & reuulsionem (quas præmittere necessum esse antea docuimus, tum vt retrocessus humorum liberè possit fieri, tum verò ne humores ad nobiliores partes repulsi coacti retrocedant) per sola repellentia sæpe soluantur, vt ex Galeno multis in locis constat. Nanq; inquit. Si igitur hac via superfluum omne retrocesserit, bene se res habet, præsertim si hæc in principio inflam-

C mationis exhibeantur: nam eo tempore paucus adhuc est humor, qui influxit, & nondum membro impactus. Verum quia aliquando partes fluxione tentatæ alijs egent præfidijs, quibus quod relictum est post repulsionem facile euanescat: necessum est expendere, si morbus repellentibus non cesserit, quousq; eisdem sit persistendum: nanq; non fat est nosse, quando sunt adhibenda huiusmodi pharmaca, sed quousq; & quando cessandum, & quando alterius indicationis gratia, præter dictam adhibenda sint. Quòd locis nuper citatis, & præsertim libro Artis medicinalis apertè, capite sæpius citato, monstrauerat Galenus. Inquit enim: At si quid fuerit in parte retentum, coniectandum erit, id lentum ac crassum existere, atq; ea ratione iam coactum adstrictumque: & paucis interpositis inquit. Maxime verò euacuabimus, si in spatijs interme-

aa dijs

L. lib. 2. de arte curand. ad glau. cap. de œdem.
L. lib. 14. meth.

L. lib. 2. ad glau.
L. lib. 14. meth.

L. lib. 11. meth. 19

De occasio-
ne repellendi

L. lib. 2. art. med.
L. lib. 14. meth.
L. lib. de opt. sec. ad
Tras.

L. lib. 2. de i. 3

dijs aliquid contineri, coniectura assequeris, & scarificationum auxilio & medicaminum, quæ vim habeant digerendi. Deniq; quia talis humor crassus est & viscidus, ac proinde impactus, (inquit) ita vt non facilè educi possit, aut si talis non est, in spatijs vacuis moratur, hac ratione requiruntur euacuantia, qualia sunt scarificationes, & quæ digerendi vi sunt prædita. Sed quoniam hæc calorem aut dolorem inferre solent, à quibus fluxiones rursus mouentur, admonet aliam repellentium occasionem, nimirum vtendum esse, simul cum his resolutiuis, quæ huiusmodi damna vitent, qualia sunt repellentia eis admista. Quam etiam sententiam millies confirmat, vt nil vulgarius quàm mox a repellentibus commiscere resoluentia medicamenta: & rursus suboritur alia occasio commiscendi eadem medicamenta, vt nō solūm quod influit retrocedat, sed quod influxum est resoluatur. Quæquidē sententia haud leuiter expendenda est: nam quod post repellentia relinquitur, crassum & viscosum nō semper est, ac si id fortè acciderit, scirrhusus fit affectus, qui per resolutoria & scarificationes non tollitur, sed per emollientia aut incisoria pharmaca: ac si quandò id contigerit, ita crassum permanere præ exhibitis potiùs resoluentibus crassior redditur affectus: nam crassitiem & viscitatem ac duritiem ex illis natam sæpè esse, passim Galenus ostendit. Præterea non est statim à repellentibus ad scarificationes veniendum, nisi ex inflammatione gangræna sit facta: quapropter medendi ratio & vsus postulant, post repellentia resoluentia admouenda esse, quòd si malum illis cædit, persistendum est in eo opere, alioqui suppuratio tentanda vt apertè Galenus videtur mōstrare. Sed addubitabit aliquis, quam nan consecutionem habeat quod loco allegato artis medicinalis Galenus colligit: quia crassum relinquitur & recursioni nō obtèperet, per euaporatiã externa digerat: quasi nō sint patientiores interni quàm externi meatus, vt crassities quæ illos penetrare non possit, multo minùs cutis densitatem subire queat. Quæ controuersia deciditur: quoniam repellentia licet vincant commoditate meatuum innata, afficiunt; comprimuntq; eosdem meatus adstrictoria vi, ac humorem etiam contentum cogunt, increasantq;: cōtra euaporantia & meatuum externorum angustiam amplificant, & crassum humorem attenuando corrigunt, & dissolutioni parant. Itaq; his constat mox à repulsiōe permiscenda esse resolutoria pharmaca, nec plurimum esse in eis immorandum: nam ob id adduximus huiusmodi Galeni sententiam. Cæterùm elegantiori adhuc sententiã id amplius confirmat Gal. Inquit enim: Vna verò alia mistura, ex diuersi generis pharmacis, ex huiusmodi ratiocinacione cœpit, rarò quidem.

L. 14. met. ca. 13.

L. 6. phar. lo. e. 3

A dē inuenerit quis affectionem aut discussorijs tantum, aut repulsiorijs indigentem, parux etenim & affectionis nomine vix à medicis dignatæ confestim sedantur: vbi verò generatus affectus maiorem habuerit causam, impossibile est, ipsum per repulsioria perfectè sanare, & maximè vbi ægri corpus humoribus multis resectū fuerit, aut particula affecta, natura debilis: ob id igitur, cogimur sæpè quidem in principio, sepisimè verò paulo post admiscere quippiam ex discussorijs. Quæ sententiã apertè monstrant, necessitatem admiscendi cum repellentibus discussoria pharmaca, idq; aliquando à principio, semper verò paulo post. At qui non solūm in dictis affectibus, verum & in cancriosis tumoribus à principio, docet ergo simul repellere & discutere. Quæ quidem doctrina nihil est vulgarius, & in Galeni scriptis frequentius. Sunt tamè qui ita religiose nullionem resoluentium obseruent, transacto morbi principio, adaugeantq; crescente, donec solis in statu vtantur, vt nullo accidente, nullaq; denuo superueniente necessitate suaderi possint, aliud fieri expedire, à morbi tempore ad id semper sumpta indicatione. Quò quidem monstratur ipsos perperam intellixisse Gallenum, qui licet indicationem à tempore non solūm receperit, sed & magnificerit, id tantum ad dignoscendos affectus, naturas, statumq; efficit: inter curatrices verò ceu toto genere alienas, non recēset: sicuti curanda nobis non est prægressã causa, sed præsens corporis affectio: ita nec tempus morbi sed conditio ad curationis intentionem examinanda est. Quòd si aliquando aliter fecit Galenus, id vulgo cōcedit, quod sine curationis peccato potest, eò quòd intercessio agnitionis ad curationem facit. Sic in principio inflammationis, quoniã iudicatur ex eo tempore fluxus vehementia, intelligitur repellentium occasio, non quidem principij ratione, sed fluxionis: ea enim si morbo inclinante redeat, repetenda esse repellentia suadet. Quapropter nouisse oportet, sola aut parum mixta in principijs inflammationum repellentia esse adhibenda, quia plurimum fluit, fluxit tamen quàm paucissimum vt ostendit apertis verbis Galenus asserens: Sanè in principio parum est quod affluit, quòd fit, vt ratione eius, quod fluit, quod plurimum eo tempore est. Synceriora requiratur repellentiã, post habita indicatione eius, quod fluxit, vt docuit etiã apertissimis verbis Galenus. At quò magis morbus augetur, minor est fluxio, aut saltè æqualis, magis verò quàm fluxū est. Quæ ratione vberius expedit admiscere resoluentiã, vt optimè aduertit idē Gal. his verbis: Quæadmodū enim in principio cōmoda sunt pharmaca, id quod influit repellentiã, sic post principij vsq; ad finē pharmaco opus est ex vtriusq; misto, repellente videlicet, & discutiēte facultate prædito: ac primo quidē

L. ib. 4. meth. 4. proprio.

L. 15. met. ca. 7.

L. 6. phar. lo. e. 3

L. 6. phar. lo. e. 3

tēpore adstringēs præcellere oportet, ad finē verò discutiēs. interposito **A**
 verò tempore equales vtrorumq; partes esse conuenit. Ac subdit mox:
 Quando verò velut induratum quiddam de inflammatione relinqui
 tur, penitus non conuenit adstringens ad discussorium admiscere, nisi
 prius totum corpus sit euacuatum. Atqui neq; in principio bonum est
 discussorium adstringenti admiscere. Quæ quidem sententia ne dubi
 tationem ingerat, intelligi debet, dum aut fluxio iam penitus cessaue
 rit, siquidem repellentia ex toto aufert, aut (dum resolutia in princi
 pio tollit) in affectu in quo, parum adhuc fluxit, cuius nullā prouiden
 tia sit necessaria. Itaq; omnia hæc metitus est iuxta fluxionis aut fluxi
 humoris indigentiam. Quòd si crassior aliquanto videatur, quæ flu
 xit materia, etiam si adhuc fluxio perseueret, repellētibus in affecta par
 te haud tutum est uti, sed solum discussorijs: verum quia hæc sepe maio
 rem solent excitare fluxionem, paulò supra partem repellētia iubet Ga
 lenus adhibere, his verbis: In quo casu (loquebatur de vsu scarificationis
 & resoluentium medicamentorum) tunc ad id veniēdum esse tempus
 suadet, ut hoc ipsum, quod reliquum est, per patientem locum euacue
 mus, imponendo supra paulo distantiùs à parte affecta, ea quæ fluentē
 humorem repellendi vim habeant, quæ uiguis medicorum defensiva
 appellat. Verum quia frequenter contingit in fluxionibus à principio
 aliquid notatu dignum subito fluxisse: & in statu etiam (in quo tene
 tur nihil fluere) præ dolore & calore non nihil adhuc cōfluit, iure op
 timo dixit Galenus: Rarò equidem inuenerit quis affectionē aut discuf
 forijs tantum, aut repulforijs indigentem. Itaq; vniuersa rei ratio depen
 det, ut sæpe diximus, à fluxionis modo. Qua ratione ut quis exactē te
 neat, quando & quousq; sit repellendum, fluxionis durationem atten
 to animo exquirat: nam hæc est quæ metitur repellētium adhibitionē **C**
 & durationem. Cæterum non solum hac ratione repellentibus admif
 centur resolutia, & tenuium partium medicamenta, sed etiam pene
 trandi ac roborandi aliquod internum viscus gratia. Hoc quidem uti
 tur Galenus cōsilio in hepatis plegmone. Inquit enim: Quippè vbi id
 phlegmone laborat, quæ extrinsecus applicantur, ea esse mixtæ faculta
 tis debere, postulat, idq; nō in generatiōe phlegmone modo (est enim
 id omnium phlegmonarum commune, quando etiam si quis repellē
 tibus tantum illo tempore utatur, nō peccet) sed etiā cum neq; influat
 ampliùs quicquam, nec repelli, quod in laboranti particula continetur
 possit. Qua sententia considerare oportet miscere hæc auxilia duplici
 ratione couenire. Prima ut vi tenuiū & calidorū medicamētōrū adtrin
 gentia intus deuehantur, repulsionemq; moliantur. Secunda verò,
 vt re-

L. i. art. med. c. 85

L. 6. phar. lo. c. 3

L. 13. met. ca. 15.

A vt resolutia vi adstringentium intus pellatur, admoliendā discussio
 nem, quæ citra huius visceris noxam fieri nequit, nisi discutiētibus ad
 stringentia admisceantur, quæ partem ipsam roborent ac firment. Do
 cuit etiam hoc curadi genus idem author his verbis: Omnia igitur ad
 stringentia cōtrahunt, ac dēlant meatus. adhæc vincunt, ac continent
 partium sibi inuicem cohærentium substantiam, atq; minus magisq;
 hoc pro adstrictionis quantitate efficiunt. Cæterum adstringendo ac
 densando summa corporis quod adstringitur, virtus illorum excludi
 tur & in altum ire prohibetur. Ob quam rationem pulchrè nonnulli
 medicorum huiusmodi pharmacis alia subtilium partium & acri pote
 state prædita, indere cogitauerūt, à quibus veluti ductæ adstringentiū
 vires in profundū corpus perueniant. Quas quidem facultates simul
 cōiunctas cum in cupreso reperisset Galenus, plurimum extollit ad præ
 dictos vsus. Miscentur etiam adstringentia his quæ maligna & agrè
 curabilia vlcera curant, vt nihil influat, quod sanationem remoretur, vt
 manifestè docuerat Galenus, sicuti etiam his quæ iam ad cicatricem ve
 niunt, vt præssiùs cogant carnem, q; idem Author apertè docet.

Est etiam aliud inter ea quibus hoc caput completur, maximè neces
 sarium ac notatu dignum, nimirum quasdam esse affectiones, quasda
 ve particulas, quæ omnino huius auxiliij naturam & efficaciam sustine
 re nequeunt. Alias verò quæ certo quodam modo ac quibusdam con
 ditionibus meritum, ac moderatum sibi exoptulant. Quæ verò renu
 unt primò sunt, quando materia est crassa, & repulsioni inobediens à
 repellentium lege excipitur. Quapropter in statu rarò eis licet uti, vt
 apertis verbis Galenus dixit. Nam postquam dixerat in statu humorē
 esse crassiorem & vehementer impactum, quo tempore inquit haud fa
 ctis esse adstringentia medicamenta, subdit. Tunc igitur quæ à phleg
 mone sumatur, vna duntaxat agendorū est indicatio, hanc Græci dia
 phoresin vocant, Latini digestionem. Secundò, nec minus admittunt,
 si locus affectus incapax est fluxionis magnitudinis, vt pollex & tallus.
 Fit enim sæpè talibus rebellis materiæ redditus ad viscera, hisq; lethalis
 etiā sua spòte multo magis si accedūt repellentia. Id etiā formidandū
 est, si ad vile membrū colluies humorū decūbit, vt ad cutē, & ad ade
 nes, è quib⁹ semper suspecta est remigratio ad nobiliora. Itē si defluxio
 critica sit. Præterea quando affectus locus expurgatorium est membri
 principis, aut principi vicinum, vnde periculosi ichores siccantur: mo
 nendus tamen mihi in hac parte lector est, ne indistinctè omnes affe
 ctus, qui in emunctorijs prodeant, à repellentium gratia secludat.

Nanq; Galenus intrepidè repellentibus in parotidibus utitur, non ta

L. 13. phar. gen.
cap. 5.L. 7. simi.
L. 13. met. c. 18
L. 2. phar. ge. c. 2
L. 1. phar. ge.
cap. 12.De ijs quæ
aut renuunt
aut moderā
tur repellentia,L. 13. met. c. 6. &
15.L. 13. de paratu fas
ci, cap. 23.

men in omnibus. Inquit nāq;: Quæ enim à sola distillatione seu deflu **A**
 xu materiae proueniunt, neq; multa existente quæ influit materia neq;
 venenosa, neq; toto deniq; corpore plethorico, sola spōgia ex posca im
 posita silitunt. Quibus constat, quando in his vtēdum sit repellentibus
 quandō verò secus. Præterea si plenum corpus est, sine vtilitate tenta
 tur repulsio, quoniam plenum corpus nil amplius admittit. Rursus e
 tiam si vacuatio antecedit, periculose adhibentur in defluxu, vel
 pestilenti vel praua infecto qualitate, vt carbo. Nec verò malè addi
 dit Auicena, in validissimo fluentis materiae impetu frigorigica imposi
 ta sistere fluxionem, & vim illis cohibere non posse, esse q; multo tutius
 vtiliusq; consilium, leniente remedio doloris fluxionem mouentis, ma
 gnitudinem obtundere & extenuare, non humorem compingere, &
 durum vacuationiq; renitentem reddere. Præterea profundus locus re
 pellentium vsu detrectat, vt ex Galeno constat apertè. Quæ enim de **B**
 causa extima pars inflammata repellentis auxilio inanitur: eadem si pe
 nitior est, ab eodem repletur: dum enim contrahitur superficies, & in
 tre pellit in ima inflammataq; parte, copia humoris colligitur. Cæterū
 id ex partis commoditate vtile efficitur: nanq; inflammato cerebro, cū
 vtilitate imponuntur sincipiti momentaneo adiecto aceto sub triplo,
 sub quadruplo ve, quoniam locus non valde ab imposito secedit reme
 dio. At si spiritalis venter afficitur Galenus nonnunquā dissuadet, quā
 doq; timidè concedit. Inquit enim: Ita vero sic vbi adstringente opus
 fuerit medicamine, situs egentis loci spectandus est. Nam si quod ad
 stringit, pertingere ad ipsum sufficiat, nihil prohibet quominus eo vta
 ris. Sin idoneum non sit, considerandum num humiditatem simus ex
 antepositis partibus acturi in affectam. Quamobrem aut adstringen
 ti medicamento admiscenda vis est, quæ dux veluti viæ sit, aut eo non **C**
 vtendum. Videturq; eo moderamine procedendum in pulmone affe
 cto, siue pulmonia, siue emothoyfi, sæpè egregiè læserunt externa re
 pellentia: quoniam ob interualli magnitudinem pressus à thorace san
 guis pulmonis plenitudinem adauget: sin thorax ipse, pleura, muscoli
 ve, parcius vtendum esse ait. Et si inflammatione tentetur, præstat ab
 stinere, etiam si Mesues capite de Pleuritide in primo confestim initio
 breui tempore laudauerit, cum hoc tamen tutius omittuntur. Et quia
 periculum est, ne fluxione à pleura auersa, humores ad internas pulmo
 num cordisq; sedes decumbat: & quia adstringentium frigore pleu
 ritidis humor refrigeratus densatusq; plurimum percolari, & in aspe
 ram arteriam expurgandus penetrare nō potest. At in naturali cavitare
 in qua licet Galenus commendat adstringentium vsu propter pene
 ratio-

Lib. de par. fac.
cap. 23.

Fon. 2. 3. ca. 7.

Lib. 10. phar. lo.
ca. de hilch.
Lib. 13. meth.Lib. 13. mer.
Lib. de conf. ar.
ma. cap. 17.

A trationis promptitudinem, in renibus tamen propter interpositam cor
 porum molem, non est subinde certa, In ventre etiam, neq; admodum
 tuta, ne forte huiusmodi medicamenta exprimant intercadentem ad
 intestina humorum colluuiem. Cæterum & in spiritalibus & in na
 turalibus mēbris aceti mod^o tantò magis moderandus est, quantò cedit
 thorax ex dimidio osseus: & venter ex toto carneus, toti osseæ caluariæ
 vt quod illic sub quadruplum hic sub octuplum iustè ad moueatur. Su
 persunt quidem artuum iuncturæ, in quibus hoc modo repellēdum ef
 se, etiam docet Galenus. Nāq; inquit: Nam in particulis quæ circa ar
 tus sunt, sat fuerit etiam spongiam vel ex frigida aqua cui paululum a
 ceti sit commixtum, vel aqua sola madentem imponere, sicut etiam ex
 vino aliquo austero. Iis item Rasius aliquando considerans loci angu
 stiam, suadet nonnunquam repellendum. Reliqui post vacuatum cor
 pus admittunt, in ijs quos ante iam retulimus, ex Galeni mente nō cō
 uenire. Auicenna vero non multo aliter, vel debile concedit.

In memoriam reuocare hoc loco rationi cōsonum videtur, id quod
 Galenus apertè docet, aduersus commune medicorum erratum, in re
 pellentium adhibitione. Inquit enim: Quidam verò medici communi
 quadam falsa ratiocinatione vtentes inflammata lædunt. Quare ea re
 semel perpensa, de cætero vitare oportet. Existimant enim, si adstringē
 tia solum id quod influit repellendo, inflammatis profunt, atq; aliquā
 do etiam quid ex contento circa inflammatam partem ad venas mem
 brum ipsum nutriendas exprimendo, veri simile ob id esse, id quod am
 plius adstringit, amplius prodesse. Quæ etiam ratione Galenus meritò
 consulit, non sat esse vniuersalia nouisse, nisi quis etiam in particulari
 bus se exerceat. Nam neq; absolutè quidem si adstringere (inquit) inci
 C pientem phlegmonem est opus, quodlibet adstringens indistinctè ad
 hibemus, sed inspecta prius partis natura ac dignitate: peculiare cuiq;
 materiam adhibere oportet. Ab auribus quidem repellimus, vt ex Ga
 leno constat, his quæ modicè adstringunt & refrigerant (licet alterius
 generis medicamenta validiora sustineant, vt rosaceo cum aceto, oleo
 dulci, lacte muliebri calido ex fœmina, cādido etiam oui, feruentes itē
 inflammationes: & repellit & mitigat rosaceum cum auriculæ muris,
 aut polygona, vel portulacæ, seu ramentorum cucurbitæ succo. Oculi
 verò dum fluxione tentantur, peculiarem sibi habent repellētium ma
 teriam, vt apertis verbis Galenus mōstrat. Est, inquit, aliud genus phar
 macorum, quod in oculares compositiones iniicitur, eorum videlicet,
 quæ natura adstringunt. Quæ igitur mediocriter hanc vim habent in
 fluxiones repellunt. Quæ verò valenter, ampliorem dolorem infligunt,

Lib. 3. met. ca. 11.

Lib. 3. met. ca. 11.

Fon. 2. 3. tex. 2.
cap. 7.De particu
larimateria,

L. 13. meth. ca. 11.

Lib. 3. phar. lo.

Lib. 4. phar. lo.
cap. 1.

tunicas exasperando, quā iuuent fluxionis impetum repellendo. Ratio A
huius est, quia quæ plurimum adstringunt, plurimum mutant mem-
bri lenitatem & naturam, nam asperitas longè à natura oculorū distat.
Præterea idē author præcipit ea debere esse mordacitatis expertia, qua-
lia ex metallicis ferè omnibus lotis aut aliter præparatis, cōponi refert.
Renuit enim oculorum substantia aspera plurimumq; adstringentia
medicamenta: quò, fit vt oporteat omnia conficere ex ijs quæ modera-
ta ac leni constant substantia, atq; vt talia reddantur, si quando contra-
ria esse contigerit, lenitiuis liquoribus admiscere docet. Consulit etiam
Hippocrates mediocriter adstringentia commoda oculis existere. In-
quit enim: Vbi modica potabili in spongia vtaris, optimum oculis est.
Explicat quidem Galen⁹ his verbis: Sunt verò huiusmodi folia rosarū
& flores & succus, ericæq; fructus, & nardi spica, ampliusq; & malaba-
thri folium, & crocus & litium, & quæ hypocistis appellatur: porro, B
inquit, Vehementiorem his adstringendi vim acacia habet, & ompha-
cium, quæ & ipsa in succorum genere numerantur. Item balauftium
& citini, & gallæ omphacitidis, ex genere eorum sunt, quæ multū ad-
stringunt, quibus vt mitiora fiant, alibi addit aliquem ex tribus conu-
meratis eo loco liquoribus: quorum primus fœnugræci est decoctum
alter lac, tertius tenuis ouorum liquor. Alia etiam multa eo loco recen-
set, quæ consultò prætereo, quia non est mihi in animo, nisi tantum na-
turam materiæ, quam quæuis pars exposcit docere. Gingiuæ ac den-
tes dum etiam fluxione aut inflammatione dolent, diuersa expostulāt
medicamenta. Nam dentes repellentia sustinent acerrima, vt Galenus
apertè docet, inquit nanq; Vehementissimis igitur opus est medicamē-
tis, siue quis repellere, siue discutere velit doloris causam, siue humor
sit, siue flatus ventosus. Et propterea sanè pleraq; ipsorum ex acerrimo C
aceto præparantur. Sic equidem galla, pinguis teda, myrtus, & huius
census pleraq; aceto feruefacta plurimum profunt. At gingiuarum in-
flammariones, ea medicamenta iurè expostulant, quæ citra molestiā
& asperitatem repellunt: sicuti & eas, quæ in quauis oris parte subori-
untur. Qua ratione lentiscinum oleum miris laudibus extollit Gale-
nus loco nuper citato. Quem usum item præstare possunt, pleraq; ex
lentisco confecta pharmaca. Præterea medicamenta quæ oris inflam-
mati gratia conficiuntur, peculiarem sibi vendicant materiam, quam
docet Galen⁹ his verbis: Alter verò (loquebatur de scopis) à particulæ
quæ curatur natura ipsi accedit: cum sciamus rariorem esse ac molliorē
superficiem tunicæ oris, non paulo quàm est cutis, quæ totum corpus
ambit. Qua ratione minusefficacia medicamenta expostulat. Ac mox
subdit:

A subdit. Inest autem & aliud quippiam, atq; id duplex, quod non adest
ipsi cuti: in suauitatem enim medicamentorum, quæ adhibentur sen-
tiunt: & duos meatus subiacentes habent, per quos in ventrem & pul-
monem defluere quippiam ex stomachicis pharmacis potest. Quorū
ratione fortibus medicamentis, & quæ venenosam qualitatem habeāt
non conuenit vti, nisi magna necessitas vrgeat, quale atramentum su-
torium est, & huius census alia: quod quidem præceptum commune
esse oportet in omnibus oris affectibus. Qua ratione mirabile illud me-
dicamentum quod ex succo mororum, aut illud quod ex nucibus, aut
ex malis punicis conficitur, tantopere laudauit Galenus. Itaq; in huius
modi medicamentis, gustus suauitas omni ingenio exquirēda est, at
si his medicamentis, quæ mox retulimus, vt vix acerbæ succum aut
rosarum florem, aut ipsas rosas siccas, balauftium, citinos, & mali coriū
B gallam omphacitidem & alia his similia, sicuti pini corticem, & thus,
& lentisci succum, quoduis eligere potes: præterea ea quæ corruppen-
tem habent facultatem, quam venenosam vocant, & lethaliū quædā
species existit: nam quæ diximus tutò deuorantur, si aut præter ægri
voluntatem aliquando fluant, aut id necessitas expostulet. Sed præstat
succis horum simplicium vti potius quàm medicamentis ex eis confe-
ctis, dum aliquid dulce sit, aut suaue admistum: præsertim in ijs corpo-
ribus quæ medicamentarias qualitates ægrè admittunt, semper nanq;
suauitas in huiusmodi præferenda est. In ijs verò medicamentis, quæ
intus ad repellendum sumuntur, suam etiam Galenus præbet eligendi
rationem. Inquit itaq; Neq; enim absolutè, si adstringere incipientem
phlegmonem est opus, quodlibet adstringēs in ijs quæ deuorāda sunt
adhibebim⁹, sed ea quibus nulla corruptrix admitta vis est. Nam chal-
C canthus inter præcipua adstringit, sicut etiam mysi & fori, & chalcitis
& diphryges, & æs vstū, & squama eius & flos: verūm hæc medicamē-
ta noxia deuorata sunt, quocirca stomachicis ea miscere tutum non est.
Defluit nanq; interdum ex his aliquid ad ventriculum, etiam si Hip-
pocrates eis fuerit vsus in locis quæ nos subinde ca. de Adstrictione at-
tulimus. Sed neq; aloēm probè miscueris ijs medicamentis quæ phleg-
mones alicuius causa, quæ intus constiterit, deuoranda sunt, nisi incli-
nāte aut remisso affectu, quando huic quoq; admixtā purgādi vis quæ
dam est. Deniq; hac longiori Galeni sententia apertè monstratur, om-
nis mordacitatis expertia debere esse, quæ deuorantur ad repellendum
pharmaca. Item partes quæ circa articulos inflammantur, neq; admit-
tunt quodlibet ex repellentibus medicamentis. Inquit nanq; Galenus
(vt ex eius mente antea retulimus) Sed neq; refrigerare inter initiā aut
adstrin

Lib. 4. phar. lo.
cap. 4.

Lib. de vsu, hum.

Lib. 4. phar. loc.
Lib. 13. met.Lib. 5. phar. lo.
cap. 9.Lib. 6. phar. lo.
cap. 1.

Lib. 13. met. c. 19

Lib. 13. met. c. 18

adstringere citra laborantis particulæ indicatione in, vtilitatis magis **A**
 quam noxæ sunt causæ. Nam in particulis quæ circa artus sunt, sat fue-
 rit etiam spongiam, vel ex frigida aqua cui paululum aceti sit immif-
 tum vel aqua sola madentem, imponere, sicuti etiam ex vino aliquo au-
 stero. Quibus verbis ostendit leuiter, aut nihil in articulorum fluxio-
 nibus esse repellendum, siquidem id non patitur partis conditio: nam
 ex vehementi adstringentium materia, potius ad inanitatem articulo-
 rum repellentibus defluet humor, quàm ab ea parte, aut eius exilibus
 venis quicquam in maiores remeari iterum possit. Cum hoc tamè pau-
 lò distantiùs ab articulo, consultissimum est repellentia affixere, quæ
 veluti in itinere comprimant canales, per quos fluxio defertur: atq; de
 his fatis.

De communi & peculiari resoluentium

auxiliorum indicatione. Caput. X.



ICVTI in vniuersi conseruatione, & naturali præstā-
 tia, vnio partium & cōnexio, principatum obtinet ma-
 ximum: ita artes & cuncta alia vnione, & connexione,
 ac suarum partium sequela & debito ordine optimè te-
 nentur, ac præstantiùs cuiuslibet penetrabilia licet adire.

Pari etiam prorsus ratione, huius nostræ artis & præcepta & auxilia
 suam obtinent amicitiam & vnionem, ita vt separata ac dispersa, citra
 debitam methodū, efficere quicquā probè minime valeant. Est enim
 inuolabile medicorum omnium dogma, perpetuum esse, si repellenti-
 bus affectio non subsidet, & ex toto quiescit, mox sequi debere ea au-
 xilia, quæ à medicis resoluentia siue discussoria appellantur. Nam eo
 ordine docet ars nostra optima methodo quid sit agendum: & in- **C**
 strumenta ipsa medica probè consequuntur intentum finem. Esse id o-
 pus necessarium post repulsionem, apertè monstrat Galenus his verbis
 85 Necessum igitur est, vt aut superfluitas retrocedēs (loquebatur quidē
 de humorum affluxu ad aliquam partem) euacuetur, aut per ipsam pa-
 tientem particulam: retrocedet autem vel impulsā, vel attractā, vel trās-
 missā, vel horum vno aliquo modorum, vel omnibus. Per locum verò
 patiētem euacuabitur partim quidem manifestè & sensibiliter partim
 verò in vaporem resoluta. Deniq; insolubili nexu coherent præcedens
 per repellentia vacuādi ratio, & quæ hoc capite (quæ per discussoria fit)
 intenditur. Quæ ratione hoc loco resoluentium auxiliorum tractatio
 sese offert.

85 **C**eterum quia omnia discussoria pharmaca calida esse in fine illius
 capitis

A capitis docet Galenus, & hæc eadem & alia quæ eiusdem sunt quali-
 tatis, idem videntur præstare opus. necessum est antea docere, qui-
 bus modis suas actiones in nostris corporibus moliantur calor, (ne-
 quis intrepidè & citra auxiliarem distinctionem eis vtatur) vt faciliè
 intelligi possit, quæ sint quæ verè resoluentia dici mereantur, & qua
 nam ratione ab alijs calorificis auxilijs dissideant. Antè tamen lecto-
 rem monitum velim (licet plura sint, quæ resolutionem moliantur
 auxilia. Vt frictions, balnea & huius census pleraq;) nobis tantum
 in animo esse, de ijs quæ verè discutientia & peculiari quadam dote
 talia appellantur, differere, tam de ijs quæ intus sumuntur, quàm de
 ijs quæ extra adhibentur.

Calor itaq; prima sui ratione, quæ crassa sunt tenuat, ac si liquida
 fuerint, in vaporem tenuando versā exhalant, interdum intra corpus,
B & fiunt è pituita aquosa flatus, inflationes, palpitationes, & cæteri affe-
 ctus & similes: interdū verò foras, vacuāturq; halitu vel insensibili vel sensibili,
 cū sudore. Si verò sicca fuerint crassa illa quæ tenuantur, aut etiam hu-
 mida, sed minus exhalantia, tenuioris substantiæ euadunt omnia, vt
 ex Galeno apertè videtur constare, ex austeris acida, ex acidis dulcia te-
 nuiora, ex dulcibus salta tenuiora, & ex salis amara adhuc tenuiora
 euadunt. sic ex vino acetum, ex lacte coagulum, ex massa fermentum.
 Vt Galen⁹ etiam probat, faciliè fit. Constat etiam ex eodem authore
 pforicum putre quadraginta dierum spatio sub fimo fieri tenuius. Ca-
 lidum item fundit & liquat à frigido concreta. Rursus eadem funden-
 do mollit. Sic etiam fundendo & liquidiora, ad motumq; promptio-
 ra reddendo excrementa, obstructa liberat, nisi præ copia aut lentore
 in via hæreant. Fluxiones etiam aut excitat, aut geminat, ob idq; cata-
C rrihi fiunt, & in diaria quoq; hypochondrijs calorifica admoueri, & bal-
 neum in febribus non probè vacuato corpore, prohibet Galenus. Ob id
 item in magnis fluxionibus corpore multum pleno purgationes vere-
 mur, ne purgantium medicamentorum (quæ omnia sunt potestate ca-
 lida) calore liquatum tenuatumq; excrementum, largiùs in partem af-
 fluat: idem calor fusa tenuataq; si diutiùs exercet, digerendo, aut ali-
 ter vacuando tandem siccatur: quod ostendunt liquores, vt gummi, &
 resina omnis, ob quam rationem purgantia exiccant, sicuti biliosa cor-
 pora sunt sicca. Rarefacit eadem ratione poros ac meatus omnes, capa-
 citates, & ora ipsa tam valorum quàm aliarum cavitatum aperit. Cali-
 dum trahit adhuc foras, si ad motum est: intro, si sumptum est. Euocat
 materiam à se tenuatam, per meatus etiam à se apertos, quapropter ad
 modū resoluit, & digerit. Quò fit, vt etiā dolores à materia factos, se-
 det,

Li. 4. sim. 19.

Li. 9. sim. in fin.

Li. 7. de diff. feb. cap. vlti.

det, & cū hoc materiā vbi adest euocet. sic muliebria aromātū suffitus **A**
 educit, qua ratione sæpe fluxionis est causa, plus æquo trahēdo. Verūm
 vt ex Gal. cōstat, calida sumpta no tantū trahūt, sed etiā prorsus prope-
 llunt, licet aliquādo id ex accidēti fiat, vt quæ flatus dissipāt per ructus
 & crepitus: quæ sudores, vrinas, mēses, hēorrhoidas mouēt. quæ or-
 tus mortuos, & secūdas ppellunt, id autē præstāt, quia meatibus inter-
 clusa dū magno impetu ad dicta loca ferūtur, vna secū ppellunt, licet a
 lijs rationibus etiā id moliat. Calor itē ex accidēti refrigerat, vacuata
 nimirū ex corpore vel parte materia calida, ob id venus (vt ex Gal. con-
 stat) refrigerat & siccāt. Sic medicamēta purgantia (alioqui calida) re-
 frigerāt. Itē per accidens siccāt, resoluta, & in vaporē versā substātia, vel
 excrementosa vel partis ppria. Idem ostendūt digerentia omnia, exerci-
 tatio vehemens & diurna, frictio multa, febres ardentes & acutæ, sicu-
 ti & omnis immodica vacuatio. Itē per accidens humectat fusis ijs, quæ **B**
 à frigido concreuerunt, ostēdūt id catharri per febres, ac solis æstus, sic
 scirrhus cōcretionē durus mediocribus calorificis mollescit, & humef-
 cit, nix, grādo, glacies, calore quouis humida & liquida fiūt. Idē vltimō
 calor, tā internus, quam externus dū vehementior est, mordet, rodit, ru-
 bificat, carnem deterit, vrit, scarā inducit. quod ostendūt herpes ex-
 edētes, carbūculi & caustica carni ad mota. Hæc sunt (vt interim subticēā
 natiui caloris actiones) opera quæ calor in nris corporib⁹ molitur, vt to-
 to animo quis expēdat, quantū præstet adamussim vim & naturā calo-
 rifici cuiusuis auxiliij exequi. Siquidē idē met calor leui quadā diferētia
 tā varia tāq; multa perficit opera, quib⁹ cōllat, maius facescere negociū
 resoluēdi mun⁹, quā repellēdi: siquidē aut lōgē diuersa, aut ex toto cō-
 traria ex indextera resoluētū adhibitione succrescūt accidētia, licet hoc
 nobis solatiū scriptis mādarit Gal. nimirū digerendi tēpus, ita latū esse, **C**
 vt etiam si velis, non aberres.

Est igitur discutientiū natura ex genere calfacientiū, q̄ mille in locis
 Gal. testat. Cæterū ea quæ omnes affectus in vniuersum discutiūt, debe-
 re esse tertio ordine calida & sicca apertē mōstrat. Quorū efficaciam refe-
 rēs inquit: Vis ei⁹ est tenuiū p̄tiū & exiccatoria morsu vacās. Talia enim
 sint oportet, quæ paronychia sanāt: porrō satis cōstat, tale esse idoneū ad
 digerēdos affect⁹ omnes, qui digeri postulat, talia enī sūt, quæ cū ex ter-
 tio sint ordine calfaciētū & exiccātiū, præter hoc essentię insuper subti-
 lis sunt, ex quib⁹ apertē, colligit qualia in genere debeāt esse, quæ verē
 dissoluētia dici merēt, quod etiā testimoniō eiusdē p̄bari āpli⁹ potest, nā
 loquēs d̄ digerētib⁹ ad diferētiā coquētū, inquit: Quī multō etiā magis
 ab his quæ dixim⁹, & ex calfacere, & siccare possūt. Idē alibi refert dicens
 quæ

Quæ autem penitus tenuia calidaq; sunt, magis digerunt, discutiūtq;
 humores ex corporibus quibus admoventur, quam alios ipsi apponāt.
 Quod de Castoreo verba faciens aperta oratione probat: & clariū ad
 huc alibi. Nam inquit, Discutiunt autem calida & sicca facultate præ-
 dita. Cum hoc tamen valde dissident discussoria pharmaca, ab his quæ
 trahendi vires obtinent, etiam si vtraq; calida sint. Nam eius sunt tra-
 hentia naturæ quæ humorum superfluitates ex profundo in cutim ex-
 timam potest trahere. discussoria verò ea constant temperie, quæ attrā-
 ctum potest sua sponte in solitum conuertere, licet nonnihil attrahere
 possent, itaq; vt in vnoquoq; vis altera superat, ita genere distincta sunt.

Atqui licet tertio ordine calida & sicca discussoria medicamenta es-
 se fateatur Galenus, id tamen subintelligi debet in genere & ea quæ
 omnes tumores digerere valent. Cæterum quia neq; omnia corpora;
 aut corporis partes, neq; omnes affectus huius gradus medicamenta
 queunt sustinere, ideo ea diuersæ efficacix pro harū reū diuersitate;
 constituere oportet. Quod Galenus animaduertens suamet senten-
 tiam moderatur, & de scirrhis tumoribus verba faciēs inquit: Quæ
 verò à lento crassoq; humore congelato indurata sunt, calida poscunt,
 siccaq; medicamenta, sed non tamen quæ valida sunt, ac violenta sed
 sufficit interim vt secundi aut tertij ordinis sint calfacientiū, p̄imi exic-
 cantium: Porrō cū non exigua sit in corporibus sic induratis maio-
 ris minorisq; latitudo necesse vtiq; est, medicamentorum illis meden-
 tium non paruam esse latitudinem. Quæ quidem sententia constat, nō
 esse vnus generis hæc medicamenta, quæ Galenus optima ductus ra-
 tione in duo capita dissecuit. Primum nanq; continet in hoc genere le-
 uiora omnia, quæ areotica nuncupantur: aliud vero fortiora, quæ me-
 dici appellant diaphoretica: inter quæ non parua est, maioris, mino-
 risq; efficacix differentia. Cuius etiam meminit Galenus, nam eadem
 lege diuidens huiusmodi pharmaca, inquit. Quæ verò ex calfaciunt,
 dum contentum incalescentibus corporibus humorē in vapores dissol-
 uerit: quæ autem desiccant, velut quæ vocantur diaphoretica, hoc est
 per halitum digerentia, & ipsa duplici ratione aut humores ebibentia
 cum poris quibusdam insunt, aut totam alterantia partem. Quibus
 constat in genere hæc tantum duo esse, quorum aliqua speciatim an-
 numerare est vtile. Sic ex his quæ leniter digerunt, sunt chamæmalū,
 melilotum, fœnugrecum, semen lini, adiantum, anethum, althea, fari-
 na tritici, lupinorum, vinum, aqua calida, lana sordida, butyrum, oleū
 dulce calens. Paulo verò valentiū discutiit abrotanum, brassica, mercu-
 rialis, daucus, veteres medullæ & adipēs, & oleum vetūs, absinthium,
 bb polium;

Lib. 6. aphor. 37.
 Lib. 11. metho.

Lib. 3. de fan. tu.

Lib. 7. meth. 45

Lib. 9. simp. c. de
 paronychia.

Lib. 5. simpli. 9.

Lib. 3. simp. 17.

L. 3. simpl. 17.
 L. 3. phar. loc. 37.

L. 5. simpl. 8.

L. 5. simp. 42

polium, centaurum, aristolochia, gentiana, vrtica, hyssopus & similia. **A**
 Paulo autem valentiùs rutha, iris, asphodeli radix, bryoniae radix, radix
 cucumeris agrestis, galbanum, bdellium, nitrum, piper, styrax, sulphur
 terebinthina, stercus omne, oleum è nucibus rancidis, sicyonium ra-
 phaninum, sinapinum, melanthinum, terebinthinon, hypericon, lixi-
 uium. Ex quibus non pro libito quisq; vti potest, sed pro indigentia ra-
 tione ea eligens, quæ affectus aut locus sibi iure postulauerint.

Cæterum quæ leuia sunt, desiderat tumor in corporis superficie ex-
 positus, materia calida, humida, & tenuis, locus affectus natura mollis,
 & contextura rarus: hæ nanq; facillè ex humore vaporem gignunt, qui
 subinde promptè expirat, eò quòd ex talib' pleraq; nostro calori finiti-
 ma sint, aut parum intensa & humido tepori commista: quò fit vt mi-
 nimè siccant: dolorem leniant, cutem laxent, spiramenta corporis rare-
 faciant penetrentq;, & humorem etiam liquefaciant. Quæ verò acriùs **B**
 discutunt, qualia quæ secundo aut tertio ordine continentur, vt longè
 nostrum calorem superant, ita affectus persanant, in alto corpore sitos;
 densa crassaq; cute obiectos, & largo anfractuosoq; itinere distantes,
 ex frigido, crasso, glutinosoq; humore obortos, quibus vi maiori opus
 est. Considerare nanq; oportet, non quale sit medicamentum, sed qua-
 le sit futurum, dum ad partem peruenit. Qua ratione acribus etiam
 liberè vtimur, num pars exterior cui adhibentur facillè sustinet, & in-
 ternus, aut grauis affectus iure optimo id ex postulat.

Atqui non sat est nouisse huius auxiliij naturam & vim, ni exactè
 vsum noueris, ac vtendi tempus, tandem rationem ob quam eo diuer-
 so modo parato, liceat vti. Præstat itaq; hoc mirabile & efficacissimum
 auxilium in cuiusuis affectus reliquijs consumendis dissipandisq; radi-
 citus. Quos in præsentia placet partiri in affectus vniuersales & parti- **C**
 culares, internos aut externos. Interim verò affectus quorum primò
 meminisse placet, hoc vnum habent commune, modò vniuersales sint
 vt febres, & malus corporis habitus, modò particulares vt inflam-
 matio, aut quæuis alia ad particulam defluxio: vt semper in ablu-
 mendis, quæ post maiores vacuationes, & generosa alia auxilia su-
 persunt reliquijs, calorificis ex postulent iuuari præsidijs. Dissident
 tamen & causæ & affectus ipsius ratione, nam in causis & affecti-
 bus calidis, res tantùm perficienda est, aut nostro calori simillimis
 auxilijs, aut ijs quæ relictam distemperiem compescendo nostrum
 calorem iuuant. Qui postea sua sponte reliquias conerit, præ-
 fertim in his affectibus, quos solus calor natiuus superauit, ac natu-
 ra ipsa citra artis administraculum vacuatione finiuit. Quos equidem
 præter

A præter id quod acutos fuisse constat, iterum calidis medicamentis,
 aut alimentis irritare, haud ita est tutum. Securius tamen mihi vi-
 detur, haustum calidæ aquæ præbere, quæ & acrimoniam attempe-
 ret, & suo etiam tepore reliquias absumat, præsertim dum aliquod
 symphoma earum ratione corpus premit. Frequentiùs tamen id
 fieri contingit frigidis auxilijs temperata, quæ superfuit, distempe-
 rie, & calore vegetiori factò. Nam hac ratione absumitur ex acci-
 denti humoris id, quod post iudicationes, aut euacuationes arte fa-
 ctas, reliquissè constat. Quod præsertim est obseruandum, in ca-
 lidis naturis ac regionibus. Quem vsum præstant pleraq; ex ijs
 quæ modicè sunt frigida: quorum census sunt conseruæ, quas cor-
 diales appellant, vt acetosæ, cucurbita condita, & lactuca, & cerasa
 acria saccharo condita, aquæ & decoctiones refrigerantes, vt ace-
 tosæ, borraginis, buglossi, hordei ac ptisana ipsa. Atq; licet hoc **B**
 prospere successisse compertum sit, quia præterquam quòd distem-
 periem corrigunt, & ob id calorem natiuum moderantur, ideo re-
 liquias humoris facillè ex accidenti discutunt: securiùs tamen mi-
 hi videtur easdem posse absumere pleraq; medicamenta ex ijs, quæ
 cum hoc quod nonnihil refrigerent, aut saltem euidenter non cal-
 faciant, per vrinam aut aluum, citra noxam easdem sensim expur-
 gando, absumunt: qualia sunt radices cichorij, plantaginis, nenu-
 pharis, tamarisci, ribes, semina mellonum, cucurbitæ, cucumeris,
 citruli, cichorij, scariolæ, portulacæ, acetosæ, plantaginis, aut si ca-
 liditas non vetuerit (aut adiecto hordeo) radices petroselini, dauci,
 fœniculi, asparagi, & huius classis alia.

Quem vsum etiam præstant aqua, in qua maceretur absynthij co-
 ma, aut rhabarbarum diluatur, aqua etiam lactis, aut decoctum **C**
 violarum cum hordeo & saccharo: quibus sæpe quod post iudica-
 tiones & pleniores purgationes relinquitur (cuius ratione aut affe-
 ctus iterum reddit, aut lentè declinat) facillè absumitur: modò in fe-
 bribus, modò in fluxionibus calidis, aut tumoribus internis id ac-
 cidat. Præsertim si præcipuum membrorum aliquod laborauerit,
 cuius gratia nonnihil adstringentium admiscere oportet. In alijs
 verò affectibus, qui aut diuturniores sunt, aut ex frigidis & crassis
 concitantur humoribus, longè aliter res sese habet. Nam præmis-
 sis, quæ oportet plenioribus vacuationibus, intrepide quæ sensibili-
 ter discutunt eas quæ supersunt reliquias, adhibere oportet, veluti
 in hydrope, paralyti, epilepsia, apoplexia, & abolita memoria, aut
 quotidianis & admodum mixtis & diuturnis febribus. At quia hu-
 iusmodi

A iusmodi affectus plures expostulant vacationes, utpote qui ex crassa
 & tenaci materia suboriuntur, quæ semel coqui aut purgari nequit.
 Ideo inter vnam & aliam vacationem his oportet ut auxilijs, quæ &
 materiam attenuent, & eius non nihil discutiant, & quod reliquum
 est ad coctionem simul præparent. Cuius gratia eis admiscere oportet,
 quæ aduersus materiam naturam pugnent: nam frigida crassaq; materia,
 incipienti auxilio simul cum disculforio attemperanda est: mollienda
 quoq; ubi durior concreuit, ut sine periculo discutias, alioquin
 difflabit tenue, lapidescet quod crassius est. Sunt verò quæ disculsi-
 onem efficiunt in huiusmodi internis passionibus, radices peoniae, iri-
 dis, gentianæ, galangæ, calami aromatici, cyperi, pimpinellæ, angelicæ,
 cedoariæ, costi, zingiberis, ipsorum etiam caules. Item spica nardi, schæ-
 nanton, menta, salvia, hyssopus, maiorana, gariophylli, melissa, ocimum
 nux muscata, fructus iuniperi, cinnamomum, lignum aloës, li-
 gnum sanctum, spatha parvella, & alia pleraq;, quæ breuitatis studio
 præmitto. Ex compositis etiam diaprasium, dianison, diamoscum,
 diacalamentum, diagalanga, dialacca, theriaca, mythridatum, aurea
 alexandrina, athanasia, conserua acori, trochisci è galia muscata,
 è rhabarbaro, ex eupatorio, ex lacca, ex absynthio, & ex ligno aloës.
 Quibus admixto medicamento, pro humoris natura facile est reli-
 quias, quæ vim medicamenti purgantem subterfugerunt, absumere
 (præterquam quòd ex his multa sunt quæ etiam particulam affe-
 ctam respiciunt) dum præmissis purgationibus leuioribus primò uti
 mur, deinde efficacioribus, ne nobis vsu veniat, quod plus iusto cali-
 dioribus amplius quam par est tenuata fusaq; materia, maioris mali
 causa simus, ut de theriaca in quartanis Galenus refert.

S V P E R E S T nunc de externis affectibus differere ac de eis
 qui per externa potius quam per interna curantur auxilia, licet om-
 nibus (si quis recta utatur curandi methodo) iure optimo præire de-
 beant magna & vniuersalia, quæ medici appellant auxilia. Quo-
 rum affectuum naturam primò nosse oportet, secundò differentiam
 discutientium, quæ ex diuersitate affectus aut humoris ipsum pro-
 creantis desumi debet. Tertiò verò quid loci conditio expostulet.
 Circa primum haud ita facile est intelligere, & ex authorum senten-
 tijs depromere, præfinitum, circumscriptumq; tempus discussioni af-
 fectuum, præsertim dum complicatus est, fluxioni affectus. Nam hu-
 iusmodi discutiendi occasionem monstrare nitimur, quod vnica mi-
 rabiliq; sententia ostendit Galenus; in hunc modum: Si igitur hac
 via (loquebatur de repulsione) superfluum omne retrocesserit, bene

A ferres habet. At si aliquid fuerit in parte retentum, coniecturandum
 erit, id lentum ac crassum existere, atq; ea ratione iam coactum, atq;
 adstrictum, ut cum difficultate solui possit, fieri autem potest, etiam
 si eius naturæ non sit, ut ad spatia quæ in medio sit diffusum. In
 quo casu tunc ad id veniendum esse tempus suadet, ut hoc ipsum,
 quod reliquum est, per patientem locum euacuemus, imponen-
 do supraiacentibus partibus ea, quæ influentem humorem vim ha-
 beant reprimendi. Maxime verò euacuabis, si in spatijs intermedijs
 coniectura assequaris, & scarificationum auxilio & medicaminum
 quæ vim habeant digerendi. Ex qua sententia colligitur eos affe-
 ctus exposcere discutientia auxilia, quibus vniuersales vacationes
 ex toto non profuere: aut si cum fluxione sint, repellentia auxilia non
 sufficiunt vniuersam materiam propellere. Deniq; ubi quid superest,
 B quod aut præcedentibus auxilijs non tollitur, aut ea non sustinet,
 neq; exposcit affectus, id citra dubitationem disculforia auxilia ex-
 postulat.

Cæterum quo tempore id sit agendum, non satis adhuc constat:
 etiam si Galenus hæc referat verba, Digerendi certè tempus adeo late
 patet, ut etiam si velis, in eo non aberres: huius namq; rei difficulta-
 tem ostendit quoq; amicis cōsulens, ne intrepidè hoc auxiliij genere ut
 Thesiali sectatores utantur: inquit enim, Didicistis quidem non sem-
 per ob calorem immodicum ut quidam arbitrantur, corporis par-
 ticulas fluxionibus laborare, sed hoc quidem ipsis raro accidere: ab
 imbecillitate verò earum id genus vitij progigni: quæ ut plurimum
 ex intemperie frigida proficiscitur. Itaq; si humectet eas quispiam,
 calfaciatq; medicamentis laxantibus, dissolutæ prorsus & infirmæ
 C fiunt. Et paulo inferiùs subdit. Semper tamen utraq; misceatur
 & repellendi & discutiendi facultas, nisi quando fluxio prorsus con-
 stiterit, & corpus vacuum fuerit: tunc ad digerentem sicut in primis
 incurribus ad repulsoriam virtutem, tuta est accessio. Sed clariùs ad
 huc huius auxiliij tempus docet, ubi inquit: Nam per initia repel-
 lere, comprimereq; influxus oportet, in vigore autem ita per hali-
 tum digerere, ut morbus absit. Etenim indicationes in inflamma-
 tionum incrementis contrarias esse necesse est: nam simul vnoq; im-
 petu ab adstringentibus contrahentibusq; substantiam, ad laxan-
 tia fundentiaq; transire, planè absurdum est: sicut sanè æquum est,
 in intermedio principij statusq; spatio, dum videlicet morbi adhuc
 crescunt, nec plane repellere sicut in principijs, nec itidem dige-
 rere, sicut in vigore: sed perinde, ut morbi conditio media est inter

contraria, ita medicinam quoq; mediam esse oportet, quæ videlicet A
 non vt in principijs adstringat, neq; vt in vigore digerat. Neq; satis ad
 huc est, hanc temporis distinctionem nouisse, ad rectam auxiliorum
 occasionem, ni exactè noueris & occasiones quibus partes affectæ sus-
 cipere coeperunt, & naturam humorum, quos susceperunt. Primum
 egregiè aduertit Galenus his verbis: Ad eundem modum (loqueba-
 tur de vsu calfacientium) si ex frigido dominante distemperies sit ob
 orta: nam tum quoq; calfaciendo non solum intemperantiæ, sed etiam
 phlegmone vna medeberis. Iridem si calor vehementior intemperiem
 facit, refrigerantibus præsidij, si quidem intemperantia contraria sem-
 per requirit. Quibus verbis apertè monstratur, adstringendi tempus
 eò debere esse breuius, quò frigidior fuerit fluxionis occasio, ac per con-
 sequens eo magis digerendi moratur occasio, quò & particula calore
 fuerit intensior. Subdit tamen statim, vsu vtriusq; auxiliij. Vacuatür B
 autem inquit, quod impletum est, non modò medicamentis his quæ
 digerunt, sed etiam quæ adstringunt & refrigerant. Cum hoc etiam
 pergit, magisq; profecto ad incipientes phlegmonas frigidis adstrin-
 gentibusq; quàm ijs quæ digerunt, est vtendum: atq; etiam num ma-
 magis vbi crassum; quod confluit non est, sed si sanguis in particula
 quàm phlegmone prehendit, vehementer est impactus, nõ est amplius
 repercutientibus vtendum, sed tunc digerere est tempestiuum. Ex qui-
 bus constat quando, quantumq; sit quouis horum agendum. Secun-
 dum tamen miro quodam artificio ostendit Galenus dicens: Cùm
 enim phlegmone duplici ratione à natura recessit, & quòd pars ipsa mul-
 to sanguine sit referta, & quòd eadem sit calidior: vtiq; vacuationis in-
 dicatio refrigerationis indicationem vincit: contra scilicet quàm in
 erysipelate. In illo nanq; refrigerationis indicatio magis vrget, C
 quàm vacuationis, quànq; vtriusq; affectus curandi cōmune caput est
 infestantis humoris vacuatio. Ideoq; postquam refrigeratum erysi-
 pelas est, ad ea quæ digerunt medicamenta conuertimur: in phlegmone
 igitur tantisper est refrigerandum, quatenus & ad incrementum eius
 sistendum inhibendumq; est commodum. Etenim cùm immodera-
 tus calor dolorem excitet, atq; etiam aliquid ad ægram partem attra-
 hat, vtroq; nomine auferere phlegmonem accidit. Ergo quantum
 refrigerationis phlegmoni ceu calido morbo congruit, tantum certè
 & incrementum eius inhibere est aptum, idem parem gratiam præstat
 & cùm repercutit quod affluit. Quod verò ex eo, quod in laborante
 membro continetur, quippiam in proximas partes repellit: hoc phleg-
 monis iam geniti medela est. Simili modo & quæ excalfaciunt modi-
 ce,

Lib. 3. meth. 6.

Lib. 3. meth. c. 8.

A cè, vtraq; interdum ratione profunt, quoniam & dolorem sedent, &
 quod contentum in laborante particula est, digerant, quippe dolorem
 mitigando, augeri phlegmonas vetant, digerendo quod iam earū con-
 ceptum est, sanant. Ecce quid præstant ad occasionem & quantitatem
 repellendi, & discutiendi, humoris influentis natura ac tumoris con-
 ditio, sicuti quid quantumve operentur auxilia.

Cæterum qualia dictis affectibus debeantur medicamēta, haud dif-
 ficile est nosse, si quis memor est eius diuisionis, quam superius adduxi-
 mus, quæ comprehendit arēotica, & diaphoretica medicamenta. Hoc
 vnum tamen habent tumores & fluxiones omnes à calidis humorib⁹
 subortæ, vt gaudeant magis medicamētis quæ nostro calori sint simil-
 lima, calida nimirum modicè & humida (quò fit vt sæpe modicè frigi-
 da, ex accidenti attemperato nostro calore resolutionem in leuib⁹ affe-
 ctibus molliantur) quàm his quæ vtcunq; eundem excedūt, in quibus
 acrimoniā non esse, perdifficile est, vt optimè Galenus aduertit his verbis:
 Sed quoniā hæc omnia vires calidas habent, eius verò temperaturæ op⁹
 est mordere, quando modū exceſerint, cauenda ex eis sunt vehemētis-
 simè calida, ac tūc præsertim cū locus patiens inter summa fuerit, neq;
 enim paruus excitabitur dolor, si præter propriū affectū insuper mor-
 deatur, omnisq; præterea dolor fluxiones mouet, quod igitur medio-
 crem caliditatem obtinet in his sensum doloris non inuehit, atq; eo
 ampli⁹ omni dolore vacat, si humidum extiterit. Quibus constat no-
 stro calori simillima aut parū intensa debere esse horū affectuū medica-
 mēta. Quod etiā alibi probauerat Galenus inquit enim, In vigore autē
 ita per halitum digerere vt morsus absit. Rursus ea omnia apertè esse
 vitanda consulit idem author, quæ dolorem vtcūq; excitent. Quibus
 C constat quantū sit in his affectibus cauendū à medicamentis, quæ sensi-
 biliter nostrū calorem excedunt. Quod quidem poti⁹ suspicor esse in-
 telligendū de proprio cuiusq; corporis affecti calore, quā de medio &
 temperato: Nam licet is ad multa sit utilis, vtilior lōgè est, cuiusq; calor
 ad propria corporis munia exercenda, aut vitia propulsanda. Nec cen-
 ferī debent ob id quod nostro calori simillima sint, hæc medicamenta
 suppuratoria fieri: nanq; hæc non seruant humiditatem partis aut hu-
 moris resoluendi, vt pus mouentia, sed lentè & sensim eam depascun-
 tur, præterquā quòd hæc etiam poros non occludunt, vt quæ pus mo-
 uent, sed poti⁹ referant, & ideo à pus mouentibus disident. Quam-
 obrem pingua à calidis affectibus arcet his verbis Hippocratis, libro
 de Affectionibus, Pingua ad inflammata non conducunt, neq; ad
 ea quæ non sunt purgata, neq; ad putrescentia, ratio quidem erat

L. artis med. 8 1/2

L. 3. simp. me. 17

Lib. 3. meth. 8.

quia & putrescentia, & impurgata & inflammata, calidiora, putridiora & sordidiora facillè fierent, eo quòd obturatis meatibus deterior fieret partis affecte calor, & sordidior humor, citra vllam resolutionem. Quaquidem ratione medicos attentos esse oportet cuiusvis corporis calori: vt discussoria (si profutura sint) eius naturam æmulentur. Qualis verò sit eorum omnium materia, prima huius capitis parte abunde dictum est.

At in his quibus fluxio aut ex toto iam quieuit, & crassum ac summe impactum & rebelle quod superest, factum est: aut citra fluxionem paulatinè gignitur, modò in vna, modò in pluribus, aut omnibus corporis particulis id accidat, nulli dubium esse existimo, quin resoluentia citra adstringentium miscellam sint adhibenda. Cæterum nil est in medicis considerationibus difficilius, quàm exactè nosse, qua via, quibusve ingenijs discussoria auxilia ijs adhibenda sint, siquidem cum in eis simplicibus vtimur, non solum nihil proficimus, verum resoluta humoris tenuiori parte, facillè, quod subsidet crassius & immedicabile efficitur. Quod aduertit egregiè Galenus dicens: At in quibus sensus quidem est (loquebatur de scirrho & duris tumoribus) sed obscurior, hæc curantur pharmacis humorem in crassatum digerentibus, non tamen validè ac vniuersim hoc agentibus sicut digerentia medicamenta faciunt, cuius modi Græci vocant epipastichâ & exhipotica: id est trahentia, & excolantia. Mirari verò non oportet, mutationem in duritiem ex inflammatis accidere, cum simul & confluentis humor crassior est, & viscidus, & curatio medicamentis valde exiccantibus administratur. Idem etiam consulit, docetq; resoluendi modum, quo quis facillè dum resoluit, tumorum duritiem vitare possit. Nanq; si tumor leuioribus auxilijs facillè discutitur, periculi nihil est. In tumoribus quidem, qui difficulter resoluuntur, verendum est, ne eorum reliquiæ duræ sint. Quare in singulis solutionibus attendere oportet, in quæ transmutetur omnis, cuius curatio suscipitur, tumor: nam ea curatio, quæ fortiter exiccantibus agitur, reliquias duras operatur. Itaq; cautiùs agendum est, in his, qui difficulter resoluuntur, tumoribus: nisi enim humectaueris, inquit Galenus, atq; mollioris induratos tumores, sed fortibus medicamentis resoluere tantum studueris, in primis quidem diebus eos insigniter decrescere facies, sed pariter id quod relinquitur indurabis, hoc verò induratum difficulter resoluetur. Quod etiã eisdè fere verbis testatur, dicens: Meliùs igitur sicut diximus, vt fortiter resoluentibus medicamentis misceamus mollientia, verentes ne tumores in scirrhos cõuertantur.

Ex

A Ex qua quidem doctrina facillè elicitur, quantum faceat negotium digerentium vsus, dum ea indiscriminatim adhibentur. Atqui si negligentia, aut ignoratã, aut fortè ex humoris, aut tumoris natura factum sit, duritiem eam esse contractam, longe obscurior difficiliorq; res ipsa est, siquidem ex huiusmodi tumoribus plures facillè sua sponte, aut leui quodam auxilio dissipantur. Qui dum aut oscitanter, aut vehementer tractantur, difficiliores curatu euadunt. Alij vero qui haud leui negotio sanescunt, dum indexterè medicamenta susceperunt, ex toto immedicabiles fiunt. Vltimò adhuc plures sunt, quos si pergas curare, non solum nihil proficies, verum in alterius grauiorissq; mali speciem affectum degenerare coges. Quapropter maxima diligentia, maturoq; consilio & mentis exercitatione eorum omnium, qui iam induruerunt, aut in id vergunt, curationem aggredi necessum est, ne ex his quæ diximus, aliquid præter spem accidat.

Huius quidè rei principiũ & vniuersam rationè desumere oportet ex Galeno, qui circa administrationem huius auxiliij mira multis in locis loquitur. inquit enim, Indurescentia igitur quæ ex recta medendi methode non curata scyrrhum contrahunt, optimè curabuntur, si medicus spectet, quantum ægri corporisq; substantia à mediocri humiditate ac siccitate recesserit. Quæ admodum etiam si affectus constitutionè, quatenus sit aucta, inspiciat. Præterea consideret inter ipsa pharmaca, quæ magis, quæ minùs emolliant: huc nanq; expectanti primus vsus emollientis medicaminis coniecturabilis quidem erit, sed cum artificio. At post vnum aut alterum diem num intendere medicamenti virtutem, an remittere conueniat, intelliges, & subdit: Quapropter medici emollientia, & digerentia pharmaca composuerunt, ceu scopos amicos sibi proponentes, tum vt partis duritiem, quæ iam in scyrrhum degenerat, diffunderent, tum vt per halitum digerent: non vicissim utroq; vtentes. Ex quibus verbis apertè colligitur inuitabilis necessitas permiscendi discussoria medicamenta, alijs quæ aduersus dispositionem materiæ seu naturam apertè pugnent, vt promptiùs resolutioni obsequatur. Constat nanq; ex eodem Galeno, eam tantum materiam esse resolutioni aptam, quæ tenuis, vaporosa ac caliginosa (vt verbo Galeni vtatur) fuerit. Inquit enim eo loco Hippocra. Tubercula verò multis secundum alterutram aurem, plurimis secundum vtramq; extiterunt, febre carebant, erant recti, non nullis parum accedebatur, sed extincta omnibus sunt, citra incõmodum neminiq; suppurarunt quicq; vti solent, quæ alijs ex occasione extuberant. erat eorum hæc natura, laxa erant, magna liquida, citra phlegmonem atq; dolorem, obscurè omnibus euanescebant.

L. 7. phar. 69. 9.

Lib. 2. ad glau. 7.

L. 1. 4. meth. 4.

L. 1. 4. meth. 4.

L. 2. ad glau. 7.

L. 6. phar. 69. 9.
L. 1. 4. meth. 4.
L. 2. ad glau. 7.L. 1. popul. par. 1.
com. 10.

bant. Galenus vero totam euanescentiæ rationem humorum tenuita-
 ti & fluiditati libenter eo loco tribuit, Inquit enim. Omnia quæ di-
 cta sunt, ob dominantem acciderunt caliginosam materiam, à qua alia
 solent cum pituita existere, alia cum flauabile: vt sacro igni obnoxia, nō
 nulla cum sanguine inflammata, quæ tamen omnia resistent facillè,
 quod prompte huiusmodi materia digeratur: E diuersò quæ crasso cō-
 stant & lento humore, ægrè discutiuntur. Quibus sententijs apertè
 colligitur, qualis sit futura materia resolutioni apta. Quò factum est,
 vt etiam suo modo errent, qui suppuratos tumores discutere tentant:
 experientia nanq; comperitur (etiam si id consulat Galenus: et Demo-
 cratis sententia, tyrium emplastrum ad puris discutionem referat) pa-
 rum esse, quod ex pure per resolutionem imminui potest: & fortasse
 grauius periculum impèdet, pure diutiùs in parte retento. Necturbat
 nostram sententiam Hippocratis dictum, quo videtur posse probari
 suppurata, esse resoluenda, inquit enim, At si ad suppurationē deueniat
 citò quidem aperire nō oportet, multa enim ex his quæ suppurare vi-
 dentur, quandoq; resoluentur, etiam si nōdum quis vllum cataplasma
 imposuit. Qua sententia iudicio nostro, non præcipit tentare resolutio-
 nem, sed docet in auribus (quarū ea parte meminit) non protinus ape-
 riendos esse tumores. Nam partis & tumoris conditio sæpe sub specie
 suppurationis fallere solet vel peritos medicos. Quapropter in his cau-
 tius consulit esse agendū, aut intelligere oportet multa, postquam ade-
 pta sunt principium suppurationis, posse per resolutionem finire, dum
 suppuratio non sit omnino facta. Itaq; omnibus constare iam arbi-
 tror duram materiam, densam, crassam aut plurimū tenacem nulla
 ratione resolui posse, ni tenuis fluida ac leuis priùs arte fiat. Qua ratio-
 ne factum est, vt in his affectibus nulla lege liceat, discutientibus solis
 vt, quæ quidem tantū, quod tenue fuerit & resolutioni aptum, dissi-
 pare habet. His præmissis & exactè pensatis, ex arte factum esse censeo
 priùs quàm discussorio hoc auxilio (vt pote vacuatorio & per angusta
 foramina) vtamur. materiam huic vacuationi aptam, præparatio-
 ne sibi necessaria reddere: siquidē nulla arte molimur vacuationē, quin sua
 etiam requiratur præparatio, more nimirum facultatis naturalis,
 quæ (vt conuenienti vtat exemplo) dum per cutim materiam expellere
 nititur, in vaporem transmutat, tandem in aquosam naturam (tenuio-
 rem logè humoribus) prorumpere cogit. Quam equidem naturæ mi-
 ram actionem iure optimo medicus tenetur æmulari, dū per eandē re-
 gionē, nēpe per poros cutis partis affectē nititur id efficere. Hanc enim
 legē seruantes præci authorores, varia cōpusuerunt pharmaca discutiētia
 quorum

L. 11. metho.
 Li. 6. phar. ge. 2.

Li. de fracturis.

A quorum actio, licet vna sit, nimirum humorum discussio: composi-
 tio tamen varia existit, ab affectus & humoris natura sumpta diuersita-
 tis indicatione, nam duros concretione aut siccitate humores resoluere
 tentarunt, præmissis aut commistis, quæ emolliunt medicamen-
 tis, crassos nimirum attenuantibus, lentos incidentibus. viscidos ab-
 stergentibus, omnes verò humidis, nam humiditas & quod crassum
 est, attenuat, & quod viscidum est & adhærens facillè separat, & fluidū
 reddit. Quibus equidem vtuntur in maiori quantitate: sufficiebat
 enim omnibus modica resoluendi facultas, quia quod tenue ac leue
 eorum factum est, vel solo innato, vel leui quodam addito calore na-
 tum est discuti: præter id quod verètes maiorem resolutionem, quàm
 par erat, non solum leuissimis his vtentur calorificis, verum sæpe eo-
 rum loco sicca medicamenta citra vllum calorem administrarunt,
 quæ humores ebibentia suo modo discuterent. Cuius etiam resoluendi
 rationis meminit his verbis Galenus: Quæ verò excalfacitunt, dum
 contentum incalecentibus corporibus humorem in vapores dissol-
 uunt (& hæc est communis resoluendi ratio, subdit tamen) quæ autē
 desiccant, velut quæ vocantur diaphoretica, hoc est, per halitum digerē-
 tia, & id ipsa duplici ratione, aut humorem ebibentia cum poris qui-
 busdam insunt, aut totam alterantia partem. Qua quidem componē-
 di ac permiscendi ratione frequenter peritissimi medicorum vtuntur,
 verentes maiora mala ex calorificis auxilijs, dum metiri nequeunt quā-
 tum sit ex humore attenuatum, vt iuxta eius quantitatem quæ calfa-
 ciunt etiam adhibeant. Cuius gratia factum est, vt in his tumoribus dis-
 cutiēdis liberè au sint vt mineralibus medicamentis (vt latius superius
 docuimus) lithargyrio videlicet, marchasita, & plumbo vsto & loto.
 C Ac nequis indistinctè plumbo (mirabili alioqui auxilio) vtatur, animo
 expendat oportet (prætermissa antiquorum omnium in sententijs va-
 rietate) ipsum dum lauatur, tantum modò humectare ac emolliiri plu-
 rimū, etiam si refrigeret: quapropter emollientibus medicamentis ad-
 augendam eorum vim & vsum sæpe vtiliter miscetur. Verū dū vri-
 tur, miram habet resoluendi efficaciam eo modo, quo ex Galeni mente
 retulimus, nimirum humores ebibendo: quò fit, vt vstū emollientibus
 ad resolutionem efficiendam, non nisi maxima vtilitate admisceatur.
 Hoc tamen vnum nosse oportet, quod plumbū vstum si abluatur, sic-
 cat & refrigerat. si verò non, siccat quidē, sed non refrigerat. Hinc equi-
 dem mirabilis est illa discutientium medicamentorum varietas, quæ-
 dam quæ emollientibus constant, & digerentibus, tum proprijs, tum
 mineralibus, obortos ex melancholia & quouis alio humore concreto
 tumores

L. 5. simp. med. 7

Li. 1. I

L. i. 7. phar. gen.
cap. de emplastro

L. i. 4. metho. 5.

tumores discutientia: vt ex Galeno facillè colligitur, sicut emplastrum **A**
dyachylon mesues, simplex album officinis nuncupatum: item gum
matum & huius census pleraq;. Quædam verò incindentibus & dis-
cussorijs constant, qualia sunt quæ aceto parantur, apta quidem crassius
humoribus discutendis, ac deniq; tumoribus pituitosis omnibus.

Quorum Galenus hanc profert sententiam. Siquidem aceti vis modò
ea quis modicè & debito tempore vtatur, salutaris eiusmodi affectibus
est (loquebatur quidem de scirrhis tumoribus) & subdit, Cui crassos
viscidosq; humores dissecans ac dissoluens, licet etiam scirrhis tumo-
ribus, inueteratis tamè, id liceat permiscere. Inquit enim, Cæterum cu-
ratio, quæ per acetum administratur, utilis est vitio iam adulto, & cum
præparata iam pars sub mollientibus fuerit. Plura etiam ad extergen-
dos viscidos humores passim componi reperies, additis terebinthina, **B**
resina, sagapeno, opopanace & alijs huiusmodi liquabilibus, quæ sese
ita in affectam partem insinuant, vt facillè humores extergere, ac reso-
lutioni aptos reddere, conspicias. Nam quemadmodum emollientia
in concretis parant ad discussionem, ita ad extergentia, vt emplastrum
ceroma Nicolai, & huius census alia per multa, quæ etiam salis omnis
generis non nihil recipiunt, maioris attenuationis, penetrationis & re-
solutionis gratia. Hæc sunt quæ iuxta humoris peccantis naturam mis-
ceri configiq; medicamentis assolent. Quibus seruatis facile erit cuius
vel mediocriter docto ea eligere, quæ affectus desiderare cognouerit,
ne vulgari errore deceptus, indistinctè quouis horum in vnoquoq; in-
duratorum tumorum vtatur.

Sed antequàm vltimam manum huic capiti imponam, nouisse ex-
pedi, eos plurimum errare, fucata quadam ratione deceptos, qui dis-
cussorijs auxilijs vtuntur multa cera, & alij emplastricis medicamentis **C**
committis, existimantes ob fixationem vehementius agere, ignorantes
totum resolutionis negotium fieri percutis poros, quos ipsis medica-
mentis, validè occludunt. Quapropter semper placuit partem aut li-
quidis medicamentis fouere, aut emplastris obducere, etiam si aliquã-
do contingat, ipsa suppurantia & emplastrica medicamenta resoluerè:
quod tamen tentare ob id haud tutum est, nisi in his in quibus aut ex-
pedi, aut nihil inconuenit suppurationem tentare.

Vltimò tamen partis affectæ natura in resoluentium vsu maximum
facecit negotium. Plures namq; earum multa resoluentium medicamè-
torum renunt: nonnullæ eadem desiderant: & sic mira varietate quæ
uis sibi proficua & familiaria signat medicamenta. Cuius rei testimo-
nium præbet Galenus: nam cum parte stupida durius, cum ea quæ ve-
getius

L. i. 4. metho. 5.

57101

getius sentit, clementius agendum esse fatetur: quanquam stupore par-
tis abutendum non est, vt ea imperes, quæ exulcerent: Sic enim sensi-
le corpus intabescet: contrahetur, non rarefcet: cogetur materia, non li-
quescet, horror, dolor, fluxio irritabitur, dehiscet venæ, omnia deniq;
in deterius commutabuntur, ac multò magis, si pharmaca crassiori cō-
stitent materia & siccent. Quæ omnia apertissimis verbis docet Galenus **L. i. art. medi. 85.**
differens de externarum partium affectibus, nam inquit: Sed quoniam
hæc omnia vires calidas habent (loquebatur de discussorijs) eiusdem
verò temperaturæ opus est mordere, quando modum excesserit, cauenda
ex eis sunt vehementissimè calida, ac tunc præsertim cum patiens
locus inter summa fuerit. Et eodem etiam capite de Internis affectibus
hæc refert verba: Quòd si summæ quidem partes omni noxa carue-
rint, id verò quod euacuari oporteat, in penitioribus partibus fuerit, in-
B tendendus atq; augendus, dispergentis medicaminis calor, cum dubi-
tandum sit, ne prius quàm profundas attigerit partes, interim vires a-
mittat: nec tamen ex eo superiores partes aliquem dolorem sentiunt,
cum omni vacent affectu. Quare nunc hæc duo simul inuitant ad cali-
dorum pariter atq; acrium medicaminū vsu, & summæ partes quæ
tolerant, & profundæ quæ egent. Ac rursus paulo inferius subdit: Af-
fectæ partes in quibus fluxionis superfluitas retinetur, nonnullæ raræ,
laxæ, & molles natura existunt: nonnullæ autem densæ per se ac duræ.
Priores igitur facillè euacuantur: reliquæ autem acrioribus euacuantibus,
ac præter ea tenuioribus partibus habentibus egēt. Quæ quidem
omnes sententiæ vt apertè monstrant, quod quærimus: ita plenior
desiderant expositionem. Namq; sunt inter partes inflammatione affe-
ctas quædam in superficie corporis sitæ: aliæ verò quæ situm habent
C profundiorum: aliæ præterea sunt raræ & molles, nonnullæ densæ ac
duræ, plures cauæ, aliæ solidæ, aliæ rursus quæ connexionem habent,
cum partibus, quæ destinatæ sunt ad excrementa recipienda, & mittē-
da extra corpus, aliæ verò quæ cæcos habent meatus suos: item aliæ quæ
maximæ sunt dignitatis in corpore, vel publicū munus exercent, aliæ
vltimò quæ vilissimæ & sibi solis seruiunt. Ob quæ omnia docet Ga-
lenus varianda esse resoluentia medicamenta, præterquàm quòd idem
monet varijs in locis. hic tamen consulit partium externarum ratione
qualia sint eligenda, nimirum fugienda esse quantum fieri potest, quæ
vehementer sunt calida, propterea quòd illa mordicationem moueāt,
& sic dolorem, qui iam est in parte affecta, augeant, ex quo fluxiones
rursus concitantur: quapropter eligenda sunt, quæ moderatè calfaciāt:
a quibus abest mordicatio & dolor. Talia autem maximè esse, vt supe-
cc rius

572 . 14 . 2

rius diximus, quæ calori habent coniunctam moderatam humiditatem: quæ & si validam vim non habeant ad omne quod fluxum est resoluendum, illi certè sufficiunt, quod in superficie corporis situm est. Meritò autem huiusmodi digerētia morfu carent, quoniam calor qui resolutionis est autor cum humido retunditur, cum siccitate verò acuitur. Hoc apparet in flamma & in carbonibus accensis, illud quidem in aqua calenti: Verùm cum pars affecta in profundiori loco sita est, quæ imbecilliora sunt medicamenta, ad ea peruenire nequeunt, saluis suis virtutibus: Quapropter acrioribus uti oportet, siquidem partes quæ in superficie sunt positæ, & sanæ tegentes ægram, nequaquam offenduntur ab acrioribus medicamentis, sed eorum vim potius frangunt, ut facultatis tantùm ex eis in profundum perueniat, quantum affectus ipse postulat. Talia igitur medicamenta non oportet esse multo humore exoluta, hæc enim infirmius reddunt medicamentum quàm casus hic postulet. Cæterùm de rara ac densa parte non desunt qui Galeni sententiam damnent, existimantes, id quod semel in raram partem sese insinuat & penetrat, difficilius extrahi, quàm quod in densam & duram: abutentes quidem spongiæ exemplo, quod difficile est si summè expressa sit, aquam ex toto à se pellit: quamobrem raræ partes calidiora exposcere medicamenta ex professo docent, sed falluntur iudicio nostro. Nanq; aliud est rara & densa considerare idonea esse ad faciliorem euacuationem, quæ compressione fit, & vi rei alicuius comprimentis: aliud vero longè ad eam, quæ vi caloris molitur. Qui quidem eò vehementiùs & promptiùs operatur, quod facilius sese in partem inserit. Quantò verò promptiùs in raram quàm in densam ac solidam substantiam permeare queat, nemo sanè mentis est qui ambigat. Quò fit, ut raræ partes remissiori calore opus habeant, ad resolutionem in eis perficiendam: duriores verò intensiori.

Nec valet opponere partes molles ut mammæ, difficilius curari: nam hoc prouenit ratione raræ substantiæ, quæ facilius maximum malum radicitus susceptat, non quidem ex parte imbecillitatis auxiliij, ob resistantiam partis, quæ nulla aut leuis est.

Situs etiam & partium connexio commostrant, non solum diuersa debere esse medicamenta discussoria, verùm & diuersum esse discutendi modum, ut in iecore inflammato exemplum ponit Galenus. Nam licet hepatis situs per se nihil istorum ostendat, sed solum esse positum non omnino inter partes superficiales, neq; inter admodum profundas: connexio tamen docet simas hepatis partes connecti intestinis per venas portæ, gibbas verò renibus & vesicæ coniunctas

L. 23. metho.

ctas, per venam cauam, & propterea has per urinam, illas verò per deiectionem vacuari posse, Sumpta tamen ad id humoris qui superfuit indicatione, nam ut suo loco abunde diximus, non vna est humorum crassorum natura, cum quidam fiant crassi ob terream portionem exuperantem, alij ob concretionem, alij verò per aduersionem ac pro diuersa huiusmodi natura extenuantia propria & discutientia sunt adhibenda.

Nec prætereunda hac in parte est affectæ partis præstantia, quæ sibi iure optimo aliquid peculiarius omnibus discussorijs auxilijs commixtum desiderat. Sunt etiam qui cuertere conentur antiquum illud Galeni & Priscorum omnium dogma, quo docent, in discutendis reliquijs membrorum præcipuum, semper adstringentia esse admiscenda, existimantes, ab ijs quæ extrinsecus iecori adhibentur, nullam gratiam iecur ipsum recipere, ob loci distantiam, ac partium quæ antecant soliditatem & crassitiam: ab ijs verò quæ intus sumuntur, nullum quatenus pars princeps est, neq; alijs communis & utilis recipere emolumentum, sed tantùm quatenus pars densa est, & solida constans substantia, quæ affectu dissipata adstringentibus gaudet & firmatur. Sed laudandi quidem sunt huiusmodi scriptores, qui tantùm abest, ut Galeni veritatem subuertant, quod potius suis rationibus eiusdem sententiam commostrant & roborant: hac enim vnica ratione Prisci omnes adstringentia esse miscenda suadent, quia huiusmodi membra robusta egent virtute, validoq; robore, ut quæ non sibi solis, sed cunctis alijs corporis particulis sunt profutura. Atqui cum robur inter alia consistat in solidæ substantiæ compage firmitateq; & spiritibus (præter temperamentum) hac ratione, quæ hæc omnia asseruant & tuentur, dicuntur proficua esse, pro particulæ præstantia, qualia sunt adstringentia omnia, quibus interna viscera subinde delectantur. Quoniam ut constat apud Philosophos, ea quæ proprius coniuncta sunt, potentiora euadunt, quàm ea quæ separatiùs sunt diffusæ & laxa. Quod operantur quidem adstringentia. Ergo si medicamentum duplicem facultatem habeat, discutientem, aromaticam, & adstringentem, moderatè euacuari poterit humor ab huiusmodi, viscerumq; omnium robur seruari. Præter id quod commodius hac miscela redditur pro situ partis medicamentum, nam ab adstringentibus partibus tenuiores intro pelluntur, dum foris adhibentur, & à tenuioribus adstringentes intro ducuntur. Constat etiam humorum symmetriam ab huiusmodi medicamentis commodiùs seruari posse, nã & adstringentes tuentur

tur quod vtile est, & discutientes inutilem materiam conuertunt. **A**
 At in ijs quæ intus sumuntur, si simplex medicamentum omnes eas facultates obtineat, commodius est, quoniam certius & æquabilius natura quàm ars partes diuersas medicamentorum attemperat, & ita fit vt æquabilius agant, & difficilius distrahantur, si verò simplicibus vti non placuerit, sumenda sunt ex compositis antiquiora, quæ temporis diuturnitate magis miscentur, & tanquàm vnã naturalem formam acquirunt, seq; inuicem commodius iuant. Deniq; his omnibus præsidijs tutum est, in reliquijs omnium tumorum aut affectum vti: vnicum est quidem locale remedium, aduersus inflammationes & alios quorum meminimus affectus.

De communi & peculiari auxiliorum **B**

pus mouentium indicatione. Cap. XI.



MIRA QUIDEM SOLERTIA NATURÆ est sagacitasq; , quibus humanam vitam tuetur ac defendit, à multisq; eripit miserijs: Sed mirabilius profecto artificium, quo id incredibile cura & incessabili labore nititur consequi. Silentio interim prætereo, quas sanis omnibus molitur quotidie actiones, quas potius ob frequentiam non miramur, quàm quòd ipsæ in maximam admirationem ducere nos sua sponte nequeant. Hinc enim factum est, dum morbifica causa opprimitur, varios in corpore efficere motus, tentare vacationes, tum easdem mox, diuersas, donec quod sibi molestat, longè à se pellat. Hinc etiam fiunt crises, hinc magnorum vlcerum conglutinationes, cautorum æqualitates, fractorum ossium insolubiles nexus: & quod maiorem infert admirationem, quanta, qualiq; solertia & cura, dum se opprimi ab humore aliquo partem, quamuis obsidente persentit, nititur, aut aliò transferre, aut accerrima inita pugna per insensibilem halitum, & quasi ad nihilum reducens humorem ipsum discutere. Quod si tentans nequeat perficere, ad consuetum munus confugit protinus, & antiquis vtens instrumentis coctione humorem frænare compescitq; , donec disrupta cute boni probida, ipsum foras pellat. Docens his operibus medicos eodem ordine, eadem munia tentare ac efficere, dum ipsa impotens acquirit aut labitur. Medendi ergo ratio & vsus postulat post repellentia

A lentia auxilia, discutientia esse adhibenda. Quod si malum illis cædit, persistendum est in illo opere, alioquin suppuratio tentanda est, vt apertè Galen. docet. Est igitur huic auxilio hic cōmodissimus locus, in quo, multa plurimūq; necessaria expendere oportet: nãq; pus mouere, graue quidè est auxiliū, & quod multis indiget, vt tutò & vt par est, fiat. L. 1. 4. meth. 13.

Cuius auxiliij gratia nosse prius oportet, qualis sit pus mouentium medicamentorum natura, qualisq; materia in genere, quæ vt res est à primo necessaria, ita quidem difficilis & abdita: nam cum pus prima sui ratione naturali membrorum temperie & calore perficiatur, constare iam arbitror, ea auxilia puri mouendo idonea esse, quæ nostro calori sint simillima. Cæterum quia hæc non sufficient maiorem humorum quantitatem conficere, quam ea quæ secundum naturam à membris mutari solet, necessum est aliud auxiliij genus exquirere, quod ea mensura innati caloris substantiam augeat, qua & humoris sunt adacti, vt eos conficere & in pus mutare liberè queat. Deniq; duorum generum hæc medicamenta sint oportet. Primum eorum quæ calida sunt, quantum pars suppuranda fuerit, aut æquè temperata, ita vt partes naturalem temperiem, & calorem amulentur, & tueantur: nãq; æqualitatem eius neq; intendere, neq; obtundere tenentur, ac etiam humida esse oportet, ita vt neque augeant, neq; minuant humiditatem partis naturalem, quod saltem sit manifestum & sentiri queat, sed aliquid excrementi in spatijs vacuis contenti per halitum (vt secundum naturam fieri solet) digerant. L. 1. 4. meth. 13.

Qua quidem ratione Aristoteles, calida & humida esse dixit, & Galenus, nimirum quia talia à prædominio sunt, quæ nostrum calorem amulantur. Deniq; ea esse oportet, partis affectæ calori æqualia. At **C** quia calor noster calido & humido pollet, cuiusuis sit partis, eò eisdem qualitatibus medicamenta pollere cōuenit. Secundum genus est eorum medicamentorum, quæ emplastrica appellantur: nam si substantia innati caloris, vt Galenus apertè refert, augere & non intendere ipsam qualitatem oportet, poros corporis obstruere necessum est, quo videlicet halituosos transpiratus includant, quibus ipsius caloris substantia, accopia manifesto augmento extollitur. Itaq; ea medicamenta, quæ maiori sunt præd ta calore, vt naturalem haud quaquam seruent moderationem, omnino nihil horum efficiunt. Nam si sicciora sint, cum detergant, obstructione liberant, referantq; meatus, & vnà quoq; calor particulæ euolat, ita vt naturalis haud quaquam deinceps seruetur commoderatio. Quò fit vt humoris contenti non parum euacuetur, & qui reliquus est, incalescat, quo L. 1. 4. meth. 13.

etiam caloris natiui substantia diminuitur, & qualitas manifestè in-
fenditur. Quorum neutrum fieri expedit, sed spiritum calidum &
halituosum contineri quàm plurimum & ad vnguem caliditate sym-
metrum oportet, si pus mouere velimus. Qua etiam lege hæc me-
dicamenta ab emollientibus dissident, nam emollientia calidiora sunt,
& moderatè siccant existentem in partibus humiditatem. Pus ete-
nim mouentia corporibus nostris similè quidem obtinent calorem,
verùm existentem in eis humiditatem seruant. Quibus coniungi
debent etiam emplastrica, quæ ventilationem prohibent, nam cum
suppuratio putrefactio quodammodo fit, hinc est prohibita ventila-
tione egere, quam emplastrica primò præstant. Huius itaq; conditio-
nis sunt quæ pus mouent.

Neq; obstet, quòd Galenus ea sæpe appellat temperata, nonunq;
verò calida & humida: nam illud, vt pus sit optimum prærequiritur: **B**
hoc verò vt quàm celerrimè fiat, præfertim vt nonnihil vt diximus, pu-
trefactionis obtineat, quod calida & humida præstare habent.

Verùm vt quæ dicta sunt, exactè expendantur, docere oportet quã-
tum distet, ea suppurationis species (seu coctionis si placet) quæ in
venis in febrilibus morbis & venoso genere fit, ab ea quæ in particu-
lis, & tumoribus præter naturam efficitur. Siquidem à Galeno simi-
les sæpe censentur. Caterum coctionis modo longè dissident. To-
ta nanq; diuersitatis ratio est, quia calor coctionis author halituo-
sus esse tenetur, & spiritibus plenus, qualis necessariò est, qui in ve-
nis & arterijs profundioribus corporis, in quibus fit putredo, velu-
ti in febribus continetur. Qui verò in partibus externis moratur hu-
mor, talem nequit obtinere calorem, quoniam ille per carnis & cutis
meatus facilè sicut spiritus exhalat. Quamobrem vi emplastrica & **C**
astringenti intus occludendus est, ne desit coctioni, qui in partibus in-
flammati prærequiritur, Nec parti quidem inflammatae idem im-
minet periculum, quod vniuerso corpori adstricto, nam suffocari pe-
riclitaretur cordis & interiorum viscerum calor, si perspiratione, em-
plastricis & astringentibus adhibitis, destituatur, id quod non fit in
suppuratione humoris contenti in vna corporis particula, quæ vicina
rū etiã perspiratione réperatur: qua ratione nequit rei huius ratio admit-
tere eadē suppurationē in venoso genere, & in tumoribus præter naturā.

Quod verò emplastrica & astringentia adhibeamus ad suppara-
tionem, quæ aliquid habet putredinis, vt diximus, ratio est: quoniam
cum certò scimus fore quod pus fiet optimum, eò quòd vincentis con-
coctionis adsunt indicia, prodest omni ratione coctionem iuuare, ad-
huc

A huc prohibita ventilatione, quæ putredinem auget, quam præscimus
coctionem finituram. Leuiter ergo obest, aut si mauius prodest, per-
spiratio illa eo modo prohibita in pure mouendo, sed quia maximè
prodest coctioni, quæ nequit perfici absq; illa præclusionione spirituum,
naturæ adferimus auxilium, id quod non fiet, dum vincentis putre-
dinis adsunt notæ: tunc enim quia desperatam habemus coctionem,
non quidem ab emplastricis & coquentibus præsidia quærimus: sed
per exiccantia & transpirationem molientia putredinem oppugna-
mus, vt gangrænarum curatio docet. Itaq; in generatione puris ca-
lor reddetur idoneus ad coquendum: si conclusus intus spiritus halituo-
sus contineatur, dummodò putredinis signa non videantur vin-
cere naturam. In coctione verò humoris putrescentis febrium requi-
rit calor mediocrem temperiem, pro qualitate & quantitate humoris
B coquendi, vt capite de Præparatione humorum, abundè diximus.
Hæc itaq; est pus mouentium natura in genere.

CÆTERTVM si quis exactè & vt par est, ea medicamenta nos-
se specialius exoptat, intelligat velim, emplastrica omnia duorum
tantum esse generum. Quæ verò temperatae naturæ esse diximus,
tot susceptare temperamenti differentias, quot partium nostri cor-
poris sunt naturæ & temperamenta. Quæ etiam nonnihil varian-
tur, ob humoris, quem suppurare intendimus, variam naturam. Ex
emplastricis enim quædam sunt propriè talia, quædam verò quæ li-
cet diuersæ sint naturæ, quia tamen poros occludunt, huic vsui in-
ter emplastrica, iure optimo numerantur. Quæ autem verè talia
dicuntur, duorum adhuc sunt generum: nam quædam illinentia
esse oportet, quòd poris corporis illita tenaciter hæreant, qualia sunt
C glutinosa, terrea & nulla ratione acria. Meminit autem huius ge-
neris medicamenti Galenus loquens in hunc modum. Breuiter er-
go emplastricum medicamentum est, quod tenaciter corporis po-
ris siue meatibus illitum inhæret, demonstratum autem est in libro
hunc præcedenti, mordacitate vacare omnino debere medicamen-
tum emplastricum. Nam si quæ illi inhæret mordacitas, hætere in
poris non poterit, sed omnino facilè excerneretur, aut partium ali-
quam aliquando aut certè humorem aliquem ex alto trahendo. Sed
& illud satis constat terrenæ consistentiæ, & viscosum esse oportere.
Sunt autem huiusmodi omnia quæ viscosa omnino, sed ex aqua &
terra, & plerumq; etiam aëre mista existunt, sicut oleum dulce, buty-
rum, resina, gummi ac denique pinguedines omnes nondum vllam
nactæ acrimoniam: & alia etiam multa, quæ consultò prætereò, quia fa-
cile

Lib. 1. 4. metho.
Lib. 2. ad glauc.
Lib. 4. simp. 5.
Lib. 4. simp. 4.

cilè ex Galeni scriptis desumi possunt.

Alia rursus sunt, quæ emphræctica, id est, obstruentia poros suo lentore appellantur, quæ media sunt inter caliditatem & frigiditatem: quorum meminit Galenus his verbis. At si talis cum sit, in caloris frigorisq; differentia, insuper consistentiam nacta sit siccam, terrestris sit, ac citra modum desiccet, necesse est: appellantur huius generis medicamenta omnia emplastrica, velut pleraq;, quæ exactè lota sunt, amyllum, pompholyx, cerusa, lapis cæmatites, cadmia, terra cretensis, cimolia, alica, & samius aster. Inter quæ & alia omnia, quæ in altero genere retulimus, in maioris minorisq; efficaciam non parua inuenitur differentia, sed præcipuè vsus variatur, iuxta humoris promptitudinem, aut renitentiam in conuersione ad pus.

NOTA etiam alia pleraq;, quæ ex accidenti emplastrica fiunt, vt emollientia. & laxantia omnia, vbi crassioris sint substantiæ, hæc enim illinentia sunt, & hac sola ratione poros obturant. **B** Qua etiam lege suspicor, hordeaceam farinam à Galeno numerari inter pus mouentia medicamenta, licet frigida abstergentisq; naturæ sit, aut si magis placet, ratione medicamentorum, quibus miscetur, olei nimirum & aquæ, quibus quidem pollini hordei admittis, & obstruendi corporis meatus, & augendi calorem facultas inest. Multa enim sunt, quæ per se aliquid haudquaquam possunt, admista verò cum alijs id possunt. Non igitur proprijs hordei viribus tribuendum, quod in inflammatione tentatis locis humor ad suppurationem ducatur. In hoc etiam emplastricorum genere continentur medicamenta, quæ adstringendo poros obturant: nam pari lege, prohibito effluxu, pus mouent, quia hæc, vt frigida, & vt adstringentia, id moliuntur, adaucto nimirum maiori calore. **C** Hæc igitur sunt omnes pharmacorum emplastricorum differentia, quas passim reperies medicos confundere, & varias emplastricorum formas conficere, ac fortè pro cuiusuis arbitrio potius quàm iuxta affectus indigentiam.

Alterum verò genus, quod primo loco proposuimus, eorum nempe medicamentorum, quæ caloris temperie puri mouendo sunt idonea, his constat medicamentis, quæ affectum membrum temperamento secundum naturam æquent. Quorum quidem neq; certa ratio, neq; materia vna haberi potest. sed hac lege excogitari debent, vt cognita semel membri temperie, illi æqualia emplastricis misceantur medicamenta, ita vt quod humoris in particula superest, robustiore calore factò, sibi similibus medicamentis facile in pus mutetur.

Est etiam

A Est etiam, præter dictas, alia puris mouendi ratio, quæ vlceribus, aut quibusuis alijs continui, solutionibus debetur, cuius indicationem præstat, aut humoris alicuius redundantia, aut partis affectæ impotentia: quò fit, vt cautè & maxima cum præmeditatione hoc auxilij genere vti detur. Itaq; id solùm expostulant recentia vlcera, quæ per simplicem vnionem curari nequeunt ob sanguinis copiam, quæ in extremitatibus vasorum & partibus cutaneis superest, quem in pus mutare necessum est. Ea etiam quæ contusam habent carnem suppuratione necessariò egent, alioquin impossibile est curari. Inquit enim Hippocrates carnem contusam necessariò putrescere, quod etiam Galenus aperta ratione commoltrat. Quod quidem & si verum sit, suspicor non esse simpliciter intelligendum, nam id solùm est magnis contusionibus, aut potius vulneribus

B bus coniunctis intelligendum: nam leues contusiones in carne facile est emendare absynthio contuso, vel myrthino oleo, insperso postea puluere ipsius myrthi, & rosarum, sicut vniuersi corporis contusiones, quæ solent accidere cum quis ab alto cadit, aut vehementer percutitur, sanantur, inuoluto corpore in pellibus ouinis, detractis ab oue recenter occisa, quæ genera remediorum suppurandi vim non habent, sed quædam repellendi, exiccandi, & digerendi: alia verò mitigandi dolorem & leuiter resoluendi. Præterea si neruum contundi accidat, non protinus liberè in pus conuertere oportet: nam præter id quòd puris acrimonia conuulsiones fortassis pariet, sinus in parte contusa facile fiet, ob feminale membrum, quod nequit postea regenerari. Quapropter in his aut fugienda suppuratio est, aut siccantibus atque digerentibus sanitas procuranda:

C nam in cotusione duplex est affectus: aliquid enim in penitiores partes est protrusum, quod ad superficiem reuellendum est, quod faciunt digerentia: aliquid verò diuisum, quod per exiccantia vnitur. Pus item mouentia exoptant vlcera tumore aliquo præter naturam phlegmonoso, œdematoso, & erysipelatoso coniuncta. Cæterum id & tentatis, quæ præire debent remedijs, & inspectatumorum conditione: nam calidioribus in œdemate & temperatioribus, qualia ex hordeacea farina, aqua & oleo conficiuntur, in phlegmone & erysipelate vti oportet. Cui vsui ne plurimum vlcus sordescat, commiscere cõuenit; quæ secundo genere emplastrica esse diximus: quæ rursus eo loco sunt apponenda, quo Hippocrat. apertè monstrat. Inquit enim. In talibus quicquid cataplasmate opus habere visum fuerit, non super ipsum vlcus cataplasma ponere oportet, sed circum

super

Lib. 4. metho. 5.

que medicant' debent
poni in phlegmone &
erysipelate.

Li. de vlceribus.

super circumfistas partes, quo pus decedat, & indurata molliantur, A
 id quoque his verbis docuerat, libr. de Decenti orna. Verum cata-
 plasmata per ambitum vlcis vtaris: nam hic vsus cataplasmatum,
 & artificiosus est, & multum prodesse potest, videtur enim vlcis opi-
 tulari vis eorum quæ circumponuntur, ac subdit, verum partibus ex-
 tra vulnus circumfistis cataplasma prodest. Quod etiam in pus mouen-
 tibus obseruasse tutissimum est consilium, obducto nimirum vlce-
 re medicamento ei vtili: rursus in defluxione, quam partis impoten-
 tia nequit aut conficere, aut in pus vertere (nam si id vlcus sua spon-
 te efficiat, fatius est abstergere) huiusmodi auxilia plurimum sunt
 proficua. Item vtilia sunt, vbi pars affecta aut frigida est natura,
 aut facultatem habet languidam, ita vt nequeat proprium alimen-
 tum conficere, quo tempore tutissimum est, emplastricis medica-
 mentis vti, quibus reddita maiori nativi caloris substantia, quod par-
 ticula sua sponte nequit, eorum adminiculo perficiet. Atqui si di-
 stemperies calida fuerit, non abre erit præmissis, quæ distemperiem
 compescant, ea adhibere, quæ propriè suppurantia dicuntur, quæ si-
 millima sunt nativo partis calori, vt quod parti ipsi proprii caloris
 denegetur, sui simili consequi valeat. Hinc etiam factum est, quod
 saepe mineralia lota, læuigata ac præparata optimè pus moueant, quem-
 admodum ex vnguento lithargyrio, cera & rosacco constanti, quo-
 tidiana experientia conspicitur. Vt ex Galeno etiam constat, vten-
 te in vlcibus eisdem vnguentis, ratio autem est, quia eam nancis-
 cuntur temperiem, quæ ferè omnibus externis partibus, quarum nõ
 est magna in temperamento diuersitas, est affinis, qua ipsæ puri con-
 ficiendo redduntur idoneæ, cum antea id nequirent, vel plurimis
 tentatis auxilijs. Neq; abs re est, si etiam leuiter abstergant, siquidem C
 eius sunt mineralia naturæ. quibus etiam contingit non nihil repel-
 lere, dum humor ad partem dilabatur. Itaq; vnico hoc solo medica-
 mento varia & admiratione digna perficiuntur opera: quædam ta-
 men propria ratione, quædam ex accidenti, quæ multis alijs medi-
 camentis fieri vsq; potuerunt. Cæterum pensitare plurimum oportet,
 pus mouentium administrationem in vlcibus, nam ferè omnia (ex-
 ceptis ijs quæ metalla recipiunt, quæ mirabili quadam dote ferè om-
 nibus profunt, & malignis præcipuè vlcibus) quæ laxantia quo-
 dammodo sunt, calorem adaugent, & vlcera partis robur deiciunt,
 ac ipsam veluti effœminatam reddunt, præter id quod vlcus sordidum
 efficitur, tum ob vlcis conditionem, tum verò quia vlcera pars ne-
 quit, quia detecta est, eadem sustinere.

Atin

A At in parte hac subit in examē, qui humores aut tumorū differētiæ
 suppurantem admittant, & qui difficulter, aut facilius ei cædant. tantū
 dem quod suppurantium genus, quiuis suo iure exoptulet. Constat
 nanq; ex Galeno puris substantia promptius confici ex sanguine quàm
 ex quouis alio humore: sic phlegmonas, & quosuis alios ex sanguine
 ortos tumores facilius in pus verti omnibus in confesso est, & experien-
 tia conspicuum. Eandem gratiam suscipiunt à natura carnes contu-
 sæ, vt iam probatum est. Itaq; id omne à quo natura aliquam gratiam
 sperare potest, ipsa præptius aggreditur, id autem est, quod similitudi-
 nem aliquam cum parte alenda obtinet, quæ tantum in sanguine aut
 carne contusa reperiri potest. Qua etiam ratione puris naturam susce-
 ptant omnes, qui cum sanguine cōmiscētur humores, vt in composi-
 tis tumoribus aperte conspicitur. Cæterum de his, qui simplices sunt,
 B & vnico tantum humore constant, ambigere decet. Erysipelas verò &
 si exquisitus sit, ex propria humoris natura nil, nimirum si suppuratio-
 nem aliquando patiat, siquidem vt ex Galeno cōstat, ex tenuissimo
 aut feruenti sanguine fit. Vlcis verò si superuenerit, ea tantum susti-
 net medicamenta, quæ ex hordei farina, aqua & oleo, & quæ eis sunt si-
 millima conficiuntur. Cæterum id tentare rarò aut nusquam oportet:
 nanq; grauissimum est in erysipelate pus mouere: medicamentorum
 ope. Quod plurimum permittit Hippocrates dicens. Ab erysipelate
 putredo aut suppuratio malum, magnam enim corruptionem signifi-
 cat adesse, vbi cum erysipelate putrescit caro, ad quam sequitur suppu-
 ratio. Verum ne quis existimet, nusquam esse tutum in erysipelate pus
 mouere, intelligat velim, hanc sententiam tantum damnare id pus, quod
 ex carnis corruptione ab erysipelate generaliter appellato, prout à fla-
 C uabile nascitur, vt vulgus existimat, fit: nanq; experientia compertum est
 tutò erysipelam suppurari. At tumores, qui ex sola flaua bile suboriun-
 tur, qualis herpes est, & eius species, nusquam citra periculum ab Hip-
 pocrate prædictum suppurantur, præter id quod suppuratio carnis il-
 lius à flaua bile exesæ & putrefactæ est, non ipsius bilis, quæ nequit vsq;
 sola suppurari, neq; adhuc in venis concoqui. Quamobrem alijs
 auxilijs tentare oportet biliosorum tumorum curationem, & omni-
 no abstinere ab his quæ pus mouent. Idem oportet in tumoribus à
 melancholia obortis, & scirrholis omnibus obseruare: periclitatur enim
 ne pus mouentibus adhibitis, in cancrum aut malignam exulcera-
 tionem degenerent. Nequit enim huiusmodi materia suapte natura
 in pus mutari, neq; id vsquã facultas conatur, quia plurimum dissidet
 à membrorum solidorum (quorum suppuratio munus est) substantia.

Itaq;

Lib. 14. metho.
Lib. 2. ad glauc.L. 4. aphor. co.
47.*pus facili, fit ex
quam ex alio sum**alij erysipelas ma-
turat qd fit a sangl**medicamenta erys-
ipelati propria*

L. 7. aphor. 20.

*de mala suppuratio-
in erysipelate*

Itaq; tum ex parte humoris, tum etiam ex parte virtutis fit, vt frustra A
 suppurationem tētemus. Quò factum est, vt in scirrhosis tumoribus,
 non liceat solis emolliētibus vti, ob suppurationis timorem, saltem ob
 damna, quæ ea tentata suboriuntur: si cuti nec discutientibus solis, ob
 maioris duritiei periculum, sed ea semper commiscere oporteat. At in
 pituitosis tumoribus, & ijs qui ex frigida, crassa, ac viscida materia con-
 stant, haud facile est intertinguere suppurationem admittant, nec ne
 L. 1. prog. tex. 30
 & 31.
 auctores: Nam Hippoc. aperte docet œdemata suppurari. Cæterum
 ipsa rei ratio quodam modo refragari videtur, siquidem commostrat
 id esse impossibile, quin prius pituita in sanguinē vertatur, qui propria
 est puris materia, at partes nequeunt id efficere: ergo neq; œdemata
 suppurari. Cui dubitationi respondeo: ea œdemata tantum suppurari
 posse, quæ aliquam habent cum sanguine commistionem, qualia sunt,
 quorum meminit Hippocrates quæ febribus & morbis alijs venosi ge- B
 neris accidunt, præsertim acutis, de quibus eo loco erat sermo. Secun-
 dō ea item suppurari potest pituita, quæ in loco aliquo calidissimo cō-
 cluditur vt apertis verbis monstrat idem auctor. Inquit enim: Alijs au-
 tem si per palatum in guttur multa fluxio contingat, vt plurimū mor-
 bi tabis oriuntur, replentur enim pulmones pituita, atq; ea ipsa pus fit,
 id quod pulmonem exedit. Ex quibus constat, rarò pituitam in pus
 mutari, idq; ope calidissimæ partis, ex quo iuxta optimam medendi ra-
 tionem colligitur, quam sit difficile pituitam adhuc mistā in pus mū-
 tari: quò fit vt merito suppurantium, ea expostulet medicamenta, quæ
 maioris sunt efficaciam, vt tantum partis calorem adaugeant, quantum
 ipsa à pituitæ frigiditate superatur. Nam qua ratione maiorem sangui-
 nis copiam in inflammationibus, natura conficere nequit, quia quan-
 titas superat vires, ac per consequens, quæ caloris substantiam adaugeat C
 desiderat, alioqui in corruptionem degenerat: ita & in œdematosi tu-
 moribus, etiam frigiditate, crassitie, multitudine, veluti sopita natura
 efficaciora exposcit auxilia, ac à leuioribus nihil iuuatur. Itaq; in exqui-
 sito œdemate alijs est agendum auxilijs, validioribus nempe & calidio-
 ribus, vt ex Hippocratis sententia facile colligitur, in mixto, verò secus.
 Præterea licet magnæ inflammationes, citius facilius & ex propria na-
 tura ad suppurationem veniant: verendum tamen est, ne maior sit,
 quam partis natura aut capacitas sustinere queat, nam tales etiam nul-
 lis abhibitis suppurantibus in gangrænam facile degenerant, nequeū-
 te partis calore humoris copiam superare: quò fit, vt suffocato eo, par-
 ticula protinus pereat. Periclitantur etiam hac lege pusillæ partes,
 dum maximam perpetiuntur fluxionem, & rursus omnes extremæ,
 pusillæ & exan-

*pituita debet conber-
 trij in sanf. q̄ in m̄B*

L. de glandulis.

A & exangues, & frigida, quapropter in his rarò, aut maxima cum cau-
 tione, pus mouentibus vti oportet: nam prohibent hæ vterius dilatatio-
 nem, qua plurimum indigent grauata copia partes. Renuunt etiam
 suppurantium abhhibitionem maligni humores, & imbecilles natura
 partes: neq; enim existimare oportet omnia cruda suppurationem ex-
 poscere, quod insinuat egregie Hippocrates dicens. Quæ cunq; conco-
 qui opus est, occludi conuenit, contraria verò exiccare, atq; aperire. Lib. 6. popul. p. 2
 tex. 30.
 Quod Galenus eleganti quadam ratione apertius exponit. Cæterum
 nolite (inquit) putare me omnia cruda, nullumq; pus habentia ita cura-
 ri dicere: nonnulla enim ex his ab emplasticis istis medicamentis putre-
 fiunt, aut propter humorum ipsa creantium prauitatem, aut ob affecti
 membri imbecillitatē, ingenitū calorem ita pusillū ægrūq; habentis,
 vt neq; humorum in ipsum delapsorum concoctionem aggrediatur.
 B Porro in horum curatione scarificationibus altissimis cutim rescindi-
 mus, & plerūq; vsq; ad profundum in multis affecti membri partibus
 dissecamus, medicamentisq; siccantibus vtimur. Quibus verbis aper-
 tē constat, quàm diuersam curandi rationem expostulent huiusmodi
 affectus. Quapropter cōsultò dixit Hippocratis. Quæcūq; concoqui
 opus est, quasi plurima sint, quæ suppurationem pati, aut nequeant,
 aut non sit opus, qualia quæ ad id deueniunt, vt mox in gangrænam
 casura sint, & quæ iam computruerunt, veluti ea quæ retulimus. Tan-
 ta itaq; cautione vti in his adhibendis auxilijs oportet, vt merito Gale-
 nus consulat, adhuc in his quæ pus mouentia iure optimo expos-
 cunt, prohibere totis viribus suppurationem. Inquit enim: Itaq; cum
 initio suppurationis inflammationis, curationem melius, si speres se hanc
 prohibere posse, pane, oleo, & aqua permistum plurimum incoques,
 C aquæ autem quàm olei maior sit portio. Ecce qualiter adhuc tumo-
 re vergente in suppurationem, tantum ea veretur, vt prohibere om-
 nino liberè doceat. Nequè adhuc id temerè & in quouis tumore est
 tentandum, speramus autem suppurationem prohiberi posse, si qui
 inflammationem producit humor, nec multus sit, nec crassus,
 nec lentus, proindequè medicamentorum vim superet. Qua pro-
 pter dum id intendimus, antevertemus humorem, qui abscessum
 gignit, vacuando, quod fiet commodè digerentibus, exiccantibus,
 humoremquè de pascentibus medicamentis, quale esse ostendit Gale-
 nus cataplasma ex pane, & oleo, & aqua plurimum decocto. Cæte-
 rum dum suppuratio impediri nequit, summa breuitate, ac diligen-
 tia procuranda protinus est. Inquit enim Galenus circa id verba
 faciens: Quos vbi digerere posse parum speraueris cataplasma-
 tis ex
 dd tis ex

Lib. 6. popul. p. 2
 tex. 30.

In commentar.

Lib. 2. ad Glauc.

cap. de absces.

Lib. 2. da Glauc.
 cap. de tumore sup-
 purato.

tis ex tritica farina vtere, nam ad celeritatem suppurationis plurimū A confert. Quæ enim diutius immoratur, maximam carnis excavationem, plurimos sinus, ac sæpe immedicabiles fistulas parit. Præsto igitur esse oportet his quæ pus maturent, inter quæ primum locum obtinet corpus non plurimum vacuare, ut capite de Sanguinis missione, abundè diximus. Rursus medicamenta ad id idonea recenset Galenus, ubi pars non est copioso humore destituta: nam ubi humoris parum in particulis continetur, tutius quidem esset resolutionem tentare.

Nec minus negotium faciesit in hac re nosse, quæ partes suppurationem admittere queant, & quæ secus, ac rursus, quæ difficulter, ut quis exactè intelligat, quibus, quando, & quo loco vti oporteat pus mouentibus. Partes verò, quæ abditæ & intra corpus disitæ sunt, nulla ratione suppurantia admittunt, ob loci incommoditatem, præterquam, quòd hæ maiori ex parte calidiores sunt: quibus dum fortè accidit pus B fieri, minori opus habent adminulo. tum etiam quia semper in his maius periculum affert pus ipsum. Nam præter id, quòd partes sunt digniores, & quæ ex putridæ substantiæ contactu plurimum offenduntur illud insuper grauius est, quia non habent qua possint facile à purè genito expurgari, citra sui (dum plurimum detinetur) aut alterius partis dum per ipsam cogitur delabi) maximum incommodum. Sic Hippocrates laudauit in viscerum abscessibus ruptiones ad interiora: nam eo tempore, per communes corporis canales facile pus defertur: qui verò extra rumpuntur, inquit, graues sunt, quia nequeunt, nisi per maximos anfractus expurgari: ubi periculum est, ne aliquando, aut locus desit, aut natura nequeat inuenire, aut saltem præ languore tatum puris perficere minimè valeat, præter alia mala, quæ hoc modo affectis protinus sequi solent. Quapropter suppuratorijs auxilijs in his partibus quicquā C tentare nefas quidem est, etiam si natura coacta, fortassis necessitate, id aliquando moliat: plurima enim efficit ipsa, ut suspicor, minoris periculi gratia, ex malis quod minus est eligens, quàm quòd sua sponte id aggrediatur. Quæ quidem medicus nulla ratione æmulari tenetur: quin potius in his frequentius resolutio tentanda est. Partes etiam quæ articulationes construunt, omnino pus mouentia renunt, difficulter enim harum partium vlcera sanescunt, ob plurimas humiditates, quæ necessario ad eam partem confluunt, præsertim quia periclitantur articulationum ligamenta, ne facile ab his medicamentis, & purè ipso putrescant. Qua ratione contingit, ut rarò huiusmodi partes, nisi maxima cum difficultate, pristinae sanitati restituantur. Rursus partes pusillæ & extremæ ut superius diximus, ubi multo

Lib. 1. prog. text.
37.

A multo humore irrigantur, sua spontè periclitantur gangræna, ob caloris suffocationem, ne dum emplastricis adhibitis medicamentis. Item venarū vstiones quæ ad prohibendam hæmorrhagiam fiunt, aut humorum defluxum ad quamuis partem, veluti in varicibus, quas ferro candenti secamus contingit, ne gustare quidem gaudent quæ pus mouent medicamenta. Excidit enim protinus scara, quam intendimus diu conseruare, donec discissa vena cicatricem contrahat. Qua propter ab eis abstinendum esse, ipsa rei ratio consulit: at verò in partibus quæ gangræna afficiuntur, abscissione aut vstione, quæ pus mouent adhibenda sunt, ut citius decedant quæ corrupta sunt. Item licet necessum sit, pus mouere in partibus à caloris fonte distantissimis, id tamè difficulter cōsequimur, ut apertè Hippocrates docet, qui minùs suppurari œdemata, quæ in ventre sunt, quàm quæ in hypochondrijs dixerat ob caloris B inopiam. Quod pari lege callosis, ac duris omnibus, acciere constat, in quibus maiori opus est diligentia, sicuti in his quæ crassiori constant humore, & alijs omnibus quæ densiori cute teguntur.

Dubitabit fortasse quispiam, si tanta sunt tamq; varia, quæ huius auxiliij vim experiri nequeunt, quorsum tam mira ipsius varietas: cui respondere oportet, nec credendum quidem esse temere aut inconsideratè, & fortuitò factum, tot pus mouentium medicamentorum genera priscos illos medicorum doctissimos inuenisse: sed id esse ob partis affectæ, aut ipsius affectus cui debentur miram varietatem, ac etiam ob eam medendi rationem, quæ docet, pus esse maturè mouendum. Ac qui cum idemmet humor, pro partis diuersitate faciliter, aut difficulter in pus vertatur, securiusue aut periculosius: eò fit, ut varia oportuerit confixisse suppurantium medicamentorum genera: qua ratione C pensitare oportet, quibus conditionibus liceat pus mouere. Consulit enim curandi ratio dum ad id opus cogimur, quàm celeritè efficere, tum vitandi accidentia (quæ dum ipsum conficitur, fiunt) gratia: tum verò ne pars sinuosa fiat, ob vltiorem corruptionem, & diutina puris mora, atq; vltimò ob alia, quæ præter spem solent accidere mala. Timorosum enim & periculo plenum est, inquit Galenus, quæ præter naturam sunt, diutius in corpore immorari. Quapropter humores in parte quauis retentos, quàm citissimè aliò transferre, aut discutere, aut in pus vertere, eodem loco apertè docet, quòd etiam in curatione parotidum ipse obseruat. Sæpius enim tepida partem abluere iubet, & farina hordei illinire, quò etiam factum est, ut variam pronuntiarit Galenus sententiam, circa suppurationum medicamentorum temperiem. Inquit nanq; ea debere mode-

Lib. 1. prog. text.
33.

lib. 2. di. 1.
86

Lib. 4. meth. c. 13.

Lib. de remed.
par. fa.
Cap. de paroti.
Lib. 5. simp. 9.
Lib. 4. Meth. c. 13.

rata esse: cæterum alibi calidæ & humidæ esse temperatura: quod eò di
 ctum esse suspicor, quia in pure conficiendo, vt superius diximus, duo
 spectantur. Primum vt optimum sit: secundum vt quàm celerrimè fiat
 illud quidem à medicamentis fit temperatis, hoc verò à calidis & hu-
 midis. Sic erysipelatosos tumores, si fortè ad suppurationè vergere fue-
 rit cōpertum, ijs medicamētis curare oportet, quæ media sunt, in calidi-
 tate & frigiditate, ac sine vlla mordicatione, qualia referrī diximus à
 Galeno, vt amyllum, pompholix, cymolia, chondrus, & huius census a-
 lia, quæ exactè lota & bene temperata non solum suppurationem po-
 ros obturando moliantur, sed etiam affectus feruentis naturam reprimant,
 ac suo tempore caliditatem compescant, & partis temperiem tueantur.
 Tantum nanq; ab hoc moderamine recedendum est, quantum particu-
 læ naturam desiderare compertū sit, nullaq; ratione pinguis vtē-
 dum, ne feruentior fiat affectus, cuius materia facilè vel debilissimis au-
 xilijs fiat pus. Pari etiam ratione frigidi tumores, & frigidarum partiū
 ac deniq; omnium earum quæ carne & sanguine sunt distitutæ, sibi
 hac lege exposcunt emplastica medicamenta, nimirum quod maio-
 ris sint efficacitæ & caloris (dum fluxio non sit ingens) vt quod particu-
 læ deest, respectu frigiditatis & renitentitæ humorum, ijs adimpleatur.
 Siquidem quæ temperata sunt, aut nullum, aut leuiter pus conficiunt.
 Calidiora nanq; præter id quod nullum minantur damnum, citius ef-
 ficiunt, aut fortassis discutiunt, citra duritie periculum. Quam meden-
 di rationem docuerat Hippocrates dicēs. Oedemata, quæ in vêtre sunt
 minus faciunt abscessus, quàm quæ in hypochondrijs, minimè verò sup-
 purantur quæ infra vmbilicum sunt. Quæ sententia cōstat, facilius sup-
 purari oedemata, aut quæuis aliū tumore, in calidiorib⁹ partibus, quàm
 in frigidioribus. Et ob id, sumpta ab hac sententia indicatione (etiam
 si pus mouentia partis temperiem æmulari teneantur) consultius mihi
 videtur, paulo calidioribus vri, quàm fidentes pusillo partis calori, diu-
 tius malum protrahere, aut fortasse aliud maius veluti manu efficere.
 Nam sententia illa medicorum omnium, de temperato suppurantiū
 calore, intelligenda tantum est circa eas partes, quibus suapte natura tā-
 rus inest calor, vt ipsæ sine emplasticorum adminiculo pus mouere va-
 leant: aut vbi humor ita est tenuis substantiæ, & cutis adeo rara, vt à quo-
 uis vel dibili calore, facilè in pus vertatur. At in frigidis particulis & hu-
 moribus, longè aliter res fieri debet. Pus mouētibus, etiā quæ id ex acci-
 dēti efficiūt, vtimur in his tumoribus, vbi munus est aliquid ante puris
 cōfectionē efficere: nimirū materiā præparare ad festinā suppurationē:
 sicut aliquādo chalasticis, aut emolliētibus, admixta crassiori substantiā
 vtimur

Lib. 4. simp. 5.

Lib. 1. prog. text.
38.

A vtimur, præsertim dum vtrumq; finem respicimus, discussionem vide-
 licet, & eius quod nequit resolui, suppurationem. Frigidis etiam & ad-
 stringentibus id sapius consequimur, quod (licet aliquando tutò fiat)
 his auxilijs tētare, haud tutum est: nam licet poros occludant, calorem
 tamen refrigerant, ac sæpe extinguunt, frequenter verò humorem con-
 cretum ac durum reddunt, ineptum quidē discussioni ac suppuratio-
 ni. Quibus autem medicamentis quoduis horum generum constare
 conficiq; possit, ne videar metas mei instituti transgredi, consultò præ-
 tereo, præsertim cum id passim reperiatur apud Galenum.


At versa iam in pus materia, in omnibus externis partibus periculū
 est ruptionem cutis diutius protrahere. Docet quidem Galenus fieri si-
 nus, dum abscessus pus habens, tardè secatur: quapropter cutem dirum-
 pere protinus oportet. Verum in articulationibus, aut partib⁹ internis,
 quibus disruptio minus tuta est, non erit abs re, ante puris integram cō-
 fectionem ea præmittere medicamenta, quæ pus sine ruptura vacuant
 quorum meminit Galen⁹ ex Asclepiadis sentētia: atq; etiam in ijs quæ
 ex Democrate scripsit: & rursus in his quæ ab Era accepit, præsertim
 illud quod Epigoni seu Isis dicitur. Quibus si vtilitatis aliquid fuerit
 consecutum, eò persilendum est, donec totum absoluat opus: sin mi-
 nus sectionē efficere oportet, ne pus subiectas sibi partes erodat, & hu-
 ius capitis hic esto finis.

Lib. 4. methoē.
lib. 2. ad. Glauc.

Lib. 2. ad Glauc.

Lib. 6. phar. gen.
cap. 14.
Lib. 6. phar. gen.
ca. 12.
Lib. 6. phar. gen.
cap. 2.

De communi & peculiari extergen- tium auxiliorum indicatione. Caput. XII.



C A ENIM est quorundam morborum natura ac te-
 nacissima conditio, vt non semel neq; vis, sed pluries ac-
 diuersis curari desideret auxilijs: quod maiori ex parte
 morbi insoluta continuitate (dum simplici vnione nō
 coalescunt) exposcunt, præsertim qui ex tumore, aut
 quouis alio defluxu supersunt. Constat nanq; disrupto abscessu, aut ex
 sa carne, aut tandem vtcunq; soluta vnitate, vt iterum partes coalescant
 multis egere præparationibus: citra quas nequeunt pristinam subire sa-
 lutē. Primo etenim exoptant à puris recrementis & sordibus, quæ quo-
 tidiana coctione succrescūt, abstersione liberari, alioqui nequeūt ad sa-
 nitate progredi. Quapropter oportet hoc opus in examē ducere, nāq;
 id commonstrat optima medendi ratio. Quæ autem hanc gratiam vl-
 ceratis particulis præstant, vnus sunt generis medicamenta, quæ ab-
 stergentium nomine complectimur. Cæterum ob diuersam abstergen-
 di rationem in tres iure optimo secantur differentias.

dd 3 Prima

Primaquidem continet ea medicamenta, quæ communi quadam **A** acceptione abstergentia seu rhyptica dicuntur. Secunda ea complectitur, quæ eccathartica quasi purgatoria & factu liberantia ab omnibus appellantur. Tertia verò reliqua omnia quæ abluendo, à fordida labe partem vindicant.

Lib. 5. simp. c. 12.

Ryptica ergo speciatim (vt ex Gal. constat) sordē à cutē & vlcibus tantum extergunt, non etiam obstructa liberant. Tergentia verò siue expurgatoria (licet à rypiticis substantiæ genere minimè diuersa sint, sed tantum maioris minorisq; ratione, vt his verbis Galenus loco citato aperte inuit. Inquit enim: Nam quæ in superficie solùm sordem auferunt, siue in cute, siue in vlcibus ea extergentia seu rypitica nominantur. Quæ verò poros purgant, ea subtiliorum his partium sunt, & emplasticis contraria, pindē ecphrastica, & eccathartica appellatur) nitrosa quidem sunt omnia, & amara: quorum etiam eodem loco hæc **B** verba profert Galenus. Quæcunq; enim reperies nitrosa & amara, ea ad purgandos meatus omnes valere noueris. Docet etiam hæc duo medicamentorum genera, non solùm differre minoris aut maioris conditione, sed aliam etiam obtinere differentiam: nam quæ maioris sunt efficacitæ, cum secum habeant adstrictionis aliquid, exterius adhibita, nihil aut parum abstergunt, quia foris meatuum exiguitas, prius ab adstrictione quàm probè queat expurgari occluditur, adhærentq; magis hac ratione sordes. At quæ circa ventrem sunt partes omnes, quæq; in iocinore, liene, alijsq; omnibus vlcibus, cum maximos in se meatus habeant, maius accipiunt commodum ex vasorum corroboracione, quàm propter oclulorum exiguitatem lædantur. Quapropter absynthium intus repurgare potest, foris non potest, quippe quòd compositum ex amara acerbaq; facultate est, quod etiam apertis verbis eodem **C** loco Galenus docet. Inquit enim. Quàobrem lentis ac pituitosis thoracis pulmonisq; humoribus, aut puri, & incindendis & extendendis & educendis aptiora inuenire alia præter ista medicamenta nequeas: ijs dē istis, & iecinoris obstructiones expurgans, & modicas etiam lienis. Sunt autem huius generis medicamenta, vt nitrum vstum, nitri spuma, fictiles testæ, pumex, bucinorum & purpurarum & cæterorum, ostreorum testæ vstæ, tritæ, tenui cribro cretæ, sic alcyonium, seriphon struthij, bryoniæ, draconij, aristolochiæ radix, & huius generis plurima, quæ breuitatis gratia prætermitto. At cutis vniuersæ & vlcium sordes non hæc tantum sed viribus minora auferre possunt, salsa nimirum & dulcia omnia, quæ tenuium sunt partium, licet ex amaris imbecilliora alijs admixta prodesse optimè possint, interquæ etiam diuersa est

A sa est maioris minorisq; efficacitæ ratio. Tergent enim modicè farina fauarum, hordei, cicerum, semen lini torrefactum, magis terebentina; thus mel dispumatum, amygdalæ amaræ: valentiùs erui, farina, semen ormi ni, radix ireos, & panacis, & multa eodem ordine, quæ Galen^o passim refert. Ex quibus idem author docet varia componere, vt cuius substet in quouis gradu materia tum simplex, tum composita.

Lib. 4. phar. c. 6.

At abluentia medicamenta licet etiam abstergant, longè à supradictis virtute & agendi modo dissident, eò quòd natura sua abstergentem nullam habent virtutem, nisi illis ob aliorum mixtionem succreuerit. Nec rursus abradendo sordes à partibus agunt, vt verè abstergentia. Expònit enim Auicena mira quadam sententia. qualia sint, quove modo suum opus perficiant. Inquit itaq;: Iuuatiba est omnis medicina cuius proprietas est, vt abstergat, non virtute agente in ipsa, sed virtute patienti quam iuuat motus, & significo per virtutem patientem humiditatem, & per motum significo cursum: currens enim subtile, cum vadit super orificia venarum, lenit humiditate sua superfluitates, & remouet eas suo cursu, sicut aqua ordeï, & aqua cucurbitæ. Quibus verbis aperte constat, qualis sit abluentium medicamentorum natura, ac rursus qualiter ab alijs dissideat. Nam illa peculiari quadam dote, partes extergunt, hæc verò ex accidēti, ac delatis suo cursu sordibus. Hæc itaq; sunt extergentiũ, expurgantiũ & abluentiu medicamentoru genera, licet ijs alia facile adiungi possint, quæ sugēdo vt spongia, & oris suctiones, quæ aliquādo in angustis & fistulosis vlcibus, non paruo vsu adhibentur: quo etiam casu pyulcis, vt licet, sicut & alia, quæ idem præstant, quod ex sicca & rara materia sint confecta, quæ promptè humorem ebibunt in quo genere sunt ex lino & cannabe confectæ telæ, & per frusta, aut **C** filamenta admota, vel sicca, vel aqua etiam madefacta. Quo quidē curationis genere ex Italis nonnulli chirurgi omnia vulnera nõ sine magna medicorum admiratione, foelicissimè persanāt. Nanq; huiusmodi cannabinæ peciæ aqua frigida imbutæ duplici possunt ratione prodesse, vna quòd humiditate aquosa abluant saniem, & frigiditate non sinant fluxiones ad partem ferri: altera verò, quòd siccitate & raritate materiæ qua constant, humorem excrementosum ebibendo absumant. Quæ etiam omnia reduci nullo negotio ad duo summa capita possunt quorum primum ea complectitur, quæ simpliciter abstergunt citra medicamento alterius facultatis mixtionem: secundum verò alia omnia quæ alijs commiscuntur iuxta affectus indigentiam, nam multi ex his præter id quòd absterfionem desiderāt, etiã repulsoria exposcunt phar maca, alijs cōcoctoria, quoru inferi^o vt sese obtulerit occasio, meminero.

Li. 2. tra. 2. c. 4.

Nota

7

Ante tamen quàm hinc discedam, nouisse oportet, quæ tantùm vlceris conditio absterforia pharmaca iure exoptulet. Nanq; licet plurimis vlcerum differentijs, aut accidentibus, causis ve, vt rectiùs loquar, ea adhiberi cōspiciamus, ac longè diuersa: id tamen vnica ratione communi in omnibus fit, nempe prout habent aliquid eius, quod præter naturam continent (modò excrefcens caro dum vitiosa, modò putredo, aut quoduis aliud vitium ex his, quæ inferiùs referam) in sordis, aut puris naturam conuersum. Nam ante id etiã si vlcus sit his prauis conditionibus affectum, nulla ratione absterforia admittit medicamenta. Quò fit, vt priùs igne, ferro, aut pus mouentibus medicamentis, in puris aut sordis naturam hæc omnia commutari sit necessum. Quapropter licet abstergentium medicamentorum natura pro vlceris conditio ne varietur (vt mox referam) nihilominus tamen, id tantùm, quod in sordem aut pus est conuersum, ea exoptat, etiã si vlceris conditio, quæ alia abstergentia debeant esse, eligat. Quæ verò sit horum excrementorum natura, consultò prætereo, quia passim chirurgi id explicant, hoc vnum tamen nosse est necessum, substantiam quamuis tenuem in vlceribus aut concoquendam esse, si vlcus id exoptulet, aut exiccatione cōsumendam. Crassam verò, aut à tenui mediocrè, modò pus, modò sordes, aut quouis alio modo appellare eam libuerit, perpetuò abstergendam.

Cæterùm medicamenta, quæ primo genere complectimur, vt rectè adhiberi possint, à triplici fonte indicationem sumendam esse monstrat: ab affectus nimirum natura, à sordis specie, ab affecto loco. Quorum vnumquodq; modum medicamenti, & genus probatissima experientia & certa ratione sibi suo modo exoptulare est compertum. Nanq; vlcus quodlibet vbi à simplici degenerauerit, aut affectibus connectitur, quæ peculiare sibi curadi ratione prærequirunt, vt dū plhegmoni, gangrænæ, fluxioni, dolori, & his similibus adhæret, qui & per se citra vlcus consistere possunt, ac peculiarem sibi curationem vendicant: aut cū carnis deperditione, sorditie, sanie, pure aut alia cacoethica, seu deterrima conditione connectitur: si primò, præmitti debent medicamenta, aut saltem his commisceri, iuxta rationem affectus, qui vlceri associatur: nam cruditas peptica admiscere docet, durities malaethica, plegmōlenientia, ac sic de alijs pro cuiusuis natura, vt apertè Galenus docet, donec ex toto associati affectus subsideant, & solis abstergentibus vti liceat. Quæ quidè ratione factum est, tot maiores nostri cōposuisse medicamentorum his vsibus formas, vt apertè ex Galeno videtur constare, & nos inferiùs monstrabimus. Si verò secundum cachexiam, aut

Lib. 2. phar. gen.
cap. 4.

Lib. 2. & 4.
phar. gen.

331 A

depra

A deprauatam aliam vlceris conditionem considerare oportet, qualis est virulentia, corrosio, sordities, putredo, aut profunditas, seu cauernositas, fistulosum etiã & cancrosum vlcus. Quæ omnia symptomatis potiùs aut causæ, quam differentiæ vlceris rationem obtinent. Nanq; suam extergendi rationem (dum id occasio postulat) quæuis harum causarum aut symptomatum seorsum exoptat, hæc communi lege omnibus sancita, vt nusquã vlceris curatio ritè parari possit, quin humoris vitiosi affluxum, aut id quod ex eo progenitum est, ex toto aboleatur, quod apertissimis verbis docet Gale. Fluxio verò vt abundè diximus, sub stletu haud difficilè, perdiscetes eã fieri, aut vitiosi humoris abundantia, cōmuniq; corporis cachexia, aut partis ipsius imbecillitate, aut distēperie, aut distēperie & imbecillitate simul, vt apertè Galenus insinuare videtur. Cæterùm quod ex fluxione in vlcere subortum est, cuius ratione etiam si fluxio quiescat, cacoëthicum & ægrè curabile redditur, vt ea sunt vitia, quæ mox retulimus, & Galenus ipse his verbis refert, sententiam Hippocratis explicans, inquit enim: Prohibet nanq; maximè quidem huiusmodi vlcera sanescere: post verò reliqua omnia, putredo sanguinis, & si quid ex sanguinis transmutatione est ortum, & subdit deinceps: Præterea herpetib⁹, & stiomenis omnibus, id est, quæ exeduntur. Ita enim græcè nominare solet ea, quæ humor aliquis erodit: nanq; ex ijs, qui fluxerunt, humoribus, aliquod facillè suboritur ex supradictis malis, aut facta aliqua mala nutritione, corruptione ve, duritie, aut quouis alio sanioso, aut putrido vitio, quod curari iure optimo desiderat vehentissimis auxilijs, qualia sunt quibus vtuntur Hippocrates & Galenus, locis citatis. Quæ cum viribus æqualia vlceris vitio debeant esse, & his frequenter vti graue sit, cōsultissimè videntur fecisse, dum scalpello scmel vlceris partes præcindunt, exterguntq; totum id quod vitiosum est. Nanq; ex ratione esse censeo, fluxione quieta, quod occaluit, aut quod præter naturam creuit, computruit, aut quouis alio vitio vlcus conspurcat, ex toto rescindere, vt quod medicamenti abstergi nequit vsquam, scalpello auferatur, & noua caro regigni iterum citra id vitium possit. Quod etiã consulit Galenus ex Hippocratis mēte, præcipiens cutinim scarificare, & sanguinè extrahere, vt sanguinis malignitas euacuetur. Quæ propter his vlceribus abstergendis, ea medicamenta sunt proficua, quæ vlceris vitio viribus æqualia sint, si ea abstergere intendimus. Nequeunt enim quæ mitiora sunt, quicquàm notatu dignum efficere quinimo sordidius reddunt ipsum vlcus: nam id cū malignioris duriorisq; sit naturæ, omne leue contemnit auxilium.

Qualia autem vnumquodq; vlcus prærequirat, perdisces facillè, si noueris

Lib. 4. meth. c. 5.
Cap. de fist. flux.

Lib. 4. meth. c. 1.

Lib. 4. meth. c. 5.

ph. 1. di. I.
illud

Lib. 4. Meth. c. 5.
de fist. flux.

ueris

ueris prius, ea posse duplici forma adhiberi, solida nimirum, & fluida, A
 quæ abluendo ipsum extergat, hac tamē distinctione præhabita, quod
 vlcus præhumidum, aut in corporis superficie situm, aut iuxta aliquā
 articulationem, ablutione non eget. Quod verò sinuosum, aut fistulo-
 sum plurimumq; cauum fuerit, vt difficilius à solidis iuuatur: ita ab his
 vndiq; perluitur, & lqualem, quem præ sinuositate obtinet, facile de-
 perdit: licet inniti semper oporteat, sinuositatibus vlcerum, solidi medi-
 camenti aliquid immittere. Inquit nanq; Galen. Nisi enim diutiùs cuti
 pharmacum adhæserit, nihil efficiet, quod & plerofq; medicos latuit,
 arbitrâtes, si ter die saniem ab vlcere deterferint, meliùs se facturos, his,
 qui vis die faciunt: qui verò semel soluunt, apud ipsos quoq; ægros tan-
 quā negligentes malè audiunt: licet Hippocrates sæpius mutare cata-
 plasmata iubeat, quod intelligendum cenſeo de his, quæ gratia attem-
 perandi vlceris intemperamētum adhibētur. Qua ppter in his vtraq; B
 medicamenti forma, medendi ratio, vti, esse neceſſum docet. Sunt autē
 solida quæ vermiculosis vlceribus profunt, puluis calaminthæ, marru-
 bij, centauri, nuclei etiam perfici: plantago arefacta, aloës cremata, ve-
 ratrum arbum, quæ omnia aut ex his aliquod picæ, melle aut succo ex
 quouis horum medicamentorum excepta, imponuntur. At in crescen-
 te maligna carne, profunt quæ vehementer exiccant, & carnem ipsam
 exedendo extergūt, vt diphryges, squama æris, alsij lapidis flos, falis cre-
 mati, & Faustini pastillus, & Ægyptiacum vnguentum. Cæterum vbi
 his medicamētis opus est, partem ab inflammatione, aut fluxione præ-
 cauere oportet, impositis supra ipsam quæ repellendi vim obtinent
 vt Hippocrates apertis verbis docet. Inquit enim: Curare oportet vlce-
 ra velut ea etiam quæ in reliquo corpore sunt (loquebatur de vlceribus
 vteri) nimirum vt inflāmationem arceas, repurges, & repleas, & ad cicatricem
 perducas. Et paulo antea dixerat: Si verò sordida fuerint, profer-
 pant, ac proximum locum mordeant, purgato & nouam carnem pro-
 ducito, & carnem ad cicatricem perducito: cauere tamen in inflāmatis,
 putridis, aut non purgatis vlceribus à pinguis medicamentis, apertis
 verbis consulit Hippocrates dicens: Pinguis ad inflāmata non con-
 ducunt, neq; ad ea quæ non sunt purgata, neq; ad putrescentia: sed ad
 inflāmata conferunt frigida, & ad impurgata & putrescentia acria fa-
 ciunt, & quæ mordacitatem aliquam inducentia purgāt. Quibus ver-
 bis ferè vniuersam vlcerum non simplicium curationem videtur fuisse
 complexum.

In vlceribus quidem malignis, & quæ agrè ad cicatricem veniunt,
 tota exiccandi ratio, his medicamentis fiat est neceſſum, quæ citra mor-
 alion
 sum

A sum exiccant, qualia suo loco dicemus. Verum si in his sordes supercres-
 cit, animo expendere oportet, vtrum vlcus, carne, quæ sub est exesa, ac
 colliqueſcente, sordidum euaserit, an quia præter exiccantia, prærequi-
 rat etiam medicamentum quod sordibus, quæ necessariò succrescunt,
 sit idoneum. In quaquidem re, optimo consilio & matura considera-
 tione procedendum est. Nanq; ob malignam fluxionem, fortassis
 carniū suboriuntur colliquationes, ac per consequēs ab eis vlcus for-
 descit: tūcper medicamēta exiccatoria in cōposito aliquo pharmaco flu-
 xioni apto, prædominantia, admixtis quæ leuiter abstergant, donec flu-
 xionis malitia subsistat, extergj desiderat. Verum si hac ratione sordes
 non prodeat, conijcere mox oportet, abstergens medicamentum, quo
 eo tempore Chirurgus vtitur, nimis esse acre & erodens, vt non solum
 sordes, sed & carnes ipsas abradat: aut tam esse debile, vt nequeat, quod
 B ex partis coctione superest, expurgare & abstergere. Quod diligentia
 inspicere Galenus docet. Quapropter pensitanda primum est, non so-
 lum in his vlceribus, verum & in omnibus alijs vlceribus malignitas
 corporis, aut affectæ particulæ conditio, & medicamenti natura ac effi-
 cacia: quorum plura iubet considerare Hippocrates, vt quis exactè re-
 neat quomodo singula finiāt. Inquit enim: Qui porro de vlceribus cog-
 noscere velit, quomodo singula finient, eum primum hominum spe-
 cies perscrutari oportet, tum eas quæ meliores sunt ad vlcera, tum quæ
 deteriores: deinde ætates nosse, in quibus singula vlcera curatu diffi-
 cilia existunt: locos item in corporibus perspectos habere, quantum alij
 ab alijs differunt, sed & alia, qualia in singulis accedunt, tum bona, tum
 mala nosse oportet, quia non minùs hæc variant curandi rationem,
 quam purgandi. Eadem quoq; idem author alibi his verbis expresse
 C docet, proferens quæ sunt partes, quibus difficulter vlcera curantur, in-
 quit enim: Ex locis subalares difficiliores curatu sunt, & laterum mo-
 llitudines, aut femora, nam & more in ipsis sunt & recidiuæ, ex articu-
 lis periculo maximè obnoxii sunt maximi digiti, & præsertim pedum:
 & aliarum etiam partium eodem loco latè meminit, in quibus & pe-
 riculum & difficultatem apertè ostendit. Nam vt Galenus consulit,
 maligniora vlcera, & corpora duriora ac robusta, valentiora abster-
 gentia adhibenda esse consulunt: at mediocria verò, & molliores cor-
 porum habitus, imbecilliora. Quorum formam & rationem scripsit
 apertissimis verbis Galenus dicens: Præterea notandum venit, pura vl-
 cera ab his medicamentis vnde prius, cum essent sordida nihil mordica-
 tionis percipiebant, nunc morderi: quod est signum euidentis medica-
 mentum esse efficacius. Et subdit. Quæ causa est, vt a valentioribus ab-
 ster

Lib. 4. Phar. gē.
1. 4.

Lib. de affectioni.

Lib. 1. de morb.
muli.

Lib. de affectio.

Lib. 4. phar. gē.
cap. 2.

Lib. 2. prædictio-
num.

Lib. 2. prædictio-
num.

Lib. 4. metho.

Lib. 4. phar. gē.
cap. 2. & 3.

sterforijs pharmacis, ad mitiora minùs q; mordacia digrediamur, vbi A
 vlcus adamusim purum inuenerimus: quemadmodum rursus in for-
 didis, præsertim quæ vim medicamenti non persentiunt, ad magis
 abstergentia transimus, quorum gradus superiùs diximus. At in
 corrosiuis vlceribus, vt maior vrgentiorq; est repellendi & exiccandi
 necessitas, ita quæ abstergunt medicamenta minorem præstant vsum
 licet aliquid eorum alijs admiscere non sit ab re. Abluere tamen hu-
 iusmodi vlcera vtile esse, experientia probauit: qualia verò esse debe-
 ant, mox dicemus. A putridis verò & sordidis vlceribus omni arte
 putrilaginem & sorditiem abstergere oportet summa diligentia (vt
 Hippocrates consuluit, præsertim si in vtero fuerint) siue cucurbitis,
 siue sacificationibus, aut alijs quæ valenter abstergant medicamen-
 tis, abluendaq; pars sæpius est, vt extracto virore, pristinam tempe-
 riem suscipiat, tum ex libera diffatione, tum ex medicamenti mode B
 ramine. quo calu maiora absterforia consulunt rei natura & Galenus
 ipse. In cancrōsis verò vlceribus maturiori opus est consilio, in qui-
 bus si debili vtaris præsidio, nihil efficies: si validiori, irritabis.

Lib. 1. de morb.
 muli.

Lib. 4. phar. gen.
 cap. 10.

Lib. 1. 4. Metho

Quapropter lotis, aut vltis metallicis iure optimo Galenus vti iubet,
 quæ mediam obtinent naturam, & his proficua admodum sunt. Vl-
 cera verò, quæ ob aliquid eorum quæ diximus, ablui desiderant,
 priùs molli vellere aut linteo extergere oportet, aut si sanies acris
 est, sero, si copiosa fordes, mellicrato: si multa simul & acris sero, in
 quo sachari octuplum, vel mellis tantundem diffusum sit: si verò ver-
 miculosum fuerit, succo absynthij, & earum herbarum quas supe-
 riùs diximus, his prodesse compertum est. Cùm vero vlcus, aut ca-
 uitas purior fuerit, onomellite: post vino dulci austero. At in fœti-
 do sinu putri & cruento, oxycratum adhibere conuenit, acetum, oxy C
 mel, onomel, dilutum marrubij, absynthij, aloës, mirræ, pauco
 conditum melle, quæ profecto putredinem auferunt. In defluxione
 humoris maligni, & malignis vlceribus, ex atramento sutorio &
 caricis in cinerem vltis, puluisculus onomellite inspergitur. Ligni
 etiam sancti decoctum in quàm plurimis vlceribus mirum inmo-
 dum prodest, præstatque prædictis consimilem vsum. Atq; hæc in
 vniuersum sunt medicamenta, quæ horum generum vlcera, ad for-
 des abstergendas pro cuiusvis natura, & peculiari conditione exo-
 ptant.

Esse tamen hoc loco vtile expendere duxi, has omnes vlcerum diffe-
 rentias nusquam admittere, vnius tantum virtutis, aut naturæ medica-
 mentum: sed semper varijs potentijs confectum. Nanq; rarò contingit
 solum

A solum exiccationem, aut absterfionem exposcere, sed ex omnibus his
 confectum aliquod. Qua ratione ea medicamenta esse omnibus his
 vltibus proficua, experientia & optima medēdi methodo compertum
 est. Ea nimirum præsertim, quæ mediam in omnibus obtinent tempe-
 riem & naturam, qualia sunt, quæ ex mineralibus vltis aut lotijs con-
 stant. Hęc nanq; media temperie coctionem moliuntur: tepore verò
 vlcis calido distemperamento frigidiori repellunt, mineralium sicci-
 tate exiccant, rursus eadem & moderato calore extergunt: hoc vno in
 omnibus seruato, vt si ex his indicationibus aliqua magis vrgeat, eo in
 medicamento præualeat cōpositio, quæ illi è directo respōdet. Nam si
 humiditas maius facelsit negotiū, siccitate polleat medicamentū oportet:
 si verò sordities, absterfione, & sic de cæteris, quæ in vlcere reperiun-
 tur, conditionibus. Quod quidem medicamentum facile erit compo-
 nere, in memoriam reuocatis abstergentibus quæ diximus, & ea quæ
 capite de Pus mouentibus, posse id efficere dictum est, additis quæ sicca
 vires obtinent, qualia lemnium sigillum, cadmia, chalcitis, erugo,
 chalcantum, mis, sori, stibium, alumen, plumbum vltum, scoria plum-
 bi, squama ferri & æris, & alia huius generis, dum lotionē, aut igne mi-
 tescant, & frænentur priùs, sicuti & galla omphacitis, & malicorium
 vltum, & cortex capparis trita: Quibus tantum ceræ, aut pinguedinis
 aut olei addere oportet, quantum hæc simplicia fuerint fortiora, aut vl-
 ceris indigentia postulauerit, iuxta id, quod in ipso præualuerit.

Est alia vlcis conditio, præter eas, quas mox diximus, quæ vlcus
 quidem simplex, aut cauum appellatur. Cæterum simplex quoddam
 est citra alicuius substantiæ deperditionem (cuius meminero capite
 de Glutinantibus,) alterum verò, cum deperditione substantiæ, quod
 C à cauo differt: quia hoc & cute & carne subiecta caret, illud verò sola
 cute, quod vlcus planum appellant, ac ex Galeno etiam constare vide-
 tur. Circa quas vlcis differentias considerare oportet, qua nam ratio-
 ne sordis species, quæ secundo loco in mentem subit, exposcat sibi ali-
 quod ex tribus generibus abstergentium medicamentorum. Rei ta-
 men ratio est, quia cùm huiusmodi vlcera tantum desiderent carne im-
 pleri, & cute tegi, & ea sint solum naturæ opera, quæ perficere ipsa ne-
 quit, nisi quæ prohibent, abscondantur: prohibent tamen excrementa,
 quæ cuius coctioni necessario accrescunt: Hinc equidem fit, dum vl-
 cus simplicissimum non est (quod sola vnione coalescat) abstergentia
 medicamenta esse necessaria, quæ naturæ carnis generatrici exterfis su-
 perfluitatibus ministret, vt deinceps, citra impedimentum carnem ge-
 nerare queat. Nihil enim vulgarius apud chirurgos est, quàm huius-
 modi

Li. 3. meth. c. 4.

modi vlceribus, quæ abstergant & exiccent, adhibere: hoc ad tenues humiditates, illud verò ad eas sordes detergendas, quæ ex vlceris nutritione necessariò prodeunt.

Ante tamen quàm hinc discedam, differere cogor, quæ sit horum excrementorum natura, vt facilius dignoscatur, qualia debeant ex abstergentibus medicamentis eligi. Cuius rei satis dispares ab omnibus alijs, & non nihil inter se iuniorum quorundam doctissimorum opiniones reperio. Existimat enim Argenterius, in vlceribus figmentum esse, sordem & tenuem saniem reperiri, vt affirmauerat Galenus, sed subesse tantùm ixores & sanies ac deniq; aquosum excrementum, totum illud tempus, quo vlcus crudum est, citra vllam sorditiem: Dum verò vlcerata pars suum alimentum conficit, fieri pus ex carnis generatione, citra alicuius alterius excrementi congectionem: Ac si quod est, id fatetur fieri ex partis vlceri adiacentis nutritione, ac per cutem & eius labra spirare; aut cum pure ipso confundi. Et credit etiam quòd licet in sani corporis nutritione, crassum & tenue excrementum iuxta Galeni decretum reperiatur, id tamen in vlceratis partibus minimè reperiri posse. Ac probat suam sententiam aduersus Galenum valida quadam ratione, quæ talis est: Quòd vlcus crudius est, eò his excrementis, tenui nimirum & crasso, magis abundat, quòd verò plus coquitur, eò hæc delitescunt magis, igitur non sunt excrementa nutritionis vlceratæ partis. Quam quidem rationem tanti semper feci, vt penè auerteret veritatem, quam de Galeno in hac re conceperam. Falopius verò licet cum Argenterio etiam teneat, ab vlceris coctione, seu partis nutritione nullum superesse crassius aut tenue excrementum, vlcus tamè fieri ixorosum aut sordidum existimat, ex alteratione partis à calore præternaturali, qui nequit alimentum concoquere, quòd fit, vt crudum supersit, & tenue excrementum: quòd aliquando ob exustionem crassum sordidum ve gignit: & quòd magis vlcus coquitur, eò magis hoc excrementum delitescit. Cæterùm ex vtraque sententia (quarum nulla quidem tanquam tantorum virorum, displicet) oportet concinnari huius rei exquisitam (saltem iudicio nostro) veritatem. Fateor quidem cum Falopio, vlcus in principio sordidum & ixorosum esse, quòd probat etiam Argenterij ratio, & ipsa rei natura ostendit: nanq; rationi est consonum, ex in confecto & inutili alimento (quòd in principijs vlcerum par est, non confixisse naturam) vlcus ipsum fieri humidum ex parte eius tenui, ac sordidum ex crassa, quum calore præter naturam, qui eo tempore viget, concretam & partiveluti affixam reddat materiam. Cæterùm displicet asserere, dū
ibo m

nutritio

A nutritio vlceratae partis à calore secundum naturam perficitur, nullum superesse in vlcere excrementum: & adhuc inutilior videtur ratio. Inquit enim. Quia calor non est exquisitè naturalis, sed aliquid patitur: qua quidem ratione tenetur concedere plura vlceri posse succrescere excrementa. Inquit nanq; Galenus ea necessariò succrescere, si quidem dū pars sana erat, & per insensilem halitum tenuia, & sensibilibiter excernebat crassa excrementa. At pars cute detecta, nequit tantam obtinere caloris copiam, quia facilè expirat & euanescit per apertum hiatum, & hac ratione excrementa, quæ insensibilibiter dissipabat, in aquosam naturam commutat, sordem verò in crassam. Quò fit vt non solum ex naturali in ore duo excrementa in nutritione generet, verùm impotentia ratione sensibilibiora prorumpere effitiat. Ex quo quidem, ego existimo in principio, & semper in vlcere reperiri sordities, aut tenues humiditates, aut vtrumq; simul. Cæterùm dispari plurimum ratione: in principio quidem ob cruditatem & caloris præternaturalis actionem, ac humoris ad vlcus confluentis maiorem copiam & vitium, quibus, vt vterq; author fatetur, succrescunt crassa illa & tenuia excrementa: partim quia nō coquunt, partim verò quia adurunt vlcus. At procedente tempore dum vlcus coquitur, hac sorditie purius redditur, quia coquuntur qui præfuerant humores, quibus vlcus sordescibat. Ea tamen excrementa, quæ à partis nutritione & carnis regeneratione suboriuntur: vt Galeni docet sententia, leuiter sordidum, quò magis coquitur fit, sorditie quidem, quæ non efficit vlcus vitiosum, vt prima sordis conditio, quin his apparentibus boni moris esse & ad salutem vlcus properare existimamus. At qui licet Argenterius non repererit huiusmodi excrementa, dum vlcus coquitur, non ex eo credendum est, non fieri: sed cum pure potius, quòd eo tempore apparet, confundi & commisceri. Quo quidem factum est, dum magis vlcus coquitur, eò minus apparere ixores & sordes, quæ vlcis principio adfuere: magis verò pus, quòd rationi est consonum, coniungi quæ ex coctione & partis nutritione prodeunt excrementa. Fiunt tamen hæc omnia hac lege, quòd dominante in vlceribus calore præter naturam, (qui dum vlcus crudū est, præualeat) ex aduenienti alimento, (vt intra venas in febribus fit putredo) ita in vlceribus fit sordes nigra, lutea, alida, fœtida, viscosa, & vlcus redditur putrilaginolum, & mille alijs spurcitijs fœdatum, pro ratione diuersitatis materie & vitij caloris. Dum verò calor naturalis prædominari incipit, hæc omnia superat, deuincitq;, & ex materia, quæ aut multa est, aut inepta, pus conficit: & quò magis superat, eò manifestius carnem generat, ac per consequens, ex residuo alimenti pus conficit, quo

cc 2

excre-

excrementa, quæ in carnis nutritione superesse necessum est, occultantur. **A** quibus aperte constat, quò minus prospere fiunt in vlceribus coctiones, eò plus tenuioris & crassioris excrementi succrescere, quibus vlcus minus bene perficere suam actionem existimamus, ac vlcus sordidius, & humidius semper dum concoquit improspere, redditur. Cum hoc tamen huiusmodi excrementa in tanta quantitate non censeo prodire ex coctione, quæ in partis nutritione perficitur. Difficile enim est credere, ex minima illa nutritione, tot superesse excrementa, quæ sufficiant vlcus efficere humidius. Quò fit, vt ego existimen, naturalia excrementa cum pure ipso confundi, minimeq; egere exiccantibus aut abstergentibus. Pus tamen prout maiorem aquosi & crudi humoris copiam secū defert, aut crassioris sordidiorisque maiorem aut minorem, aut æqualem cum abstergentibus exiccantium medicamentorum miscellam exposcere, vt sequenti capite latius docebo. **B** Quò quidem factum est, vlcus in principio omnino esse crudum iudicemus ob copiam illius primæ sordis speciei: concoqui verò dum pus optimum fit: improspere quidem coqui, dum tenuis crassa ve puris plus iusto substantia est. Quibus exactè pensatis, facile iam constare arbitror, indicatione sumpta ab excrementorum natura, quibus oporteat vt abstergentibus.

Dictum nanq; est, duo tantum esse genera excrementorum in vlceribus: vnum ex cruditate, & vitio caloris obortum, aliud ex coctione. Illud verò quod crudis vlceribus adest, nulla ratione abstergentibus curari potest: nam irritato vlcere eorum abstersione, crudius ob nouam fluxionem & dolorem efficitur: sed ijs tantum auxilijs, quæ coctionem adiuent, & pus moueant. Quò fit, vt sæpe adhibitis frigidis aut alijs quæ à natura coquentium longè disident, non sine magna chirurgicorum admiratione, vlcus coquatur, & purius fiat, attemperato videlicet partis extraneo calore, & mansuetiore facto, qualia diximus capite præcedenti. Cui etiam vsui ea tantum sunt adhibenda ad coctionem, quæ partis natua temperie excitata, & corroborata coctione, citra manitiam emplastricorum actionem (quæ in hoc casu plurimum formidare oportet, vt quæ sordidius ex propria natura vlcus reddant) coctionem attemperamentumque præstent. At ea excrementa, quæ ex concoctione in carnis regeneratione & nutritione prodeunt, vt pus est alijs duobus admixtum, citra vllam dubitationem abstergentia medicamenta expostulant, debiliora quidem, aut magis efficacia, prout pus crassius fuerit, aut tenacius parti adhaerent. Si cuncta tamen commiscere oportet medicamenta, sed alijs præcipue

A cipuè vsibus (vt sequenti capite latius explicabo) quàm gratia exiccandi tenues humiditates, quæ puri admiscuntur in partis nutritione. Quæ tam parua quantitates sunt, dum vlcus distemperiei, aut imbecillitati non adiungitur, vt peculiarem exiccandi rationem non exigant, præter eam, quam ad carnis generationem esse idoneam Hippocrates & Galenus aperte monstrant. Verùm dū pus improspere perficitur, & vitio caloris aquosius fit, aut humoris, exiccantia medicamenta prædominari tenentur. Si verò crassius sordidiusque fiat, ob caloris etiam aut humoris naturam (quibus maior pars humoris in excrementa, quæ in carnem conuerti necessum est, quia etiam si vlcus coquatur, ob has causas semper humidius sordidiusque fit) necessum est, abstergentia medicamenta, ne his sordibus adhuc ampliùs hebetescat natura, & deterius suum opus perficiat, sedula diligentia **B** adhibere. Itaque ex his omnibus constat vniuersalis abstergenti ratio, vt quis facile eligat ex tribus illis generibus, quæ primo loco dixi, quod puris conditio & partis natura sibi iure optimo expostulauerit.

FIGVRA etiam vlcis & situs medicamentorum abstergentium vim & modum citra dubitationem euariant, diuersa tamen ratione. Nam figura, medicamenti formam solutam videlicet aut densam, situs verò naturam & efficaciam ipsius miris varietatibus permutat, vt aperte consuluerat Hippocrates loquens de vlceribus vteri hæc referens verba. Nam vt quæ in tenero loco sunt, citò auferunt, & breui putrescunt, quapropter maiorem diligentiam requirunt, vt paulo inferius latius docebo. Sic vlcera sinuosa & fistulosa, ac deniq; omnia, quorum cauitas in conspicuo non est, ita vt solidorum medicamentorum vim & gratiam in omnibus sui partibus degustare queat, **C** ea exoptant medicamenta, quæ abluendo extergant, nam præter id quòd huiusmodi idem munus præstant, promptius sese in omnes sinus cauitatesve insinuant. Hac tamen lege, quòd in ijs vlceribus minimè fidendum sit medicamentis tantum quæ simpliciter abluant, nisi illis ea miscurimus, quæ suapte natura abstergenti vires obtinent, pro ratione conditionis vlcis, nam quæ talia sunt maiorem diligentiam requirunt, quàm quæ per abluentia solū adhiberi potest, siquidem sordidius multo fore sperandum est, quòd sinuositatibus & anfractibus constituitur, quàm id quòd vel linteo, vel penicillis extergi facile potest. Quò fit, vt paulo vehementiora desiderent medicamenta huiusmodi vlcera, quàm sola vlcis conditio expostularet, si in conspicuo esset. Nam cum medicamenta intus morari ob fluiditatem

in quibus

I ib. v. de morbo mulie.

ob. 1. 3

ob. 1. 3

bilitatem nequeat, necessum est maioris esse efficaciam, ut quod formae A
 medicamenti denegatum est, efficacia adimpleatur. Ex quo etiam illa in-
 dicatio suboritur, quae praecipit saepius in die huiusmodi ulcera abluere,
 (sicut quae in utero sunt & alijs huiusmodi partibus, ut Hippocrates
 aduertit, docens ex professo has ulcerum curationes) tum quia
 abluendi ratio id expostulat, siquidem potius agit motu & humore,
 quibus repetitio uti oportet, si aliquid efficere velimus: tum vero
 ut quod vnica ablutione fieri nequit, saepius quidem facta consequi
 possimus: tum vltimo quia nisi ita fiat, facile, ut inquit Hippocrates re-
 soluuntur & maligna fiunt ulcera, quod fit ut haec referat verba: Verum
 colluere & per collutiones totam curationem facere oportet. Qua-
 propter diuersa longè ratio est in medicamentis solidioribus (quae Ga-
 lenus rarius mutare praecipit) ac in his quae ob ulceris figuram fluida
 esse oportet: quae quia ut fixius inherere non possunt, ita crebrius B
 sunt administranda, ut vires suas affectis partibus vberius communi-
 cent. Praevalet itaque saepe tantum figura ulceris in consiguanda me-
 dicamentorum forma, ut in plurimis, quae suas sponte madefactientia
 renuunt, necessaria ut plurimum sit, qualia sunt ulcera quae in articu-
 lis suboriuntur, quae licet sua natura sicciora expostulent medica-
 menta, ob figuram tamen sinuosam abluentia necessario praerequirunt.
 Quod vero illis partibus proficua sint sicciora medicamenta, vel ex
 Galeno discas, qui haec refert verba: Siccioris sunt qualia esse diximus,
 quae minus sunt carnosa, cuius generis quae circa digitos & articulos
 habentur. Praeterea quae circa aures, & nasum, & oculos, & dentes
 sunt: ac ut semel dicam, ubi crebrae cartilagineae ac membranae, & liga-
 menta, & ossa, & nervi sunt. Cum hoc tamen, dum sinuosa susti-
 nent ulcera, abluentibus tutius & citius curantur. Cuius rei gratia me C
 minuisse oportet sententiae illius Hippocratis, quae praecipit ulcera nulla
 madefacere praeterquam vino, nisi si in articulis fuerint. Quem lo-
 cum nonnulli (ut huiusmodi ulcerum madefactionem subterfugiant,
 obseruantes religiosè eorundem exiccationem, iuxta commune praec-
 ceptum) intelligunt de ulceribus in articuli prolapsione: Cui etiam
 idem Hippocrates, pannos, lanam, & folia betae super imponit, quae
 omnia vino respergit. Quo loco Galenus aperte monstrat, id fieri,
 ne nervis ex articulo prolapsis, distensio contingat. Qua de causa
 non solum vino sed & laxantibus & emollientibus uti docet. Quod
 expressis verbis consuluerat Hippocrates dicens: Omnibus enim
 circa articulos laesionibus multa aqua calida effundenda est. Quas
 equi

Loco sup. citato.

Lib. 3. meth. 9

Lib. de ulceribus

Lib. 4. de artic.

A equidem sententias non solum de articulorum ulcere, cui os prolap-
 sum adiungitur, intelligendas esse censeo, sed de omnibus circa ar-
 ticulos laesionibus ac ulceribus, ut vltima Hippocratis sententia aper-
 te monstrat. Quae ratione asserimus, articulorum ulcera varia expostul-
 cere, ob varias rationes, medicamenta. Primum ex Galeno constat ar-
 ticulorum naturam non omnino renuere abluentia medicamenta,
 (licet sicca consistant substantia, quae ob id, & ratione ulceris sicciori-
 bus gauderent medicamentis) tum quia in articulis necessum est hu-
 midam quandam in eis substantiam, motui faciliori aptam, quam hu-
 midis praecauere oportet, aut humidioribus alimentis reficere, tum quia
 siccis medicamentis harum partium ulcera facillime exacerbantur,
 persentiuntque dolores & alia accidentia, ob id quod haec partes sua-
 pte natura exactioris sunt sensus, quamobrem huiusmodi pharmaca
 desiderant siccis tamen admixta: Nam licet Hippocrates ulcera multa
 aqua perfundere iubeat, non ob id interdicit sicca medicamenta,
 quae ratione ulceris necessaria sunt: Nam id ulceris ratio expostulat:
 Illud vero ipsius situs nimirum articulatio, quae ratione superius di-
 cta id expostulat. Secundum vero quia saepe in his partibus sinuosa con-
 gunt ulcera quae figurae ratione abluentia seu fluida expostulant medica-
 menta, verum non ea quae solo motu abstergunt, sed ea quibus virtus abstergendi
 manifestè insit. Itaque, huiusmodi ulcera suapte ratione, & natura partium
 quibus articulus constat, sicca quinimo siccissima expostulant medica-
 menta, verum ratione humiditatis & mucoris articulationi necessarij, per-
 fundere multa aqua huiusmodi ulcera oportet, ut Hippocratis sententia
 videtur innuere. Verum quia exactus harum partium sensus, & sinuo-
 sa ulceris figura sicca & solida medicamenta omnino interdiciunt, ob
 id abluentia quae exiccandi & extergendi potentiam habeant, sunt ad-
 ministranda, quod in harum partium ulceribus sedula diligentia ob-
 seruandum est: Nam qui haec negligit diuturnum & acri curabi-
 lem affectum proculdubio reddet. Quibus omnibus rationibus
 ego suspicor illam Hippocratis sententiam hoc modo intelligen-
 dam esse, nimirum authorem omnino negare ulceratis partibus ma-
 defactionem, nisi vino fiat: Quam & utcumque aliter factam libere
 articulis ulceratis concedit. Quamobrem legenda est senten-
 tia hoc modo: Ulcera nulla madefacere praeterquam vino, nisi si in
 articulis fuerint, hoc est, quae vino madefieri & multa aqua abluen-
 tibus medicamentis conuenit, quam madefactionem omnino capitis
 ulceribus denegauerat Hippocrates dicens: Ulcus in capite nullo hu-
 more

Lib. de factu.

Lib. 3. meth. 6, 9

Lib. 3. meth. 3

Lib. de vuln. cap.

more humectare conuenit, ac ne vino quidem.

Pari etiam ratione, si vlcus in quouis viscere, aut caua corporis parte situm reconditumve fuerit, pyulcis & suctu virus extrahere oportet: Posthac verò ea sunt adhibenda medicamenta, quæ abluendo partes ipsas extergant, modò per proprium vlceris foramen, si conspicuum fuerit, immittantur, modo per communes corporis canales intestina videlicet, vesicam, vterum, os, aures, aut nares: quod de capitibus vlceribus & alijs quæ communes habent canales, dum vlcus reconditum est, subaudire licet. Ac si vlcus sordidum fuerit plus iusto, abluentibus ea medicamenta sunt liquefenda dissoluendaque, quæ per se sola exterius sufficerent ipsum extergere: Nam quod loci ratione non datur adhibere, mutata medicamenti forma facile suscipitur. Præterea si vlcus in vtero fuerit, longe diuersa ratione curare

docet Hippocrates. Nam peculiarem refert vlcera in vtero prærequirere diligentiam, Inquit enim: Oportet autem curam cito adhibere, si vlcera in vtero fuerint: Nam vt quæ in tenero loco sunt cito auferunt, & breui putrescunt: curare verò oportet vlcera velut etiam ea quæ in reliquo corpore sunt, nimium vt inflammationem arceas & repurges, & repleas, & ad cicatricem perducas: verum membri affecti ratione paulo antea dixerat. Et siquidem putredo in vlceribus fuerit, & quæ exeunt graue olentia, smegmate meratori, si vero nihil tale, aquosiore, post facem autem cum aqua in qua cocta est myrthus & salua, postea vero cum vino colluere meraco ac tepido, cum autem mor detur iam à collutionibus, tum iam pura sunt vlcera. Colluere igitur oportet face aquosiore & vino nigro: Post vinum vero adipem suillum recentem liquato, & pinguedinem auferis si affuerit, sin minus aliam, maxime gallinaceam, aut ex volucrum gente. Si vero neque hæc adsit, oleum vetus ex oliuis admisceto, atque hoc tepido colluito. Placuit ad verbum transcribere, vt cuius constet, quam diuersa sit curandi ratio: nam oleum & pinguis vlceribus carne implendis infundit, aduersus vniuersalem curandi rationem. Quod factum esse censeo, ne duriori facta carne aut cicatrice vterus conceptioni, aut menstruorum naturalibus retentioni & expulsionem, præduritie aut tensione ineptior reddatur. Quæ profecto curandi ratio alijs partibus non esset proficua.

VIR E S quidem abstergentis medicamenti facile metiri poteris, indicatione sumpta à puris seu sordis prodeuntis conditione, siquidem harum partium vlcera ob locorum situm non datur exactè nosse.

Cæte-

A Cæterum id fieri debet, habita viscerum omnium maiori prouidentia, nam omnia vt Galeni est sententia, iure suo sibi exposculant eis medicamentis abstergi, quæ cum corroboratione, aut saltem citra virium membri dissipationem id efficiant, qualia amara & nitrosa naturæ esse superius diximus. Neq; ex eo quidem credendum est, adstringentia citra discrimen abstergentibus esse miscenda: nam ea tantum duplici natione commiscet Galenus, inquit enim: Pleriq; paululum ex adstringentibus pharmacis ei admiscuerunt, idq; duplicis vsus gratia, sicut diximus, nempe vt id quod affectibus partibus influit, repelleretur, & abstergentium facultatem in profundum vsq; deduceret. Quibus vsibus ex multis Galeni locis addere etiam expedit tertium, qui viscerum corroboracionem obtinet, quod profecto in exterioribus vlceribus summè cauendum est: nam sordes fixius adhærecogunt, & partem rugosam & calore destitutam reddunt. Itaque abstergentibus quæ ex æquo vlceris conditioni & sorditiei debentur, admiscere in his partibus etiam oportet, quæ amara & nitrosa natura constant, quod in omnibus internis vlceribus obseruare necessum est, sicuti & omnia debere esse nostræ naturæ simillima, & quæ nõ plurimum eam euertant, neque alterent. Quibus etiam (præter sumendi aut iniiciendi modos, quos pro partis situ & figura latè Galenus docet) addere ea medicamenta oportet, quæ partis affectæ naturam respiciant.

Denique ex omnibus quæ diximus facile constat, quibus quando, quantum, quovsq; abstergentibus vti porteat: Nam qualia liceat adhibere, ex primo nimirum, secundo aut tertio genere, vlceris natura, puris conditio, & vlceris situs aut figura facile ostendunt: quando verò nõnunquam nisi dum vlcus propriè coquitur: nam puri & sordibus quæ ex coctione prodeunt, quæ abstergunt solummodo sunt adhibenda, quæ quidem nõ apparent, nisi dum vlcus coquitur. Quantum verò, hoc est, fortioribus abstergentibus, debilioribus ve, partis etiã natura & vlceris conditio simul ostendunt: nam quæ principes sunt, aut exactioris sensus, etiam si vlcus validiora exoptet, non admittunt. Quovsq; tamẽ, maius profecto facessit negotium, nam sæpe imprudẽtes medici, eò abstergendo persistunt, donec cum sordibus quod sanum etiam est, abradatur ita: vt nouo dolore & fluxione excitatis, sordidius abstergendo reddunt vlcus. Alij rursus plus iusto timidiore, his tantum agunt medicamentis, quæ vt leuia sunt, ita nihil efficiunt: aut dum semel vlcus purum conspiciunt, mox ab abstersione desistunt, & aliud munus exequuntur, quò fit, vt neutrum perficiant: quapropter

propter nec plurimum persistere, nec protinus subsistere, sed sensim & paulatim actionem perficere oportet.

De communi et peculiari auxiliorum carnem generantium indicatione. Cap. XIII.



P T A R E M quidem ea nunc mihi esset ingenij & eruditionis conditio, ut liberè ego etiam ausim asserere, (posthabita inanis gloriæ iactantia) quæ passim de se Galen. refert, dum antiquorum errores, & memoriam extinguere conatur. Inquit enim: Ego non solum in Hippocrat. scriptis, sed etiam in omnibus antiquorum libris obseruo, ut non temere, quæ quisq; ipsorum dixerit. probem, sed experientia ac ratione, verum ne an falsum sit, quod scripserunt, examino. Præterea seruos ac libertinos etiam vocat, qui se alicui scriptori ita addixerunt, ut inconsideratè ac temere credant quæ quisq; illorum tradit. Sed quis est obsecro, tali præditus ingenio, tamq; varijs disciplinis munitus, ut dum id efficere tentauerit, temeritatis nomine protinus non mereatur accusari? Quapropter non citra timorem, quæ sentio, in publicum profero, ut quæ parum videantur Galeno refragari. Sed deposito, qui me detinet rustico timore, meam sententiam liberè proferre conabor, & si medicorum multi Galeni decretis fidentes, aliter sentire videantur, quam non ex toto quæ dixerō, sint illi contraria, sed quodammodo lucidiori intellectu exarata.

Subit quidem in examen illud auxilij genus, quo ulcera carne impleri facilius possunt. Quod quidem opus, & si solius sit naturæ, ipsa tamen in ulceribus varijs impedimentis præpedita, nequit sine artis adminiculo suum munus (ut cum sana erat pars) perficere. Cæterum præsidia quæ ars huic vsui suppeditat, longè diuersa ratione id efficiunt, ac vulgus medicorum existimat. Præterea Galenus neque vnā tenet sententiam, neq; chirurgi methodum habent & legem, qua suum opus, citra maximam controuersiam ac dubium perficere queant. Nam facilè reperies apud Galenum ea debere modicè sicca esse, nonnunquam primo gradu sicca, ac prosequens eorum exempla, quædam secundi, quædam etiam tertij gradus enumerat siccantia. Item modicè calida, hoc est ipsa carne calidiora esse debere. Alibi detergendi vi prædita. Rursus carnē dēsantia. Quibus omnibus etiam si chirurgi licentiosius id fateantur dicere, adhuc quæ repellendivim obtinent (dum non possunt ex adstringentium genere quæ temperat, molliūt, ac ut refert

Ta-

A Tagaulcius, ea quæ submouent, omnia quæ naturæ opus intercipiunt. Verū ne huiusmodi varietas nos turbet, expēdā hoc capite, quæ verè sarcotica dici merētur. ac rursus, quæ vsūm quæ mox retulimus, obtineant.

Diuidere in primis medicamenta, quæ carnis generationi ministrant, in duo genera oportet. Primum continebit ea omnia, quæ proprius videntur id munus perficere, qualia sunt, quæ modicè siccandi vires obtinent. Quæ quidem non eò magis sarcotica appellantur, quòd aliquid conferant per se primò in carnis generatione, potius quàm cætera omnia: sed quia semper competunt vlceri, cui nullus alius affectus inest, nisi carnis priuatio, cuius medela est, inundantis humiditatis exiccatio, quæ per hæc medicamenta prosperè perficitur. Secundum verò genus omnia alia complectetur, quæ utcunq; submouent, ea quæ naturæ opus intercipiunt. Sunt enim vlcera non pauca, quæ eò carne non implentur, quia præter humiditatem naturalem aliud etiam obtinent leue impedimentum, ex his quæ mox retulimus: quod nisi moueris, etiam si commodè sices, nihil efficies. Circa primum igitur genus, quo exiccantia medicamenta continentur, immorandum nobis est cum Galeno & vulgari medicorum opinione: Namq; vnanimiter omnes cum Galeno consentiunt, sicuti in tertia corporis concoctione, qua nutritio perficitur, succrescunt duo excrementa, quorum alterum per insensilem halitum euanescit, alterum verò crassum nobis conspicuum fit: pari etiam ratione in carnis generatione, quæ in cauis vlceribus à natura perficitur, id esse necessarium. Verū quod sana existente carne per insensilem halitum abiit, in vlceribus fit tenuis quædam sanies, quod verò crassum est, in sordis naturam erumpit.

Quò fit, ut cum vlcus coquitur & caro regeneratur, sordidum & humidum fiat: quæ quidem excrementa postea carnis generationi refragantur. Quapropter ea oportet abstergentibus purgare, & exiccantibus medicamentis inanire. Est quidem hæc optima sententia, & optimo innitens fundamento. Cæterum ut mea fert opinio, alia profus ratione exiccare vlcera conuenit, quam gratia consumendi tenuem saniem, ut exiccantia medicamenta verè sarcotica dici mereantur. Quæ quidem siccandi ratio longè disidet ab ea, quam ichores, qui ex coctione prodeunt, exposcunt. Itaq; in vlceribus duplex erit siccandi necessitas, materia & fine longè diuersa: nam sanies quæ vlcus humidum (& ut rectius loquar madidum) efficiunt, nulla ratione quæ potestate exiccant exposcunt, sed ea tantum, quæ ebibēdi seu auferendi humiditates illas efficaciam actu habeant.

Quibus sæpe contingit plura vlcera sanescere, ut lineis filamentis,

aut

aut cannabini, pluribus medicis vltu venit. Huius rei ratio est, quia A
 si tenuis sanies à carnis generatione prodit, necessum est tanquam
 excrementum à carne ipsa ad vlcis cavitatem pelli, vt experiētia quo-
 tidiana compertum est. Quò fit, vt vlcus ea humiditate madescat, cui
 medicamenta quæ potentia siccent, qualia omnia, quæ à Galeno recen-
 sentur, nulla lege sint proficua, sed ea tantum quæ ebibendo, ac sugen-
 do huiusmodi humiditates, vlcus à madore liberent: quem vsum præ-
 stare etiam potest spōgia, aut extersio crebra lineis & mollibus linteis.
 Quapropter aliud præstantius esse carnis generationi ministrari siccan-
 tibus medicamentis, quæ potentia id efficiant (etiam si Galeni & vulgi
 sentētia nil aliud insinuet, quam vlcis exiccationem, quæ fit consum-
 ptis his humiditatibus) mihi semper visum est, nanq; persuasum habui
 ea medicamenta à maioribus nostris tontopere commendata esse, non
 ad humiditatum consumptionē, sed ad carnis robur & firmitudinē & B
 vt fiat simillima præexistenti vlcis carni. Quod ipsa rei ratio
 videtur conuincere: Nam vt ex Hippocrate constat, siccum sano est si-
 mile: nec meminit quidem Hippocrates siccitatis quæ priuatione sa-
 niosæ humiditatis solum contrahitur, nam hæc madidum reddit vl-
 cus, non humidum, sed eam profecto magnificat siccitatem, quæ carni
 sanæ assimilatur. Quam quidem vlcus sua sponte citra exiccantium
 adminiculum obtinere nequit, ratio est, quia cum calor partis vlcis
 ob cutis defectum facile euanescat, non valet quidem (veluti cum sana
 erat pars) sua munia prospere perficere: Quò fit vt carnem generet, sed
 non æquè solidam & densam, ac ea est, quæ in parte præerat, quia ne-
 quit pusillus calor ad vnguem discutere quod alimenti superest: quò
 fit, vt mollior generetur caro, adhuc particula in naturali temperie exi-
 stente. Qua quidem ratione semper eget exiccantibus medicamentis, C
 quæ robōr, firmitatem, soliditatem, consistentiam, generatæ carni ad-
 dere valeant, qui quidem est potissimus exiccantium medicaminum
 in vlcis vltu: Verum calidiora paulo ipsa carne oportet esse sarco-
 tica, quò sanguinem attrahāt, neq; vltu modo adstringere, ne quod in-
 fluit repellant, sordemq; vlcis arctius affigant, siccare tamen, vt
 carnis fuerit conditio, ne adueniens alimentum absument. Quod ve-
 rò ita fit, multis rationibus probari potest: nam si solum ob saniosas hu-
 miditates exiccantia antiqui illi medici consulerent, ea quidem suffi-
 cerent, quæ actu exiccarent, vt iam diximus. Verum quia non solum
 id ars intendit, sed his etiam medicamentis adimplere, quod non va-
 luit natura, hoc est, carnem bonæ & constantis substantiæ efficere, hæc
 potissimum ratione carnem generantia, hoc est, firmantia, iure optimo
 dicuntur.

A dicuntur. Quod etiam probat alia euidentissima ratio, nam si so-
 lis saniosis humiditatibus huiusmodi pharmaca deberentur, non
 esset opus diuersos exiccantium medicamentorum gradus consti-
 tuere, indicatione sumpta à partis vlcis natura, sed ratione peti-
 ta à maiori aut minori copia harum humiditatum, quæ non inten-
 siora, aut remissiora exiccantia exoptant, sed maiorem diligentiam
 in artifice, hoc est detergendi & repurgandi frequenter, & vt conue-
 nit vlcus ipsum linteis & penicillis. Hac ratione duce Gal. hæc exic-
 cantium varietatem cogitur exquirere, indicatione sumpta à partis
 natura, vt caro, quæ refici debet, parti similis etiam dat, & eiusdem sit
 compagis ac naturæ cum ea, quæ in parte præest, quæ quidem opē
 medicamentorū parti similiū par efficitur. Qua etiā ratione Gal. corpo-
 ris naturā contēplari docet: nā plura in pueris refert esse sarco-
 tica, quæ
 B adultis & robustis corporibus pus mouēt, aut nihil ad carnis genera-
 tionē proficiūt, inquit itaq; Corporis quidem natura quātō est humidior
 tātō quod minus siccat medicamentū postulat. Cuius sentētiæ etiā fuit
 se Aetiū ex eodem aperte colligitur, nam inquit: Carnē enim quæ ad
 vlcis nutritionem distribuitur, reliquo corpori similem esse oportet.
 Vbi igitur pristina caro siccior est, ibi noua quoque superue-
 niens siccior fieri debet. Merito ergo resiccanda est, & quātō pri-
 or siccior fuerit, tantō amplio-rem siccandi facultatem medicamen-
 tum habere debet, & vice versa tantō minus resiccantia medica-
 menta conueniunt, quātō minus sicca prior fuerit caro. Quare si quæ
 sunt vlcera, quibus par est humiditas, quod in sicciori corporis tem-
 peramento consistit, vtiq; magis siccare postulat, quod verò in hu-
 midiori hoc sanè minus, quò natura naturæ interest: si quidem pro-
 C ductam carnem ei quæ antea erat, similem esse oportet: vbi igitur
 pristina siccior fuerit, nouellam quoquē siccio-rem esse oportebit:
 quare vberius exiccari, & ob id medicamentum magis siccam facul-
 tatem habens, admouere erit necessum. At in humidioris natura
 tantō rursus his quæ minus siccent medicamentis est opus, quātō
 caro ipsa minus est sicca. Quæ quidem sententiæ mihi sunt euidentis
 argumentum, exiccantia, carnis conficiendi gratia, potius adhiberi
 quàm exiccandi saniosas humiditates, quas, vt dictum est, abstergen-
 tibus & optima ac sedula artificis diligentia auferri conueniet, po-
 tius quam siccantium pharmacorum adminiculo: ostendit id etiā eu-
 rādi ratio: nam vlcus vt vlcus est, nulla ratione potest exposcere exicca-
 tia medicamenta, quæ vlcis esse propria Hippocrates & Gale-
 nus multis in locis referunt. Siquidem vlcus nil aliud est quàm
 ff soluta

soluta vnitas aut minuta quantitas, dum deperditioni substantia adiungitur. At qui si verum est Galeni dogma, in rebus præter naturam indicationem fieri contrarietatis ratione, & in naturalibus ob similitudinē: ac si verum est etiā, vt re vera est, vnum nō nisi vnum indicare, vlcus quatenus solutio vnitatis est, vnionem solam exposcit, & imminuta quantitas augmentum: fit igitur quatenus vlcus est exiccantia non indicare. Præterea si vlcus ea exposceret, non profecto vt similia carni, sed vt contraria affectui indicaret: siquidem quæ præter naturam sunt non similia sed contraria exposcerent omnibus constare est compertum, & rationi consonum. Verum quia huiusmodi curationem, quæ per exiccantia fit, non molimur nisi carnis generandæ ratione, ideo parti simillima esse oportet, sicut & carnis generatio naturalis est. Probat item meam sententiam experientia ipsa, quia si leuiora exiccantia quam par est, adhibeamus, caro mollis supercrefcit, quam post modum vt inutilem exedimus: quod apertissimis verbis docuit Hippocrates in hunc modum: Vbi-
cunq; in vlcereb; quæ neq; rectè, neq; vt res postulat assiduè purgata prius fuerint, produci caro cœperit, solet plurimum supercrefcere: in his verò quæ rectè, atq; vt res postulat assiduè purgentur, & nisi collisum aliquid accesserit, siccis præsijs nutriantur, plerumq; caro non excrefcit. Qua quidem sententia constat, in vlcereb; quæ prius probe à recrementis coctionis purgantur, sicca medicamenta superfluum alimentum depopulare ac consumere, ne caro mollior fiat. Quod egregiè explicuit author per verbum illud: siccis præsijs nutriantur. Quasi hæc præsijs sint veluti concausa optimæ nutritionis vlcera partē, sine quibus profecto caro inutiliter supercrefcit.

Quod etiā fit, vt si efficacioribus vtamur exiccantibus, eò siccitatis & duritiei caro deueniat, vt in cicatricem manifestè degenet, ob id sepe erratum vlcera caua velut cicatrice obducta supersunt.

Quo argumento constat vsus medicamentorum siccantium, præsertim cum eorum mensura ex præexistētis carnis compage desumi deueat, quod est euidentis argumentum, carnis potius quam saniei gratia ea à veteribus adhiberi. Præter dicta, exiccantia etiam medicamenta vlcere consolidando potius esse proficua, vel saltem ob dictas à me rationes ex fidissimis authoribus probari potest. Nam quæ sicca sunt consolidationi esse proficua, veritati & authorum menti est consonum.

¶

A Verum ne quis plus minusve quam oporteat, vlcere carnem inscienter exiccet, necessum est toto animo expendat vim & naturam exiccantium medicamentorum, quæ Galenus in tres ordines partitur, vt iuxta partis naturam, cuius metiri liceat, quo istorum vti sit necessum. Sic in primo ordine locatur thus, farina fabacca, & hordei: secundo resina, terebinthina, larissina, abietina, mel coctum & dispu-
matum, melitem rosaceum, & pompholyx: tertio verò ordine erui farina, multò magis aristolochia, mel crudum, myrrha, opopanax. Et similia, quæ primo exiccantium gradu contineantur, aut saltem secundum non excedant.

Vsq; quo verò persistendum in exiccatione sit, docet caro ipsa generata, vt ex eodem Galeno facile colligitur, quo loco inspicere iubet, an caro supercrefcit, an veluti tabida maneat, quod si excrefcit,

B & id plurimum fuerit, siccioribus vti oportet: si verò modicè creuerit, eisdem, quibus ad id deuentum est: at si tabescat, mitioribus, donec velut reuiuiscens iterum crescat. Quod verò, vt quisq; facile intelligat, necessum est expendat, carnis humani corporis naturam seu differentiam, vt iuxta cuiusvis substantiam his medicamentis rationabiliter vti possit. Caro igitur vt author est Galenus, tribus modis: dicitur vno propriè, & duobus impropiè: propriè quidem & absolutè dicitur pars corporis nostri, simplex mollis, rubicunda, fibras musculorum complectens, quāquam non eas tantum complectitur, sed etiam contra caloris interni impetum & vehementiam, atq; externorum calorem, frigus, duritiem eas munit, fouet, nutrit. Gignitur ex sanguine mediocriter siccato, ac perditaregignitur, ob id caro pars multi sanguinis & calida dicitur, vnde & carnis abundantia ex sanguinis copia nascitur, quæ caro partem plurimam animalium sanguine præditorum constituit: ad quam quoq; reducenda est, quæ in gingib; in glande penis, intus in digitorum radicibus finibus & lateribus, & cuti inest. Alterum carnis genus nomine carens, huic est finitimum, sed tamen diuersum, fibras omnes cordis, ventriculi, œsophagi, intestinorum, vesicæ vtriusq; vteri ambiens, & circum nascens eas, & muniens contra calorem natiuū omnia populantem, atq; etiam contra æstum frigus & cætera externa: membranis etiam suam carnis compagem negare non possumus: nam cum sanæ sunt, corpulentiores apparent, attenuantur verò dum non ita valent, quod exactè distinxisse in re practica haud leuem præstat vsus & commoditatem. Tertium verò & vltimum

carnis genus, est propria cuiusq; visceris substantia, quā ex Eras-
 strati sententia Galenus parenchyma appellat: talis quidem est cere-
 bri, pulmonum, hepatis, lienis, renuum caro, seu id totum, quod
 venis, arterijs, nervis, stomachi: præterea folliculo fellis qui-
 quidem ab hepate, vteris verò à rene ademptis reliquum manet.
 Atq; hæc sunt carniū differentia, quarum primum genus facile re-
 gigni dum deperditur, potest: secundum difficulter: tertium ve-
 rò partim impossibiliter, partim difficilius, docet enim Hippocrates
 quæ coalitum suscipiant, quæ verò secus: nam refert, Nervus præcis-
 sus ac dissectus non coalescit, neq; vesica, neq; aliquod ex tenuibus inte-
 stinis, neq; vena sanguiflua, neq; tenuis genæ pars, neq; pudendi pe-
 llicula. Ex quibus facile constare arbitror, quali medicamentorum
 sorte, in quouis sit vtendum, iuxta cuiusvis naturam.

Li. 1. de Morb.

Sed addubitabit aliquis, an in senibus possit caro regenerari, si qui-
 dem aut non nutriuntur, aut id improspere efficiunt: quibus conijce-
 re licet, quo exiccantium ordine in huiusmodi vti oportet. Siquidem
 quæ plurimum siccant & senum carni sunt simillima, facile absumēt
 alimentum: quæ verò parum, carnem molliorem omnibus alijs cor-
 poribus efficient, cum senes su aptæ natura sicciori consent carne, ob
 idq; rugosi & macilenti ac tenuiores redduntur. Cuius dubitationis
 gratia, duo expendere oportet. Primum, quo nam modo carnis ge-
 neratio etiam in decrepitis fiat. Secundum, quo exiccantium ordine.
 Circa primum verum est, ita naturam nostram sollicitam esse de par-
 tium vnione, sicut vniuersi natura de mundi repletionem: nam aer &
 ignis descendunt, aqua & terra ascendunt ne fiat vacuum: ita profectò
 cum natura nostra in vnione conseruari habeat, non mirum si illa
 quoq; miro conatu suam vnionem tueatur: deseret enim prius nutri-
 tionem, quàm regenerationem, per quam diuisio & corruptio illius
 fit, vnde videmus partes vlceras graciliores fieri, eò quòd ipsarum
 nutrimentum in regeneratione carnis amissæ, non nihil assumatur,
 vnde credendum est, carnem regenerari posse: quinimo deficiens ca-
 ro tam facile succrescit, vt sæpe adhuc in senibus adhibere cogat quæ
 carnis augmentum coerceant, nec solum id, sed & supra rasam calua-
 riam quoniam secundum naturam carne texenda est. At sanguinis in
 solida mutatio, nisi intercedente media quadam transmutatione me-
 dullæ, aut glutinis aut seminis non fiet vnquam, cui actioni morose
 difficulterq; post pueritiã facultas incubit, præsertim cum hæc verba re-
 ferat Gal. quoniã vis formatrix à qua generatio sperat, deficit in genito
 à pristi-

A à pristino robore, quo in vtero valebat, dupliciter: tum quia intra
 loculos maternos fouebatur iuuabaturq; informandi opere ab alte-
 ra formatrice per totum vterum distributa: tum quia in vtero for-
 matrix intra semen ipsum continebatur, agensq; materiam per se totã
 occupabat: in edito verò fœtu, licet vis hæc in formato osse maneat, non
 tamẽ intro occupat materiam fingendi membri, sed attingit tantum.
 Ob has igitur necessitates, labentis facultatis caro etiam senibus repara-
 tur, solidum verò nisi parum & in puero nõ renascitur. Senij quidẽ ratio &
 necessitas non est sita in parte reparata, cum perpetuò caro regignatur:
 nec ob id homines quia regignuntur, non senescere est dicendum. Est
 tamen senij ratio, in residua sæculenta, quæ ab ortu indies exhausta ma-
 gis & in cinerem versa, aditum alimento non concedit, neq; acceden-
 tem sanguinem præ frigiditate & siccitate sibi vnire assimilare ve-
 test: nam quemadmodum vetusti arboris truncus pulcherrimè ger-
 minat fructificatq;, & ob id non minus senescit, quia defectus & mar-
 coris causa in antiquo trunco est, sic carni abscissæ in animalibus eueni-
 re certum est: nam licet ipsa senescant, caro tamẽ refici facillimè potest.
 Circa secundam dubitationem existimo, medicamenta sarcotica in se-
 nibus, & si communi lege carni præexistenti simillima esse teneantur,
 peculiari tamen ratione, parum remissæ siccitatis esse debere: nam ma-
 ius facessit negotium alimenti inopia, quod facile depopulabitur siccif-
 simum illud medicamentum, quàm carnem ipsam paulo fieri mollio-
 rem, defectu simillimæ siccitatis, siquidem ipsa sua sponte nullo nego-
 tio siccior fiet, senum natura id efficiente.

Accidit quidem vlcibus plurima, quæ citra nouum affectum car-
 nis generationem impediunt, veluti sanguinis parcitas, qui non suppe-
 ditat vlceri implendo materiam, quod dum chirurgus cognouerit, te-
 netur ea adhibere medicamenta, quæ parum siccant, & manifestè cal-
 faciant: nam quæ talia sunt, plus attrahunt, quàm siccant: quò fit vt suf-
 ficiens supersit vlceri materiæ copia. Confluit item sæpe sanguinis tan-
 ta copia, vt eam natura regulare nequeat: quapropter quæ repellendi-
 vim obtinent, dum non sint ex adstringentium genere, adhibenda sunt,
 vt poros partis occludat, humore repulso ac præpedito ne amplius fluat
 quo cessante carnem sua sponte natura optimè perficiat, siccantium
 medicamentorum adminiculo: quæ si paulo efficaciora fuerint, nil no-
 cebis. Item distemperies sæpe facultatem prostermit, ita vt carnem gene-
 rare nequeat: quapropter non contrarijs, vt nonnulli censent, sed mo-
 deratis in omni qualitatū excessu, distemperiem corrigere, & fa-
 cultati ministrari, citra dubitationem oportet. Verum si vlcis distem-

peries plurimū fuerit à medio labens, medicamenta parum à medio **A**
 recedere tenentur, versus contrariam qualitatem, ei qua vlcus fit distem-
 peratum. Idem etiam de his quæ emolliunt, intelligere poreret, si præ-
 partis duritie caro gigni nō possit: & pari ratione de omnibus alijs quæ
 naturæ sunt impedimento.

De communi & peculiari auxiliorum cic-

atricem inducentium indicatione. Caput. XIII.



ICET certum sit salutis inditium his vlcerum status, **B**
 quo iam cicatrice solū obduci desiderant, non tamen
 est ita certum, quando, qualis, quo ve modo futura sit:
 nam pleraq; vlcerum, etiam si ad debitum tempus per-
 uenerint, ea sunt malignitate prædita, vt nullis præsidijs
 cicatrice obduci queant. Multa quidem eò crescentem obtinent carnē,
 vt exedi protinus expediat, ante quàm cute operiantur. Alia etiam ita
 sunt caua, vt maxima cautione exiccantia medicamenta desiderant, ne
 cauis (sicuti in alijs eminentibus) factis cicatricibus, partis figura vitie-
 tur. Plurima verò licet plana sint, pulchram tamen cicatricem deside-
 rant, ob partis affectæ præstantiam: quæ si medicus negligenter tractet
 conspicuas partes deformitate foedabit. Alia rursus innumera ob par-
 tis affectæ situm, aut naturam, variam sibi vendicant medicamentorū
 rationem, aut maximam in artifice diligentiam, sicuti in vlceribus in-
 ternarum partium, oculorum, narium, aurium & oris. Quapropter
 quatuor partibus constare hoc caput necessum est. Prima, quæ simpli-
 cem & optimam cicatricem efficere doceat. Secunda, quæ modum po-
 nat in supercrescente carne. Tertia, quæ viam inueniat ac methodum **C**
 cicatricem inducendi in malignis & difficillimis vlceribus. Quarta ve-
 rò, quæ doceat rationem efficiendi cicatricem, indicatione sumpta à si-
 tu & natura partis: docebo tamen prius, qualis sit epuloticorum medi-
 camentorum in genere vis & natura.

Lib. 5. simpli. c. 16

Eam quidem explicat Galenus ex professo, monstrans duplicem na-
 turam obtinere huiusmodi medicamenta. Primam eorum, quæ ex ac-
 cidenti epulotica dicuntur, quæ carnem detrahere, ac colliquare pro-
 pria natura sunt apta: quorum si minimum quid super vlcus inieceris,
 per specilli cuspidem, ipsum ad cicatricem perducēt. cuius generis sunt
 chalcitis, & æs vstum, non lotum, æris squama & mysi, ac vitriolum
 vulgò appellatum. Quæ quidem omnia & pleraq; huius census, per ac-
 cidens & secundariò carnem alterando, & calli instar indurando, cica-
 tricem in

1129

A tricem inducunt, calcificando etiam ac contrahendo & colliquando
 carnem ipsam. Quod si paulò largiùs eis vtaris, vlcus cauum efficies,
 exesa quæ subiacebat carne: quod etiam ex accidenti efficiunt ea medi-
 camenta, quæ citra mordacitatem vehementer siccant. Sed longè diuer-
 sa ab his est natura eorum, quæ verè epulotica dicuntur: Nam præter id
 quòd nihil proficiunt, nisi magnam satis eorum quantitatem vlceri im-
 ponas, carnem tantum alterare habent, non exedere, vt ea quæ mox di-
 ximus: id quod perficitur per ea medicamenta, quæ carnem ipsam con-
 trahere, constringere, constipare, densare, præterea siccare, & calli instar
 indurare valent. Quæ vt plurimum sicca sunt & frigida, vt galla, alu-
 men, æs combustum, & lotum, malicorium, balauustum, acacia, rhus,
 & huius census alia, quæ modicè adstringunt desiccantq;. Quas qui-
 dem cōditiones apertè Galenus in epuloticis exquirat, dum eorum me-
Bminit: & alibi de terra Samia verba faciens, ac de ærugine, & rursus mi-
 lle alijs in locis. Ratio verò qua necessum est, huius naturæ esse hæc me-
 dicamenta, ab eodem Galeno refertur his verbis: Quippe regnare ali-
 quid opus est, quod perijt, non tantum vnire quæ disident, cæterum
 diuersa ratione hic gignere quod deficit, quàm in cauo, quando illic
 sanguis, hic caro pro materia fit: siquidē quod cauum est impletur ex-
 gignenda carne, quæ ex sanguine ortum habet. At, in cicatricem per-
 ducitur quod iam est impletum ex gignēda cute, quæ ex subiecta crea-
 tur carne. Cæterum caro eadem specie cum ea quæ perijt, gigni in cauo
 vlcere potest, cutis talis omnino qualis erat, quæ perijt, proius restitui
 non potest, sed simile quodam cuti, & quod eius officium suppleat, po-
 test, non tamē planè cutis. Et paulo inferiùs subdit: Atqui igitur huius
 efficiēdi est ratio, nempe alteratio. Quibus verbis apertè constat ex **C**
 carne per vltiorem exiccationem fieri cicatrices, atq; eis deberi ea medi-
 camenta, quæ mox diximus, quæ tantum in genere verè epulotica cen-
 sentur.

His præmissis, circa primum expendere oportet, qualis, quoue-
 modo, sit futura cicatrix, quod apertè docuerat Galenus eo loco, quo
 cicatricem cutem non esse ostendit, quia pilis caret, sed proximè ad eius
 naturam accedere. Ergo, inquit, quoniam cutis carne ipsa tum siccior,
 tum etiam densior si carnem siccabimus & adstringemus, cuti etiam
 per similem reddemus: nam quæ cicatricem inducunt medicamenta,
 non solū qui influit, consumere tenentur humorem, sed eum qui in
 ipsa carne subiecta cōtinetur. Cæterum in hoc opere cauere plurimū
 oportet calli generationem, vt Galenus apertè consulit. Inquit nanq;
 Cura etenim habenda est, vt citra callum cicatrix inducatur: atq; ea gra-

Lib. 7. simpli.
 Lib. 9. simpli.
 Lib. 4. phar. ge. c. 8
 Lib. 6. Aph. co. 8
 Lib. 1. phar. ge.
 cap. 12.
 Lib. 3. Metho. c. 5

Lib. 3. Metho.
 Lib. 14. Metho.
 cap. 16.

Lib. 5. phar. lo.
 cap. 7.

tia huiusmodi pharmaca in vsum veniunt, quæ multam ad tactum le- A
 nitatem inducunt. Suboritur itaq; facilè cicatrix in planis vlceribus,
 paulo ficcioribus his quæ carnem generant, & minimè mordentibus,
 nam carnis humidum absumere necessum est. Quò sit, vt optima vtens
 ratione Celsus in his vlceribus, & in abrafa cute cicatricem quærat, li-
 namento solùm è frigida presso, præsertim si in frigida alumè madue-
 rit, & quod siccum imponitur, in prædicta aqua mersum, postea inaru-
 erit. Docet etiam Galenus pulchram efficere cicatricem, aut si defor-
 mis facta fuerit, emendare. Quod in senibus & lienosis nulla lege emē-
 dai neq; fieri potest, id quidem docente Aristotele: in illis ob caloris de-
 fectum, in his verò ob humoris conditionem: quo etiam loco in oculis
 semper albam fieri fatetur. In publicis itaq; corporis partibus & in pla-
 nis vlceribus, lenissimis medicamentis cicatrix quærenda est, aut saltè
 sarcoticis, maiori adhibitis copia. Deniq; his quæ multam ad tactum le- B
 nitatem inducant. nam alia aut carnem exedunt, aut plurimum callo-
 sam & inæqualem efficiunt, sicuti quæ plurimum lenia & nulla effica-
 cia prædita sunt, eminentem cicatricem fieri permittunt. At huiusmo-
 di cicatrices, nisi recentes fuerint, haud facilè emendabis: ac si aliqua
 steterit atra, difficilius, etiam si calamintha superpersa candorem in-
 ducat: sicut ipsa cum vino cocta, aut argenti spuma lota cum oleo rosa-
 ceo adiuncta idem miro modo præstat, vt Galenus consulere videtur.
 Item oleum in quo ferbuerit bryoniæ radix, idem author illud præsta-
 re posse fatetur: sicut thyitem lapidem refert recentes cicatrices emenda-
 re. Crassiores autem & iam inueteratas difficulter emendabis, etiam si
 feces aut vras: licet medicamentis quæ carnem exedant, anserino, aut
 gallinaceo adipe cōmixtis, sæpe id ex voto succedat: sicuti & alijs quæ
 passim conficiuntur. Quæ omnia constare est necessum ijs, quæ emol- C
 liant medicamentis, cum his quæ carnem exedant. Expendere ta-
 men oportet consuluisse Hippocratem, ne lenia medicamenta (huius-
 modi sunt oleum aut adeps) vlceribus imponerentur, nisi iam ad sani-
 tatem intenderent. Eodem tamen loco aperte docet, qua nam ratione
 tunc adhiberi debeant: sæpius quidem euenit vt cicatrix crassa fiat vel
 scabra, callosa, aut aspera, ita a vt locum turpem efficiat: quod quidem
 malum per ea submouet, quæ tum discutiant, tum laxent, molliant ac
 detergant. Mollit quidem adeps, si recens sit, discutit si vetus: oleum
 pari lege est mensurandum: nam vt ex Galeno & Archigene constat,
 vetusto oleo vlcera ad cicatricem facilè perueniunt. Picea item & resi-
 na & terebinthina concoquunt & emolliunt, scilla discutit ac mollit, ce-
 rusa lenit & refrigerat. Cui simile licet crassius plumbi recrementum,
 spo-

Li. 13. Meth. 6. 5

Proble. 9. tex. 5.

Lib. 7. simp. c. 2.
Lib. 9. simpl.

Lib. de vlceribus

A spodium, & lotiscobes reprimunt. Chalcitis moderata quantita- 7
 te vbi alijs misceatur, mirè cicatrices efficit, & factas emendat.
 Cyaneus lapis detergendi facultatem habet. Ex quibus facilè est cui-
 uis pro affectus indigentia medicamentum conficere.
 In cauo tamen vlcere prius carne impleri, quàm cicatrice obduce-
 re, expedire antea diximus. Qua quidem ratione dum supra mo-
 dum excrecit, ipsam exedere minuere ve, & planum efficere vlcus
 citra dubitationem necessum est: Neq; antea cicatricem moliri vsq;
 cōuenit. Quapropter ea medicamenta adhibenda sunt, quæ aut vehe-
 menter exiccando, aut exedendo, carnem minuunt. Quæ quidem
 opera maxima cautione fieri desiderant: ne dum exedere & æquare vl-
 ceris carnem intendimus, aut plus iusto eam exedamus, aut præter
 institutum caro ipsa in cicatricem degeneret, ante quàm subsideat, &
 B æqualis fiat, quod aperte monet Galenus. Cessare etiam consulit Hip-
 pocrates ante quàm finem facias: quod pulchra quadam sententia his
 verbis dixerat quoq; Galenus: Eatenus verò vtroq; vtendum, vt tum
 primum desinas, vbi ad commoderatum peruenerit, prius quàm ad
 contrarium ascendat: nam & carne supercrescente diminuenda nisi
 in symmetro substiteris, cauam partem repræsentabis, & caua recre-
 anda nisi steteris, ibiq; in symmetro cessaueris, immodicè carnosam
 efficies. Quod ne plus minus ve quàm par est fiat: nam vt inquit Hip-
 pocrates: oportet enim curabilia ita tractare, vt ne incurabilia fiant, ea
 intelligentia, vt quàm maximè prohibeamus ne ad hoc deueniant, vt
 incurabilia reddantur. Sunt etenim inter medicamenta exedentia plu-
 ra, quæ nisi debite adhibeantur, id promptè efficiunt: quod quidem
 doctè distinguere docet Galenus, facta collatione naturæ corporis &
 C partis affectæ, ac virium medicamenti: nam quæ acria sunt, in paruis
 sima quantitate adhiberi oportet, dum cicatricem inducere studemus.
 At si carnem exedere, liberaliùs eisdem vti cōuenit: cuius quidem ge-
 neris sunt, atramentum sutorium, chalcitis, mysi, & his similia.
 Quæ verò vehementer siccant, sunt vt spongia, radix asphodelorum,
 hermodactyli, stupæ minutim incisæ, linamenta in muria imbuta,
 & exiccata: quæ varianda quidem sunt, pro partis aut corporis con-
 ditione & natura: nam in humidis corporibus, quæ acria sunt, & ex-
 dentia, cicatricem inducere nequeunt, sufficiunt quidem quæ siccan-
 di vires obtinuerint. At in siccis corporibus & naturis, exedentia
 potiùs cicatricem inducunt, quàm carnem exedere possint. Quæ
 verò sicca sunt, pus quidem mouere sunt apta: cicatricem autem in-
 du-

Li. 13. Meth. c. 6

Lib. de confli. ar-
medi.

Lib. de artibus

Lib. 5. Method.
cap. 6.

sup

du

ducere in his omnino non possunt. Quia quidem ratione dum aut mollior caro facta est, aut plurimum creuerit, maxima cum cautione tractari desiderat: nam si mollior sit, dum in vlcere carnosio accidit, omni ingenio exiccanda est: dum verò in vlcere cui os aliquod detectum est, si excisurum fuerit, nullum facessat negotium oportet: nam detracto ossè, sua sponte caro exiccatur, præterquam quòd ossa, quæ separari coguntur, siccissima exoptant medicamenta, quæ immodicissima siccitate sua os corrumpât, licet naturaliter humidis ossa corrumpantur facilius, quod quidem medicum têtare humidis efficere, nefas esset, si quidem pars ossis excidenda humidis circumscribi nequit, ita vt siccis: præterquam quòd vlcus, aut humidius, aut sordidius humidis fieret.

Passim in vlcerum curatione conspicitur, etiam si vlcus carne sit obductum, cicatricem inducere nullis remedijs posse, aut iam factam mox euanescere, & vlcus detectum, vt prius erat superesse: quapropter expediet, in his quibus difficulter fit cicatrix, vt promptè fiat docere, & factam ne facillè diffluat, firmare ac stabilire. Ægrè quidem ad cicatricem veniunt vlcera, quæ hac ratione disepulotica appellantur, aut ea quæ cacoëthe, hoc est, maligna, vt apertè distinguere Galenus docet. Quò fit, vt ad hæc duo tantum vlcerum vitia expediat reducere causas omnes, quas medici passim recensent vlcerum ad cicatricem ægrè venientium: naq; hæc inter se manifesta differentia disident: licet frequenter ab imperitis confundantur. Sunt itaq; vt Galenus loco citato docet, disepulotica, hoc est, vix ad cicatricem venientia, ea quæ ex humorum confluxu, vel multorum, vel acrium, cicatricem admittere nequeunt, citra particulæ affectæ aliud vitium: cacoëthe verò appellantur vlcera, quorum partes affectæ ita vitio conspurcatæ sunt, C vt licet bonum sit quod influit, ipsum tamen particulæ labes corrumpat. Præest enim in particula ea distemperiei conditio, vt ex sibi commisso alimento, aut callum, aut carnem foedam nigram ve, aut aliquo vitio conspurcatam efficiat, quò fit vt cicatrice partes non obducantur. At disepulotica ob prauorum aut multorum succorum affluxum, nequeunt ad cicatricem perducì: quapropter diuersa ratione in vtroq; medela tentanda est. Nam quæ disepulotica sunt, præmissa per sanguinis missionem, aut expurgans medicamentum sufficienti diligentia, validam citra morsum exiccationem exoptant, quod quidem ab alijs vlceribus apertè disident. Præterea summa diligentia curandum est, vt id quod influit rejicias, repellas ve, si plus iusto qua

L i. 1. Phar. gen. cap. 18.

L i. 4. Phar. g. 1.

A qualitate, aut quantitate peccauerit. Item si quid influxit, discutendum protinus est his, quæ citra immodicum calorem & acrimoniam id valeant efficere, qualia sunt, quæ antea diximus capite de Carnem generantibus. Quibus sedato fluxu, siccoq; pro partis natura facto vlcere, facillè deinceps siccioribus adhibitis cicatrice obducitur: quod elegantia quadam sententia docuerat Aetius his verbis: quemadmodum antea diximus, duplex scopus propositus est in curatione partium, quibus nullus deprauatus habitus inest: alter repellendi quod influit: alter discutiendi quod in affecta parte est: atq; hæc à contrarijs qualitatibus fiunt: nam quæcunq; adstringunt, repellere possunt quod influit, quæ verò attrahunt, discutiunt id quod in affecto loco continetur. Adstringentia itaq; exasperant, & ob id dolorem inducunt: attrahentia verò & discutientia, cum acria sint, loca vlcerata mordent: quare contingit B vt ex ijs quæ exasperant & mordent, superflua humiditas ad affectas partes illabatur, quam inflammatio & erosio vlceris consequuntur. Cæterum eius meminisse oportet, quod sæpe à nobis dictum est, quod corpora sanguine aut vitiosis humoribus referta & mollia, ac subtili sensu prædita, ex mordacitate facillè inflammantur (& paulò inferius subdit:) proinde quantum eius fieri potest, medicamentorum materia peruestiganda est, quæ citra mordacitatem ac dolorem vlcus resiccant. Quâ sanè nūquā inueniet medicus, nisi quid singula medicamenta adhibita peregerint, rectè expèderit. Itaq; considerabit quātū humiditatis primū pharmacū ab vlcere desiccabit, aut si sordidū est, quātū sordidū deterferit, idq; tertium aut quartum experietur, donec purū aut siccū vlcus apparuerit. Quod vbi deprehenderit, aut aliud medicamentum eiusdem generis cum priori, sed debilius, se conuertet, fortiora enim, repurgatis iam vlceribus, morsum ac dolorem inferunt, & influxiones, ac inflammationes pariunt: talia igitur corpora exactè euacuare, & a superfluitatibus reseruare oportet. Alijs itaq; sanguis si redundet, detrahendus est, alijs purgatio vitiosi humoris & simul venæ sectio conuenit: quibusdam varicem ex vlcere excidere oportet: quibusdam iecur aut splenem curandum assumimus. Sunt etiam quibus loca vlceri vicina scarificare oportet, quibusdam labia vlceris callosa circumcidere. Qua sententia (quam ad vnguem transferre placuit) apertè docet, huiusmodi vlcera remotis, quæ diximus, facillè validis exiccantibus & citra morsum cicatricem acquirere: qualia sunt (vt idem author refert sequenti capite) lemnia terra, & eius farina reliqua. At si cacoëthe fuerit vlcus, præmunito corpore decenti vacatione, ne forte eius

L i. 4. Sermo. 2. cap. 40.

vitio vlcus tale fiat, particula temperies omni arte corrigenda est, ne **A** deinceps humores corrumpat, aut suo vitio foedet. Expediet tamen antea, si quid præter naturam in vlcere factum est (vt optimum temperiam mentum facilius restituatur) id abscindere, ac ex toto depopulare, si fieri potest, radicitus. Nam mox optima temperie conciliata, & carne nouiter præexistenti simile generata, leui negotio cicatrix fieri poterit, nã præter id quòd nihil aliud efficiet magis, quàm callosum vlcus reddere, ægrius sanabile citra dubitationem faciet. Quapropter in vtraque vlceris natura, quod influit, modò per varices, modò per proprias aut communes vias id fiat, auferre antea oportebit, deinceps, aut vlcus vehementer exiccare, & quod adhuc influit repellere, ac quod influxum est, discutere, aut si quid in eo præter naturam ex vitio eiusdem particula, aut humoris genitum fuerit, abscindere, & mox carnem generare, vt ex eadem cicatrix siccioribus adhibitis præsidij facile fiat. Quam quidem (si iterum euanuerit, aboleaturq;) maius aliquod negotium facere credendum est, cuius ante curationem ediscere prouidentiam conuenit.

Quapropter expendere oportet, vt res clarior euadat, quatuor esse vlcerum conditiones, quibus ipsa ægrè cicatricem admittunt, & quibus postquam aliquã vlcera adipiscuntur, faciliè deperdunt. Prima, cum vlcus malum contraxerit habitum, argumento sunt fenese & hydro-pici, quos sanare ante non poteris, quam malum habitum auferas, etiam si caro eò siccetur, vt in cicatricem degeneret, nam paulò post sua sponte ad pristinum delabitur statum. Nec minus quidem graua sunt vlcera, quibus continuus imminet aliunde defluxus, inditio sunt fistulae, & varicosa vlcera, & huius generis alia, quæ vbi medicamentis & summa diligentia concluderis, in alia parte, aut in eadem, quod frequentius est, inopinatò iterum erumpunt. **C** Item cancrōsa vlcera, & quæ iam callum obdixerunt: quæ licet fucata quadam cicatrice obducantur, deteriora difficilioraq; curatu, paulo post erumpunt.

Quartò verò ea difficiliùs & incertiùs cutem acquirunt, quibus os vitiosum subiacet, vt his verbis Galenus inquit: Quando enim ex adhibitis medicamentis caro, quæ ossi superiacet patienti, exiccata contraxerit cicatricem, statim quidem integra sanitas restituta videtur. Rursus verò paulatim aliqua influenti sanie ex ossè corrupto in parte penitiorè, iterum aduenit inflammatio, & puris generatio sequitur, à quo quidem tota superficies eroditur, caro verò exulceratur: atq; alia ibidem addit huic rei proficua.

Qui-

A Quibus verbis apertè colligitur, cicatricem non esse perpetuam, donec vitiosum os ex toto excidatur. Quapropter vt certa hidaque cicatrix generetur, hæc quatuor incommoda auferre priùs oportet. Deinceps verò quæ valenter exiccent adhibenda sunt medicamenta, nanq; si id attemptaueris, aut maius malum, aut recidiuam potiùs paraueris, quàm finem consequi possis.

Qua enim ratione, quæ carnem generare diximus medicamenta, varios sortiuntur siccitatis gradus, iuxta maiorem aut minorem siccitatem particulae, eam et quidem partes exoptant, sed longè maiorem, ad cicatrices inducendas, iuxta eandem partium varietatem. Nam quãtò particula siccior fuerit, tantò maiorem desiderat siccitatem: Non quidem eam, quæ sibi sit similis, vt in carnis generatione, sed longè intensiorem, tantò quidem, quantò durior sicciorq; cicatrix est carne ipsa. Cuius quidem rei exempla & rationem refert Galenus per singulas **B** corporis particulas, ex quibus faciliè elicitur quantum in quauis particula exiccandum sit: Nanq; in carnis generatione tantum exiccare oportet, quantum ipsa præexistens caro sicca fuerit. At in cicatrice inducenda, non item, sed tantum quantum ipsa particula fuerit à cicatricis natura in proprio temperamento diuersa. Quapropter in vlceribus oris eò loco Galenus consulit sicciora adhiberi medicamenta, non quidem ex partis natura solum sumpta indicatione, sed ex acquisita etiam humiditate, quæ suapte conditione cicatricis generationem impedit: qua quidem lege in singulis particulis cicatrix procuranda est.

Li. 5. meth. c. 10.

De communi & peculiari agglutinātium

auxiliorum indicatione. Cap. XV.



C OACTI quidem in hunc locum distulimus agglutinantium auxiliorum tractationem, ac etiam vt seorsum quæ cruentis vulneribus, (& his quæ hoc tantum exoptant auxiliij genus) propria sunt, citra alterius complexum expendere liberè possimus. Est igitur glutinatorium auxilium, quod coniungit & vnit diuersas partes, vt in pristinã vnitatem reducantur: quod quidem ex priscais quàm plurimi maximi fecerunt, quia cruentis vulneribus vnũ erat & proficuũ auxiliũ. Verum si quis rem oculatiùs expendat, faciliè reperiet, non in cruentis modò sed in sinibus veteribus cum ab omni inflammatione eos vindicauerimus, puerosq; medicamentis reddiderimus egregiè constare prodesse, vt apertè ex Galeno patet, qui adamuissim huius auxiliij naturam docet.

L. 2. phar. ge. c. 12.
L. 2. ad gla. c. 8.

gg Quod

Quod glutinandi itaq; vires habet, plus siccet quidem oportet, quā A
quod carnem producit: Non tamen detergat neq; expurget, sed contra
prorsus substantiam omnem in idem cogat, cuiusmodi facultatis sunt
ea medicamenta, quæ austera & adstringētia sunt: nanq; eorū finis est
prohibere, ne vlla inter coituras partes subnascatur humiditas. Quod
clara etiam sententia Aristo. docuerat dicens: Quæ nam virtus medi-
camenti suprimētis sanguinem sit, quod enā non appellamus, an vt
exiccet, & materiæ inutilis confluuium compescat sine crusta aut car-
nis putredine? Ita enim efficitur, vt vulnus simul & inflammatione ca-
reat, & vnitati sit opportunum, quod enim materia non superfluit, in-
flammatione carebit: quod siccum est vnitati oportunius erit, quā diu
nanq; permadit concorporefcere nequit: Quamobrem quæ cruentis
acria magna ex parte sunt, quod acerbitate sua possint adstringere.

Qua quidem sententia optimè explicat, qualia teneantur esse medica- B
menta, quæ cruentis vulneribus, & his quibus immodicus fluxus ad-
iungitur, proficua sunt. Ex cuius auxiliij descriptione facile constat, ne-
cessum esse differentiam constuere inter hæc & plura alia auxilia eis si-
millima: Nam sicca etiam sunt, quæ vlceri curando sunt proficua, quæ
sarcotica alio nomine dicuntur: Sicca item quæ cicatricem inducunt:
& sicca hæc quæ glutinant. Rursus adstringentia multa, quæ aggluti-
nandis vlceribus non sunt vtilia, Item hæc quæ agglutinant, & adstrin-
gentia esse tenentur. Quibus constat, non sufficere quæ diximus, ad
intelligendam plane huius auxiliij naturam. Qua ratione expende-
re oportet, hanc interesse differentiam, nimirum quod quæ carnem
generant medicamenta, tantum id quod superest alimēti ab eo, quod
ex vsu est, pro carnis non solum nutritione, sed & generatione exiccat
consumuntq; , præter alios quos antea retulimus vsus. At in glutina- C
tione vlcerum siccandum modò est quod fluit, quò videlicet affecta
pars superuacuis vacet. Nam cum caro, aut nulla aut pusilla generari
debeat, maiorem partem eius, quod influit, consumere tenentur quæ
glutinant medicamenta. In cicatrice verò inducenda, non modò qui
affluit humor, verum etiam qui in ipsa carne continetur, absumendus
est, careant tamen absterfione oportet. Itaque siccus est quod cicatri-
cem inducit, quā quod glutinat, quando glutinaturò vnum id pro-
positum est, vt eius quod secundum naturam est redundantiam con-
sumat: qui cicatricem inducit, non hoc modo, verum etiam & eius na-
turalem humiditatem, vt caro cuti simillima fiat. Stat enim glutina-
torium auxilium in medio eorum, quæ carnem & cicatricem creant,
quatenus ad siccandi vires attinet. Item licet glutinantia adstringendi
vires

A vires obtineant, probat tamen Galen. neq; omnia adstringentia gluti-
nare, neq; omnia glutinantia adstringere: Quo loco recenset plurima
quæ licet adstringant, tantum abest vt glutinent, vt potius carnem ex-
dant ac liquent. Qualia sunt chalcitis, æris squama, æs vltim, & huius
census pleraq;. Alia etiam sunt, vt diximus, quæ licet agglutinent, non
tamen adstringunt, vt amyllum, farinæ puluis, & similia. Huius quidē
rei rationem reddit Galen. his verbis: Glutinatorium verò neq; deter-
gat, neq; expurget, sed contra prorsus substantiam omnem in idem co-
gat. Qua sententia constat, quod licet glutinatorium teneatur adstrin-
gere, id verò adstringens, quod aut detergat, aut purget vehementer
nulla ratione potest esse glutinatorium. Præterea licet multa quæ ad-
stringunt, adstrictione careant: ex accidenti tamen partes cogunt ac cō-
stringunt, vbi in parte exiccantur & adhærent, vt amyllum & volatilis
B farina, quæ si maduerint, vbi siccentur, partes in vnum cogere sunt ap-
ta: Et hac lege sub adstringentibus includuntur: veluti quæ frigida
sunt, quia hac lege repellendi vires obtinēt. Itaq; agglutinantia omnia
sicca esse oportet, & ob carnis etiam generationem quam (licet in par-
ua quantitate) moliuntur, sicciora item sarcoticis, quia alimentum ad-
huc secundum naturam consumere tenentur. Adstringentia ite vt partes co-
gat, cōstringatq; ac in vnum firmiter contineat, & vltimò repellētia, vt si
quid præternaturam in parte fuerit, aut fluxerit, ocissimè repellat, ne ag-
glutinationi impedimēto sit. Nihil enim inter labra inesse debet, vt cō-
modè vnio fieri possit, quod apertissimè Gal. docuerat. Atqui licet hu-
ius naturæ sit hoc auxilium, varias tamen fortitur differentias, iuxta di-
uersarum partium, quæ solui possunt rationem, vt mox dicemus.

Nosse tamē prius oportet, vulnus simplex illud esse, quod in sola di-
uisione vitium habet, suamq; habet differentias, ex differentijs diuisionum.
C Ex quibus quædam sunt profundæ, aliæ superficiales, quædam
magnæ, aliæ paruæ, quædam breues, aliæ longæ, aliæ acutæ, quales sunt
quæ pungendo fiunt, aliæ quæ à rebus latioribus secantibus inferuntur:
aliæ obliquæ, aliæ rectæ, quædā præterea sunt æquales, aliæ inæquales.
Item aliæ sunt recentes, aliæ diuturnæ, & aliæ sunt penetrantes per totum
membrum vulneratum, aut per corporis cavitatem, quorum omnium late
meminit Gal. Atqui licet hæc differentia aliquid in curatione euariant
illud quidem parum est, & sola maioris minorisue ratione dissident,
vnum quidem habentes commune, vt agglutinantibus (cū citra alterius vi-
tij complexum steterint) curari perpetuò desiderent. Variatur tamen ma-
teria, non vitij differentia, sed membri affecti varietate, cæterum commune
habent omnes, vel Gal. etiā præcepto vnionem, quæ in instrumentibus

partibus nulla ratione est possibilis, quia hæ quatenus instrumentaria A sunt, vim non habent alterandi, coquendi, assimilandi, & regenerandi carnem, necessaria quidem opera ad vnionē, quod licet aliquando fiat, id virtute fit simplicium. Nam figura, magnitudo aut numerus nihil horum efficere valent, non quidem vt Tagaulcius censet, quia omnino abscinduntur venæ, nerui, & arteriæ: neq; ob hoc facile est credendū omnes simplices vniri posse, sed ex his quasdam propriè vnionē suscipere, quasdam impropriè & difficulter, quasdam verò impossibiliter.

Quæ vt satis expendantur, docere oportet quid vnio sit, quid glutē ac denique glutinatio, vt facile deniceps innotescat, quæ partes vniri queāt, & quo vinculo, quæ verò secus. Est quidem vnio reddit^o ad vnū: Nam per diuisionem, duo aut plura erant facta, quæ prius vnum erāt.

Quare si curatio est per quam naturalem statum recuperamus, necesse est, vt ea quæ per diuisionem plura sunt facta, vnum rursus fiant, per id quod diuisioni est contrarium. Præterea cōtinuā & verè vnum sunt, B quorum extrema sunt vnum, at in partium vnione, non semper extrema fiunt vnum (nihil videlicet substantijs, quæ duræ, frigidæ ac sicce, sunt (quas diximus difficulter coalescere, vt ossa, cartilagine, & nerui) intercedit simile) quia mediat sepe alia substantia diuersa ab ea quæ in parte diuisa est. Quapropter ossa non dicuntur re vera vniri, quia non coniungitur os, sed medio callo, quo veluti vinculo veram vnionem & continuitatē æmulatur. Quod quidē in ossis duritiē potius quā in substantiæ nutritiæ defectū, rejiciendum esse suspicor, ob id igitur Plat. Os, inquit, Deus artifex ita cōcinnauit terrā atterēs puram lenēq; miscuit, madeficitq; medulla, id postea in ignē recit, mox in aquā misit, rursus in ignem: iterū & in aquā, sicq; trāferēs sapius in vtrūq; tale reddit vt liquari a neutro possit. Quæ sententia (quæ pulchra admodum est) constat quā difficile sit ossiū fracturam vera vnione reficere: C Nam huiusmodi partes frigido & sicco sunt tēperamēto, & propterea debilē & tardā exercent coctionē, & à carne prius vndequa; conteguntur, cuius concoctrix ob calorē & humorē valida & facilis est cōcessa. Quò fit, vt accidat antequā ossa possint sibi similē substantiā generare carne interdū impleri spatiū, quod ex diuisione in illis factū est. Quare cū diuersi generis interueniat substantia, non potest conglutinatio & vera vnio fieri, sed cōnexio & colligatio quæda sufficiens ad vsus partiū. In pueris tamē Gal. asserit, optimè posse vniri ossa, quia calore & humore abundant, ac insuper ea habent mollissima. Quò fit, vt in eis citiūs ob calorē, promptiūs ob materiæ copiā, tandem ob ossiū molliciem faciliūs coalescant vera vnione. Nam qua ratione in adultis ob siccitatem & frigiditatem,

A & frigiditatem, ac duritiē ossium, huiusmodi opus non perficitur, contraria videtur in pueris cōmodè posse fieri. Proximè quidē huic rationi accedit ea, quam superius diximus, nimirum, vniuersam rationē propter quam partes spermaticæ non coalescunt, esse defectum facultatis formatricis, quæ licet non desit ingenito corpore, nihilominus tamen non est tota immersa materiæ quæ formationi partis deficientis ministratur, quemadmodū dum in vtero partes formantur: Nam in toto semine ex quo tanquam potissima materia conficiuntur partes, ipsa potētia extensa est & vniuersas partes attingit, & informat. At genito iam & in lucem edito corpore ipsa remanet in partibus solidis, & materia quæ aduenit ad partis regenerationem, ob id inepta ad id est, quia non habet immersam formatiuā facultatē, quemadmodū semen intra vterum: Sed tantū ipsa facultas quæ in corpore præest extrinsecus attingit B materiā, ex qua perfectia regeneratio fieri nequit: quia eam non vndequa; & per omnes sui partes formatiua facultas circumagitur, mouet, & informat, quia tantū est solidis membris contenta: præterquā in pueris, in quibus ob abundantiam seminalis illius materiæ, quæ principiū fuit generationis, partes regenerari possunt, quia in materia illa immersa adhuc est formatiua facultas sicut in vtero præfuerat, & ob id poterit facile deperditum membrum nouiter efformare. Ossibus quidem proximè accedunt cartilagine, venæ, & arteriæ, licet facilius multo id fiat: mediam enim (quatenus ad vnionis facilitatem attinet) inter carnem & ossa naturam obtinent. Quapropter non desperandum est posse vniri, caro equidem inter omnes partes veriūs faciliusque vnitur, nullo intercedente medio à carne ipsa diuerso. Necesse tamen est, naturam aliquid habere: quia cū mutatio fieri nō possit à morbo ad sanitatem, & à diuisis ad vnionem, absq; motu & actione aliqua, fit vt glutinatione aliqua molliatur ad eandem naturam redditum, quod nulla ratione fieri potest citra vinculum & glutem, quo commodè fiat vera symphysis & vnio: est tamen id vera caro eiusdem naturæ cum præexistenti. Quod autem ita sit, manifestissimis probari potest rationibus: Nanq; nulla continui solutio post vnionem absq; cicatrice remanet. At cicatrix caro est sicciore solidiorq; facta: ergo citra ipsam vniri nō poterit. Pus item & sanies id apertè ostendunt, citra quæ nullum vulnus coalescit: qua ratione sæpe chirurgi apertum tenent diutiūs foramen, vt liberè possint profluere. Medicamenta etiam glutinātia, adhuc apertius monstrant: Sunt nanq; omnia sicca, vt saniem illam ebibere possint. Cæterum hanc carnem, quæ interstat, maluit Galen. gluten appellare, quod in omnibus citra dubitationem est necessarium. Cuius quidem

generatio in hunc modum est, sanguis qui attrahitur à partibus carnis **A** ad propriam nutritionem, postea quàm ad extrema diuisa peruenit ubi venæ sunt vulneratæ, effunditur, & à partibus iam contiguas eo modo alteratur, quo alius sanguis in partibus integris. Quæquidem sibi sanguinem apponunt, & adherere faciunt, & concoquendo viscosum & crassum glutinis modo fiunt, atq; ita sibi assimilant, & tandem uniuert, ac per integram assimilationem fit caro, in qua verè fit huiusmodi unio, vt his verbis apertè Gal. dixerat: At glutinatorium aut omnino carnis generatione non egent, aut planè exigua. Quibus verbis omnibus contare arbitror pusillum carnis generari in vera unione, præterq; q̄ alio modo per difficile est. Cæterū carnis illius tā parui momēti generatio est, vt nullū facefiat negotiū, nullumq; peculiaribus requirat auxilium.

L. 3. method.

Cū hoc tamen quatuor esse carnis species necessum est perdiscere, quas alio modo antea latiùs explicuimus. Cæterū vt ad præsens institutum atinet, glandulosa vna est, quæ nullam membrorū seminalium mixtionem sortitur: Simplex, quæ fibras seminales obtinet: confusa, quæ fibras & membranas: Lacertosa, quæ ligamenta & nervos adipiscitur. Inter quas facilius difficiliusve coalitus ratio apertè adest. Quò fit, vt carnis nomine cui facilitas coalitus inest, veteres rubrum illud, molle, ex sanguine genitum ac sibi associatum citra medium alterius naturæ intelligant: Quæ verò secus se habent carnes, neq; ita pròptè coalescunt.

Tertio vero loco ea membra subeunt in examem, quæ nulla ratione conglutinationem admittere diximus: quorum quædam sunt ita tenuissima, vt soluta coalescere amplius nequeant, ideo vesica decissa nisi in ceruice ubi carnosa est, non coalescit, sed in fistulosum sinum abit.

Nanque cum præexiguus sanguis ad ora tenuis membranæ descendat sufficere quidem non valet unionem perficere. Alia rursus quæ in intergrum discissa sunt, minimè uniri possunt, quorum etiam notitiam tribuit Hippocrates. Item ea quæ perpetuò motu agitantur, vnde septi & pulmonis vlcera rarò sanitatem consequuntur. Illa etiam quæ nullū habent à natura aut ab arte foramen, per quod expurgari commodè possint, vt venter spiritalis: Nam vlcera sanari quidem nequeunt, nisi expurgentur, neq; purgari, nisi foramen habeant. At thorax nisi per tussim, quæ alioqui vlceri est infestissima, exonerare se non potest. Postremo ea quæ eius sunt nobilitatis & præstatiæ, vt scissio plurimos exhauriat spiritus priusquam uniri possint, quod in corde & cerebro subinde euidens est. Quibus facile est intelligere, quæ difficulter coalescant membra, quæ verò nusquam, & qua ratione, vt quid agendū sit, quidve prælagandum facile medicus intelligat.

L. 6. aphor. c. 19.

Præterea

A Præter ea etiā quæ diximus, expendere oportet huiusmodi coalitum quem hoc capite quærimus, nō esse artis munus sed naturæ, quod egregie Gal. docuit. Nam sicut sensus animalium solam superficiem rerum attingit, nihil interdum agnoscens: Ita ars omnis summum hoc & superficiem format ac mutat, non rei substantiam & internas partes. Quare non pertingit ars ad species rerum mutandas, vt substantias, aut veram mixtionem, nutritionem, formationem, neq; ad unionem, quæ nutritionis ope perficitur: Superest tamen in unione artis ministerium & præparatio agenti naturæ, quam præparationem quadruplicem esse ostendit Gal. Quare prima fit remouendo, si quid est inter partes diuisas, quod applicationem exactam fieri impediatur. Secūda diuisas partes simul committere & alligare docet, secedunt enim mutuò præinata grauitate ad varia latera, ac multò magis vt secedant fibræ ligamentorum faciunt, quæ dum ex natura ad suas contrahuntur origines, medius locus vt vacet necesse est. Et quia nisi vna alitione verè coire partes non possunt, coniungi ambo simulque esse oportet. Tertia applicatas partes firmare ac stabilire præcipit, ac stabilitas eo modo conseruare. Quarta verò est, quæ docet partis substantiam tueri. Atqui vt opera hæc sunt diuersa, ita distincta instrumenta esse necessum est.

L. 2. & 3. de naturalib. fecul.

L. 16. de artis med.

In applicatione itaq; præstanda, manus chirurgi vim potissimam habent: fasciæ verò & futuræ vires obtinent potius conseruandi adductas iam partes, quàm illas adducendi & applicandi. Alia verò præfidia mixtum opus videntur præstare, iuuare inquam exactam applicationem, & quæ applicata sunt arctissimè connectere. Ad quod vero opus continuandum, non solum fasciæ, futuræ & fibulæ conferunt, sed etiam situs partium commodus & saniosi excrementi, quod ex carnis generatione necessario sequitur, affluxus. Vltimum verò assequimur exiccantibus quæ partis substantiam tueantur, qua quidem ratione agglutinantia medicamenta prisca illi medici excogitarunt, varijs facultatibus constantia, eò quòd glutinandi ministerium suapte natura tam varium & diuersum esset.

CÆTERVM quia variæ sunt in humano corpore partes, quæ unionem deperdere possunt, & singulæ (licet opus exposcant commune) suam agglutinandi rationem desiderent, inde factum est, vt necessum sit, vniuscuiusque indicationes proprias & peculiare exquirere, iuxta cuiusvis partis naturam & substantiam, vt facile cuius innotescat, qua via & ratione, & quibus medicamentis, quoduis membrum dum soluitur, agglutinari desideret. In osse

§§ 4

quidem

quidem dum fractura accidit, ea talis solū appellatur, dum in medio fracti ossis sensibile spatium relinquitur, in quo possit aliquid ab extremis diuersum generari, vt callus est: reliquæ verò ossium fracturæ, neq; agglutinātibus egent, neq; ea ratione curari possunt. Cōstat deniq; diuersa fractorum ossium medendi ratio iisdem, quibus caro difficilia curatur: Nam sicut vulneratæ partes, vbi diuisione erant distantes sunt adducendæ & coniungendæ, ac postea firmandæ, vt interim natura vnionem moliat, & admouere etiam oportet, quæ glutinando huiusmodi vnionem præstent: Sic in ossibus confractis, & si propria quædam requirantur remedia (præter alia, quæ nuper carni conuenire diximus) ad calli materiam vberius suppeditandam, prius tamen ossa coniungere oportet, & in propriam figuram restituere, deinde ad calli generationem peruenire. Porro Galen. ait, callum procreari excremento nutrimenti ossis, appellat quidē recrementum, proprij alimenti reliquias, non quidem verum excrementum, nutriuntur quidem ossa ex quatuor humoribus. Ex quibus constat, natura ad id assumente partem crassiorē & solidiorē: eodē prorsus modo in calli generatione necessum est, ex vniuersa massa humorū aliquid assumere, sed plus ex eo quod crassum est & viscidū, vt pituita est, & humor melancholicus. Nam quod futurum est vinculum, vt firmum sit, ex crassitie duritiem, ex hac robur & constantiam, ex visciditate verò aptam & firmam colligationē sibi paret oportet. Eodem prorsus modo, ac in carnosissimis partibus vulneratis. Nam cum sanguis spargitur inter spatia ossium confractorum, eodē tempore per contactum alteratur, & concoquitur ab ipsis ossibus & carne circumstante, & tandem illis assimilatur quantum fieri potest ratione materiæ & agentis, cuius simul vicem gerit caro ipsa os circumdās, Ita q; cum callum ipsum oporteat ex terrena & viscida materia fieri, modum seruare oportet, ne obtenuitate infirmum sit ligamentū, aut ob crassitie vicinas partes nimium comprimat. Quamobrem victus instituedus est, qui qualitati sit idoneus, & quantitate mensuram seruet: nā sepe calli generatio impeditur, vbi sanguis aquosus est: sicuti vbi plus suppeditatur à venis, quā possit alterari, præsertim si facultas alteratrix inualida fuerit, qualis in senibus, & malè affectis corporibus reperitur. Quò fit, vt sæpe facultatis opus præpediatur: quo modo videmus illis nusquam firmari ossa, qui patiuntur dolores & inflammationes, aut nouā fracturæ figuratiōē, priore, in qua callus iam concreuerat, dirupta: Nam cum callus callo additur, firmum non potest esse vinculum. Itaque hæc omnia cauere oportet, & victum instituere, primò quidem humidiorē, vt angustæ diuisiones repleantur, postea verò crassiorē & tenaciorē.

Sic

A Sic enim apta omnibus diuisionibus suppeditabitur materia, licet Galen. inter initia huius mali, tenui & parco victu vtendum esse præcipiat quod in magnis fracturis ad arcendas fluxiones intelligendum est. Quibus sic vt dictum est, exactè pensatis, si fracta ossa inter se non discederent, requiritur solū ad curationem calli generatio. Verū si distauerint inter se fracti ossis partes, primū expurgationē fracti ossis (si caro etiam dirupta fuerit) omnino præcauere oportet, tantò hic magis, quantò ob ossis duritiem minus dissolutioni & purgationi patet. Quocirca validis pressuris, scalpationibus, callidæ lotionibus quicquid purulentū aut sordidum inciderit, eluimus. Secundò vt vniantur curandum est, vt in naturalem statum & figuram restituantur leui & cōmoda cōtractione, ne ossium frangantur stantia. Quo peracto innitendum est, vt immotum prorsus membrū consistat, fascijs & ligaturis his vsibus proficuis, præcautione semper habita inflammationis, aut alicuius alterius fluxus. Quo tempore si nihil horum vetuerit, maxime studendum est generationi calli, in quo quidem opere, non solū habenda cura cōmodi victus, sed diligentia tentandum est, vt humor genitus ad eam rem idoneus ad partem affectam trahatur. Et nisi hoc fieri spontè appareat, aqua calida superinfundenda est tertio aut quarto quoque die, vt Galen. apertè consulit, donec sufficiens alimenti quantitas ad partes trahatur: ac iterum agglutinantia medicamenta ossibus vnientis proficua apponere oportet, qualia sunt vt Galen. loco citato docet, quæcūq; emplastica substantiam habent, ac modicè calfaciunt, ea enim callos tum promouent, tum augent. Si verò neq; augere callum neq; minuere studes, sed eodem sicut vltro prouenit, es contentus, medicamento aliquo eorum quæ cruentis vulneribus adhibētur, vtere, quæ cum modicè siccant, etiā glutinare ac concrecere callū mediocriter poterunt. Qualia verò debeat esse mille in locis explicuit Gal. inter quæ potissimè reperuntur vitumen, pix, cera, terebinthina, resina, alumē, propolis, ammoniacum, myrrha, & puluis qui communiter huic vsui officinis paratur, sicut & alia pleraque, quæ Galenus passim recenset.

Nerui item & tendones varias patiuntur diuisionis differētiās: Nāq; huiusmodi partes aliquando punctim vulnerantur, aliquando cæsim, & rursus puncturæ nonnunquam patent: nonnunquam verò cæcæ sunt & occultæ: Item vulnera quæ cæsim fiunt, nudum aliquando ostendunt neruum, aliquando verò cute & carne tectum. Nonnunquam neruus totus est præcisus, quādoq; verò dūtaxat ex parte dissectus. Quæ ratione harū partiū solutiones curationē plurimū variare necessum est: Nā neruis pūctis, alia conueniunt auxilia, quàm vulneratis latioribus plagis, alia

item

item profunt neruis vulneratis, sed tectis carne & cute, quā denudatis. **A**
 Quāobrem de his omnibus sigillatim esset agendū, nisi instituti ratio
 tantū exposceret neruorū cælum vulneratorum 'curationem', ut quę
 proprius agglutinantium auxiliorum gratiam expetat. Cū hoc ta-
 men breui quadam methodo omnium meminero.

Dum verò punctim neruus fauciatus est, colligantiam fibulis, futu-
 ris, aut fascijs villo modo requirit, sed tantū in eo versatur vniuersa cu-
 randi ratio, quod vulnerata pars probè exiccetur: Nam doloris mitiga-
 tio quam plures medici veluti primam ponunt, compertū profecto est
 minime pertinere ad nerui puncti curationē, sed ad symptomata, quę
 solent accidere aut curātis incuria, aut affectus magnitudine: Sed illis
 tunc succurrendum est, cū adsunt. A principio verò instituenda est cu-
 randi ratio, ut huiusmodi accidentia vitare possimus. Exiccare autē sa-
 niem & excrementa, quę in vulneribus necessariò gignuntur, citra du-
 bitationē tenemur, non tamen nerui substantiam aut temperiem mu-
 tare: illud enim auferendum est, quoniam dum intus manet, pūgit, &
 mordicat neruos, atq; ob id dolorem, conuulsionē, inflāmationes, & sæ-
 pe grauiora mala adfert. Et quoniam sanies huiusmodi non potest dif-
 fluere, sicuti in vulneribus carnis, & in latioribus ipsorum neruorum
 plagis accidit: ideo rectè Galen. suadet, ut medicamēta instillemus quę
 vim habeant consumendi huiusmodi materiam, eam euocando exiccā-
 dove, ac ebibendo terrę irriguę modo, absq; vlla tamen adstrictione.
 Nam in his potius meatus referare quā occludere oportet. Quamobrē
 calida etiam acta esse huiusmodi medicamenta oportet, id quidem ut
 facilius permeēt, & sanie discutiant, trahātq; ad extimas partes. Præstāt
 quidem hos omnes vsus, & Gal. eadē laudat, sulphur, sagapenon, & eu-
 phorbiū, quibus maiori ex parte oleū admiscet, quod omnibus alijs vl-
 ceribus apertè denegauerat: ratio quidē huius duplex est: Prima, quia
 in nerui punctura nulla desideratur carnis regeneratio, cui oleū impe-
 dimento est: Secūda, quia id non est vulneris remediū, sed symptoma-
 tis præseruatiuum ut Galen. apertis verbis docet: Nam his affectibus ea
 sane conueniunt quę quouis modo saniem illam emendare possint.
 Sic cum aliquod ex prædictis medicamentis oleo miscetur, tribus mo-
 dis his vulneribus prodesse potest: Vel exiccādo nimirum & ebibendo
 vel foras trahendo, vel facta permixtione vnctuosę substantię cum sa-
 niosa: qua ratione illius saniei acrimonia sæpissime mitigatur, quò fit,
 ut dum omnia hæc officia exequi Galen. velit, omnia misceat. Sic quę
 valenter siccant ut euphorbium addit, aut dum magis est mitigādum
 fabinum solum infundit, aut cum eo miscet ceram, aut terebinthinā.

Aliquando

A Aliquando sanè adijcimus quę facultatem mitigatoriā cum trahen-
 te obtinent, veluti cum opopanax & sagapenon cum oleo iunguntur,
 atq; ita oleum maximè antiquum solum, vel terebinthina cōmixtum,
 parabile fit remedium. In durioribus verò corporibus additur vel saga-
 penon vel opopanax vel sulphur viuum. Itaq; ab omni humectantium
 genere cōtere oportet huiusmodi affectos, exiccareq; ac modicè calfacē-
 re, aut paulò intensiùs prout corpus robustius fuerit: Nam quę mode-
 rate calfaciunt & valde siccant, huic vsui proficua certe sunt, ut egregie
 his verbis docuerat Aetius: Nerui enim fauciati curatione medicamētis
 opus habet, quę tepidam caliditatem habent, valdè verò siccant, atque
 hoc citra molestiam, & quę substantia tenuissima prædita sunt, huius-
 modi enim sola sine partium distensione ac mordacitate saniem ex al-
 to euocare possunt. At si prorsus non scindatur neruus, eodem modo
B curari desiderat, æquali etiam diligentia in victus ratione & sanguinis
 missione adhibita, ut cui non minus aut æquale imminet inflammatio-
 nis periculum: cauendum tamen est agglutinātibus, ne citiùs hæc aut
 maiora mala suboriantur. Quod si conuulsio superuenerit, præscindē-
 dæ ex toto fibrę sunt, postea tamen vulneratas partes vnire oportet fu-
 tura aut ligatura decenti, id tamen citra nerui aut tendonis punctiōnē:
 Quod profecto ante inflammationem fecisse oportet. Caterum si ner-
 uus cute detectus est, fugere acria medicamēta oportet, qualia sunt quę
 ex euphorbio cōponuntur, eligenda tamen quę absq; orfione siccet:
 Quapropter abluere huic vsui medicamēta expedit. Quò fit, ut proficiat
 calx aqua pura sepe clota & exiccata, optimo plurimoq; rosaceo admix-
 ta, pompholix item elota etiam cum rosaceo soluta. Si vero neruus con-
 tusus fuerit, ea remedia sunt adhibenda, quę exiccandi & adstringen-
C di vires obtineant, ut fabacea farina cum oxymellite & sapa, cui misce-
 re poteris irim illyricam & absynthium: ac si vehemēs fuerit dolor, ro-
 faceum adhibebis cum albumine oui, & supra partem dictū cataplas-
 ma impones. Si verò cessim nerui continuitas soluatur, nulli dubium
 est, medicamenta glutinatoria esse adhibenda. Caterum quia neruorū
 natura & affectus conditio expostulant quę modicè calfaciant & valē-
 ter siccent, ac ex altis partibus liberaliter trahant, ne quod in vulnere
 superest excrementum, diu ibidem moretur. (Quę profecto pharma-
 ca liquidiora esse magis probat Galenus) Cum hoc tamen hoc sibi pe-
 culiare exoptant neruorum vulnera, ut non exacte labra committantur
 agglutinētur, sed foramen aliquod relinquatur, per quod tanquam
 permissorium collecta sanies effluere possit. Nā si in profundo retinea-
 tur, neruis putrefactionem ac corruptionem inducet. Sunt autem medi-
 camenta

Lib. 3. meth.

Lib. 6. meth.

Lib. 6. meth. c. 2

Li. 4. lib. 2. 27

Li. 6. lib. 1. 1

L. 3. phar. gen.
L. 6. method.

camenta huic vsui idonea inter alia, quæ Galenus recenset, centaurea A
maior, lingua canis, lanceola, pillosela, consolida maior & minor, oleū
lumbricorum terrestrium, pix, resina, gummi, opopanax, terebinthina
intestina terræ trita & posita cum succo cētauræ minoris, pentaphylli
radix cocta cum myrrha & oleo commixta, ex quibus & alijs varias
licebit cōficere agglutinantium pharmacorum formas. Nec vos terre-
re debet, inter medicamenta quæ mox diximus, aliqua numerari, quæ
frigilate & adstrictione pollēt. Nam præterquam quod agglutinationis
gratia ea sunt necessaria, vsui redduntur aptiora calidorum medica-
mentorū admixtione.

Cæterum vt quis facilè medicamenti naturam, quæ glutinandis sin-
gularum partiū vlcibus sunt proficua, intelligat, nosse oportet fractis
ossibus præsertim induris corporibus maximè exiccantia, carni diui-
sæ, potissimum in corporibus mollissimis, quæ nimium exiccent, esse B
adhibenda. Partes verò neruofas, medijs medicamentis cōpertū est gau-
dere, quatenus ad earum naturam pertinet: verum sicciora exoptant,
ob dictas causas. Ossibus quidem proxima sunt ligamenta, cartilago,
mēbrana, arteriæ, venæ: deinde nerui qui duriores sunt: molles autem,
quemadmodum & cutis, medium locum habent. At pulmo & partes
spiritalis, vt quæ morum edant continuum, dum sauciantur, quia nullā
ab agglutinantibus recipiunt gratiam, potius exoptant pro sui vnione
obturatiā & emplastica medicamēta, vt bolus armenus, terra sigillata
farina volatilis, & huius census pleraq;, licet disrupto pulmoni proficit
plurimum albumen oui cum modico aceto, & aqua rosacea. Alijs au-
tem partibus, quæ difficulter coalescunt, ea remedia sunt adhibenda,
quæ aduersus causas difficilis coalitus pugnent, inspecta prius cuiusuis
natura. Nam si pars admodum fuerit exanguis, sanguinem ad ipsam C
trahere oportet. Sinus verò, dum eò deueniunt, vt glutinari iam deside-
rent, ea exoptant medicamenta, quæ Galenus refert de barbaris loquēs
emplastris. Sunt autem ea mel mediocriter elixatum, cui addere oportet
myrrham, aloem, vel thus, simphytum, iris illyricę radicem, aut aro-
bi farinam, aliquo addito ex metallicis medicamentis plurimis diebus
aceto acerrimo longè in sole contritis. Ex quibus varia etiam parari
possunt medicamenta, pro diuersa sinus conditione.

L. 2. ad glau. c. 8.
L. 2. phar. gen. 12

De communi et peculiari anodinorum

& lenientium auxiliorum indicatio-

ne. Cap. XVI.

ibidem innotuit
f. 123. in 12

De anodinorum

Eò

A



O quidem saepe deuenire solet humana miseria, vt acci-
dentia maius quàm morbi ipsi facessant negotium, ita
vt vniuersam curandi rationem sibi iure alciscant, aut
morbum ipsum intensiorem efficacioremq; reddant,
aut vltimò quidem ita eisdem labascit & impotēs red-
ditur facultas, vt & si morbus sua naturā salubris sit, cum hoc tamen
ipsa succumbat, atq; hebetescat, varijs accidentibus lassata dissipataq;.
Quapropter tutissimum consilium & prudentis medici officium est,
hæc mala præcauere & auxilijs præsto esse, ne tot modis miserum cor-
pus torqueatur. Sunt igitur auxilia quæ hunc vsum præstant in dupli-
ci differentia: nam quædam anodina appellantur, hoc est sedantia do-
lorem, ab effectu nomen sortita: quædam verò paregorica, id est lenien-
tia, aut mitigatoria. Quorum vis & efficacia vigilias sedat, tussim vio-
lentam lenit, sanguinis reiectionem compescit, ac defluxiones etiam
sistit. Hæc quidem sunt, sicut & pleraq; alia bona quæ huiusmodi
auxilia præstant.

Anodina verò medicamenta, quæ proprie doloribus medētur, suas
etiam sortiuntur differentias, ad diuersos quidem vsus perficiendos.
Nam quædam re vera sunt anodina, quæ primum genus constituunt:
quædam (vt Galenus inquit) talia dicuntur, licet sua natura anodina
non sint. Quibus equidem cōstituitur tertium genus. Illa etiam quæ
primo genere continentur, calore sunt ita temperato, vt calori nostro
natiuo quàm simillima sint, aut saltem primū ordinem calfacientium
non transcendunt. Tale nanq; esse oportet, quod anodinum futurum
est: Nam dulci sensu, quem mouet, partium dolore affectarum tristi-
tiam molestumq; sensum abolet. Quæ quidem præsidia etiam tenuiū
esse partium conuenit, nihilq; habere adstrictionis, vt vnā pariter eua-
cuet, digerat, rarefaciat, extenuet, concoquat, atq; æquabile reddat,
quicquid in partibus dolore vexatis humorum est acrium, aut lentorū,
aut crassorum, aut multorum, tenuibus spiramentis infarctorum,
vel quicquid vaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus parti-
culæ dolenti inhæsit, impactumq; est. Cū hoc tamē potissimam eius
efficaciam & vsum elucescere comperies magis in dilatandis aperien-
disque meatibus, ac laxandis partibus ipsis, vt minus tensione cruciē-
tur. Huic quidem anodinorum generi secundum proximè adhæ-
ret, quod etenim contra doloris causam è directo pugnare conspicitur:
nam aut euacuat, digeritq; quod in parte est contentum, dum quanti-
tate ipsam plus iusto distendit, dilacerat vè, aut qualitate certat aduer-
sus vniuscuiusq; qualitatis excessum, frigidam calfaciendo, calidam re-

L. 5. simp. c. 19.

hh frige

frigerando, ac si venenosa & mala qualitate dolorem excitauerit, eā pari ratione compescendo. Quæ omnia apertissimis verbis vna sententia complexus est Hippocra. Inquit enim. In doloribus proximum ventrē purgare, & sanguinis ventrem rescindere, vltio, sectio, calefactio, refrigeratio, sterutatio, stirpium succi in quibus vim habent, & ciceon, id est mixtura maleficiorū, lac, allium, vinum feruefactum, acetum, sal, Quibus verbis inquit Gal. remedia annumerat, & leuibus, & sæuissimis doloribus succurrentia, vt paulo inferiūs latiūs docebo. Quod etiā docuerat idem author dicens. Sananturq; dolores cōtrarijs, idq; etiam vnicuiq; morbo proprium est. Qua quidem parte, per similia fieri dolorum & plurium accidētium præsidia, elegāti & pulchra quadam sententia docet. Tertium verò genus continet id, quod licet anodinon dicatur, re vera tale non est, cuiusmodi sunt medicamenta omnia narcotica appellata, quæ partium stupore & sensus priuatione dolorem persenti vetant, non tamen auferunt, vt reliqua anodina. Quibus constat trium esse generum anodina auxilia: quædam enim, quæ causam auferunt, quædam quæ patientem particulam disponūt, æquabilemq; reddunt ad minus patiendum: alia quidem, quæ organum subiectumq; sensus priuatione ineptius ad sentiendum efficiunt.

Inspecta quidem anodinorum diuersitate & natura, cuiusuis sigillatim expendere oportet materiam, opus, & tempus, quo adhiberi conueniat. Primo tamen loco subit in examen illud verè anodinō appellatum quod nostri quidem caloris symmetriam æmulatur, aut parum ab eo recedit, cuius generis sunt oleum dulce ætate mediū, chamæmelinum, de semine lini, amygdalarum dulcium, lumbricorum, sambucinum, butyrum, lana succida, vitellum oui, lac muliebre, axungia porcina, vitellina, gallinæ, anseris, cuniculi, decoctum altheæ, maluæ, violarum, lilij, feminis lini, & huius census plura. Quæ omnia hoc propriū habent & peculiare (quo etiam ab alijs anodinis dissident) quod omnibus dolorificis affectibus mitigationis gratia conueniunt: Nam ex alijs duobus generibus, vnū quodq; suo contrario debetur. Hæc nanq; sibi peculiarem operandi rationem habēt, omnibus quidem causis & temperaturis cōmunem. Id etiam peculiare obtinent, quod nullum habēt tempus circumscriptū, quo adhiberi desiderent, licet efficacius tutiūsq; operentur corpore vtcumq; euacuato, Cum hoc tamē tanta est in propria actione benignitas, vt etiam corporibus plenis suam impartiantur gratiā. Inest etiam illis hoc proprium, quod interdum affectionē non iuuant, sed dolorem tantūmodo mitigabunt. Quo tempore re vera dicuntur anodina: interdum verò etiam affectum ipsum adiuuabunt, & facultate-

A facultatem habebunt duplicem, nempe anodinam & sanantem: Nam huiusmodi medicamenta præter id quod partem parant, vt minus sit dolori apta laxando, emolliendo, rarefaciendoq;, affectus causam æquabilem mitioremq; reddunt: idq;, duplici ratione, nanq; dū nostro calori sunt simillima, acrimoniam aut excessum retundēdo, id efficiūt: dum verò primo calfacientium ordine constituuntur, per insensilem halitum, linitur quod in parte dolenti continetur, discutunt.

Modus tamen, quo suam gratiam hæc præsidia nostris corporibus impartuntur, is quidem est. Dum enim maius facessit negotium plenitudo in excitandis doloribus, quàm distemperies, quæ primo gradu sunt calida adhibemus discussionis gratia: dum verò distemperies aut malitia, quæ nostro calori sunt simillima. At in conspicua continui solutione, dum plurimū fuerit dolorosa (cuius naturæ plurima reperiuntur vlcera) ea medicamenta sunt adhibenda, quæ materiam fluentē mitiorem reddant, & organum minus aptum ad patiendum, qualia sunt fots ex aqua tepida, lacte aut oleo dulci & similibus.

Secundo loco sese offert secundum genus præcedenti finitimum, cuius præcipuum opus versatur circa affectionis dolorificæ causas, quæ admodum sententiam Hippocratis apertè monstrare diximus. At auxilia hoc genere contenta, licet multis alijs affectionibus communia & proficua sint, peculiari tamē quadam ratione doloris causis profunt. nam sanguinis missio, quæ vulgatissimum & commune auxiliū est, diuersa quidem ratione doloribus medetur: quia in his proximam venā parti affectæ aperire oportet. Hæc enim est, quæ causam actu dolorē excitantem euacuat. Aut sanguinis ipsius vētrem (vt verbo Hippocratis vtar) rescindere oportet, vt sanguine effuso protinus dolor cesset.

C Verū quia id nobis rarò datur facere ante integram suppurationem, ideo per proximas venas sanguis euacuandus est, vt pars deposita humoris copia subsideat protinus, quiescatq;. Pari quidem ratione impurgationibus, quæ ob vehementes dolores fiunt, agēdum esse, Hippocrates consulit. Ea nanq; occasione per proximum parti affectæ ventrem causam doloris, purganti aliquo medicamēto excernere oportet. Inest enim cuius parti sua purgationis ratio, suusq; huic vsui à natura destinatus locus, per quem aut spontè, aut facili exhibito medicamēto sese ab humoribus, aut recrementis suis superuacuis exonerat. Qua propter frustra est eo tempore vniuersaliorem tentare vacationem, siue id sit, vbi sanguis mittendus est, siue vtendum sit, expurganti medicamēto selectiori, dum doloris tantum medelam querimus: secus quidem res se habet, dum ex professo nitimur vniuersum affectum curare, nāq; co-

tempore præstat plurimum vniuersalia præmittere auxilia : sicuti **A** etiam esset proficuum, dum mitigare intendimus ac sapissimè necessarium, cum veremur maiorem in membro affecto agitationem, & ob id attractionè potius quàm expurgationem, aut quid proficuum. Quæ verò peculiaria sunt, cuius parti dum afficitur, capite de Expurgatione, abundè explicuimus. Præterea dum in partibus dolores excitantur ob humorum distemperiem, cuius excessus vitiat sensum tactus: contrarijs omnino medicamentis dolores sedare oportet, sic plurimis frigida medicamenta omnia anodina sunt, vt quæ calorem exuperantem in humore cuius ratione dolor excitatur, compescunt: ita & calida in frigidis & antiquis doloribus ob eandem causam anodina sunt, sicut & acetum ob incisionem, & sal ac vinum feruefactum, quorum Hippocrates loco citato meminit.

Vt etiam, quæ pessimè affectis locis ob prauorum succorum exuberantiam, vt in malignis vlceribus euenit, abhibetur nonnunquam palam candentibus ferramentis, nonnunquam vltorijs medicaminibus: ea nobis vrentibus sæpissime fit anodina remedium. Contingit quidem hac ratione vlcera minùs dolere, dum caustico aliquo puluere inspergantur, quàm si blandis quibusdam medicamentis tractaueris. Itaque licet primo intuitu sectio aut vltio sæuissima appareant auxilia, fiunt quidem sæpe anodina, in his præsertim quibus maligna caro supercrescit. Huic etiam generi tanquam anodina reducuntur medicamenta alexipharmaca, dum doloris causam venefica aliqua qualitas præstiterit, quibus vt alia præsidia prodesse minimè possunt, ita adhibitis, quæ venenum extrahant, si pars fuerit exterior alexipharmacis, aut intus sumptis, modò venenum sit epotam, modò in vtero ex corruptis semine & sanguine menstruò **C** genitum, quibus mirum in modum opitulatur.

Modum autem huius rationis operandi apertè Galenus docet, nam ostendit operari hæc euacuando, quæ in corpore sunt suscepta venena, similitudinè quidem substantiæ, aut caliditate subtilium partium item alterando, vna videlicet qualitate aut duarum coniugatione, aut denique tota substantia. Itaque sunt in vniuersum quatuor proficiscentis ab illis vtilitatis differentiæ, duæ alterantes, & vacuantes totidem. Quæ ratione non cuius licet, quocunque vti alexipharmaco, sed eo tantum, quod contrarietatem habeat cum veneni manifesta qualitate: vt si venenum frigidum sit, alexipharmacum teneatur esse calidum: & pari ratione de singulis qualitatibus. **Secus** tamen res se habet in his, quæ tota substantia operantur, quibus

Lib. 5. simp. 18.

A bus non opus est inesse primas qualitates contrariās, quod si id contigerit, vtilius multo fore sperandum est. Expendere in hac re etiam oportet facultates, quibus deleteria medicamenta alterant, naturam habere mediam inter corpora affecta & medicamenta seu venena ipsa lædentia. Ita vt eadem sit proportio corporis ad facultatem alexiteriam, quæ illius ad deleteriam: & rursus deleterij ad alexiterium, quæ alexiterij ad corpus. Quapropter vt Galenus aduertit loco nuper citato, propemodum omnia quæ deleterijs aduerfantur, largiùs sumpta grauius animantis corpus oblædent. Quamobrem ea moderatione quantitatis omnes id genus facultates exhibere oportet, vt neque nimia copia corpus offendant, neque exiguitate à deleterijs vincantur.

TERTIVM anodinarum genus, quod tale quidem dicitur, **B** ac narcotica omnia continere diximus, tantam habet vim & efficaciam in grauissimis, rebellibus & sæuissimis symptomatis, quantum est periculum, dum intrepidè & citra maximum consilium & considerationem adhibetur: & vtrumque certè maximi est momenti, quod apertissimis verbis aduertit Galenus dicens: Qui verò cubantis delicijs subscribit, eiusque voluptatem non sanitatem pro meta gerendorum habet, adulatoris, vbi vltra progreditur crudelis hominis officium facit. Committunt quidem medici huiusmodi excessus, dum ægris gratificantes, in eorum medicamentorum vsu modum excedunt: & dum intempestiuè immodicè q, facti animosi, horum prorsus vsus refugiunt, ægros doloribus iugulantes. Ergo, inquit, Veluti in omni totius vitæ, tum habitudine, tum actione, ita hic quoque consilium illud sapientis, qui, ne quid nimis dixit, complectemur: habentes pro fine quò tendamus, cubantis vtilitatem. Esto igitur terminus in ægotantibus, quem non transibit, is qui ex arte, generosè contra morbum pugnat, vt tutò medicetur, is verò qui dolorem mitigat, vt vires custodiat. Quapropter eo vti oportet cognitis priùs & auxiliij efficacia, & corporis aut particulæ natura seu robore. Nanque siue intus sumantur, siue extra adhibeantur, maximi sunt commodi, aut incommodi. Stupescientia itaque frigida sunt medicamenta, doloris sensum adimentia, quæ quidem calorem natium spiritumque (quibus duobus omnia vitæ munia peraguntur) vel extinguendo, vel repellendo partem, cui fuerint admota, sensu priuant: nam sine spiritu animali nihil omnino sentiri potest. Id autem non omnia frigida præstare possunt, sed ea tantum, quæ quartò excessu huiusmodi sunt, vel

Lib. 12. metho. 1

minimum tertij refrigerantium ordinis medium superant, vt mandragoræ radix, alterci semen, & papaueris succus. **A**

S V N T autem stupefacientia medicamenta in duplici differentia. Nam quædam intus sumpta, somnum conciliant, sensusq; acrimoniam hac ratione obtundunt, & plurima symptomata mitigant: Alia quidem (licet virtute his similia, materia tamen dissidentia) exterioribus partibus suam gratiam impertiuntur. Omnia quidem in hoc conueniunt, quod corpus refrigerant, & sensum eòvsque stupefaciunt, vt si paulò liberalius adhibeantur, mortem etiam afferant. Cæterùm inter se dissident, nam quæ intus sumuntur, siccandi potestatem obtinere tenentur. Quæ enim cum frigida sint, humiditatis item copiam obtinent, ceu cicuta, ea potius non sunt vtilia: talis quidem est mandragora, excepto cortice eius sicco, & altercum: cui similiter vsui à toto genere inepta sunt, quæ tota etiam **B** substantia nobis contraria existunt, vt dryopteris, solanum manicum, hydrargyros, & fungorum nonnulli. Quapropter intus adhibere horum aliquod minimè licet: sed tantum huic vsui superest id medicamentum, cuius laudes nondum absoluit Galenus Philonium appellatum, aut triphera magna, requies magna, & alia plura quæ aut composita huic vsui extant, aut facillè componi possunt: quantitate quidem. 3. s. aut vnius, in maiori discrimine ad summum, (placet quidem in his paulo infra subsistere, quàm ultra progredi, nam tutius est iteratò ea medicamenta adhibere, quàm semel exhibitis in maius discrimen deferre laborantes) etiam si narcoticorum vim efficaciamq; facile sit retundere, & frenare commistis calidis medicamentis, quibus non modò prædictum periculum declinamus, verùm etiam ipse affectus mitescit, aut humores conco- **C** quantur, discutiuntur, inciduntur, aut tota substantia alterantur: cum hoc tamen efficiunt, vt vis etiam stupefacientium penitus subeat. Ex quibus ergo oportet plures esse sopientium medicamentorum differentias.

Prima quidem eorū quæ simplicia sint, quæ prorsus formidare oportet: alia calidis mixta, & horum rursus, alia plus, alia minus calidorum medicamentorū continere. Sed cum ea inter se dissideant, quæ plurimum sopientium in se habent ea ad præsens quidem magis sunt efficacia, cæterùm valentem & remedijs rebellem in ægrotantis corpore frigiditatem relinquunt, quæ horum in se habent minus, calfacientium verò sibi admistorum plurimum: ea quantum sunt ad præsens minus efficacia, tantum in futurum minus sunt noxia: omnia tamen

A më id genus magis salubria existunt, si post annū à cōpositione sumantur. Philonis verò medicamentū, etiam si duorum, triumve, aut quatuor annorum sit, multò sanè est mollius: sed neq; inutile tamen sequentibus annis ad decimum vsq; verùm tantò minus stupefacit, quàm tò est vetustius. Quæ verò exterius adhibentur, nil inconuenit esse humida, vt oleum papaueris, ex hyoscyamo, ex mandragora, pomum ipsum mandragoræ, cicuta, solanum, semper viuum, vnguentum populeon, & quod in summo stupefacit opium. Hæc rursus in duplici sunt differentia: quoniam pro doloris excessu & partis natura, sensus vel tantum remittendus, vel omnino sopiendus proponitur. Remittunt quidem sentiendi vim moderatè frigida, vt oleum violaceum rosaceum, oui candidum, aqua rosata, mucilago è seminibus frigidis, succus foliorum aut fructuum cucurbitæ, melonum, **B** aut ramenta eorum, oleum nenupharinum, succus lactucæ, portulacæ, quæ iam quidem ad stuporem accedunt. At quæ ex toto sensum auferunt, sunt quæ diximus, ex quibus facillè est varia conficere medicamenta. Verùm præstantior componendi modus est is, qui docet ea miscere medicamenta, quæ partim affectui conueniunt, partim causæ, partim verò sunt anodina, additis duobus tribusve aut quatuor granis opij: Sic in tenesimis vtimur suppositorijs ex styrace, theriaca, cum opij granis tribus aut quatuor, & si opus est terebinthinæ modicum, ad medicamenti soliditatem adhibemus. Pari etiam ratione conficitur ex hiera picra, additis eiusdem opij granis. ij. Item eadem lege in quauis parte sit affectus, pro partis ipsius dignitate parum augere aut minuere opij quantitatem oportet, commixtis etiam medicamentis, quæ affectui & causæ respondeant, præsertim vt **C** narcotica frenentur, additis calfactorijs & concoctorijs, ne pro sensu, quem in præsens sopire intendimus, in futurum etiam sensum vitamq; partis extinguamus, aut saltem incrassata materia densataq; cute difficilior fiat affectus. Qua ratione liberalius in calidis & acerbis humoribus eis vti licet, & in his, qui aut ex fluxione fiunt affectibus & doloribus, aut ex nimia humorum tenuitate: cum hoc tamen eorum liberalior vsus cauendus est, neq; diutiùs in eis persistendum, ac dum doloris vehementiam duntaxat lenierit, ac deinceps prorsus auferre vbi feruor doloris finierit, aliàs magis offendent, quàm iuuabunt verùm vbi sedatus fuerit dolor, cōfestim partes refouendæ sunt, per ea quæ excalfaciunt medicamenta, adhibitis etiam frictionibus & lotionibus ex calida aqua aut vino, vt calor spiritusq; omnino ad partem reuocetur, & torpor frigiditasq; ab eisdem auferatur: nam minus saepe

damnum inferunt auxilia inconsideratè adhibita quàm affectus ipsi. **A**

Lenientia seu paregorica auxilia, licet à multis pro anodinis accipiantur, dissident tamen longè: nam hæc solis doloribus proficua sunt, illa verò non his, sed plurimis alijs accidentibus commoda existunt. Nanq; profunt vehementer tussientibus, vigilantibus, fluxum quemuis patientibus, ac insuper omnibus alijs affectibus, qui ex humorum acrimonia, calore, ac malitia prodierint, modò humores ipsi adhuc præfint, modò asperitatis sensum reliquerint, ut Lib. 7. simp 14. optimè Galenus aduertit. Hæc enim medicamenta protinus mitigant, & præterquam quòd euacuationem non faciunt, etiam sensum asperum nullum inducunt, quin potiùs ut Galenus inquit, ipsa contra sensum medentur asperitati, qualia sunt lac, condrus, ptisana, adeps, oleum dulce, & similia, quæ & edenda præbemus, aut per sedem inijcimus, aut extra adhibemus.

B Horum quidem medicamentorum, duplicem esse naturam adinuenit Galenus loco nuper citato: nam quædam sunt, quæ ex accidenti leniunt, quædã verò primò & per se. Quæ verò ex accidenti id efficiunt, aut vacuato humore, aut facta absterfione, aut non protinus, aut maiori excitata asperitate finem operis consequuntur. At quæ verè & per se leniunt, quatuor modis docet Galenus distinguere ab eo quòd ex accidenti lenit: primò, an statim mitiget, an non. Secundò, an simul cum lædentibus euacuetur, an non. Tertio, an asperitatem quandam in corporibus relinquat, an non: & quarto, an ita affectis vtile videatur nec ne. Itaq; quòd & continuò mitigat, & nullam excretionem prouocat, sed neq; exasperat dum intus manet, imo exasperatorum medela existit (qualia sunt, quæ mox retulimus) ipsum quidem natura bonum est, etiam si interdum a cacochymia, quæ ipsum alterat corrumpitq; mordax efficiatur. Quò fit, ut meritò consuluerit Galenus eandem aut alterare priùs, aut vacuare. Cum hoc tamen in quocunq; tempore maximè sunt momenti huiusmodi auxilia.

Quæ verò secundi sunt generis, & impropriè lenientia dicuntur, antea retulimus inter ea quæ aduersus causam pugnando, aut aliud quoduis opus efficiendo, dolorem posse sedare diximus.

Addere insuper his omnibus licet aliud medicamenti genus: quæ quia vehementiam d.ctorum accidentium mitigant, etiam paregorica appellari possunt, licet id primò & per se non efficiant, qualia sunt, quæ à Galeno recensentur, loquens de emplastris colicis appellatis.

Sunt

A Sunt autem hæc pharmaca, quæ opiata apud medicorum vulgus passim appellantur: quæ licet anodinis & narcoticis reduci possent, tamè quia præter dolere alia accidentia etiam lentunt, placuit inter paregorica nominare. Inquit enim Galenus loco nuper citato, Huiusmodi pharmacis magni doloris aut vigiliarum gratia, aut ne per violentam rursim lancinemur, velut in sanguinis reiectione & grauibus distillationibus contingit, uti solemus. Vltus pharmacorum, quæ opij aut alterius narcotici medicamenti aliquid recipiunt, hac ratione prodest, nimirum quia somnū cõciliat, cuius in his affectionibus maximè est opus: nam hæc siue vigiliam inducendò, siue vires & calorem utcunq; dissipando, affectum reddunt grauiorem. Quapropter somnum cõciliare plurimum confert, ut qui facilè reficit virium lapsus, & spiritus ac calorem reuocat, præterq; quòd mediante frigiditate, dissipa-

B tionem prohibent, deniq; his omnibus ex vsu sunt huiusmodi opiata, quibus facultas plurimum exoluitur, quorum etiam vsus, inquit Galenus, optimus est, vbi mordens humor est, qui afflixit: cui vt aduersissima sunt, quæ extenuant & calfaciunt, ita commodissima quæ eorum tenuitate cogunt, atq; erassant, & præterea vehementem calorem refrigerant: sunt autem huius generis medicamenta plurima, potissime verò syrup. papaueris & omnia alia, quæ opium recipiunt: præcipuum tamen locum obrinet philonium romanum. Cæterum ea medicamenta inter hæc omnia semper sunt eligenda, quæ & affectum respiciant, & vires corroborent. Quapropter omnibus his portionibus adiungere oportet pulueres cordiales, tum quia imbecillibus dandæ, tum verò quia veremur, ne his ventriculus, hepar, aliq; partes naturales nimium refrigeratæ, debiliores reddantur: maximè **C** quando frequentius iterandæ sunt, veluti cum cor corroborare intendimus confectionem Alchermes addimus, diamargaritonè frigidum cum alterare & corroborare quidem, diarhodon Abbatis, vel aromaticum rosatum, quando iuuandus ventriculus, aut corroborandus est: vt tryasandalis sicur etiam corroboramus, cum fluxum ventris sistere intendimus, addimus diamargaritonè etiam frigidum, aquam myrtilorum, vel prunorum syluestrium: sic in pectoris affectionibus, addimus puluerem diatragacanthæ frigidæ, aut diareos simplex: si ad sistendas fluxiones etiam ex his quæ supra diximus, cochleare vnum aut duo addimus, idq; noctis tempore, ex aliquo ex supra dictis opiatis.

Verum quia inter ea quæ corpus humanum miserè torquent & in morbis & in sanitate vnum & graue est vigilia, eam sic permulcere oportet

oportet. Humectata nimirum cerebri substantia, aut stupefactis ex-
 A
 cioribus & vigilantibus sensibus, aut sedato calore auersis haliti-
 bus, caput ipsum ascendentibus, nam hæc est vniuersa mitigan-
 di hoc accidens ratio. Primum itaq; frontem ac tempora inungere opor-
 tet oleo violarum, nimpheæ, & papaueris, nares simul inungimus ap-
 ponentes hyoscyamum, aut mandragoræ fruticem ipsum, aut ipsam ra-
 dicem, vt expirans halitus somnum conciliet, quem vsum pari ratione
 præstat vnguentū populeon modicè calfactum: & si malū adhuc persti-
 terit, vires auxiliij adaugere oportet, additis granis duobus opij. Os itē
 sinciput, & faciem ipsam lauamus decocto calycum papaueris albi, se-
 minis eiusdem, & hyoscyami. Præcauētes tamen ascensum acrium va-
 porum, interim pedes lauamus ex decocto chamæmeli, maioranæ, &
 similibus, aut sola aqua calida. Adhibemus etiam ligaturas & frictio-
 nes, aut leue aliquod defatigationis genus, vt Hippocrates consulit, co-
 B
 gens stare laborantem apertis oculis, donec defatigatus cupiat dormi-
 re, nam vetita ardentius expetitur. Præbere item cochlearia duo in iuf-
 culis feminis papaueris, aut in amygdalato sæpe etiā conducit, sicut in
 hūc modū conditū efficere, sacchari rosacei, violacei, melisq; & boragi-
 ana. ʒ. i. pulueris feminis papaueris albi & foeniculi ana. ʒ. ij. fiat cōditū
 cum aurei laminis quatuor & saccharo quod sufficiat: cuius dormitu-
 ro præbe cochlearium: in ouo itē forbili præbere poteris. ʒ. i. aut scrup. ij.
 feminis papaueris nigri: in acetarijs quoq; addere poteris papauera ip-
 sa si sunt viridia, in paruisima quantitate cum boragine, aut lactucis,
 aut cicorio decocto. Poteris etiam spargere si malueris. ʒ. j. feminis papa-
 ueris albi. Hunc etiam vsum præstant cochlearia duo, aut quatuor ecle-
 gmatidis papaueris. Suffumigijs item vti oportet, cum opio & styrace cō-
 C
 factis: vti etiam præstat malagmate quod recipit. Radicis mandragoræ
 aut hyoscyami, calycū papaueris albi, añ. partes æquales, torreantur de-
 inde ac terantur cum vino & rosacco quantum sit satis, apponanturq;
 fronti & temporibus. Prodest aliquando aqua tepida cāsiā fistulam
 dissoluere, & laboranti præbere, ac præcipere vt vigilet diligenter:
 quod si dormierit, clam oportet id permittere. Demum in desperata
 re licet in aqua lactucarū, aut tepida dissoluere Philonij scrup. j. aut. ʒ. i.
 opij. g. ij. quo remedio vigilia languidos se restitisse author est Galenus
 Ante tamen aërem refrigerare oportet vētilatione & aspersione rerum
 frigidarū, vt florum & foliorum herbarū. Vltimò verò somnū cōcilia-
 mus aquarū currentiū sonitu, splēdore, loquela, musica, & alia deniq;
 quæ facile medicus iuxta indigentia affectus inuenire poterit: animalē
 itaq; potentia distrahere oportet, donec defessa auidius dormire amet,
 Atq;

Lib. 6 mor. pop.
p. 4. tex. 16.

Lib. de theri. ad
Pilo.

A atque hæc sunt in vniuersum, quæ dolorem & alia accidentia miti-
 gant, posita potius exempli gratia, quàm quod non sint alia acciden-
 tia, quæ peculiarem sibi materiam exoptent, quemadmodum de siti di-
 ctum est, capite de Potu.

De communi & peculiari Roborantium

auxiliorum indicatione. Cap. XVII.



I L quidem in arte medica vulgarius, nil frequentius
 aut vtilius exquiritur, quàm roborantia auxilia, vt quæ
 & ante affectus principium, & in quouis illius tempo-
 re, ac deniq; iam sublato, semper sunt in vfu ac summo-
 pere necessaria: tum vt partes roborentur, ne morborū
 B causam facile susceptent: tum dum præsent facultatibus robustioribus
 factis, easdem facilius superent: tum verò vt imbecilla facultas, quæ ta-
 lis morbi ratione in partibus relicta est, ad pristinum robur & firmitu-
 dinem redeat. Verum quantò hæc præfidia communiora sunt & ma-
 ioris momenti & vsum, tantò negligentius, & citra debitā distinctionē
 tractantur: omnes nanq; roborantia exquirunt, exhibent tamē pauci,
 quia vt facile est apud authores legere, & apud plerosq; medicos intue-
 ri, licet morbis hæc adhibeāt, & omnibus eadem, & nulli quæ propria
 sunt porrigere valent, quia principijs quidem carent, quibus vt oportet
 cōmodè & in vsum facultatum adhibeantur. Quapropter paulo dili-
 gentius, quæ recto huius auxiliij vsui necessaria sunt, hoc capite expēde-
 re in animo est, si prius docuero, quid propriè sit imbecillitas, ad quot
 potētias referatur, quibus modis omnes simul ac singulæ imbecillitari
 C possint, vt hac via elucescat, quibus auxilijs vnaquæq; roborari queat.
 Nosse quidem in primis oportet, aliqualem interessē differentiam
 inter languorem & imbecillitatem, quam tamen adduxerat his ver-
 bis Hippocrates. Proximus est imbecillis languenti, verū imbecillior,
 est languens, & plus laborare contingit ipsum, vbi iustum tempus nō
 est assecutus. Quapropter vtriusque naturam perdiscere oportet. Est
 itaque imbecillitas, quæ potentiam à suo scopo aberrare facit: Nanq;
 potentia ad certos & determinatos fines, quos vsibus suis habent,
 vires quidem sibi expostulant integras, & actionibus perficiendis
 pares. Quæ quidem eò maiores sunt, quò magis abundant sub-
 iecto in quo resident, vt mox docebo: quò fit, vt dum huiusmodi
 subiecto aut materia, cui facultates inhærent, priuentur, scopum
 quem intendunt attingere, minimè queant. Cæterum huiusmo-
 di

Lib. de veteri
med.

di impotentiam triplici temporis differentia partitam esse constat. **A** nam quædam ante morbum reperitur, cuius ratione particula cui inest, facillimè postmodum morbum susceperat. Inquit enim Hipocr. Quod si ante morbū aliqua pars doluerit, hic morbus firmatur: quod etiam de partium imbecillitate testantur medici omnes. Quam quidem impotentiam agnouisse, plurimum interesse, docet Galen. nam loquens de huiusmodi impotentijs, hæc refert verba. Cum verò fiunt, & sensim increscunt, medicos plerumque latet, qui sanè non quando ob magnitudinem auxilio iam carent, tunc cognoscere oportet, quod vulgò contigit, sed & cū incipiunt & fiunt, hoc siquidem optimum est. Quod si fieri non potest, saltem omnino cū increscit, dignoscere necessum est: Quædam verò aliæ in morbis ipsis contingunt imbecillitates, ut Galen. eodē loco docet, nam inquit. Alia autem ob, ponon, id est laborem, seu propriè dictum ut dolori idem sit, seu ut quispiam dixerit malam affectionem, qua in acutis morbis ægri malè afficiuntur. Denique in morbis ob labores qui multis modis laborantibus accidunt, etiam facultatum iactura suboritur, quæ quidem suum etiam malum potest. Namque facillè cōspicitur à coctionis & aliorum naturæ operum scopo ipsam aberrare, dum in morbo labascit. Post morbum etiam ut omnibus constare arbitror, facultatum impotentia ferè semper superest, ob morbi causarum & accidentium vehementiam, cui quidem suo tempore subuenire etiam expedit, ne aut iterum morbus reuertatur, aut alter denuo supercrescat, aut denique corpus minus aptum suis munij perficiendis supersit.

Hæ enim imbecillitatis differentia (antequã ultra progrediar) suã medendi rationem peculiariter exoptant, saltem in genere, nam particularia auxilia, ferè omnibus sunt communia, siquidem ante morbum **C** vera curatione, quæ per causæ ablationem fiat, curari debet pars quæ imbecillitate afficitur. In morbo verò utpote quæ multorum accidentium ratione suboritur, tantum ea mitigare oportebit (sunt autem accidentia, vigilia, dolor, & omnis denique labor) dummodo in auxilijs, quæ morbi ratione adhibentur, non nihil semper imbecillitati condonetur, nisi plus urgeat casura virtus, quam morbi sæuitia, nam eo tempore etiam in morbo ipsius solum habenda cura est. Post morbū verò ubi quæ roborandi vim habent, potiori em locum obtinent, cōsiderare oportet quid in parte effecerit destruxeritque morbus: nam iuxta eius rationem roborantia adhiberi conuenit. Sæpe enim solidã substantiã de populatur morbus, nonnunquam spiritus, sæpissimè temperiẽ mutat evertitque: quò fit ut hac varietate inspecta, corroborandi munus aggredi oporteat.

Prius

A Prius tamen docere conuenit, quot sint in corpore imbecillitatis differentia: quas quidem in genere tres esse omnium consensu constat, iuxta tres facultates nostrum corpus gubernantes, licet singulæ in multo plures differentias subdiuidantur. Longè enim dissidet ea imbecillitas quæ ex naturali potentia corporis suboritur, ab ea quæ à vitali aut animali: licet earum quælibet etiam reliquas sibi in consensum deinceps deuehat, præsertim vitalis. Et quemadmodum imbecillitates iuxta potentiarum differentias inter se dissident, ita quoque differunt imbecilla membra, nam quædam naturali, quædam vitali & animalia rursus animali subseruiunt. Quod quidem dictum est, ut quis facillè intelligat quantum intersit corroborantia exquirere facultati naturali, aut membris ipsi seruientibus vtilia, animali vitalive: longè enim vnaquæque diuersa exposcit, iuxta cuiusque naturam, aut proprii instrumenti substantiam.

B Præterea habent hæ omnes potentia, quatenus ad modum quo imbecillantur pertinet, hoc commune, ut hac lege imbecillantur, nimirum dum materia cui ipsa forma, hoc est, facultas inhæret, minorem habet copiam & molem quæ par est: nam commune philosophorum omnium dogma est, ubi magis fuerit de materia, ibi etiam magis de forma inesse debere: sic deficiente materia, & formam quæ in eadem subiicitur, deesse necessum est, aut peruersum temperamentum, aut omnia simul: materia enim cui facultas subiicitur, constat ex spiritu & partibus solidis. Quò fit, ut eò imbecilliores reddantur potentia, quò minus habuerint spirituum, minus item solidæ substantiæ, aut dum temperamentum minus aptum partes obtinuerint. In hoc enim conueniunt omnes potentia, quò eo tempore labefactatur earum quælibet **C** aut omnes, quo aut spiritu, aut temperie, aut partium tenore priuantur.

Etiam conueniunt in modo, quo quæuis harum trium partium, quibus constat facultatum subiectum, ab eo quod necessum est, peruertitur: nam particulæ moles, seu materia (cuiusvis facultatis sit instrumentum) aut dissipatur, aut supra modum crescit, aut denique figuram mutat. Item temperies iuxta eos, quos suscipere potest excessus, aut defectus, cum materia aut sine ipsa, etiam communi, & æquali facultatum damno, ab eo quod necessum est, aberrat. Vltimò quidem spiritus in his facultatibus, quarum sunt propria instrumenta, aut dissipati pereunt & consumpti, aut refrigerati & extincti, aut suffocati, aut denique ad diuersas partes distracti. Hi enim sunt modi quibus

ii bus

bus communiter hæ omnes potentiæ imbecilliores redduntur. Quos **A** expendisse in mitigatoria artis parte maximi est momenti.

Cæterum naturalis facultas peculiariter temperamenti vitio labafcit, potius quàm quouis alio modo, sicuti animalis ob partium quæ illi deseruiunt, deprauatam structuram: & vitalis quidem, ob eas, quæ spiritibus & calori accidunt læsiones, licet ex vitio instrumenti etiam affici contingat. Præterea etiam si omnes ab omnibus imbecillitari queant, (ab his quas diximus, vnaquæq; propriè & per se, ab alijs verò ex accidenti) habet insuper hoc primùm temperies, vt licet naturali facultati proprium sit instrumentum, omnibus tamen facultatibus communis sit, citra quam rectè operari nequeunt. Licet earum operationes primò à temperamento non proficiantur.

Præter has quidem considerationes, quas ad debitam huius præsidij indicationem præmittere necessum est, alia sese offert, quæ peculiare aliquid commonstrat in hac re: necesse nanq; est considerare in quauis corroboratione, an imbecillitas sit in caua aliqua corporis parte, vt in ventriculo, intestinis, & eius naturæ alijs: an in articulationibus, neruis ligamentis, tendonibus, venis, arterijs, & carne: an in omnibus simul, dum instrumentalis pars imbecillitate laborat. Nanq; hæc omnia & horum quoduis peculiarem sibi exoptant considerationem, & diuersam longè indicationem præstant. Quæ quidem si quis aut neglexerit, aut ignorauerit, fateatur se nescire materiam, & modum roborandi partes adinuenire.

Causæ etiam potiorem obtinent in hac re locum, siquidem sæpe satis est, ad facultatum robur causam, qua ipsæ imbecillantur, auferre. Semper quidem, vt roborantia prodesse possint, eandem prius demoliri oportet: nam ipsa præsentem, parum aut nihil huiusmodi **C** auxilia præstare queunt. Quamobrem causas omnes partiri oportet, iuxta diuisionem partium, quibus constare diximus facultatum substantiam: constant enim hæ membrorum materia, spiritu parte solida & temperie. Sic membrorum materia, dum in maiorem molem attollitur, ita vt eam facultas deinceps sustinere non valeat, causam habet alimentorum maximam copiam, aut exercitij defectum, aut deniq; decubitus humorum præter naturæ leges redundantium, ac ad imbecillam partem decumbentium. Dum verò hæ eadem pars dissipatur decrefcitq;, fit alimenti defectu, aut labore consumente, aut mala aliqua qualitate colliquante, resoluenteq; eandem solidorum molem ac substantiam, aut ex humoris tenuitate raritateve corporis.

At

A At temperies quidè peruertitur excessu aut recessu alicuius qualitatis, eandem temperiem componentis, iuxta numerum simplicium, aut compositarum distemperierum. Spiritus quidem suffocantur præ copia humorum aut vaporum, aut quia ipsi subito, & confertim in aliquam sese insinuant partem. Extinguntur refrigerati. Euanescent consumpti dolore, aut alimenti defectu, vigilia, labore, curis, & alijs animi passionibus, aut deniq; attenuata eorum substantia. Alterantur infecti venenosa aliqua qualitate. Dissipantur distraçti ad diuersas partes, ob diuersos dolores, labores, ac deniq; ob alterationes & accidentia diuersarum partium. Quò fit, vt pluribus intenta facultas minor sit ad singula. Hæc enim sunt in genere omnes causæ, quibus facultates qualescunq; sint, aut imbecilliores fiunt, aut omnino abolentur. Ex quibus omnibus facile constat, triplicem esse roborandi modum & rationem: quarum vna debetur naturis partium imbecillium: altera causis imbecillitatem efficientibus: vltima quidem modis illis tribus, quorum aliquem diximus necessariò interesse, dum facultates pati ac imbecilles fieri contingit.

Cognita igitur imbecillitatis natura, cognitis etiam differentijs & modis, expendere hac in parte conuenit, quid robur sit, quibusue auxilijs dum abest, recuperari possit. Est igitur robur actionum perfectio seu virtus, vt apertè Galenus docet: eadem enim ratione robur actioni, qua bonus habitus sanitati comparatur: naturalis nanq; siue apparatus siue affectionis virtus quidam est bonus habitus, actionis verò naturalis virtus, robur est: naturalis ergo actio, naturali corporis eget apparatu, a quo rationem causæ erga ipsam habente producit. Quocirca illud in primis fieri non potest, vt istorum alteram adsit: alterum quidem absit, ambo præterea simul augentur, atq; decrefcunt.

Cumq; in melius proficiunt, his bonus habitus, illa robur appellatur vtrumq; enim ab vtroq; producitur, & sicut alicuius bonus habitus est, ita & robur. Quibus necessariò pulchritudo subsequitur, aliud quoddam ab illis, & tertium corporis bonum. Quare hæc tria corporis bona, nimirum sanitas, pulchritudo, & robur, neq; vnus generis sunt, neq; similiter omnia dicuntur: sed vnum quidem, vt primùm atq; per se, alterum tanquam illius causa, tertium verò vt necessariò consequens. Quæ omnia hoc habent proprium, vt si vni profueris, necessariò cunctis proficias. Cæterum cum artifex

L. lib. Therap. lib. 1. c. 5.

sanitatem quærit & acquirit, nil ultra circa actionem pulchritudinem A
velaborat:accedunt etenim hæ,vel inuito artifice,ipsiq; aditum inter-
cludere,cùm semel sanitatem fabrefecerit, prorsus nequeunte.Ex qui-
bus manifestè constat,quid teneatur efficere is, qui vires roborare in-
tēdit. Quapropter(vt ex præmissis constat)cum tota virium ratio stet
in partium sanitate, siquidem facultates partibus vtuntur,tanquam in-
strumentis ad actiones edendas, & rursus partium natura constet ex
materia & ea optimè figurata,præsertim ad animales,ac vitales actio-
nes & ex tēperie ac spiritu:fit vt quouis horum trium deficienti,aut mu-
tato,protinus labatur facultas,& refici eadem lege desideret, vt rursus
sanitas,ac ex consequenti virium robur facilè constet.

Cæterùm quia nec partes eadem constant natura, neq; causæ sunt
eædem semper,neq; rursus modus idem:necessum est iuxta rationem
vniuscuiusq; membri,causæ,& modi,indicationes & materiam quib⁹ B
opus perfici possit,exquirere,& aperta ratione docere. Modus verò,
quo facultates labuntur,vniuersalem potiùs reficiēdi rationem,quàm
materiam monstrant:sic roborare membrum dum præ nimia mole fa-
cultatē opprimit,vacuacionem dissipationemve eius quod exuperat,
apertè indicat.Sicuti dum substantia dissipata euacuacione consump-
tioneve manifesta est,alimentis & potibus refici proculdubiò deside-
rat. Quo sensu Hippocrates inquit:Ad robur autem optima sunt,quæ
lib. de affectio.
carnem plurimam ac densissimam producunt, & sanguinem crassefa-
ciunt, & pro ingestorum ratione secedunt, & corpus plurimo tempo-
re ipsa suscipit:quod alijs verbis paulò antea idem author dixerat,nimi-
rum: Quæ verò ad robur, seu refocillationem, crassiora, pinguiora, &
moderatè cocta: neq; immeritò quidem dixit, moderatè cocta: nam
paulò inferiùs hæc refert verba: Carnes percoctæ & assatæ vtræq; debi- C
les sunt ad robur augendum, ad secessum verò percoctæ commodæ
sunt, assatæ verò magis sistunt, quæ verò moderatam habent cocturam
& assaturam, hæ & ad robur & ad secessum moderatè se habent. Ex
quibus facile constat, quale sit futurum alimentum iuxta rationem
causæ imbecillitatis. Ita figuram vitiatam, vtcunq; sit ad antiquam
pulchritudinem reduxeris, si robur partium recuperare studueris.
At spiritus, dum distrahuntur, congestionem, congregationemve
desiderant: dum dissipantur firmitudinem, soliditatem, & concre-
tionem: dum alterantur temperiem: dum venefica labefædantur,
mixturem, & correctionem: dum ex toto corrumpuntur, refe-
ctionem, dum verò suffocantur, ventilationem, vt omnibus pate-
re arbitror. Temperies etiam dum vitiatur, donec ex toto succorum
con

A contrariorum ope ad pristinum redeat statum, robur membri ad anti-
quam firmitudinem redire nequit. Pari etiam ratione membra dum
molliora duriora ve præter modum fiunt, facultatum vim & efficaciam
remittunt.

His præmissis, peculiarem quidem materiam, causas, & partes affe-
ctas sibi iure indicare, mihi proculdubio compertum est: quapropter
indicatione primùm sumpta à causa, curationem aggredi oportet, di-
uersa tamè ratione: nam aliud est corroborare, dum causa præest: aliud
dum absente causa aliquid relinquatur ab eadem factum: aliud verò, fa-
cta cōsideratione modi alicuius, ex tribus quos diximus, quo causa suū
parit effectum. Roborare enim partes abundantia opressas, vacuatio
abundantiæ, licet ex accidenti è directo respondens, siue plenitudo sit,
sanguine missò, siue cacochymia humore vtcunq; extracto optimè po-
test. sic dum causa est dissipatio & debitæ molis diminutio propter ine-

B diam, vacuacionem immodicam, aut excedens exercitium, medela qui-
dem est, corpus iterum alimentis reficere. Si verò praua figura, aut alie-
nus situs facultatem impedierint, ipsa protinus suas recuperabit vires,
reductione particularum ad pristinum situm & figuram. Dum verò
calor præter naturam vigenz dissipauerit consumpseritve spiritus, aut
solidam substantiam: necessum est, ea medicamenta adhibere, quæ re-
frigerandi & modicè adstringendi, vires obtineant. Nam licet hæc per
se roborantia non sint, ex accidenti tamen id optimè efficiunt: tempe-
rata nanq; causa, protinus cessat actio. Idem etiam de frigida distempe-
ric subaudire licet, quæ extinctione spiritus & calorem perdit, cui me-
deri oportet calorificis auxilijs, citra adstringentium miscellam, nam
in hoc casu, nulla ratione eisdem vti datur, sed tantùm vbi caloris effe-

C ctu dissipatio contigerit. Cui vsui profunt etiam potus, qui frigiditate
dissipationem impediunt, sicut per interualla ea, quæ reficiēdi vires ob-
tineant, vt odorata omnia, præsertim ea quæ cum hoc alimenta etiam
sunt, vt vinum, panis recenter coctus, iura ex caponibus, & alijs odori-
feris alimentis crudis, asis, aut elixis, præsertim si hæc iocunda, grata,
ac familiaria fuerint: nam vt ex antiquorum mente Aëtius refert, du-
plex robur & admirandum simul auxilium exhibet, id quod etiam na-
turæ ob iucunditatem gratum existit. Venter enim vbi quod blādum
est suscipit, & in se complexus est tenet, & probè cōcoquit pro viribus,
maximè si fuerit quātitate moderatū. Excitatur enim natura, & actio-
nes sæpe ab affectionum feritate miserè afflicta suscitatur, ac morbum re-
pugnat, iuxta duplicem modum ipsum quidem malum palam contra-
rietatis natura castigās: vires autē animal gubernātes, cōsolans & exci-

tans, ac fortificans ad superandum morbum. Ex qua sententia aperte **A** colligitur, quanti momenti sit, ea alimenta languentibus præbere, quæ illis gratiora & gustui suaviora sint. Quòd si ob oris ventriculi morsum, aut quemuis alium dolorem, aut animi passionem huiusmodi impotentia fiat: nulli dubium est, ea medicamenta & alimenta intus & extra esse adhibenda, quæ præterquam quòd contra doloris aut mali causam pugnent, adstringant etiam oportet, impediantq; quominus spiritus euanescent, nam hac lege adstringentia, in huiusmodi affectibus roborantia à medicis appellantur: sic in oris ventriculi morfu, intestinorum, aut vteri dolore, præmissis medicamentis, quæ vtrumq; aut euacuent, aut partes ipsas abluant, vindicentq; ab humoris aut flatu acrimonia partem ipsam, ea medicamenta sunt adhibenda, quæ adstringendi vires obtineant, quatenus ad imbecillitatem pertinent. (Secus quidem res se habet in doloris aut affectus medela, nam alia exoptulant medicamenta) sunt enim succus mali granati acidi pane imbutus, aut posca ex aqua & succo agrestæ, acetosæ, plantaginis, & similibus, quæ breuitatis studio prætermittit. Præsertim cum ea capite de. Adstringentibus abunde adduxerim, & passim apud authores reperiantur variæ compositiones emplastrorum & inunctionum huiusmodi usum præstantes: mihi quidem sat est, summam rerum indicationes docere. Quod si ob diuersos affectus, dolores, aut quoduis aliud accidens, spirituum distractione facultas labatur, nullum quidem est proprium ac peculiare roborans præter ea quæ accidentia mitigent, & ea etiam quæ cutim densent, & spiritus ipsos cogant, retrahantq; ad interna, vt sparsio aquæ frigidæ, aeris vtcunq; refrigeratio: tandè, quia hac causa maximum fit facultatum dispendium, ea adhibere oportet, quæ promptè & facile renutrient. Quibus equidem vinum maxime opitulatur, sicuti & alia, quæ **C** iam diximus, potissimum verò somnus, præsertim dum vigilia dissipationis etiam causa est.

Roborat quoq; facultates, dum præ defectu ventilationis (vtcunq; sit) suffocantur, spirituum distractio, & simul fuliginosorum excrementorum, aut humorum ad extimas partes: sic sæpe roborant frictions, ligaturæ, cucurbitæ, deambulationes, & huiusmodi alia præsidia, quæ ab internis ad extimas partes trahere habeant, vt facta conuenienti ventilatione facultates reuiuiscant, roborenturq;: sicuti sæpe humorum vacuatione facta, id proculdubio fit.

Præterea si facultas labatur ob veneficam aliquam qualitatem, quæ spiritus conspurcet, corrumpat, & secum misceat: alexipharmacis roborari desiderat, vt capite de Anodinis abunde dictum est, etiam si sæ-

A si sæpius sit ex usu ea quæ emplasticam, aut adstringentem facultate non obtineant, alexipharmacis miscere, vt dissipationem spirituum sua à lustrictione & lentore impediant: rationi enim consonum est, veneficam qualitatem omnem sibi adiunctam substantiam putrefacere & corrumpere: at putrefactionis ratio quidem est, segregatio partium rei putrescentis. Quò factum est, vt in pelliferis & veneficis affectibus adstringentia & obliuientia medicamenta plurimum proficiunt, gratia corroborationis facultatum, qualia sunt bolus armenus, terra sigillata, & ex acetosis & adstringentibus plurima, quæ omnia hac etiam lege roborandi vires obtinet, nimirum quia impediunt actionem, hoc est dissipationem malefici humoris, aut qualitatis: partim qualitibus primis, contrarias compefcendo, partim verò secundis, prohibendo ne dissipatio liberè fiat.

B Intemperies quidem duplici ratione imbecillitatem parit: vno modo, dum fiens est. Spirituum dissipatione ob calorem, aut eorundem extinctione ob frigiditatem: quibus extinctis, aut vtcunq; alteratis facile est facultates labi, nam eis tanquam præcipuis instrumentis utebatur: quod enim nosse maximi sæpe est momenti. Siquidem dum plurimum facultates ob spirituum defectum, à quauis oriatur causa, dilatantur, morbos affectusq; omnes intensiores reddi necessum est: quia facultates vtpote languidæ nequeunt eisdem superare, tanquam carentes proprio instrumento: quò fit sæpe, vt morbi aut producantur, tardèq; ad coctionem perueniant, aut periculosiores fiant. Quia ratione oportet huiusmodi spirituum resolutionem in morbis, pro viribus impedire, vt res ex voto succedat. Namq; plurimi affectus sola corroboratione membrorum, citra peculiare aliquod auxiliu curantur. Alio verò modo, dum **C** intemperies facta est, subuersaq; ex toto naturali membri temperie quod dum incipiente aut vigete morbo acciderit, graue periculosumq; sæpe est: namq; nullum habet eo tempore hoste morbus, qui aduersus eum pugnet, impediat, frænetq; eius imperum & naturam: quia temperamentu præcipuum harum actionum artifex, ex toto est subuersum: quapropter dum id acciderit, periculum est, ne totum corpus aut particula, cui morbus incumbit, facile pereat. Quo tempore nihil est naturæ totius corporis, aut partis, committendum, vtpote quæ vires non habet, neq; instrumenta, quibus operetur, sed totum negotium arti committere oportet, iuxta affectus indigentiam. Sic paulatinis vacuationibus (dum materialis fuerit affectio) & paulo valentioribus: tum repulsorijs auxilijs, tum suppuratorijs, tum vero discussorijs vtendum est. Adimplere enim auxilijs oportet, quod naturæ destit. Errant quidem qui in om-

nibus affectibus, æqualia adhibent viribus morbi auxilia: nam cū in A
huiusmodi non habeamus adminiculantem naturam & actiones, in-
ter inæqualia tantūm fiāt, necessum est auxilia omnia superiores mor-
bo habere vires, vt aliquid agere possint. Verūm in ijs, quibus natura
membri affecti, aut totius corporis viget, sat est æqualia, aut parum re-
missa adhibere auxilia, siquidē virium robur corū defectum adæquat.

Cæterū cū imbecillitas inclinante aut iam absente morbo su-
perest, ob eam, quam morbus relinquit in membro affectionem: maxi-
mam quidem eo tempore exoptat considerationem. Nanq; aut relin-
quitur distemperies facta, aut spirituum penuria, aut cornis defectus,
duritiesue, aut tensio, aut laxitas, aut mollities nimia: quibus omnibus
aut singulis, facultas nequit in membro, aut vniuerso corpore actiones
perficere. Quapropter oportet, cuiusuis harum seorsum meminisse, si
quis rectē membrorum robur recuperare velit. Distēperies itaq; (quæ B
ad omnium facultatum impotentiam pertinere videtur: est enim tem-
peramentum facultatis naturalis proprium instrumentum, aliarum ve-
rō facultatum commune) dum facta est, corrigi quidem nequit contra-
rijs auxilijs, hisq; æqualibus, vt nonnulli falsō censet: nam id tātum ad
fiens imperamentum pertinere constat: ad factum verō solum eo mo-
do quo diximus, nimirum cū morbum aliquem efficit. At extra affe-
ctum, cū tantūm oporteat, ad pristinum statum temperiem reduce-
re, atq; id fieri subitō nequeat (nanq; quod habituale fixumq; est, subi-
tō auferri non potest) nulla ratione oportet ea adhibere medicamenta,
quæ pari constēt intensione, sed ea quidem quæ paulatim partim in cō-
trarium habitam mutant, calida quidem in frigidis, & frigida in cali-
dis, ac pari ratione de singulis qualitatū oppositionibus. Nam hac
lege docuit Hippocrates consuetudinem mutare, & habitum ea con- C
tractum. Cæterū quod ego magis rationi cōsonum existimo in hac
re esse, apertē monstrabo. Est quidem omni arte maiorem caloris nati-
ui, spirituum ac sanguinis copiam, ad imbecillam partem trahere, qui-
bus facilius & promptius ipsa ad pristinum reducetur temperamentū,
quā quouis alio auxilio. Nam cū hæc sint præcipua facultatum in-
strumenta, & partium ipsarum substantia, facile fit vt ad antiquam re-
deant naturam, sanguine, spiritu & calore naturali ad partē euocatis.
Hinc enim factum est, vt ventriculus, iecur, caput, & cætera membra
præcipua, etiam si in habitu sit refrigerato, maiorem suscipiant gratiā,
maiusq; beneficium ex temperatis, & cuius naturæ, & temperamento
simillimis, quā ex contrarijs qualitatibus: nam his potius maiorem
contrahunt impotentiam, maiusq; sequitur damnum, sicut calorificis
adhi-

Lib. 2. Acut.

A adhibitis contingit, resoluta pusillo partium calore, & refrigerantibus
extincto. Sic manus temperati corporis & puerorum calor, & deniq;
omnium quæ naturalis caloris substantiam & temperiem æmulantur
leues item frictions, lotiones, cucurbitæ, & alia quæ calorem euocant
proprie hac ratione languidas facultates roborare possunt. Quod equi-
dem in hoc opere plurimum obseruare oportet: nanq; alijs rem agere,
præterquam quod finem non consequimur, non caret manifesto
damno.

Materiam verō corroborantium auxiliorum, partis affectæ naturā
facile ostendit. Multa enim sunt, quæ imbecille caput roborant, & pro-
prie respiciunt, quorum syluam passim apud omnes authores facile re-
peries. Ea tamen eligere perpetuō teneris, iuxta leges adductas, in cali-
dis quidem sicut & in frigidis, quæ mediam obtineant naturam: remis-

B sum nanq; facile remittit intensum, trahitq; si diu perseueret, ad sui na-
turam. Neq; erit quidem abs re, quinimo necessarium, in principio in
calidis affectibus paulo temperato frigidioribus, & in frigidis calidio-
ribus vti, procedente verō tempore vtriusq; excessum remittere, & ad
mediam seu naturalem temperiem peruenire. Pari etiam ratione ad vē-
triculi affectus, materiæ vberima copia reperitur, cuius quilibet iuxta
eandem methodum eligere, & componere pro vsu, facile poterit: licet
in nutrimentalibus membris & quæ alijs alimentum parāt, dum id cō-
ficere nequeunt prosperē, sæpe sit necesse aut calorem adaugere, aut
dum superat, minuere: hoc quidem ne coctio turbetur, quæ non tem-
poris longo spatio, vt habitus, sed modico tempore perfici debet: illud
verō, vt perficiatur. Nam quod imbecillus calor efficere nequit, id ars
perficere tenetur: quapropter in huiusmodi paulo calidioribus, aut fri-
gidioribus vtetur auxilijs, quā dum solum factam temperiem ad
C naturalem statum reducere intendimus: quo tempore, quæ media con-
stant temperie, aut simillima parti patienti sunt eligenda medica-
menta. Verūm quia facultas naturalis neq; vnica est, neq; vnico vtitur in
omnibus suis actionibus instrumento, eius varietatem perdiscere oportet:
vt in quo defuerit aliqua, ex naturalibus potentijs, facultas, arte refi-
ciatur: nam quæ diximus, ad eius alteratoriam, seu concoctoriam facul-
tatem pertinere potius videntur, quod etiam omnibus est commune:
cæterū dissident in alia roborationis specie, quæ cuiq; est peculiaris:
nam duplex est in huiusmodi potentia roborandi via: vna, qua facultas
ipsa in se roboratur, reductione proprii temperamenti ad pristinum sta-
tum, eo modo, quo dictum est, alia quidem qua roborantur actus seu
opera vniuscuiusq; facultatibus manentibus in eodem statu. Sic conco-
ctoriæ

etorice facultatis opus perficit ars, cum ipsa nequit ob frigiditatem, calorificis æquali intentione præditis: & dum præ calore alimenta aduruntur, his quæ refrigerant, ad mensuram caloris adaucti adhibitis.

Retinentis verò facultatis opus ars perficit, siccis aut adstringentibus medicamentis. Qua ratione merito Galenus taxauit antiquos, existimantes adstringentia roborare: nam hæc non facultatem, sed opus roborant. Eadem ratione expultrix facultas humidis iuuatur, perficitq; facilius suum opus. Est enim huiusmodi doctrina maximi momenti, ut quis internoscere valeat, quibus perficiatur robur & substantia vnius cuiusq; facultatis, (licet facultates per se laborare nequeant. Verum per facultatem hac in parte subintelligimus id, quod sensibus subijcitur, puta spiritus, tēperies, & mēbrorum substantia) quibus ipse opus habet. Rursus ut intelligat quæ intersit differentia inter vtramq; actionem.

Præterea perdiscat etiam oportet, in morbis non semper facultates esse roborandas, sed tantum licere earum opera præstare, è conuerso tamē morbo inclinante, aut ante quàm incipiat. Vitiatur etiam naturalis potentie actio aliarum facultatum iactura, ut deficienti robore vitalis contingit. Quapropter excitanda est eo tempore vitalis hæc potentia, & calor in partibus his omnibus medicamentis & alijs auxilijs, quæ calorem & spiritus attrahere possunt, qualia superius abunde diximus, ut sunt etiam lotiones vini, & aquæ vitæ, aquæ etiam calentis in qua ferbuerint herbæ calfacientes, frictionibus & alijs huius generis. Animalis facultas multis rationibus impeditur, & labascit: defectu nimirum communis instrumenti, nempe temperamenti (quod ad pristinum statum modis dictis reducere oportet) aut animalium spirituum resolutione, ut conualescentibus contingit, quos reficere quoq; antea docuimus. Aut etiam peculiaribus instrumentis, neruis videlicet, ligamentis, tendonibus, aut musculis malè affectis: quæ omnia quidem aut dura, aut laxa præter modum ex affectu supersunt, ut accidere frequenter solet in solutionibus continui, curatis luxationibus, tumoribus, fluxionibus, doloribus, & alijs huiusmodi affectibus: qui aut ob humoris præsentiam facile fiunt, aut membra nuper dicta eo modo disposita ab affectu relinquuntur. Si verò ab humorum affluxu hæc impotentia proueniat: curari per ablationem causæ, ut antea diximus, desiderat. Verum si ex morbo prodeat: vera roborandi ratio in duris emollitio est, in mollibus verò ac laxis, cum adstrictione exiccatio, admixtis etiam medicamentis quæ humorum reliquias consumere valeant.

Utuntur etenim medici varijs neruorum, musculorum, & tendonum roborantibus. Quæ ego ratione consultò prætereo, nam satis mihi est

quæ obseruatu digniora, in duobus

libris De communi & peculiari præsidiorum artium medicæ indicatione continentur.

Index copiosissimus.



Abluentia medicamenta quo modo abstergentia dici mereantur, & qualia sint. 590. a. abluentia, lege extergentia.

abluere vlcera quando oporteat & quomodo liceat Hip. intelligere circa vlcerum abluentionem. 601. a. b. c. Accessionum principia cur grauiora.

57. a. b. accidentia morbi quare grauiora in diuersis temporibus. ibidem.

accidentia in morbis qualiter victum præscribant. 85. c.

actio laesa multis modis diuiditur. 3. a.

actio laesa multis modis cognoscitur. 3. b.

Adolescentiæ peccata lue in senectute. 73. c.

adstringentia alimenta non sunt in causa nide exhibenda. 77. b.

adstringens omne qualis naturæ sit & quomodo ab antiquis nuceat. 48. b. c.

adstringens ab austero & acervo quo differat. 486. c.

adstrictionem & adstringens differere. 487. b.

adstringentia quæ opera efficiunt. ibidem.

adstringentia diuersæ naturæ esse. 488. a.

adstringentium quædam esse acria quædam calida & alia amara. ibidem. c.

adstringentia diuersæ naturæ quibus affectu naturis profint. ibidem. b. c.

adstringentia dulcia. ibidem. b.

adstringentium medicamentorum accidentales differentia quales sint. ibidem. b. c.

adstringentia qualia quæque pars affecta postulet. ibidem. c.

adstringentia an robovent. 490. b.

adstringentium materia ratione affectuum potius quam partis varianda. 491. b.

adstringentium differentia quotuplex. 492. c.

adstringentium particularis naturæ qualis naturæ sit. 493. a. b.

adstringentia neque omnibus ex fluxione affectibus, neque semper proficua sunt. ibidem. c.

adstringentia quædo purgantibus sunt admiscenda. 494. a.

adstringentia quando & qua ratione vlceribus administranda sint. ibidem. b.

adstringentia plurimum frigida in affectibus capitis quare non adhibenda. ibi. c.

adstringentia pueris qualia proficua. ibi. c.

adstringentia quædam partes suæ naturæ renuunt quædam auide amant. ibi. c.

æqualia aut inæqualia esse auxilia quibus modis dicatur. 29. c.

ægri quid desiderent & quo modo linquant. 405. c.

ætas quid & quo modo indicet. 429. b.

affectiōnis & causæ qualitas docet qualia medicamenta sint adhibenda. 28. a.

affectiōnes grauiores & leues qualia ex postulent remedia. 29. a.

affectus diuturni quam curandi rationem ex postulent. ibidem. b.

affectus acuti quo modo curantur. ibi. c.

affectibus debilibus remissiora auxilia sunt adhibenda. 30. a.

affectus complicati quo modo curandi sint. 38. c.

affecta particula quid indicet. 42. b. c.

Agglutinantia medicamenta cuius naturæ sint. 621. a.

agglutinantia & carnem generantia quo differant. ibidem. b.

agglutinantia & cicatricem inducentia qui differant. ibidem. c.

agglutinantia auxilia media esse inter carnem generantia & cicatricem inducentia. ibidem.

agglutinandi opus quale sit. 623. a. b.

agglutinandi diuersam rationem diuersæ corporis partes fortiuntur. 626. c.

agglutinantia qualia singulis partibus proficua

I N D E X

profecta. 631.b.
 alexipharmaca fieri anodina. 635.b.c.
 Alimentum, quibus modis corporibus
 proficit. 50.a.
 alimentum, vt medicamentum etiam præ
 stat. ibidem.b.
 alimentum attemperat vt medicamen-
 tum. ibidem.b.c.
 alimentum copia attemperat. ibidem.
 alimentum cōplex viuentibus. 49.c.
 alimenta prauorum succorum, fugienda,
 etiam si optime conficiantur. 73.b.c.
 Alterantia auxilia quæ prærequisita ha-
 beant vt profint. 482.a.
 alterantia auxilia, caute & quo modo sint
 adhibenda. 485.c.
 alteratum ad caliditatem aut frigiditatem
 non semper eodem modo esse. 483.c.
 an aliquid sit agendum, quæ mōstrat. 25.b.
 an aliquid sit agendum, affectus mōstrat. 26.a.
 an aliquid sit agendum, multa docet. 27.a.
 analogismus quid. 40.b.
 analogismus quid præstet. 40.c.
 analogismus in quibus affectibus locum
 habeat. ibidem.
 anni tempora, qualiter se habeant, ad san-
 guinis missionem præcautionem. 194.a.b.
 anni tempora, externorum & internorum
 morborum curationem docet. 194.b.
 Anodina medicamenta, quas habeant diffe-
 rentias. 632.b.
 anodina medicamenta quibus modis pro-
 ficiunt doloribus, omnibusque symptoma-
 tis. 632.b.c.
 anodina vere talia omnibus affectionibus
 dolorosis proficiunt. 633.b.c.
 anodina vera, qua lege sunt corpori ad-
 hibenda. 634.a.
 anodina quæ aduersus dolorum causas a-
 gunt, qua lege sunt adhibenda. 634.b.
 anodina etiam sunt alexipharmaca, &
 quomodo. 635.b.c.
 anodina esse narcotica pharmaca, & quo
 modo. 636.b.c.
 anodina narcotica quas differentias ha-
 beant, & qua lege eis vti liceat. 637.a.b.c.
 anodinum auxilium fit sepauilio. 635.b.
 Morborum curationem distinguunt ac do-
 cent. 194.b.c.
 antiqui philosophi negligentis in cultu
 & inuentione cibariorum. 48.c.
 antiquorum cura in pecudum alimentis. ibid.
 Aperire quæ clausa sunt, quibus modis
 possit fieri & quando. 512.b.

aperire maiores meatus, dum clauduntur
 quibus & quo modo possimus. 513.b.
 Aperientia meatus urinae qualia sint.
 516.a.
 aperientia auxilia quibus occlusionibus
 debeantur. 515.c.
 aperientia meatum urinae ex lapide ob-
 structum, qualia sint. 519.a.b.
 aperientia obstructions qualia. 522.a.b.
 aperientia obstructions pharmaca, tri-
 plicis esse naturæ. 523.a.b.
 aqua, quanti est pretii. 105.b.
 aqua statera non probatur optime. 106.a.b.
 aqua, quibus necessaria & utilis. 106.c.
 107.a.
 aqua quæ conglaciatur, quodammodo
 minuitur. 120.c.
 aqua laborantibus præbenda qualis. 121.a.
 aqua hordei, laborantibus suspecta. 131.b.
 aquæ præstantior probatio. 106.c.
 aquæ quas concoquere oportet, quales
 sint. 121.b.
 aquæ indomitæ a veteribus appellatæ, quæ
 dicantur. 121.c.
 aquæ quomodo præstet nutrimentum. 88.a.
 aquam laborantibus calfaciendam hyber-
 no tempore. 122.a.
 aquam calidissimam, quibus & qua indi-
 catione præbendam. 122.b.
 aquarum quæ probatissimæ. 105.c.
 aquarum varia genera. 105.b.
 aquarum, varij probationis modi. ibidem,
 & 106.a.
 aquarum coctio, quid efficiat. 120.b.
 aquarum coctione, quæ vitia corrigantur.
 120.c.
 aquas omnes, laborantibus non esse co-
 quendas. 120.a.b.
 aquas, calore & frigore crassiores fie-
 ri. 121.a.
 aquas purissimas coctione reddi dete-
 riores. 122.a.
 aquas conficere, aut aliquibus rebus co-
 quere, quid indicet. 122.c.
 aquas quibus oporteat coquere, iuxta va-
 rias indicationes morbi et humoris. 123.a.
 aquas concoquere, quibus morbis con-
 ueniat. ibidem.
 Ars medica qua ratione longa. 38.a.
 ars ratione & experientia incedit. 343.b.
 arteriarum sectiones quando quibus locis
 & in quibus morbis fieri debeant. 188.b.
 Arteriaca medicamenta, cuius differen-
 tiæ & naturæ sint. 292.c.
 Artes

I N D E X

artes omnes geminas esse. 203.a.
 artes constant certo numero præcepto-
 rum. 278.a.
 artis laus quæ potissima. 429.a.b.
 artis medicæ opera, nunc a medico, nunc
 a natura, modo ab utroque fiunt. 27.a.
 artis medicæ instrumenta, quot & qua-
 lia. 37.a.
 Artium & legum discrimen. 1.a.
 A simili argentum, quid appellent dia-
 lectici. 38.a.
 Assæ carnes humidiores sunt elixis. 78.c.
 Atheni sententia circa victus rationem
 & naturam, sicuti & antiquorum quos
 sequitur suspecta. 49.b.
 Attractorias forbitiones, quas appellet
 Hippocrates. 76.c.
 Auxilia leuia iterata, an idem possint
 quod vehementia. 30.a.
 auxilia in arte medica quomodo fuere in
 ueta, & quomodo accreuerunt. 132.a.b.c.
 auxilia noua fingere, quando liceat. ibid.
 auxilia in morbis diuturnis variare, est
 necessarium. 343.c.
 auxilia particularia, quæ numero sint. 454.c.
 auxilia particularia, an vniuersalia ad-
 ministracionem prærequirant. 455.a.
 auxilia alterantia, vide alterantia auxilia
 auxiliorum differentiam particulæ natu-
 ra præscribit. 456.b.
 auxiliorum æqualitas aut inæqualitas,
 quo modo consideranda. 29.c.

B

Balneorum apparatus & vsus. 320.b.c.
 balnea ex quibus constent. 321.c.
 balnea omnia tripliciter præstare in nostris
 corporibus vsus. 322.b.c.
 balneum aquarum dulcium tripliciter præ-
 stare vsus. 323.a.
 balnei aquæ dulcis quantitas quoque expen-
 dita, quæ eius vim sæpe mutat. 323.b.c.
 balnea aquarum dulcium & calidum qua-
 re diuersis morbis profint, & quare sin-
 gulis. 324.c.
 balneum ex aqua frigida quod operetur. 326.c.
 balneum aquæ frigida quibus proficit &
 obicit. 327.a.b.c.
 balnea aquarum dulcium, ob diuersas par-
 tes diuersimode operantur. 328.b.
 balnea naturalia quibus constent aquis.
 328.c.
 balneorum aquæ qua ratione calidæ a terra
 prorumpant. 329.a.b.
 balnea naturalia quas vires habeant. 329.c.

balnea bituminosa quas vires habeant, &
 quibus morbis profint. 330.a.
 balnea nitrosa, quas vires habeant, & qui-
 bus morbis profint. 330.b.
 balnea sulfurea quas vires habeant, et
 quibus morbis profint. 330.c.
 balnea sulphurea quas vires habeant, &
 quibus morbis profint. 331.a.
 balnea aluminosa quas vires habeant, &
 quibus morbis profint. 331.b.
 balnea ex mysi & chalcitica aqua, quas
 vires habeant, & quibus morbis pro-
 fint. 331.c.
 balnea ex metallicis aquis quas vires ha-
 beant & quibus profint. 332.a.
 balnea ex calchantosa aqua quas vires ha-
 beant, & quibus profint. 332.c.
 balnea artificialia qui fiant, & quas ha-
 beant indicationes. 333.a.
 balnea ex oleo tepido quas vires habeant,
 & quibus profint. 333.c.
 balnea ex lacte quas vires habeant, &
 quibus profint. 334.b.
 balnea ex musto, quas vires habeant, &
 quibus profint. 335.a.
 balnea ex vino quid præstent, & quibus
 opitulentur. 335.b.
 balnea ex aerea substantia, qui fiant, quid
 præstent, & quibus profint. 335.b.
 balnea ex sole aut vapore vel igne, ex stu-
 phis, quibus modis fiant, & quibus profint.
 336.a.b.c.
 balnea ex varijs vaporum generibus qui
 cōficiantur, & quibus profint. 337.338.a.b.c.
 balnea ex solidis substantijs qui parantur
 & quot sint, ac quos præstent vsus. 339.a.
 balnea ex vinaceis, maximos præstare vsus,
 & qua via debeant parari. 340.b.
 balnea ex vinaceis quibus affectionibus
 præstent suum beneficium. 341.a.b.c.
 balneorum vtilitate summa comprehen-
 sa. 342.b.c.
 balneum aquæ dulcis qui fugere tenentur.
 344.b.
 balneo frigido qui vti possint. 345.b.
 balnea ex medicatis aquis quibus no-
 ceant. 346.a.
 balnea ex vinaceis quæ pari debeant. 347.a.b.
 Bechica medicamenta, quæ vere dicantur
 & quot sint. 290.c.
 bechica ab arteriacis medicamentis in
 quo differant. 290.c.
 bechica qualia sint, & quomodo ab alijs
 omnibus quæ pectori profunt dissideant
 & qua-

INDEX

& quomodo operentur. 291.c.
 hecica quibus thoracis affectibus profint. 291.c.
 Bilē flabam redundare in toto, aut in parte, quæ monstrant. 18.b.
 Bruta maiorē habent cōmodationē in ciborum delictu & varietate. 1.b.c.
C
 Cacoehymia, aliquando sanguinis mifione curatur. 193.a.
 Calefieri diuerso modo, diuersi affectus expōstulant. 484.a.
 Calfactiones diuersæ, diuersis refrigerationibus proficua. ibidem.a.b.
 Calida & acria medicamēta, quæ partes exposcant, & tolerant. 572.b.
 calida distemperies æquali tempore curatur ac frigida. 484.b.c.
 Calidi potus quibus profint. 122.c.
 caliditatem & frigiditatem, quare inter omnes qualitates minime potentes appellet Hippoc. 477.a.b.
 caliditatem & frigiditatem, dū in corpore viuētib⁹ a mediocritate recedere cōtingit, a se ipsis foueri & augeri. ibi.c.
 caliditas qualis naturæ sit. 478.c.
 caliditas quæ operetur. ibidem.
 calidū frigidō moderato nutrit. 478.c.
 calor trahere quo modo possit. 534.c.
 calor quæ opera efficiat. 558.b.
 calor abūdās quo modo dignoscatur. 17.c.
 calor & frigus, quo modo rem duram efficiant. 500.b.
 callū inducentia qualia sint. 622. 622.
 Caput quibus excrementis abundet, vt fluxionum sit causa. 365.b.c.
 caput quo modo ad se trahat. ibidem.c.
 carnē generantia, cui⁹ naturæ sint. 605.c.
 carnē generantia medicamenta, quot sortiantur differentias. 606.a.
 carnem generantia sicca debere esse, quo modo sit intelligendum: & pulchra huius rei disputatio. 607.a.b.
 carnes a ssa humidiores sunt elixis, vide assa carnes.
 Carnis species quatuor esse. 625.b.
 carnis generationem quæ impediunt in vlcibus. 612.c.
 caro in semib⁹, an regnari possit. 611.b.
 Causa principium in curatione præstat, nisi aliud vigeat. 34.c.
 causa quo modo indicet in morbis. 42.c.
 causa in curatione primū locū obtinet. 45.a.
 causa sine qua non, primo ordinem agen-

dorum docet. 34.c.
 Causæ quo modo suum effectū possint producere. 14.b.
 causæ præcedentes aut præsentēs, quæ difficilius aut facilius aliquid demonstrare valent. ibidem.
 causæ principium in morbis inuestigandum. ibidem.c.
 causæ indicatio potissima in curatione. 26.b.c.
 causæ quæ caput ad fluxionem excitant. 357.b.c.
Ceruisia quid. 113.a.
 ceruisia vini habet vires. ibidem.
 ceruisiæ differentia. ibidem.
 ceruisiæ vires. ibidem.
 Chalybis præparatio ad curandas obstructions, quæ vtilior. 529.a.
 Cholera morbus qualis sit, quas habeat causas, & qua ratione curetur. 404.b.
 Cibaria dupliciter profunt, vt medicamentum & vt alimentum. 50.a.
 Ciborum quantitas in sanis, par sit labori oportet. 72.b.
 Ciborum varietas fugienda. 74.b.
 ciborum ordo qualis. 75.b.
 ciborū non nihil sumere, crudo existente ventriculo, ad cruditatis medelam plurimum valet. 75.c.
 cibos exhibēdi quæ hora cōmodior. 74.b.
 cibum ex toto auertere vnica die, sanitatis optimum consilium. 75.c.
 Cicatricem inducere, quas considerationes requirat. 613.c.
 cicatricem inducentia medicamēta quas differentias fortiantur. ibidem.
 cicatricē inducētia pharmaca, p partis & corporis natura, varianda esse. 616.c.
 cicatricem inducere non posse, quibus de causis accidat. 617.b.
 cicatricem prohibentia, quomodo sint remouenda. 618.a.b.
 cicatricem ægrè admittuntur quatuor vlcerum conditiones. 619.b.
 cicatricē inducētia varios siccitatis fortiantur gradus, pro varia partium corporis natura. 620.b.
 cicatrix qlis & qliter fieri debeat. 614.c.
 cicatrix quibus fieri debeat. 615.a.b.
 cicatrix turpis quando fiat, & quibus emendari possit. 615.b.c.
 cicatrix qlis in cauovicere inducat. 616.a.
 Clysteria ad localia præsidia reducenda esse. 133.a.
 clyste-

INDEX

clysteria molliuntur particulares euacuationes. 133.b.
 clysteria quibus partibus proficua sunt. ibi.
 clysteria quibus modis profint intestinis. 133.c.
 clysteria quæ euacuant intestina quibus modis id efficiant. ibidem.
 clysteria emollientia, qua materia consistent. 134.a.
 clysteria quæ partes laxant. 134.a.
 clysteria quæ emolliunt, nullo modo efficiuntur ex acri materia, neque ex ea emollienti admixta. ibidem.
 clysteria acria & quæ plurimum irritant, quibus profint. 134.c.
 clysteribus acribus, pinguisa non esse admiscenda, & quare. ibidem.
 clysteria quæ aluū sistūt, qualia. 135.a.
 clysteria quæ aluum sistunt, quibus medicamentis consistent. 135.b.
 clysteria quæ lauant, fluxum alui compescunt. 136.a.
 clysteria quæ exulcerationi & dolorib⁹ intestinorum profunt qualia. 136.b.
 clysteria flatib⁹ discutiēdis idonea. 136.c.
 clysteria anodina qualia, & ex quibus consistent. 137.a.
 clysteria anodina multiformia iuxta causarum varietatem existunt. 137.b.c.
 clysteria quæ profunt doloribus intestinorum, ex viscida pituita, ex quibus constant. 138.a.
 clysteria vlcibus intestinorum proficua. 138.c.
 clysteria crustam inducētia qualia. 139.b.
 clysteria quæ lūbricos interficiūt. 139.c.
 clysteria recto intestino affecto proficua. 140.c.
 clysteria vteri affectionibus proficua, qualia sint. 141.b.
 clysteria mēstruis suppressis vtilia. 141.c.
 clysteria foeminis quæ frequenter abortiunt, vtilia sunt. 172.a.
 clysteria sterilibus proficua. 142.c.
 clysteria vteri inflammationibus vtilia, ex quibus consistent. 143.a.
 clysteria renibus proficua. 143.b.
 clysteria pro lapide renū vtilia. 143.c.
 clysteria renibus exulceratis qualia profint. 144.b.
 clysteria vesicæ inflammatae aut exulceratae proficua. 144.c.
 clysteria quæ euacuādi, irritādi, et trahēdi vires habent, ex quibus consistunt. 145.b.

clysteria euacuātia & attrahentia quibus profint. 145.b.c.
 clysteria, an attrahendi a distantibus partibus, potentiam habeant. 146.a.
 clysteria an reuellere possint. 146.b.
 clysteria attrahentia & reuelentia quibus affectibus proficua sint. 146.c.
 clysteria attrahētia & reuelentia ex quibus medicamentis consistent. 147.a.b.c.
 clysteria quæ somnū cōciliāt, quibus profint, & ex quibus conficiantur. 148.b.
 clysteria quæ alere possunt, quibus profint, & ex quibus consistent. 148.c.
 clysteria pinguisa quibus obfint. 152.c.
 clysteria hæc quibus legibus sunt administranda. ibidem.
 clysteria quæ flatu discutiūt, qua cōsideratione sunt administranda. 153.b.
 clysteria dysentericorū, quæ peculiarem considerationem requirant. 153.b.
 clysteria acria, non conuenire acutis affectibus, aut quando. 155.c. 156.a.
 clysterium vsus etiam hominū consuetudinē considerare postulat. 156.b.
 clysteriū nimis vsus vitād⁹, et quare. 157.a.
 clysteria vermibus proficua. 157.b.
 clysteria nutritoria, quantum minorari debeant. ibidem.
 clysteriū quātitas, qualis pēstāda. 157.a.
 Coagulatio quo modo fieri possit. 500.c.
 coagulatio quibus modis fiat. 501.a.b.c.
 coagulata & dura, quo modo possint liquari. 502.b.c.
 coagulari a calido neque a frigido, quæ non possint. 502.c.
 Coctio quas aquas emendare possit. 121.c.
 coctio & calor, quod beneficium præstent aquis. ibidem.
 coctio deteriores reddit purissimas aquas. 122.a.
 coctio ab humorū fusione & attenuatione incipit in omnibus officinis. 205.a.b.
 coctionem vt moliamur, prius attenuemus oportet. 205.c.
 coctio, quantitatis imminutione perficitur. 206.b.
 coctio, purgatione aut sanguinis missione præmissa perficitur. ibidem.
 coctio, temperatis iuuatur. 206.c.
 Coctionem efficiunt etiam refrigerantia. 207.a.
 coctionē etiam commixtio alterius substantiæ præstat. 207.b.
 coctionē.

I N D E X

coctione iuuat caloris augmentū. 207.c.
 coctio, ab halituoso calore perficitur. ibid.
 coctio a calore nō eodē modo perficitur
 in toto corpore & in particulis. 208.a.
 coctionem fieri per contraria, & multis
 alijs modis. 290.a.
 coctio in toto corpore, potius tēperatis
 quam calorificis est iuuanda. 208.b.c.
 coctio, quare in morbis expectanda est.
 231.b.c.
 coctionem pertinaciter expectare, quan-
 tum mali afferat, in plerisque morbo-
 rum. 231.c.
 coctio, qualis est ad purgationem neces-
 saria. 233.c.
 coctio, quod pręstat humoribus benefi-
 cium, vt purgari possint. 234.a.
 coctionis seu alterationis, tres species re-
 periri in nobis. 234.b.
 coctio & putredo, quo modo opponatur
 cum non sint oppositę. 234.b.c.
 coctio quid operet circa humores. 234.c.
 coctio reddit humorem purgationi aptū
 & quo modo. ibidem.
 coctio, reddit actu existentem humore
 euacuandum, qui ante ipsam potentia tā-
 tum erat.
 Coeliacus fluxus qualis sit, a quibus cau-
 sis, & quo modo curandus. 393.b.
 cognitio cuiusq; corporis stat⁹ aqb⁹. 16.b.
 Coindicatio quid sit. 46.a.
 coindicatio a quibus petenda sit. 46.a.b.
 Color vitiosus, quibus modis partem af-
 fectam monstrat. 6.a.b.
 Cōmunem omnium hominum naturam
 nosse, quid conferat. 16.a.
 communio venarum, quę sit, & quotu-
 plex. 169.c.
 communio venarum in trunco. 170.a.
 communio per venas ascendentes & des-
 cendentes. 170.b.
 cōmunitates venarū, quod beneficiū præ-
 stēt in sanguinis detractionibus. 170.c.
 cōmunitatis differentię, differētes præstāt
 vsus in sanguinis detractionib⁹. 171.a.b.
 Conditionem cuiusque particularem co-
 gnoscendam esse. 16.b.c.
 condiciones quas medicus tenetur serua-
 re in exequēdis officijs, quę doceat. 5.a.
 Cōdonādū aliquid esse laborātib⁹ etiā si
 affectus contrarium postulet. 36.a.
 Cōiectura artificiosa qualis. 32.c.
 cōsensus facultatū & partiu corporis. 159.c.
 considerationes, quas medicus in omni
 opere habere tenetur. 23.b.
 Consilij qualis conditio. 71.c.
 consilij certitudo in quo consistat. ibidē.
 consilium circa quod versatur. 190.c.
 Constitutionis morbi nomine, quid li-
 ceat intelligere. 53.a.
 Consuetudinis vis & efficacia. 409.b.
 cōtrarijs remedijs qua lege vtēdū. 29.a.
 contraindicatio quid sit. 45.b.
 cōtrahere & impedire differūt. 45.c.
 corporis varia dispositio. 24.c.
 corporis moles & substantia, ex quibus
 constet. 49.c.
 corporis proprii notitia, quantum cuiq;
 conferat. 126.b.
 corporis plenitudo quid sit.
 corpus frequēter mutatur. 32.c.
 corpus defectu & abundantia premi-
 tur. 158.b.
 corpus vniuersum, in tres omnino regio-
 nes diuiditur. 221.c.
 Correpugnantia quid. 46.c.
 correpugnare quę possint. 47.a.
 Crisima signa qualia sint. 22.c.
 Cruditas in morbis quid indicet. 22.c.
 Cruditates primarū venarū, in corpori-
 bus lēta & diuturna fēbre laborātib⁹ nō
 sunt discutiendę tenui victu, sed medica-
 mento aut clystere. 80.a.
 cruditas quib⁹ modis dicitur. 233.a.
 cruditas quę per putredinē fit plurimū
 in morbis expēdenda. 233.b.
 cruditas quę per putredinem fit, quę pa-
 riat in humoribus effectum. 233.c.
 Crudis existentibus humoribus ac citra
 turgētia, quando purgandum. 234.a.
 Curatiua methodus ceteris præstan-
 tior. 24.a.
 curationis prima paradigmata. 26.a.
 curatio perfecta in quo consistit.
 curationes citra laborantis damnum fie-
 ri debent, & quomodo. 35.b.
 Curatrices indicationes, a quo sumen-
 dę. 26.a.b.c.
 Cucurbitarum scarificationes vicem va-
 cuationis per sanguinis detractionem
 ex vena supplēt. 188.c.
 cucurbitarū scarificationes, etiā reuel-
 lunt, deriuant & euacuant. ibidem.
 cucurbitarū scarificationes, etiā in ipso
 febris vigore fieri possunt & qre. 189.a.
 cucurbitarū duo modi vsui vtilis. 189.b.
 cucurbitarum vtilitates. 190.a.b.
 cucurbitarū vsus in luxatis nullus. ibidē.
 De

I N D E X

quari. 502.a.
 durorum corporum, quę frangi, aut quę
 emolliiri possint. 503.a.b.c.
 durities omnes quomodo perficiantur a
 suis causis. ibidem.c.
 durities ex frigiditate quo modo fiat &
 quo modo soluantur. 504.a.
 dura corpora, vno e tribus modis talia
 possunt remanere. 506.c.
 Dysentericorū clystera quibus legibus
 & considerationibus metiri oporteat.
 154.a.b.c.
 dysenterię recta curandi ratio. ibidem.
 dysenterici qui fiunt, & quomodo curē-
 tur. 405.a.
 E
 Emollientia vere, qualia debeāt esse, iux-
 ta induratorum varietatem. 506.a.b.
 emollientia, quibus alijs pharmacis misce-
 ri debeant, vt profint. 506.c.
 emollientia, iuxta partis diuersitatem va-
 rianda esse, aut corrigenda. 507.a.b.
 emollientia præsidia, iuxta durities diuer-
 sitatē & naturā variada esse. 508.a.b.c.
 emollientium medicamentorum variū gra-
 dus. 509.b.c.
 Excrementorum partium varię & pul-
 chrę differentię. 556.b.
 excrementorū quę in vlceribus apparet
 natura & differentię. 597.a.
 excrementa vlcerum non esse quę nec-
 therici existimant. 598.a.b.c.
 excrementa vlcerū, quę auxilia desiderēt
 præter extergētia aut ante ipsa. 599.b.c.
 excrementorū varię differentię, iuxta lo-
 cū per quem fit excretio. 4.a.
 excretorū varię differentię, iuxta naturā
 partis aqua decidunt. 4.a.c.
 excretorū varię differentię, iuxta naturā
 rei excretę. 4.b.c. 5.a.
 excretorū varię differentię, iuxta naturā
 partis in qua continentur. 4.b.3.
 excretorum differentia, iuxta tempus ex-
 cretionis. 6.a.
 excreta quomodo monstrant partem af-
 fectam. 8.b.c. 5.b.c.
 Exēplis multa docet ars efficere. 158.a.
 exemplo didicimus sanguine mittere. ibi
 exemplo dignitas & vtilitas. 157.c.
 exercitium qualiter sudores movere
 possit. 310.a.b.
 Extergentia seu Rypica medicamenta
 cuius sint naturę. 589.a.
 extergētia quomodo abluentia medi-
 camen

Deriuatoria vacuatio quibus humori-
 bus ex vlu sit. 176.b.
 deriuatio quid sit. ibidē.
 deriuatoria euacuatio quibus proficua.
 177.b.
 deriuatio per propinquas venas fieri de-
 siderat. ibidem.
 Desperata aliqn pspere succedūt. 47.c.
 Diabetica passio raro admittit expurgan-
 tia medicamenta. 407.b.
 Diarrhœa quid sit, quę causas habeat, &
 quę medendi rationē exposulet. 398.a.
 Dilatio periculosa in omni arte, & ma-
 gis in medicina. 321.c.
 Dissipationis & restauratiōis nostrę sub-
 stantię, modus & ratio. 49.c.
 distēperies solidorū sola morb⁹ est. 17.a.
 distēperies triplex subiectum ibidem.
 distēperies, quę facile, aut difficulter
 cognoscantur. 17.a.b.
 distēperies species, quibus signis di-
 stinguet. 17.c.
 Diurni affectus, quām curandi ratio-
 nem exposulent. 29.b.
 diureticorum natura triplex. 213.a.
 diuretica medicamenta, qualia sint, &
 quot differentias sortiantur. 281.a.b.c.
 diuretica medicamenta veie quę partes
 desiderant. 282.c.
 diuretica medicamenta, qui affectus &
 humores exposulent vere. 283.a.
 diuretica medicamēta, qua occasione seu
 morbi tempore sint adhibenda. 283.b.
 diuretica renuunt humorū copia & via-
 rum angustia. 284.b.
 diuretica medicamenta, quę partes &
 corpora sustinere nō possunt. 285.c.
 diuretica medicamenta renuunt vitiosi
 humores. 286.a.
 diuretica medicamenta, quibus profint
 aut obfint. 286.b.c.
 Docēdi vira & ratio, qualis & quotuplex.
 259.b.
 dolor intestinorum ex frigida pituita an
 fieri possit & quo modo. 138.a.
 dolor trahere quo modo possit. 533.b.
 Durū in quo differat attēso. 504.b.c.
 durū & laxū, cuius naturę sint. ibidē.c.
 durū quibus modis fieri potest. 499.c.
 durum & molle simularibus tantū par-
 tibus accidere. 500.a.
 dura & coagulata quo modo possint li-

I N D E X

camenta dici possint. 590.a.
 extergentia duorum sunt generū. 590.c.
 extergentia qualia vnumquodque vlcus
 requirat. 592.c.
 extergentia varia ob varias vlcerū diffe-
 rentias & quo modo sint adhibenda. 594.
 a.b.c.
 extergentia pharmaca diuerfarum esse ra-
 tionum, pro vlcerum differentia, oportet
 595.c.
 extergentia simplicissimis vlceribus qua-
 lia. 596.b.c.
 extergentia pharmaca varianda esse, pro
 vlcerum figura & situ. 600.b.
 extergentia quæ abluunt quo modo &
 quibus vlceribus sint adhibenda. 601.a.b.
 extergendum esse nec ne quæ indicatio-
 nes præsent. 591.b.c.
 extergendum quovisque sit, quid mon-
 stre. 604.b.
 extergentium vires quo modo liceat me-
 tiri. 603.c.

F

Facultas metitur auxiliij quâtitatē. 28.b.
 facultas quomodo exposcat aut metiatur
 auxilia. 44.b.
 facultas sentiens, an priuationem perci-
 piat. 89.c.
 febrēs quartanas sanari victu deteriori,
 aut laxitia. 81.a.
 febris causus renuit quæ adstringentia
 sunt, & nimis frigida. 77.b.
 febris latica & pituitosa, victum expos-
 cit qualem hecica. 79.a.
 febris latica minime admittit vacuatio-
 nem. ibidem.
 febris hemitritei victus. 82.b.
 febris malignæ victus. 83.a.
 febris colliquantis victus. 83.c.
 februm quartanarum victus. 80.b.
 figura partis docet, per quem locum sint
 adhibenda auxilia. 34.b.
 finis in medicina, qualis sit. 24.b.
 finem cur. nō consequimur in arte. 47.c.
 fistulæ suppressæ quomodo iterum ape-
 rienda. 42.i.c.
 fluentibus humoribus, quare adstring-
 gentia pharmaca, præsertim per epota,
 non sunt adhibenda. 351.b.c.
 fluere humores quibus modis possint. 348.c.
 fluxibus aliquando indulgendum, etiam
 si compesci desiderent. 406.a.

fluxibus curandis idonea cōsilia. 406.c.
 fluxiones aliquando lædunt sæuitia, &
 fallunt vel peritos medicos paruitate. 348.a.
 fluxiones omnes in qua consistunt diffe-
 rentia. 348.c. 349.a.
 fluxiones quæ intra corpus manent, pro-
 deunt a triplici fonte. 349.b.
 fluxiones vt fuscipiant particulæ, tribus
 modis disponuntur. ibidem.
 fluxiones particulæ mandantis vitio dua-
 bus de causis prodeunt. ibidem.c.
 fluxiones, quas numero recenset Hippo-
 crates. 350.a.
 fluxiones omnes, quid ad sui curationem
 perpetuo desiderent. ibidem.b.
 fluxiones, qua ratione adstringentibus
 non gaudeant, sed potius exacerbentur.
 ibidem.c.
 fluxiones ex tenuibus humoribus, qua le-
 ge compesci desiderent. 351.a.b.
 fluxio quæ ad nobile membrum fit, aut
 reuocanda, aut alio traducenda. 352.a.
 fluxiones, indicatione sumpta a membro
 mandate, quo modo sisti debeat. 353.b.c.
 fluxiones, ob membrum mandans, multis
 rationibus & causis fieri. ibidem.
 fluxiones, quando adstringentibus cu-
 randa. 354.a.
 fluxiones acrium humorum humectan-
 dæ & atemperandæ. 354.b.
 fluxiones ex tenui humore, quo modo
 curandæ. ibidem.c.
 fluxiones quæ partim intra, partim ex-
 tra prodeunt, quales. 356.a.b.
 fluxiones ex capite, a duabus potissime
 causis prorumpunt. 357.a.
 fluxiones, an a frigore caput, ventrem ve-
 premente, aliquando fieri possint. 357.
 358.a.b.c.
 fluxiones, quandam ratione moueat fri-
 giditas. 359.b.c.
 fluxiones, vt quis recte sistere valeat, quæ
 & quot considerare teneatur. 360.a.b.c.
 fluxiones, quando & quo tempore siste-
 re oporteat. 364.a.b.c.
 fluxiones ventris, quas suppressere oportet.
 392.b.
 fluxiones, quibus natura affuescit, aut qui-
 bus nūquam affuescit. 411.a.b.c.
 fluxiones internæ suppressæ excitantur,
 & quo modo, & quales. 410.a.b.
 fluxiones externæ suppressæ, quo modo
 excitandæ. 410.c.b.
 fluxio

I N D E X

fluxio feminis quo modo curada. 374.c.
 fluxio feminis quibus de causis fiat. 375.
 a. b. c.
 fluxionū omniū quæ intra corpus manēt
 triplex est ratio curationis. 352.b.c.
 fluxionum diuturnarum, plures concu-
 sæ existunt, quæ id vitium propagari ef-
 ficiunt. 354.c.
 fluxionum concusas, quo modo præcaue-
 re oporteat, vt fluxio cesset. 355.a.b.
 fluxionum, breuis ratio curatiua. 355.b.c.
 fluxionum, quæ extra corpus prorumpūt
 differentia, quatenus ad periculum per-
 tinet. 361.b.
 fluxionum, quas omnino liceat compe-
 scere. 361.c.
 fluxionum sistendarū lex & regula. ibi.
 fluxionū, quas permittere oportet. 362.
 a.b.c.
 fluxionum, quas in melius mutare oportet.
 362.b.c.
 fluxus variæ occasiones, varias præscri-
 bunt sistendi rationes. 360.b.c.
 fluxus per sudorem dyahporeticum, quo
 modo sit compescendus. 366.a.b.
 fluxus per sputum; siue ptialissimus, quo
 modo sit compescendus. 367.c.
 fluxus per vomitum, quo modo compes-
 cendus. 369.b.c.
 fluxus per vrinam, quo modo compescen-
 dus. 372.c.
 fluxus vteri albus, a quib⁹ fiat causis, quo
 modo efficiatur, & quo modo compesca-
 tur. 376.a.b.c.
 fluxus sanguinis fere omnes supprimen-
 di. 378.b.
 fluxus sanguinis sistendi, ratio & metho-
 dus, a quaui parte oriatur. 378.b.c.
 fluxus sanguinis ex vulnere curandi ra-
 tio. 380.c.
 fluxus sanguinis ex capite, curandi ratio.
 381.c.
 fluxus sanguinis nariū, curatio. 382.b.c.
 fluxus sanguinis ex ore curatio. 382.b.
 flux⁹ sanguinis ex thorace curatio. 382.c.
 fluxus sanguinis ex refrigeratione tho-
 racis. 383.a.
 fluxus sanguinis ex erosione vasorū pul-
 monis. 384.b.
 fluxus sanguinis per vomitum curatio.
 385.a.
 fluxus sanguinis per intestina, causa &
 curatio. 385.c.
 fluxus sanguinis ex hæmorrhodib⁹, diffe-

rentia, signa & curatio. 387.c.
 fluxus sanguinis per vrinam. 388.c.
 fluxus sanguinis sistendi, optima præce-
 pta. 408.a.b.
 fluxus sanguinis ex vtero. 389.a.
 fluxus ventris varietas, & innumera dif-
 ferentia. 390.c.
 fluxus ventris generales causæ. 391.a.
 fluxus lientericus qua ratione compescē-
 dus sit. 393.a.b.c.
 fluxus cæliacus, qualis, ex quibus causis,
 & quo modo curandus. 395.b.
 fluxus diarrhicus, qualis sit, quas habeat
 causas, & quam fortiatur curandi ratio-
 nem. 398.a.
 fluxus colliquatui causa, & curandi ra-
 tio. 402.c.
 fluxus variæ differentia, ex consensu to-
 tius capitis aut membrorum nutrimen-
 talium. 401.402.403.a.b.c.
 fluxus quem choleram vocant, quid sit,
 quas habeat causas, & curandi rationem
 404.b.
 fluxus dysenterici ratio & curandi via.
 405.a.
 fluxus albarum superfluitatum vteri, sup-
 pressus, quo modo excitandus. 423.a.
 fluxus a capite prodeunt. 443.b.
 fluxuum omnium depresso, quo mo-
 do & quibus legibus, excitare oporteat,
 424.a.b.c.
 Fomentum, qualiter sudores mouere
 possit, & quibus prodesse. 310.c.
 fomentis sudorem prouocantibus, quan-
 do vtendum. 311.a.b.
 Fontanellam alicui parti affigere, quib⁹
 modis nostris corporibus proffit. 431.b.
 fontanellam aperire, quibus affectibus
 proffit. 433.b.
 fontanellam in arthritide & articulari-
 bus morbis aperire, an liceat. 434.b.
 fontanellam aperire in epilepsia, quantū
 præstet, & qua lege debeat fieri. 439.b.
 fontanellam in affectibus vteri, præstare
 beneficium, & quale. 441.b.
 fontanellam in capitis affectionibus mi-
 rabile esse præsidium. 442.b.
 Fontanellæ in vteri affectionibus, qua
 cruris parte aperienda sint. 450.a.
 fontanellæ & setones, quibus instrumē-
 tis fiant. 446.a.b.c.
 Fonticularum & setonum vsus, quibus
 legibus, prodesse magis possit. 448.a.b.
 Fontanellis & setonibus vti, non idem
 esse

I N D E X

esse. 432. c.
 Formā victus mōstrat status varietas qui multis rationibus eā variat. 56. 57. 58. 59
 formam etiam metiuntur virtutis varij status, in ordine ad morbum, quod exemplis probatur. 59. c.
 Frangendi lapidem vesicæ, methodus & ratio. 498. b. c.
 frigiditate abundare, quæ mōstrat. 17. c.
 Frigiditatem & caliditatem, quare inter omnes qualitates minime potentes appellat Hippocrates. 477. a. b.
 frigiditatem & caliditatem, dum a medio recedūt, a seipsis augeri. 467. c.
 frigiditatis, qualis natura sit. 479. a.
 frigiditas, quid operetur. 479. b. c.
 frigidus moderato calidū nutrit. 478. a.
 frigidum corpus aut partem, quid monstrat. 18. c.
 futurorum morborum cognitionem præstatiōre esse cognitione præsentium. 13. c.
 futurorum morborū duas species. 14. a.
 futurorum morborū, qui cognoscibiles, & qui occulti. 14. a.
G
 Galeni & Hippocratis contrarietas, dirimitur. 59. a.
 Glandes seu suppositoria, ex quibus cōstent, & quibus affectibus profint. 129. b.
 glandes qua figura debeant efformari, vt profint. 149. c.
 glandes quæ aluum irritant, ex quibus cōficiantur. 150. a.
 glandes quæ attrahendi & ex toto corpore purgandi vires habent, ex qua materia consent. 150. c.
 glandes quæ dolorem fedant, & etiam quæ vlcēribus recti intestini sunt proficua, ex quibus conficiantur. 151. a. b.
 grauioribus malis, qualia remedia sunt adhibenda. 29. a.
H
 Habitus duplex in quauis arte. 37. b.
 Hamorrhoides suppressæ quando reuocandæ. 419. a.
 Hippocratis & Galeni contradicōtio dirimitur. 59. c.
 hirudines, duabus partibus adhiberi possunt vt figant. 181. c.
 hirudines, quot vacuationū genera moliantur. ibidem
 hirudines, quibus profint. ibidem
 hirudines, febribus etiam curandi idoneæ. 182. a.

hirudines, adhuc debilibus corporibus adhiberi possunt. ibidem
 hirudinum vsus quotuplex. 181. b.
 hominem, sine delectu omnium vorationem appellant Philosophi. 49. a. b.
 humores superuacui, quales appellantur. 222. b.
 humores, quomodo fiant medicamentis purgantibus familiares. 235. a.
 humores, in nostris corporibus quibus modis aggregari possint. 430. b.
 humorum redundantium idea, qua re, aut quibus sit agendum in morbis monstrat. 27. c.
 humores, vt intra corpus mancant, qualiter debeat præparari. 203. c.
 humores, multis modis posse fluere. 204. a. b. c.
 humorū præparaciones variæ. 203. c.
 humidam distemperiem, facultas retentrix languida monstrat. 17. c.
 Hydrargiri vis & efficacia in morbo gallico & eius accidentibus. 296. a. b. c.
 hydrargiri variæ præparaciones, & variij correctiōnis modi. 297. a. b. c.
 hydrargiri accidentium, diuersitas & correctio. 298. b. c.
 hydrargirum venenum cum sit, venenosis humoribus medetur. 296. c.
 hydrargirum quibus modis præparatur pro morbo gallico. 296. c.
I
 Iecur, quæ purgare possint. 475. b.
 Imbecillitas & languor, quo modo differant. 642. b. e.
 Indicationes curatices a quibus sumenda. 26. a. b. c.
 indicare facultas nequit. 26. c.
 indicare, partis naturæ nequit. ibidem.
 indicare solum sui tutelam, naturam & partem. ibidem.
 indicationes omnes adinuicem conferendæ, vt quantum quælibet cæteras superet, innotescat. ibidem.
 indicatio quid. 41. a.
 indicatio in quibus affectibus locum habet. ibidem.
 indicatiōis nomine quid intelligat. 41. b.
 indicatiōis vera expositio. 42. a.
 indicatio quātum præstet. 42. b.
 indicatio a particula qualis. 44. c.
 indicatiōnū quæ dignior, ad victus qualitatem eligendam. 66. a. b. c.
 indicatio ab affectis partibus, quantum præstet

I N D E X

præstet in remedia. 279. a.
 indicationum curaticum, vtra præstantior, quæ summitur aperte an quæ a morbo. 460. b.
 indicant in corpore & quauis eius parte varia vario modo. 42. b. c.
 indicant, temperamentum, situs, figura, officium & cætera, in quauis particula. 42. c. 43. a.
 infra subsistere & vltra progredi, peccatum est in actionibus medicis. 23. a.
 initia morborum, quantum victus exoptent. 62. c.
 iniitijs morborum vacuandum. 34. a.
 instrumenta medicæ artis, quot & qualia. 37. a.
 intestina, an dolere possint ex frigida pituita, & quo modo. 138. b.
 intestina clysteribus affuescere. 157. a.
 inunctionibus, quare sudores moueantur & quibus affectibus profint. 312. a. b.
 iudicium, quare facilius in tenuibus quā in crasis humoribus fiat. 205. c.
 iocundam esse curationem oportet. 36. a.
 iudicationem, mox aut post, futurā, quæ monstrent. 22. b. c.
 iudicij securitas ex cōtione petif. 22. b.
 iudicium, de crisi aut diurnitate morbi, hoc est, an paulatim finiri debeat, differentiæ. 23. b.
L
 Laborantes particulas nosse, quam afferat vtilitatem. 2. b.
 laborantes particulas nosse quam difficile. ibidem.
 laborantes particulas nosse, tribus modis contingit. 2. c.
 laborantis particula, indagatio cui artis parti conueniat. 2. a.
 laborantibus plurimum morem gerere, non minus est periculosum, quam eosdē rigide tractare. 36. a.
 lapidem frangēdi ratio & methodus. 57.
 lapidem vesicæ frangētia medicamenta qualia debeant esse. 520. c.
 lapidem renum frangētia, qualia. 521. c.
 laxantia medicamenta, cuius naturæ sint. 495. a.
 laxantia ab emollientibus qui differant. 495. b.
 laxi natura. 495. c.
 laxitatis quot species. ibidem.
 laxant ex accedēti, quæ emolliūt. 496. b.
 laxare partes, per insensilem halitum quo

modo fiat. 498. b.
 laxantia multis modis subaudire oportet. 498. c.
 laxantium medicamentorum variamateria. 499. a. b.
 lenientia seu paregorica pharmacia, qualia sint. 639. a.
 lenientia medicamenta duorum esse generum. 939. b.
 lenire vigiliā, quo modo possim⁹. 640. c.
 lente & paulatim aliquid fieri, quibus modis contingat. 29. b.
 lethalium morborū victus qualis. 86. b.
 leue auxilium, an idem possit iteratum, quod vehemens potest. 30. a.
 leuioribus affectibus, qualia remedia sint adhibenda. 29. a.
 lienem, quæ purgare possunt pharmacia. 474. b.
 lienteria, quibus causis oriatur, & quaratione cuique curatio præscribenda est. 393. a. b. c.
 locum per quem humores debeant expurgari, quæ indicent. 221. a.
 locus in quo & per quem auxilia debent administrari, a quibus indicetur. 34. a.
M
 Magnitudinem morbi, quæ vere indicat. 211. b.
 malignitatis in morbis duplex ratio. 83. a.
 Manardus male asserit, cōtione a calido & humido solum fieri. 108. c.
 materia peccantis copia, quantitatem auxilij metitur in morbis. 28. c.
 materia medica ex varijs constat. 36. a.
 materia medica variatur, ad morborum varietatem. 36. b.
 materiam medicam quæ varient. 36. a.
 mederi qui recte dicuntur. 278. c.
 medicamentum optimum, aliquando, nihil dare. 25. c.
 medicamenta quæ vterum purgare possunt, qualia sunt. 475. b.
 medicamentum nullum præbere, aliquando optimum est medicamentum. 23. c.
 medicamenta vrinam mouentia qualia. 281. b. c.
 medicamentorum purgantium per sputū differentia & natura. 294. a. b. c.
 medicamentum aliquod esse purgans particulam aliquam signatam. 463. c.
 medicamenta caput purgantia, quot & qualia. 465. a. b. c. 466. b. c.
 medicamenta caput purgantia, quo modo variantur. 468. c.
 medica

I N D E X

medicamenta pituitam per os ducentia, qualia sint, & quibus legibus adhibenda. 469. c.
 medicamēta ventriculo proficua. 471. c.
 medicamenta lieni proficua. 474. b.
 medicamenta iecori proficua. 473. b.
 medicæ facultatis consilia, qualia esse debeant. 305. b.
 medici officium quale. 24. c.
 medici quid in actionibus tenentur considerare, ut recte operentur. 25. b.
 medici prudentes multa contra vulgi opinionem consulunt, iuxta optimam rationem. 71. c.
 medici prudentes, multa in curatione ventur, quæ vulgi opinione videntur leuia. ibidem.
 medici qui vere dicantur. 278. b.
 medicinæ optima diuisio & generalissima. 2. a.
 medici optimi conditio. 1. b.
 medica quæ sint necessaria. 1. c.
 medicus, quæ teneatur scire. 453. c.
 Methodus quid sit. 24. b.
 methodus curatiua cæteris præstantior. 24. a.
 methodus curatiua, cur varie assignata. 24. b.
 methodum curatiuam quantum laudauerit Hippocrates. ibidem.
 methodi vniuersalis breuis & utilissima summa. 47. b. c.
 methodus curatiua quid doceat considerare. 24. c.
 Minoratiua purgatio qualis, & quibus conditionibus fieri debeat, ac quo modo eam consuluerint Hippocrates & Galenus. 237. a. b. c. 238. 239.
 minoratiua purgatio quibus diebus fieri debeat. 239. b.
 Modum exhibendi auxilia, quæ doceat. 30. b.
 modus exhibendi auxilia, quid sit, in doctrina Galeni. ibidem.
 Morbi vehementia, quantitatem auxilij mittitur. 28. c.
 morbi qui inducias præstant expectandi mitiora exposcunt auxilia. 29. a.
 morbi diurni, qua lege curantur. 29. b.
 morbi acuti quo modo curentur. ibidem.
 morbo debili remissiora auxilia optima sunt. 30. a.
 morbi tempora varijs modis diuisa. 57. 58. a. b. c.

morbi accidentiarijs eius temporibus superueniunt. 58.
 morbi status seu vigor varie consideratus. 57. 58.
 morbi gallici natura & conditio descripta: simul suffumigia & inunctiones ei proficua. 295. b. c.
 morbi ex quibus saepe alios expectare oportet. 14. b. c.
 Morbos, quæ euidenter monstrant. ibid.
 Morborum dignotiones, qua arte quarandæ. 15. a.
 Morbos monstrantia quæ sint. 15. b.
 Morbosus status quibus cognoscitur. 15. c.
 morbosus status specialius cognoscendus. 16. a. b. c.
 morborum summa genera quot sint. 17. a.
 morbos in structura, quæ monstrat. 19. b.
 morbos in structura, vitare actiones animales. 19. c.
 morbos paruos sola natura curat. 27. b.
 morbos salubres sola natura curat. ibidem.
 morbos salubres aut paruos, si curare intendis, deteriores reddes. ibidem.
 morbus corporis apparatus monstrat qui agendum aut non agendum sit. 27. c.
 morborum lethaliū, victus qualis. 89. b.
 morborum initia quantum cibi exoptent. 62. c.
 morbus & eius qualitas docent quibus sit curandum.
 morbus grauis & leuis, qualia quisque auxilia exposculet. 29. a.
 morbus, quod non reuertatur curandum est. 35. b.
 morbus quam materiam postulet. ibidem.
 morbus trifariam gradus. 44. a.
 morbus vnus & idem, diuersus tamen, quo ad particulam affectam. 454. b.
 Mortis aut salutis signa qualia. 23. b.
 Motum morbi quid indicet. 22. a.

N

Narcotica anodina esse. 636. b. c.
 Natura per quem locum sit euacuandum commostrant. 34. b.
 natura per quas vias se exoneret. 220. c.
 natura magis defatigatur cum ad coctionem reuocatur, aut cogitur inuita, quam cum ad purgationem. 232. b.
 natura varias potest mouere euacuatio-

nes

I N D E X

nes, quas ars æmulari non tenetur. 285. b.
 naturæ artificium & maiestas in partibus exquirendus. 87. a.
 naturæ impetus in fluxibus curandis, non est omnino cohibendus, neque subito. 406. c.
 Nullum præbere medicamentum, sæpe optimum est medicamentum. 25. c.

O

Observatio quid sit. 39. b.
 Obstructio qualia requirat medicamenta. 52. a. b. c.
 Obstructiones viscerum qualem requirant in Artifice diligentiam & in medicamentis distinctionem. 525. b.
 Obstructionis per chalibem præparatum curatio. 526. a.
 Occasio exhibendorum remediorum qualis. 30. c.
 occasio an includenda sit sub quantitate & qualitate. 31. a.
 Occasionem penes quid metimur. 31. b.
 occasio quibus modis accipiatur. 31. c.
 occasio & tempus in quo differant. ibidem.
 occasio experientia & ratione quaranda. ibidem.
 occasio duplex. 32. a.
 occasio & tempus differunt. 32. b.
 occasio curationis animæ. 33. a.
 Occasionis observatio finis est artis. 33. a.
 occasio quid proprie est. ibidem.
 occasionis per varia exempla differentia. 33. b.
 occasio efficiendi, aut non efficiendi diuisa in morbis. ibidem.
 occasio quid agendum, aut non in vnoquoque tempore ostendat. 33. c.
 occasio exhibendi victum quibus indicationibus monstratur. 68. a.
 occasio victus diuersa in continuis affectibus ab ea quem in interpolatis expectatur. 68. b.
 occasio incognoscendo, an præstet aliquid temporum morbi ratio. 68. c.
 occasionem victus proprie docet facultatis dispositio. 68. c.
 occasio exhibendi victus in interpolatis affectibus. 69. a. b. c.
 occasio in acutis & longioribus mor-

bis. 70. a.
 occasionem variant in victu diuersa corporis dispositio & diuersi humoris. 70. b.
 occasionem victus potioem aliquando suppeditat accessions principium. 70. b. c.
 occasionem mittendi sanguinem quæ indicent. 186. b. c.
 occasio prætermissa, aut vtcunque in tempestiue in sanguinis detractione quæ mala pariat. 187. a.
 occasio purgantibus medicamentis apta, qualis & quo modo exquirenda. 235. b.
 Officium Medici quale. 24. c.
 officium Medici quot considerare habeat. 24. c.
 officium Medici quibus conditionibus perficiatur. 35. a.
 Ordinem agendorum quæ monstrant. 34. b.
 ordinem primo designat causa sine qua non. 34. c.

P

Pars affecta quibus signis cognosci possit. 3. a. b. c.
 parti affectæ adhaerentia quot sint. 7. a.
 parti affectæ adnata, quæ dicantur. 7. b.
 Partem affectam quomodo monstrat ætas. ibidem.
 partem affectam quo modo monstrat sexus. 7. c.
 partem affectam quo modo monstrat anni partes. ibidem.
 partem affectam quo modo monstrat victus forma. ibidem.
 partem affectam quo modo monstrat vitæ fors. ibidem.
 partem affectam quo modo monstrat artificiosa coniectura iuuantia & lædentia. 8. a.
 partem affectam quo modo monstrat situs connexio partium. 8. a.
 partem affectam quo modo monstrat situs & connexio meatuum. 8. b. c.
 partem affectam quo modo doloris situs doceat. 8. c. 9. 10. 11. a. b. c.
 partem affectam ipsius partis natura, aut conditio aliqua quo modo monstrat. 9. b.
 partem affectam quo modo monstrat partis cuiusque propria accidentia. 9. c.
 Particulas affectas breui methodo quo modo

*Sten cyphoni
 pag 52
 m^a c*

INDEX

modo quis facile noscat. 13.a.b.
 partes affectas, an principes, aut princi-
 pi feruientes sint, considerandū. 13.c.
 partes instrumentales ex accidenti vitia
 ri a distemperie. 19.c.
 partis natura & officium coindicare au-
 xilij quantitatem. 28.b.
 partes affectæ monstrant locum per quē
 licet auxilium adhibere. 30.b.
 partis figura locum in quo & per quem
 adhibenda sunt remedia, docet. 34.b.
 particula affecta quam præstet indicatio
 nem. 44.c.
 particula affecta conseruationem indi-
 cat. 45.a.
 partes ab humorum affluxu quibus mo-
 dis lædantur. 176.b.
 partes quæ fluxiones transmittunt duo-
 bus modis peccare possunt. 349.c.
 partes quæ fluxiones susceperant, quibus
 modis huic vitio disponantur. 349.b.
 pathognomica signa quæ dicant. 20.b.c.
 peccata adolescentiæ luit senectus. 37.c.
 peponum vsus & aliorum fructuum vi-
 ridium non esse omnino damnandus æl-
 tate. 128.a.
 perpetuum est quod fieri debet. 35.b.
 peritia quid. 37.c.
 pituitosum habitū, quid mōstrent. 18.c.
 pices saliti quare p̄sint in variolis. 84.c.
 plenitudo quid & quotuplex. 158.c.
 plenitudo ad vasa & ad vires idē. 159.a.
 plenitudo multiformis. 159.b.
 plenitudo quas ex se præstet indicatio-
 nes. 159.c.
 pleuritis qualem reuulsionem deside-
 ret. 171.b.
 plethora quarum corporis partium sit
 vitium. 222.c.
 potuum mira varietas. 87.a.
 potus quot differentia. 87.c.
 potus in tres partes diuiditur. 88.c.
 potus pro fiti naturali qualis. 89.a.
 potus vsus aliquando optimus. 90.b.
 potus alij vsus. 91.a.
 potus quiuis, quo modo cuique vsui cor-
 respondeat. 92.c.
 potus vsus. 93.b. 94.a.
 potus ad omnes vsus perficiendos quæ tē
 tempora eligat. 95.a.
 potus distributiuis qualis. 93.a.
 potus prohibens vsionē qualis. 93.b.c.
 potus pro alimentis ingerendis. 94.a.
 potus delatiuis. 94.c.
 potus ad elixationem cibariorum. 95.b.
 potus ad extractionem humiditatis ali-
 mentorum. 95.c.
 potus calidi & frigidi consideratio. 96.a.
 potus calidi damna. 97.a.
 potus frigidi damna. 97.b.
 potus frigidus qua distinctione admini-
 strandus. 97.b.
 potus frigidus quibus conueniat, aut nō.
 97.c.
 potus frigidus quare sit sanis vtilissi-
 mus. 97.c.
 potus frigidi vtilitas. 98.a.
 potus frigidus consuluerunt multi anti-
 quorum. 98.b.
 potus frigidus ex niue aut glacie instilla-
 tus omnis malus. 98.c.
 potus refrigerandi variij modi. 98.c.
 potus refrigerare niue quis primo do-
 cuit. 99.a.b.
 potus niue refrigeratus quibus conditio-
 nibus sumi possit. 99.c. 100.a.b.c.
 potus frigidus qua ratione multis nō-
 ceat. 101.b.c.
 potus.
 potus omnibus communis & cuique pro-
 prius qualis. 105.a.
 potus sumpta indicatione a morbis quid
 indicet & quomodo. 115.a.b.
 potus frigidus laborantibus quando ex-
 hibendus. 115.b.c.
 potum frigidum in laborantibus ex men-
 te græcorum plura reuunt. 115.c.
 potum frigidum liberalius porrigunt
 Arabes medici & qua ratione. 115.c.
 116.a.
 potum frigida remorantur morborum
 tempora & accidentia. 116.b.
 potus frigida qua lege exhibendus. 116.c.
 potum morbi conditio quo modo expo-
 stulet. 117.a.
 potus curans qualis sit dicendus. 117.b.
 potus differentias quid in corpore aut
 morbo indicet. 118.a.b.c.
 potus indicationes complicata quo modo
 cognoscenda & distinguenda. 119.a.b.
 potus medicatus ex quibus cōstet. 119.c.
 potus medicatus quas habeat vires in
 morbis curandis. 120.a.
 potus calidæ quibus profint. 122.b.c.
 potus quibus temporibus largior, qui-
 busve partior conueniat. 127.c.
 potus qualis conueniat iuxta distinctio-
 nem

INDEX

ætatum, regionum & similitū. 128.a.
 potus citra cibi sumptionem quibus con-
 ueniat, & quibus non. 128.b.
 potus ante somnum quibus conueniat.
 128.c.
 potus frigida in laborantibus quādo &
 quo modo conueniat. 129.b.c.
 potus in continuis febribus qualis &
 quando. ibidem
 potus frigidi quātam controuersiam ad-
 duxere vetustioribus in febrientibus &
 huius controuersia solutio. 130.a.b.c.
 potus in interpolatis qualis & quando.
 129.c.
 potus ex aqua hordei suspectus. 131.b.
 præparantur humores ad expulsionem
 humectatione. 209.b.
 præparantur humores ad expulsionem a
 pulmone mediocritate acquisita. 209.c.
 præparatio humorum ad expulsionem
 a naturali potentia quo modo fiat.
 209.c.
 præparatio ad opus naturæ aut artis di-
 uersa. 210.c.
 præparatio ad expurgationem per infer-
 nam alium qualiter fieri debeat. 210.c.
 præparatio a quibus humoribus neces-
 saria sit. 211.a.
 præparatio varia in varijs humoribus.
 ibidem. b.
 præparatio humorum ad vomitum.
 ibidem. c.
 præparatio humorum ad expurgationē
 per urinam. 212.c.
 præparatio humorum ad mouendos su-
 cores. 214.a.
 præparatio corporis ad sudores tribus
 modis perficitur. 214.b.
 præparatio ad sudorem varia & varijs
 perficitur. 215.b.c.
 præparandi ratio ad sudores in febribus
 longe diuersa ab alijs. 216.a.b.
 præparandi ratio corpori debita ad quā-
 libet vacationem. 216.c.
 præparatio humorum ad sistendos flu-
 xus quibus conditio debet fieri.
 218.b.
 præparatio ad coctionem per caloricam
 non omnino tuta. ibidem.
 præparantia pharmaca humoribus cras-
 sis proficua triplici conditione prædita
 esse debere. 218.c.
 præparat ad coctionem quies & som-
 nus. ibidem.
 præparatio ad expurgationem diuersa
 ab ea, quæ coctioni debetur. ibidem. &
 219.a.
 præparat plures humores, & quos hu-
 mectatio. 219.b.
 præparare incipientibus & attenuanti-
 bus in principio periculosum est. 219.c.
 præseruatio quo tempore exposulet san-
 guinis detractionem. 193.c.
 purgatio a capite quibus modis fiat. 465.b.
 purgantia caput quo modo adhibenda.
 465.b.
 purgare ventriculum quæ possint. 469.
 a. b. c. & 471.c.
 purgare lienem quæ possint. 474.b.
 purgare ante præparationem tutum non
 est. 219.b.c.
 purgatio vt optime procedat quot confi-
 derationes prærequirat. 224.a.
 purgatio blanda cuius naturæ sit. ibidem
 purgatio blanda quo morbi tempore fie-
 ri debeat. ibidem.
 purgatio blanda quibus humoribus &
 corporibus conueniat. ibidem.
 purgatio blanda præscripta ab Hippo-
 crate sæpissime. 225.a.
 purgatio blanda quibus medicamentis &
 alia huic purgationi necessaria. ibidem.
 purgatio blanda quibus conditionibus
 adhibenda est. 227.a.b.
 purgatio blanda ad admittat alimentorū
 miscellam. 227.c.
 purgatio plenior quas fortiat diuisio-
 nes. 228.a.
 purgatio plena qualis sit & quid effi-
 ciat. 228.b.
 purgatio plena qualiter ab alijs differat.
 ibidem.
 purgatio plena quot et quæ prærequirat
 ad rectam administrationem. 228.c.
 purgationem plenam, seu eligetē quæ
 vitia exposulent. 229.a.
 purgare cruda quare non liceat. 229.b.
 purgationem qualis turgentia exposu-
 let. 231.c.
 purgare cocta quo modo liceat intelli-
 gere. 231.b.c.
 purgandum esse qualiter doceat natu-
 ra. 232.a.
 purgatio quam præparationem exposu-
 let. 232.b.
 purgare in turgentibus quando non li-
 ceat. 232.c.
 purgare iecur quæ possint. 473.b.
 purgare

pices I

I N D E X

purgare quos turgentes, aut coctos lice
 at cum turgentes sunt varij & cocti etiã
 233.c.
 purgare crudos humores & non turgen
 tes quando liceat. 234.a.
 purgare protinus materiam omnino cor
 ruptam, vt turgentem & coctam oportet.
 234.c.
 purgatio feligens quam occasionem ex
 postulet. 235.b.
 purgantis medicamenti electio qualiter
 fieri debeat. 336.b.
 purgantia medicamēta an sint aliqua quæ
 partem respiciant. 463.c.
 purgare a parte quibus modis contin
 gat. 464.a.b.c.
 purgare vterum quæ possunt. 475.b.
 purgantis medicamenti quantitatem &
 qualitatem quibus indicijs venabimur.
 236.b.c.
 purgatio minoratiua qualis sit & cuius
 conditionis. 237.a.
 purgatio minoratiua a multis non conce
 sa sicut ab alijs indistincte adhibita. 234
 a. b.
 purgatio minoratiua quando & quibus
 conditionibus fieri debeat. 237.b.c.
 purgatio minoratiua quibus morbi die
 bus fieri debeat, aut quo tempore. 239.
 a. b. c.
 purgatio minoratiua in morbis diutur
 nis quo modo, quando, & quibus fieri
 debeat. 240.a.
 purgatio minoratiua in morbis qui non
 habent coctionis signo perseverantia qui
 bus rationibus fieri debeat. 240.b.
 purgati minoratiua in diuturnis qua po
 tissimum ratione conueniat. 240.c.
 purgatio per epicrasim quibus morbis fit
 ex vsu. 241.b.
 purgatio per epicrasim quibus fiat medi
 camentis. ibidem.
 purgatio per vmbilicaria medicamenta
 quibus profit, ac quibus fiat medicamen
 tis & quo modo. 241.c.
 purgandi ratio quæ habeat prærequisi
 ta. 243.a.
 purgatio varie pro multiplici corporum
 varietate fieri debet. 243.c.
 purgationis in tempestatæ, ac sine requi
 sitis conditionibus incōmoda. 244.b.c.
 purgantia medicamēta, quantumuis opti
 ma sint, quæ mala pariāt. 244.c.
 purgantis medicamenti quantitatem ten
 tata prius laborantis conditione vena
 bimur. 245.a.
 purgantis medicamenti naturam ex vsu
 tatis eligere oportet, & fugere ab inusi
 tatis. 245.b.c.
 purgantia medicamenta vernacula præ
 stantiora peregrinis. 245.c.
 purgantia medicamenta quo simpliciora
 præstantiora. 246.a.
 purgare in exquisitis tertianis & causo
 nide quo modo. 246.b.
 purgare in affectionibus flatulentis quo
 modo liceat, aut non. 247.b.
 purgare in hæmorrhoidib⁹, & mēstruis
 ac tenesmo quo modo & quādo. 248.b.
 purgare in quibus alius sicca est, verē
 dum. 248.c.
 purgare caput valentioribus quando, &
 quando fecus. 248.c.
 purgare in fluxionibus, vehemetissimis
 doloribus, ac articularibus morbis quan
 do & quo modo. 249.a.
 purgationes per catapotia quas confide
 rationes expostulent. 249.c.
 purgare in pleuritide qua ratione tenea
 mur. ibidem.
 purgare in nephritide quo modo possi
 mus. 250.a.
 purgare in ictero quando, quo modo &
 quibus medicamentis. ibidem.
 purgare in quartana & melancholicis af
 fectionibus quo modo liceat. 250.b.
 purgare in latica febre verēdū est. 251.b.
 purgare in pestilētibus & malignis quā
 do. ibidem.
 purgare turgentes humores quam le
 gem postulet. 251.c.
 purgare in acutis & malignis morbis mi
 noratiua purgatione quibus medicamen
 tis fieri oporteat. 252.a.
 purgare robusta corpora validis medica
 mentis & e contra qualiter dicat Hip
 pocrates. 252.b.
 purgare vt optime possimus quæ suāt
 consideranda. 252.c.
 purgatio an sanguinis missio fit præmit
 tenda. 253.b.c.
 purgatio quando sanguinis missioni præ
 ferenda. 255.a.b.
 purgatio qualiter suppleat vicem sangui
 nis missionis. 256.b.
 purgationis quid suppleat necessitatem
 257.b.
 purgari per vrinas, quæ partes possint.
 279.a.b.

I N D E X

purgari per vrinas quæ partes non pos
 sint. 279.c.
 purgari pulmones per vriam quo mo
 do possit intelligi. 280.a.
 purgatio per sputum quibus partibus et
 affectibus profit. 287.288.a.b.
 purgantia per sputum sunt diuorum ge
 nerum & quare. 289.b.
 purgare per sputum solum tussicularia,
 seu beehica medicamenta possunt, idque
 non electione sed sola tussi commota.
 291.a.b.c.
 purgatio a pulmone & thorace quam di
 ligentiam requirat. 293.a.b.
 purgare per sputum in morbo gallico
 quo modo quibus medicamentis & qua
 lege liceat. 295.a.b.c.
 pus mouentium pharmacorū natura qua
 lis sit. 576.a.b.
 pus mouentia quem caloris gradum ob
 tineant. 576.b.c.
 pus mouere in venosis affectibus quantū
 distet pure mouendo in tumoribus præ
 ter naturam. 577.b.
 pus mouentia quo modo sint emplastrica.
 ibidem.
 pus mouere emplastricis quibus affecti
 bus & corporibus conueniat. 577.c.
 pus mouētia, seu emplastrica medicamē
 ta duorum sunt generum. 578.b.
 pus mouentia esse calore nostro similli
 ma: & pus mouere quo modo intelligen
 tur. 578.c.
 pus mouentia in vlceribus qualiter de
 beant esse. 580.a.
 pus mouere in solutis continuitatibus
 quando, quo modo, & quibus conditio
 nibus oporteat. 580.b.c.
 pus mouentia emplastrica quando vlceri
 bus proficua. 581.b.
 pus mouentia in vlceribus maxima cau
 tione adhibenda. 581.c.
 pus mouentia quæ temporum, aut vlce
 rum differentia admittant, aut requi
 rant. 582.a.b.
 pus mouētia qui humores renuat. 583.a.
 pus mouentia quæ partes admittant aut
 renuant. 285.a.b.

Q

Qualitates primæ non semper lædunt
 ob suam naturam, sed ob adiunctam sibi
 conditionem. 485.a.b.
 quali fit in morbis aliquid agendum aut
 curandum. 28.a.
 qualitas victus quantum præstet in re
 practica. 65.b.
 qualitatem victus quæ indicent, ibidem
 qualitates contemperatas in corpore mi
 nime posse lædere. 477.b.c.
 quantum & quousque sit agendum quæ
 monstrant. 28.b.
 quantitas exhibendorum remediorum
 ex quibus sumatur. ibid.
 quantitatem humoris peccantis radicit⁹
 extrahere quæ impediunt. 28.c.
 quantitatem victus quo modo liceat in
 morbis immutare. 61.c.
 quantitatis victus variatio quantum sit in
 morbis necessaria. 62.a.
 quantitatem alimenti maiorem esse in
 principijs exhibendam quo modo est in
 telligendum. 62.c.
 quantitatem victus, & omnis auxilij qua
 lege liceat metiri. 63.a.b.
 quantitatem victus quæ proprie indicet
 ibidem, & 64.b.
 quantitatem victus alia metiuntur, &
 alia exoptant. 64.b.c.
 quantitas ciborum in sanis par sit labo
 ri oportet. 72.b.
 quantitas alimenti quanta in sanis &
 ægris. 72.c.
 quantitatis victus alia mensura. 73.a.
 quantitatem sanguinis extrahendi quan
 tum liceat considerare. 182.b.
 quantitatis mensura quam requirat pru
 dentiam in artifice. ibidem.c.
 quantitatem sanguinis extrahendi quæ
 metiuntur. 183.a.
 quantitatis in certa mensura est coloris
 sanguinis mutatio. 183.c.
 quantitatis certa mensura qualis. 183.a.
 quantitatem sanguinis extrahendi quæ mi
 nuant, aut quæ augendam esse doceant.
 184.b.c.
 quātitatē quæ etiã metiri possunt. 185.a.
 quantitatem sanguinis extrahendi me
 tiuntur affectus dispositiones & par
 tes. 185.b.c.
 quantitatis sanguinis extrahendi quot dif
 ferentia ex quibus virtutis conditio
 nibus prodeant. ibidem.
 quantitatem sanguinis metitur conferē
 tia affectus & facultatis. 186.a.b.
 quantitatem meriti oportet iuxta vires
 non solum præsentis sed futuras. ibidē.
 quantitatem medicamentorum purgan
 tium

tium qualiter venari oporteat. 36. b. c.
 quantitate non recte metitur animi de-
 liquium. 183. b.
 quare aut quibus sit in morbis agendum
 quare doceant. 27. c.
 quid sit in morbis agendum quare mon-
 strentur. 27. c. ibidem
 quousq; in curatione infitendu est. 28. c.
 quiescendum esse in vigore quare. 34. a.
 Rarescentia varia iuxta varios con-
 strictionis modos.
 rare partes an melius possint aerea me-
 dicamenta tolerare quam densa, & an ea-
 dem exposcant. 573. b.
 Ratio quid præstet in arte. 38. a.
 ratio quare difficilis. ibidem.
 ratio a ratiocinatione differat. 38. b.
 ratio quid sit. ibidem.
 ratio quo modo viam præstet in arte me-
 dica. 38. b. c.
 ratio in quibus obtineat locum. 39. a.
 ratiocinium a quibus procedat. 41. b.
 ratiocinantibus quare contingat falli. ib.
 ratiocinatio ad quid conferat. 41. c.
 ratiocinatio in quo ab indicatione diffe-
 rat. ibidem.
 Recidivã præcauere nõ est difficile. 35. c.
 Rectitudo in euacuationibus qualis eli-
 genda sit. 167. b.
 rectitudinis vtilitas & pbatio. 169. a. b.
 rectitudo quid operetur. ibidem.
 rectitudinẽ quare seruet natura. 169. b.
 Recursus ad originem in reuulsionibus
 quid sit, & quibus profit, quo modo fiat.
 164. b.
 Refrigeranda aquas & potus omnes va-
 rij modi. 98. c.
 refrigerandi potus quis primus auctor.
 99. a. b.
 refrigeratio torpida sanguinis missione
 impedit. 193. b.
 Regiones corporis quot sunt. 221. c.
 regiones prima, secunda, & tertia, qui-
 bus consent partibus. 222. a.
 Remediorum blandimentis saepe morbi
 exacerbantur magis quam curẽtur. 29. b.
 Remedia esse æqualia in gradu quo mo-
 do intelligendum. 29. c.
 remedium blandum an idem possit itera-
 tum, quod validum. 30. a.
 remissa auxilia quibus adhibenda. ibidẽ.

Repellentia auxilia cuius naturæ sint.
 541. a. b.
 repellẽtia q̄ affectus expostulent. 542. b.
 repellentia quam vim & efficaciam ha-
 beant. 543. c.
 repellentia an quod excisum est ad spa-
 tia non naturalia iterum ad venas repeh-
 dant. 544. c.
 repellentia an œdematosi tumoribus cõ-
 veniant. 547. a.
 repellentia varia esse, & varijs affecti-
 bus prodesse. 547. c.
 repellendi occasio qualis. 548. b.
 repellentia quo tempore sint adhiben-
 da. 549. a. b.
 repellentia mixta, aut sola quã do. 550. a. b.
 repellentia qui renuant, aut moderentur
 affectus. 552. b.
 repellentium particularis materia qual-
 is. 554. b.
 repellentia varia iuxta partium varietate-
 tem. 555. a. b.
 repellentia quæ deo rari debent qualia
 esse teneantur. 559. a. b.
 Resoluentia pharmaca cuius sint natu-
 ra. 557. c.
 resoluentia pharmaca in genere sunt col-
 facientium. 559. c.
 resoluentia pharmaca quo ordine sint
 calida. 560. b.
 resoluentia leuia qualia sint. 560. c.
 resoluentia leuia quibus affectibus pro-
 ficua. 561. a.
 resoluentia quando in affectibus adhi-
 benda. 561. b.
 resoluentia reliquijs internorum mor-
 borum proficua qualia debeant esse. 562. a. b.
 resoluentia externis affectibus proficua
 quot differentias & considerationes ob-
 tineant. 563. c.
 resoluentia quo tempore sint adhiben-
 da. 564. b.
 resoluentia qualia debeant esse. 566. a. b.
 resoluentia crasis humoribus qualia.
 567. a. b.
 resoluentia induratis humoribus profi-
 cua. 568. b.
 resoluentia suppuratis quando & quo-
 modo adhibẽda. 569. a. b.
 resoluentia quam præparationem in tu-
 more aut humore prærequirant. 569. c.
 & 570. a. b. c.
 resoluentia pharmaca non esse multa ce-
 ra

ra miscenda. 571. c.
 resoluentia pharmaca quæ partes corpo-
 ris doceant esse varianda. 572. b. c.
 resoluentia medicamenta ex situ partis
 qualia sunt eligenda. 573. c.
 resoluentia medicamenta qualia ex par-
 tis præstantia sumpta indicatione sint eli-
 genda. 574. a. b.
 resoluentia simul & roborantia ac ad-
 stringentia partibus præcipuis vtilia.
 574. b. c.
 Restauratio diuersa in senibus & con-
 ualescentibus. 25. a.
 Retractio ad distantes partes quo mo-
 do fiat. 163. c.
 retractio ad cõtraria qualis & quid præ-
 stet. 166. a.
 retractio ad contraria fluxionis reme-
 dium. ibidem. b.
 retractio ad contraria quam contrarie-
 tatem significet. 166. c.
 retractio ad contraria quotuplex. 167. a.
 Reuulsio quibus humoribus p̄sit. ibi. b.
 reuulsio qualis, & eius natura, ac diffe-
 rentiæ. 163. a.
 reuulsio duplex. 165. c.
 reuulsio in qua seruatur rectitudo qua-
 lis sit & quibus indicationib⁹ fiat. 167. b.
 reuulsio quæ fit per venarum commu-
 nionem qualis, & quæ bona præstet com-
 munio. 169. c.
 reuulsio seruata cõmunitate venarũ quid
 præstet in sanguinis detractioe. 171. b. c.
 reuulsio diuerso modo fieri debet in di-
 uersis fluxionis differẽtijs, non enim om-
 nibus fluxibus omnes reuellendi modi
 conueniunt. 171. c.
 reuulsio vt optime fiat quæ præcepta ex-
 postulet. 172. a.
 reuulsio qualis in pleuritide. ibidem.
 reuulsio vehementes fluxiones & copio-
 sos humores auertit. 173. b.
 reuulsio quas venas esse incindendas mō-
 stret. 172. c.
 reuulsio ad contraria antiqua fluxiones
 curat. 173. b.
 reuulsio in maculis ac fœditatibus cutis
 qualis debeat fieri. 174. a.
 reuulsionis nullus est locus in buboni-
 bus & dum conuenit quibus sit ex vsu.
 175. b. c.
 reuulsio etiam quietis humoribus con-
 uenit & quo modo. 186. a.

Saliti pisces quare p̄sint inuariolis. 84. c.
 Salsuginosa febribus pestilentibus pro-
 ficua. 83. b.
 Sanguinem redũdare quæ mōstrẽt. 18. b.
 Sanguinis missio: quas considerationes
 prærequirat. 158. b.
 sanguinis missio quam plenitudinem nõ
 curet. 160. a.
 sanguinis detractio quibus modis fieri
 possit. 160. c.
 sanguinis missio quibus modis præstet
 corpori beneficium. 160. c.
 sanguinis missio diuersum præstet bene-
 ficiũ pro diuersa plenitudinis ratiõne. 161.
 sanguinis missio prout simplex vacua-
 torum auxilium est quos vsus præstet.
 161. a. 162. a. a.
 sanguinis missio primo & per se cui cor-
 poris dispositioni conueniat. 162. b.
 sanguinis missio prout est simplex vacua-
 tionis auxilium quibus morbis compe-
 tat. 162. b.
 sanguinis missio quem locum habeat in
 particulari plenitudine. 162. c.
 sanguinis missio reuulsorie q̄ fiat. 163. a.
 sanguinis missio quæ retrahit ad distan-
 tes partes quibus profit & quo modo
 fiat. 163. c.
 sanguinis missio quo modo assuetudi-
 nem pariat. 163. c. 164. a.
 sanguinis missio reuulsionis gratia facta
 quibus profit. 164. b.
 sanguinis missio quæ retrahit ad origi-
 nem quo modo fiat, & quibus affectio-
 nibus profit. 164. b.
 sanguinis missio in epilepsia, renibus in
 flãmatis, in fluxu sanguinis narium quã
 parte fiat: & an sit recursus ad originẽ
 in his seruandus. 165. a.
 sanguinis missio ad fluxionis originẽ tra-
 hens qualiter & vbi debere fieri. 165. b.
 sanguinis missio quæ retrahit ad contra-
 ria quibus fiat medicationibus. 166. a. b.
 sanguinis missio quæ reuellit seruata re-
 ctitudine qualis sit, quibusve indicati-
 bus gaudeat fieri. 167. b.
 sanguis ad venam scissam quare confluat.
 168. a.
 sanguinis missio in qua seruatur recti-
 tudo quib⁹ p̄sit, & qua ratione. 168. b. c.
 sanguinis eruptiones & emissiones se-
 cundum rectum qualiter liceat intellige-
 re & quid præstent. 168. b. c.
 sanguinis missio in pleuritide quare re-

pioe latebis affectu fauoribus fit. 168.c
 sanguinis missio in maculis etiam
 apparentibus non reuellit, sed potius eas
 propeellit. 174.b.
 sanguinis missio audacius fiat in vario-
 lis, quam in morbilis. 174.b.
 sanguinis missio in variolis & maculis
 cutis quantumuis necessaria non debet
 fieri donec completum tempus natura
 motu necessarium spatium videlicet
 adhibeatur. 175.a.
 sanguinis missio in bubonibus qualiter
 fieri debeat. 175.b.
 sanguinis missio ex salute labuare &
 quibus morbis proficit. 177.c.
 sanguinis extrahendis certior mensura
 quales. 183.a.b.c.
 sanguinis missio in pleuritide qualis &
 quomodo fieri debeat. 184.b.
 sanguinis detractionis potissima regula
 sanguinis extrahendi, quatenus ad men-
 suram pertinet, triplex differentia. 185.c.
 sanguinis missionis reiterationem quid
 indicet. 187.b.
 sanguinis detractionis partitione quid in-
 dicet. 187.b.c.
 sanguinis detractio an prima copiosior
 teneatur esse. 187.c.
 sanguis an mittendus sit viribus existen-
 tibus languidis. 191.b.
 sanguis an mittendus sit cum copia non
 adepto. 191.c.
 sanguis aliquando mittitur indicatione
 sumpta a morbo aliquando a causa, alia-
 quando a symptomate. 192.a.b.
 sanguinis missione aliquando cachochi-
 mia curatur. 193.a.
 sanguinis missio quibus in casibus sup-
 plet purgationis defectum. 193.b.
 sanguinis missio in torpida refrigeratio-
 ne quare non conueniat. 193.c.
 sanguinis missio ad praeservationem quo
 tempore fieri debeat. 193.c.
 sanguinis missio qualiter in caufonide
 fieri debeat. 194.c.
 sanguinis missio an viribus deficienti-
 bus competat. 194.c.
 sanguinis missio in quartanis qualiter
 fieri debeat. 196.c. 197.a.b.c.
 sanguinis missio qua morbi parte debeat
 fieri. 196.a.
 sanguinis missio tussientibus qualiter p-
 fit. 198.b.

sanguinis missio in nephritide ex qua
 parte fieri debeat. 198.c.
 sanguinis missio in vena difficultate ex
 qua parte debeat fieri. 199.a.
 sanguinis missio in mensium suppressio-
 ne ex qua parte fiat. 199.c.
 sanguinis missio in immodico mensium
 fluxu ex qua parte fiat. 200.b.
 sanguinis missio in haemorrhoidibus ibi
 sanguinis missio qualiter debeat fieri in
 angina & difficili respiratione. 200.c.
 sanguinis missio facta collatione inter
 vires & morbum qualiter debeat fieri. ibi.
 sanguinis missio sumpta indicatione ab
 aetate & laboribus qualiter fieri de-
 beat. 201.b.c.
 sanguinis missio iuxta symptomatum ve-
 hementiam qualiter fiat. 202.a.
 sanguinis missio non protinus impedi-
 tur ab alio sanguinis fluxu. 202.b.
 sanguinis missio an purgatio vtra sit pra-
 mittenda. 253.b.c.
 sanguis quando praemittendus. 254.b.
 sanguinis missio quando suppleat vicem
 purgationis. 256.b.
 sanguinis missionis necessitatem tollit
 sudor. 257.b.
 sanguinis fluxus fere omnes supprimen-
 di sunt. 378.b.
 sanguinis fluxus sistendi ratio ac metho-
 dus. 378.b.c.
 sanguinis fluxus ex vulnere curatio. 380.c.
 sanguinis fluxus ex capite curatio. 381.c.
 sanguinis narium fluxus curatio. 382.b.
 sanguinis fluxus ex ore curatio. ibidem.
 sanguinis fluxus ex thorace curatio. ibi.c.
 sanguinis fluxus ex refrigeratione tho-
 racis. 383.a.
 sanguinis fluxus ex erosione vasorum
 pulmonis. 384.b.
 sanguinis fluxus per vomitum curatio. 385.a.
 sanguinis fluxus per intestina causa &
 curatio. 385.c.
 sanguinis fluxus per haemorrhoides diffe-
 rentia causa & curandi ratio. 387.c.
 sanguinis fluxus per vrinam. 388.c.
 sanguinis fluxus ex vtero. 389.a.
 sanguinis narium suppressio reuocan-
 di ratio. 415.c.
 sanguinis fluxus suppressio vt excitetur
 quas considerationes requirat. 425.b.c.
 Sanorum victus sit delectabilis oportet.
 73.c.
 sanorum

sanorum victus sit pro consuetudine. ibidem
 scarificatio qualis. 178.c
 scarificatio quando ex vsu. 179.a
 scarificatio in pueris eandem vim habe-
 re, ac sanguinis missio in adultis. 179.b
 scarificare pueros existentibus cruditati
 bus quare non liceat. ibidem.
 scarificatio omnem vacuationis scopum
 adimplet. 179.c.
 scarificatio qua lege sit administranda.
 180.a.
 & quibus affectibus proficit. ibidem.
 scarificationes quibus modis fieri pos-
 sint. 180.b.c.
 scarificanda loca qualiter tractanda. 181.a
 scientia, quid. 37.c.
 scopus in arte quid sit. 25.b.c.
 seminis fluor quo modo curandus. 374.c
 seminis fluor quibus causis fiat. 375.a.b.
 senes & conualescentes refectioem de-
 siderant, caeterum in ea differunt. 25.a.
 senibus quibus modis proficit vinum.
 110.b.c.
 sentiens facultas quae famem & sitim
 percipiat. 89.c.
 setonum vsus probatur multum in affe-
 ctionibus membrorum principalium.
 445.b.
 sicca medicamenta non desiderari ab vl-
 ceribus quatenus vlcera sunt. 609.a.b.
 sicca medicamenta ad cicatricem vlcera
 perducunt. 609.c.
 sicca medicamenta non saniosa humidi-
 tatis gratia, sed causa generandi carnes
 vlceribus esse adhibenda. 609.c
 siccantibus medicamentis quousque in vl-
 ceribus sit vtendum. 610.b.
 siccam distemperiem facultas retinens
 valde monstrat. 17.c.
 siccitatis natura. 470.c.
 siccitatis opera. 481.a.b.
 siccitate corporis, aut humoris quae mo-
 strent. 19.a.
 Sidra vires differentia & vsus. 114.c.
 signa quae partes affectas monstrant quot
 sunt, & eorum varietates. 3.4.5. b.
 signa quae morbos monstrant. 4.5.b.c.
 signa quibus in cognitione affectuum in-
 nitendum est. 20.b.
 signa pathognomica quae. ibidem
 signum vnum in varijs affectibus no idem
 monstrat. 20.c.
 signa quae magnitudinem morbi osten-

dunt ad curationem maxime proficua.
 21.a.
 signa crisma potissime ad praesagatio-
 nem. ibidem.
 signa quae magnitudinem ostendunt qui-
 bus adscribenda. 21.b.
 signa morem morbi indicantia qualia.
 21.c.
 signa motum morbi indicantia. 22.a.
 signa motum morbi indicantia quid pra-
 stent. ibidem.
 signa coctionis quo modo indicent salu-
 tem & quo modo morbi breuitatem.
 22.a.b.
 signa critica quot & qualia sint. 22.c.
 23.a.
 signa mortis aut salutis qualia. 23.b.
 similitudinis medicis errores pariunt.
 40.c.
 symptomata a diuersis eadem, & ab eis-
 dem causis diuersa saepe accidunt. 348.b
 fitis vt famis duplex differentia. 88.b.
 fitis cuius sit subsidium. 88.c.
 fitis vnde oriatur. 89.b.
 fitis quam corporis substantiam depas-
 catur. ibidem.
 fitis difficilius quam famis toleratur.
 89.c.
 fitis naturalis altera. 90.a
 fitis naturalis ante cibum non est. ibidem.
 fitis vsus cognoscit natura. 90.c.
 fitis quibus modis consideratur, & quas
 causas habeat. 103.a.b.
 fitis nonnaturalis quarum partium sit
 passio. 103.b.
 fitis varios potus exoptat, prout varias
 habet causas. 103.c.
 fitis etiam prodit a pulmonis vitio. ibid.
 sitim sedare quo modo oporteat. 104.
 a. b. c.
 solutio vnitatis inter quae signa inno-
 tescat. 19.c.
 Sorutiones attractorias quas appellet
 Hippocrates. 76.c.
 Sputum quas corporis partes expur-
 get. 287.c.
 sputum quos affectus curet. 288.a.b.
 sputum mouentia medicamenta duorum
 esse generum. 288.b.c.
 sputi prouocatio quae habeat requisita.
 290.a.b.
 sputum prouocantia medicamenta quot
 sunt & quibus modis operentur. 290.b.c
 sputi ductioem molitur & iuuat potus
 largus

I N D E X

largus præfertim siccitate prævalente. 303. a.
 sputi prouocatio qualiter in morbis tho-
 racis fieri debeat. 303. a.
 sputum suppressum quo modo prouocā-
 dum. 412. c.
 Status corporis varius. 24. c.
 status morborum materialium permixta
 habent vitiosis bona. 34. a.
 status nomine quid liceat intelligere. 54. a.
 status diuersa acceptio. 55. a.
 status conditio quæ vere victum meti-
 tur. ibidem.
 status quo ad symptomata victum me-
 titur. 55. c.
 status diuersos considerādos esse in mor-
 bis quorum ratione varia venamur in ar-
 te medica. 56. a.
 status quo ad symptomata etiam varius. 56. b. c.
 status quo ad accidentia quibus de causis
 fiat varius. 57. a. b.
 statum morbi varijs exemplis monstratū
 ago ex Hippocrate. 58. a. b. c.
 status dupliciter consideratur ad victus
 institutionem. 59. b.
 Stupha qualiter constituitur & prodest. 336. c.
 Stupha tertia species: quæ constituitur. 337. b.
 Substantia nostri corporis ex quibus cō-
 stet & quibus reficiatur. 49. c.
 suctus quo modo tractionem molietur. 532. c.
 sudare per decoctum radice indicæ in
 quibus febribus conueniat. 79. b.
 sudores tantum semel in die sunt mo-
 uendi. 215. b. c.
 sudoris prouocatio quos prærequirit na-
 turæ actus. 305. c. 306. a. b.
 sudor cuius partis sit vacuatio & excre-
 mentum. 306. a.
 sudoris prouocationem qualiter natura
 molietur. 306. b.
 sudore unico nusquam finit natura mor-
 bum, neque ars & ob id multis vitimur. 306. b. c.
 sudores mouendo qualiter dissideant
 natura & ars. 307. a. b. c.
 sudores quæ moueant in arte medica. 308. b.
 sudori quibus modis corpus præpare-
 tur. 308. c.
 sudores quo modo per exercitium con-
 titentur. 309. b. c.
 sudores exercitio commoti varijs affe-
 ctibus & corporibus prodesse possunt
 & quo modo. 310. a. b.
 sudores fomentis moueri posse & quo
 modo. 310. c.
 sudores inunctionibus mouere licet &
 quibus profint. 312. a. b. c.
 sudores caute esse suffitibus mouen-
 dos. 313. b. c.
 sudores per epota pharmaca commoti
 quibus profint affectibus & corpori-
 bus. 314. b. c.
 sudores mouentia pharmaca varia esse
 iuxta varios corporis affectus. 314. c.
 sudores mouentia pharmaca quare varie
 parentur, & quo modo. 315. b. c.
 sudatorij syrupi quo modo confician-
 tur. 316. b.
 sudatorij potione salia a ligno Guaya-
 co varia & vtiles. 316. b. c.
 sudor exercitio vtiliter moueri non po-
 test nisi præparatorij potiones præmit-
 tantur. 317. c.
 sudandi rationem per balnea non omni-
 bus articularibus affectibus esse profi-
 cuam. 318. a.
 sudori non esse cogenda biliosa corpo-
 ra. 318. b. c.
 sudori extenuata corpora non sunt co-
 genda. 319. a. b.
 sudoris diaphoretici sistendi ratio. 366. b.
 suffumigandi ratio & methodus & in
 quibus affectibus conueniat. 300. 301. a. b.
 suffumigijs non nisi in desperatis vten-
 dum. 318. b.
 suffitium vsus in morbo gallico recessit
 ab vsu iam. 300. c.
 suffitibus qui possint sudores moueri &
 quibus profint. 312. c. 313. a.
 suppressi menses qui reuocandi sint. 425. a. b. c.
 suppressi fluxus ex ætate non reuocan-
 di sed alio modo tractandi. 428. b. c.
 suppressæ fluxiones internæ quo modo
 excitandæ. 410. a.
 suppressæ fluxiones externæ quo modo
 excitandæ. 410. c.
 suppressum sputum quo modo iterum
 excitandum. 412. c.
 suppressi vomitus quo modo excitandi &

I N D E X

di & quales ac quando. ibidem.
 suppressa aluus quo modo & quando
 excitanda. 413. c.
 suppressio sanguinis narium quando au-
 ferenda, & fluxio reuocanda. 415. c.
 suppressio fluxionis vteri quando re-
 uocanda ad consuetudinem. 417. a.
 suppressio hæmorrhoidarum quæ ad
 consuetudinem reuocanda. 419. a.
 suppressio fistularum & vlcera manā
 tium quo modo auferenda. 421. c.
 suppressæ humiditates vteri quo modo
 reuocandæ. 423. a.
 suppuratoriæ pharmaca qualis naturæ
 sint. 576. a. b.
 suppuratoria pharmaca quem calorem
 obtineant, & vide pus mouentia. 576. c.
 T
 Temperies auxiliij quantitatem coindi-
 cant. 28. b.
 temperamentum quo modo indicet. 43. a. b.
 temperies quous affectu dignior. 476. c.
 tempus & occasio differunt. 32. a.
 tempus ad remediorum adhibitionem
 quale. 32. b.
 tensum & durum in quo differant. 495. b. c.
 tensio quibus modis consideranda. ibi-
 dem.
 tensa ex frigore quo modo laxanda. 497. a.
 tensa ex siccitate quo modo laxanda. 497. b.
 tensa ex plenitudine quæ laxanda. 498. a.
 Tyrones qua lege liceat in præceptis
 medicis instituere. 1. c.
 tractiones quibus modis fieri possunt. 530. b.
 tractiones a purgantibus medicamentis
 qualiter fiant. 538. b.
 trahentia omnia quatuor generibus in-
 cluduntur. 531. b.
 trahere vacuum quo modo possit. 531. c.
 trahere suctus quo modo possit. 532. c.
 trahere dolor quo modo possit. 533. b.
 trahere calor quo modo possit. 534. c.
 trahentia medicamenta ad extimas par-
 tes quorum generum sint. 535. c.
 trahentibus pharmacis qualiter vti do-
 ceat Galenus. 536. a. b.
 Turgentia quid proprie sit. 229. c.
 turgentia quid apud Theophrastum &
 Aristotelem. ibidem.
 turgentia quid apud Hippocratem. 230. a. b. c.
 turgentia quid apud Galenum. 230. c.
 turgentia vere quid sit. 230. c. 231. a.
 turgere quibus modis possit natura. 231. c.
 turgentium vicem qui humores sint a
 principio euacuandi. 232. a. b.
 turgentibus humoribus quando purga-
 tio non est adhibenda. 232. c.
 tussicularia medicamenta cuius naturæ
 & differentia sint. 290. a. b.
 tussicularia auxilia quare sunt varia na-
 turæ & diuersa inter se. 290. b. c.
 tussicularia seu bechica medicamenta
 quæ vere dicantur. 290. c.
 tussicularia medicamenta quo modo o-
 perentur. 291. b.
 tussicularia medicamenta quibus thora-
 cis affectibus profint. 291. c.
 tussicularia quibus affectibus signatim
 non conueniant. 292. a. b.
 tussicularibus medicamentis quando &
 quo modo vtendum. 302. a. b. c.
 tuto, celeriter & iocunde fieri debent
 omnes medici actiones. 35. a.
 V
 Vacuationes cur non in statu. 34. a.
 vacuationes cur in principio. ibidem.
 vacuationum differentia. 160. b.
 vacuatio a parte quid sit. 177. c.
 vacuationis ratio quædam hucusque in-
 uentis addita, quæ simpliciter talis ap-
 pellatur. 161. c.
 vacuatio per epicrasim quid præstet. 258. b.
 vacuatio per epicrasim quid sit. 258. c.
 vacuare sæpe & parum quibus modis cō-
 tingat. 259. b.
 vacuatio per epicrasim triplicem habet
 indicationem. 259. c.
 vacuatio per epicrasim in singulis mor-
 bis qua ratione proficua sit. 260. a. b. c.
 vacuationes per epicrasim præscribunt
 quoque laborantium vires. 261. c.

I N D E X

vacuationem per epicrasim præscribit particula affecta 262. b. c.
 vacuationes per epicrasim tentandi gratia proficua sunt dum maiores veremur. 264. b. c.
 vacuatio per epicrasim quare proficua sit multis corporis regionibus. 265. a. b.
 vacuationes peculiare quot sunt. 461. b.
 vacuatio a particula quibus modis fiat. ibidem.
 vacuationes a partibus quales. 462. a. b.
 vacuationes a parte humoris etiam natura & conditio commostrar. 463. a.
 vacuum quo modo trahere possit. 531. c.
 venas non indistincte quasuis in quouis affectu incidere oportet. 178. b.
 ventris fluxus innumera varietas. 290. c.
 ventris fluxus generales causa. 291. a.
 ventris fluxiones quas suppressere oportet. 292. b.
 ventriculum quibus modis purgare possimus. 471. b.
 ventriculi cruditatem demit iterum cibi parum fumere. 75. c.
 victus rationis cognitio quantum sit necessaria. 49. b.
 victus ex accidenti sanitatem conferuat. 51. a.
 victus ex accidenti habet morbos pro pellere. ibidem.
 victus medicamenti vices gerens de per se curat vt cætera auxilia. 50. a. b.
 victus primo & per se virtutem vitalem habet custodire. 51. b.
 victum aliquando prohibet virtus. ibidem.
 victus iuxta virtutis tenorem variatur. 51. c.
 victus variæ species iuxta varios corporis status. ibidem.
 victus alius in sanis, alius in ægrotantibus, & in vtrisque, alius pueris, alius senibus, alius hyeme, alius vere & sic de singulis. 51. c. 52. a.
 victus quinque præstat considerationes. ibidem.
 victus ratio in morbis in genere ex collatione virtutis ad morbum sumenda. 52. b.
 victus forma qualis censenda sit. ibidem.
 victus forma quotuplex. ibidem.
 victus formam qualiter depinxerint Galenus & Hippocrates. ibidem.
 victus forma exemplis vsualibus probata. 52. c.
 victus forma a quibus petenda. 53. a.
 victus quæuis differentiæ cui morborum speciei conuenit. 53. b.
 victus tenuis subdiuiditur iuxta morbi acuti partitionem. 53. b.
 victum variant morborum symptomata. 54. a.
 victum qualem status acceptio metiatur. 55. a. b.
 victus ratio neque acrisi neque a multis quæ in crisi conderantur perscribi potest. 54. b. c.
 victus mensuram seu rationem quæ morbi pars primo & per se docet. 54. c.
 victum ob id varie institutum quia accidentia morborum varijs temporibus superueniunt. 57. a. b.
 victu tenuissimo quando vtendum. 57. 58. a. b. c.
 victus formam mutant varietate morbi complicationes & facultates. 59. c.
 victus forma eadem a principio morbi ad finem vsque seruanda. 60. a.
 victus forma seruata quantitatem variare oportet. 60. b.
 victus varius in vno eodemque morbo pro varijs morbi temporibus. 61. a.
 victus formam paulo crassiozem porrigere oportet, ob errata quæ accidunt. 61. b.
 victus quantitatem minorem exhibere oportet. ibidem.
 victus formæ tenuis crassa in minori quantitate exhibita suppleri non potest. 60. b.
 victus quantitas quo modo in morbis varianda. 62. a.
 victus quantitas necessario varianda. ibidem.
 victus maiorem quantitatem exoptant morborum principia. 62. b.
 victus copiam esse in principijs maiorem porrigendam sub distinctione esse intelligendum. 62. c.
 victus parsimonia aliquando in principijs vtendum. 63. a.
 victus quantitatem qua lege licet metiri. 63. a. b.
 victus quantitatem quæ proprie indicent. 63. c.
 victus quantitatem alia metiuntur, & alia exoptant. 64. a.
 victus

I N D E X

victus error vter sit gravior ad crassius an ad tenuius. 64. b. c.
 victus qualitas quantum præstet in re practica. 65. b.
 victus qualitatem quæ indicent. ibidem.
 victus humidus naturam ingenitam conseruat. ibidem.
 victus qualitatem quæ potius indicent. 66. a. b. c.
 victus qualitatem indicare qui differat a curatrice parte. 67. a.
 victus qualitatis indicatio quantum inferat difficultatis. 67. b. c.
 victum vtendi modum quæ doceant. 71. a.
 victus ratio in sanis qualis sit. 72. b.
 victus sanorum quantitas. 72. c.
 victus sanorum alia mensura. 73. a.
 victus sanorum sit delectabilis. 73. c.
 victus sanorum sit consuetus. 73. c.
 victus sanorum qualis. 74. a.
 victus eorum qui distemperiem totius aut partis habent faciam. 74. a.
 victus laborantium sit qualis erat is, quo vtentur tempore sanitatis, cæterum correctus & præparatus. ibidem.
 victus sanorum qua hora exhibendus sit & huius rei varietas. 74. b.
 victus errores elucescunt magis in corporibus morbofis. 76. b.
 victus in caufonide qualis. 76. b.
 victus, pestilentium febrium & malignarum qualis. 77. a.
 victus febrium synocharum. 77. b.
 victus febrium interpolatarum. 77. c.
 victus febrium pituitosarum. 78. c.
 victus tertianarum febrium, in quo differat a victu continuarum. 79. c.
 victus quartanarum febriū qualis. 80. b.
 victum deteriozem aliquando plus prodesse in quartanis. 81. a.
 victus semitertianarum. 82. b.
 victus morborum malignorum. 82. c.
 victus febris colliquantis. 83. c.
 victus in morbilis & variolis. 84. a.
 victus ratio in affectibus thoracis. 85. b.
 victus morborum læthaliū qualis. 86. b.
 vigor in morbis cur quiescendi tempus. 33. c.
 vigor morbi varie consideratur. 58. a. b. c.
 vini laudes & vsus. 107. c.
 vini vsus varius. 108. a.
 vinum quo modo temperari debeat. 108. b.
 vinum pro alimento qua lege porrigendum. 109. b.
 vinum quibus naturis conueniat. ibidem.
 vinum pueris non est porrigendum. 109. c.
 vinum senibus amicissimum. 110. b.
 vinum rempublicam gubernantibus noxium. 110. c.
 vinum quibus & qua lege conueniat. ibidem.
 vinorum differentia quo ad substantiam & alendi rationem. 109. a. b. c.
 vinum quale conueniat singulis naturis. ibidem.
 vinum quo modo frigidus affectus gignat. 112. a. b.
 vini vsus dum medicamenta vires gerit. ibidem.
 vinorum differentia ex colore & sapore & odore. ibidem.
 vinorum differentia quo ad tempus & antiquitatem eius. 112. b. c.
 vinorum vires. 113. a. b. c.
 vinum protropum quid. ibidem.
 vinum ex palmulis & maiz quas vires habet. 114. b.
 vinum e pomis quale. 114. c.
 vina quibus modis parentur. 113. b.
 vina medicatis rebus confecta quibus profint. ibidem.
 vina medicata quibus modis operentur. 123. c.
 vina quibus modis parabat antiquitas & qua ratione. 124. a.
 vina per sacum percollata. ibidem.
 vina cõdita quibus modis fiebat. 124. b. c.
 vina præparata quibus morbis & quo modo profint. 125. a. b.
 vinum ex ligno guayaco quo modo conficiatur. 125. b. c.
 vires quales futuras desideramus, sunt inspiciendæ ad sanguinis detractionem non solum quales præsentis cognoscimus. 196. a. b. c.
 vires non solum sunt considerandæ præsentis sed quales futuræ sunt. 53. a.
 virtus tempore sanitatis diuersam victum exoptulat a tempore morbi. 60. a.
 virtus quibus modis consideranda vt ab ea quicquam ad curationem sumamus. 44. a. b. c.
 virtus duplicem exoptat medicam materiam. 36. b.
 virtus corporis aut partis quid & quo modo indicet. 41. c.
 vita quid apud Plutarchum. 1. a.
 vita ad quid nobis a Deo data. ibidem.
 vita ad mortem est citatissimum iter. ibidem.
 vngere

I N D E X

vngere corpus in morbo gallico, quæ ha-
 beat considerata. 304. a. b.
 vnio partium solutarum quærit. 623. a.
 vniri neque vere agglutinari ossa non di-
 cuntur. 623. b.
 vniri & agglutinari vere partes sperma-
 ticæ cur non possint & pulchra huius
 rei sententia. 624. a. b.
 vniri quæ partes vere possint. 624. c.
 vnionem partium veram ars non attin-
 git. 626. a.
 Vomitus suppressi quales, & quo modo
 & quando iterum excitandi. 412. c.
 vomitus qua ratione naturalis vacuatio
 censenda sit. 266. a. b.
 vomitus præstantia. 266. c.
 vomendi non esse vehementissimis me-
 dicamentis. 267. b.
 Vomitoria medicamenta refert Aristo.
 & qualia debeant esse. 267. b. c.
 vomitorijs quare caute agendū. 267. c.
 vomitus robustiori egit natura quam de-
 iectio alui. 268. b.
 vomitoria medicamenta quibus consent
 differentijs. 268. b. c.
 vomitus morbosus quo modo compescē-
 dus. 269. b. c.
 vomendi ratio quibus proficua. 269. a.
 vomitus quibus corporis partibus & hu-
 moribus magis ex vsu sit. 269. b.
 vomendi ratio quibus modis proficit no-
 stris corporibus. 269. c.
 vomitus quæ prærequisita habeat. 271. b.
 vomitus quibus mouetur medicamen-
 tis. 271. b. c.
 vomitus plenam vacationē efficiēs qui-
 bus humoribus debeatur. 272. a. b.
 vomitibus non licet corpus assuescere.
 272. b.
 vomendū quibus anni tēporib⁹. 272. b. c.
 vomitus quibus malis proficit. 272. c. idē
 273. a. b. c.
 vomitus quas partes & quos affectus
 lædat. 274. a. b.
 vomitus deriuatoriam vacationem præ-
 stare quoque potest. 275. a.
 vomitus quare damnauit Asclepiades.
 275. c. 276. b.
 vomitus neque sani, neque acuto morbo
 occupati vti debent. 276. a.

vomitus laudes & vsus. 276. c.
 vomitus quibus infestissimus. ibidem.
 vomitus in accessionibus excitandus.
 277. b.
 vomitus in acutis qualiter debeat fieri.
 277. c.
 Vrinæ fluor quo modo compescendus.
 272. c.
 vrinæ meatibus quibus partibus expur-
 gandis proficui sint. 279. b. c.
 vrinam mouentia medicamenta qualia.
 281. a. b.
 vrinam mouentia medicamēta quam dif-
 ferentiam fortiantur. 281. b.
 vrinam mouentia medicamenta vt varia
 sint, ita partes variæ differentiam sibi pro-
 priam exposulant. 282. b.
 vrinam mouentia medicamenta quæ par-
 tes vere desiderēt. 282. c.
 vrinam mouentia quibus affectibus &
 humoribus debeantur. 283. a.
 vrinam mouentia quæ occasione sui mor-
 bi tempore sint adhibenda. 283. b.
 vrinam mouentia renouunt humorum co-
 pia & viarum angustia. 284. b.
 vrinam mouentia medicamenta quæ cor-
 pora non sustineant. 285. c.
 vrinam mouentia quibus proficunt, & ob-
 sint affectibus & corporibus. 286. b. c.
 vterum quæ medicamenta purgare pos-
 sunt. 475. b.
 vteri fluxus suppressus quando & quo
 modo reuocandus, & quibus. 417. a.
 vteri albus fluxus quibus causis fiat, quæ
 mala portendat, & quo modo compescē-
 catur. 376. a. b.
 vulnera quas differentias habeāt. 622. c.

X

Y

Z



ERRATA SIC CORRIGITO.

Primus numerus, denotat paginam, secundus lineam.

Pag. 2. li. 31. ac. 42. 15. notitia. 77. 26. periculosum. 94. 24. quæ propter potus frigidus
 partiri sæpe. 108. 19. ignaro. 254. 20. in venis. 271. 31. ventriculum. 277. 20. citis. 394
 8. frustra aliquot. 399. 39. sic inuuliosis. 494. 2. durities. 497. 15. vna q; 530. 29. tra-
 ctionis. 594. 39. raro aque. 623. 28. vnio. 630. 38. per emissorium. 646. 30. hic. 649
 39. deest. 1. 35. vniuersali. 2. 19. repletionem. 3. 21. distinctus. 8. 38. hypochondria. 64. 5.
 aucta. 77. 12. a pharmaco. 67. 2. innuere. 113. 2. compertum. 122. 20. febrietibus. 125. 16
 cardi. 129. 7. sordidior. 140. 7. absinthium. 168. 8. quam. 192. 4. misso. 238. 17. subenar
 rare. 271. 15. mouentium. 280. 27. euacuandus. 308. 30. exposcentibus. 312. 30. extra. 315.
 16. efficaciam. 315. 5. ex saccharo. 340. 29. qualitates. 366. 13. defluere. 372. i. his. 372.
 22. seclusa. 392. 14. momenti. 400. 17. adhibita. 402. 22. frigida. 191. 12. indissolubili.
 618. 25. ad aliud. 477. 22. posse. 523. 10. ex accidenti. 433. 34. suppurantur. 434. 21. a
 pud. 470. 11. verum. 499. 28. cōnientia. 510. 13. ammoniaco. 537. 30. quod dum. 539. 21.
 medicamentum. 542. 3. designant. 564. .1. coniecturandum. 365. 6. impenderit. 582. 21
 pertimescit. 613. 3. oportet. 584. 25. si speres. 583. 13. accidere. 631. miscuerimus. 618. 26
 ad aliud. 505. 31. eisdem misceri.

37. 39. alio. 42. 15. notitia. 72. 12. tyrones. 88. 11. conspicuum. 112. penul. nigra. 129.
 penul. conqueruntur. 190. 13. nonquam. 200. 32. velim. eadem. 35. formidates. eadē. 34. de-
 cipiantur. 238. 24. fulciuntur. 326. vlti. naturalis. 350. 29. tenuitate. 352. 29. mandati.
 368. 16. non. eadem. 23. fundere. 389. 27. ratione. 433. 34. 608. 19. pristina.

Tabulæ Finis.

